

AA0004049110



UC SOUTHERN REGIONAL LIBRARY FACILITY



REESE LIBRARY  
OF THE  
UNIVERSITY OF CALIFORNIA.

Re	PA	1893.
Access	6105	767
	V24	V212
	v.137	v.137
	Valpy -	
	Delphin classics	

Southern Branch  
of the  
**University of California**  
Los Angeles

Form L 1

PA  
6105  
V24  
V.137

This book is DUE on the last date stamped below

Form L-9-15m-8,'26



Digitized by the Internet Archive  
in 2008 with funding from  
Microsoft Corporation





**C. PLINII SECUNDI**

**NATURALIS HISTORIÆ LIBRI XXXVII.**

**VOL. VIII.**



C. PLINII SECUNDI

NATURALIS HISTORIÆ LIBRI XXXVII.

EX EDITIONE GABRIELIS BROTIER

CUM NOTIS ET INTERPRETATIONE

IN USUM DELPHINI

VARIIS LECTIONIBUS

NOTIS VARIORUM

RECENSU EDITIONUM ET CODICUM

ET

INDICIBUS LOCUPLETISSIMIS

ACCURATE RECENSITI.

75958

VOLUMEN OCTAVUM.

F

LONDINI:

CURANTE ET IMPRIMENTE A. J. VALPY, A. M.

1826.



МОСКОВСКАЯ ГИРДА

СОЛНЦЕВЫЙ МАСТЕР

— 10 ИЮНЯ 1919 —

БЛАГОДАРНОСТЬ АПОЛЛОНОВУ СКАЗКЕ

СОЛНЦЕВЫЙ МАСТЕР

culo standi non sunt, velocitas pernix, levi umbra<sup>3</sup> cameras ac pergulas operieus. Inde haec duo prima genera: cameralium;<sup>f</sup> et plebeium, quod humi repit. In priore<sup>g</sup> mire tenui pediculo libratur pondus immobile auræ. Cucurbita quoque omni modo fastigatur,<sup>4</sup> vaginis maxime vitilibus,<sup>h</sup> conjecta in eas postquam defloruit: crescitque qua cogitur<sup>i</sup> forma, plerumque et draconis intorti figura. Libertate vero pensili concessa, jam visa est novem pedum<sup>j</sup> longitudinis. Particulatum<sup>i</sup> cucumis floret, sibi ipse superflrescens, et sicciores locos patitur, candida lanugine obductus, magisque cum crescit.

Cucurbitarum numerosior usus. Et primus caulis<sup>j</sup> in cibo. Atque ex eo in totum<sup>k</sup> natura diversa.<sup>b</sup> Nuper in balalearum usum venere urceorum vice, jam pridem vero etiam cadorum ad vina condenda. Cortex viridi tener: deraditur nihilominus in cibis. Cibos salubres<sup>l</sup> ac lenes pluribus modis existimant,<sup>8</sup> qui perfici humano ven-

<sup>b</sup> *Et primus quidem caulis in cibos admittitur. At ex eo tempore, postquam increvit et induruit, omnino diversæ naturæ ille est, nec in cibis ultra recipitur.*

\*\*\*\*\*

*umbra.*—4 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *figuratur* Vet. Dalec. *fastigiatur* Gronov. et al. vett.—5 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *crescit qua cogitur* Gronov. et vulgg.—6 Chiff. VIII. *pedes;* alii ap. Dalec. *ternorum pedum.*—7 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Atque ex eo totum* Gronov. et al. vett. ‘*Legi, At corticis in totum.*’ Dalec.—8 Ita ex codd. Harduin et

#### NOTÆ

<sup>f</sup> *Camerarium]* Quod in cameras, testudinesve, et pergulas scandit. *Pergulæ, des treilles, et des cabinets de jardin.*

<sup>g</sup> *In priore]* In camerario genere.

<sup>h</sup> *Vaginis m. vitilibus]* Forte rectius, *fictilibus.* Nam forma fictili includi cueumeres Palladius jubet, paulo ante laudatus a nobis, ut crescant qua coguntur forma. Vase testaceo, auctor Gepon. XII. 19. p. 342.

<sup>i</sup> *Particulatum]* Non tota simul planta flores emititt, sed partes aliae deinceps ex aliis flore induuntur.

*Delph. et Var. Clas.*

*Plinius.*

<sup>j</sup> *Et primus caulis]* Ut in brassicis cymæ, qui delicatores sunt ipsorum caulum, tenerioresque caulinæ, ut dicetur cap. 41. Forte haud perpetram legas, *Et primus, caulis in cibo.* Primus usus scilicet.

<sup>k</sup> *Atque ex eo in totum]* Sic MSS. omnes: non, ut vulgati libri, *ex eo totum diversa natura,* quæ ne Oedipus quidem explanari. Familiaris hæc Plinio loquendi formula, *in totum.*

<sup>l</sup> *Cibos salubres]* Vide Ruellium lib. II. p. 378.

tre non queant, sed non intumescant. Semina quæ<sup>m</sup> proxima collo fuerint,<sup>9</sup> proceras pariunt: item ab imis, sed non comparandas supra dictis: quæ in medio, rotundas: quæ in lateribus, crassas brevioresque. Siccantur in umbra, et cum libeat serere, in aqua macerantur. Cibis, quo longiores tenuioresque, eo gratiore.<sup>10</sup> Et ob id salubriores, quæ pendendo crevere: minimumque seminis tales habent, duritia ejus in cibis gratiam terminante.<sup>c</sup> Eas quæ semini<sup>n</sup> serventur, ante hyemem præcidi non est mos. Postea fumo siccantur, condendis hortensiorum<sup>o</sup> seminibus rusticæ suppellectili.<sup>11</sup> Inventa est ratio,<sup>p</sup> qua cibis quoque servarentur: eodemque modo cucumis,<sup>12</sup> usque ad alios pæne proventus: et id quidem in muria fit.<sup>q</sup> Sed et scrobe,<sup>r</sup> opaco in loco arena substrato, sœnoque sicco opertos, ac deinde terra, virides servari tradunt. Sunt et sylvestres in utroque genere, et<sup>s</sup> omnibus fere hortensiis. Sed et his medica<sup>t</sup> tantum natura est. Quam ob rem differentur in sua volumina.

<sup>c</sup> *Duritia seminis gratiam in cibis cucurbitis auferente.*



recentt. ‘*Cibo salubres ac leves pluribus modis existimantur Vet. Cibos, (&c. ut in Vet.) existimant Ms.’ Dalec. Cibus saluber ac lenis pluribus modis existimatur Gronov. et al. ante Harduin.—9 Chiffl. fuerunt.—10 Chiffl. et gratiore. —11 Vet. Dalec. et rusticæ suppellectili; Dalec. rusticæ suppellectile; Gronov. rusticæ suppellectili.—12 Ita codd. Harduini, et Chiffl. cum edd. Harduin. I. 2. 3. et recentt. cucuminis Gronov. et vulgg.—13 Chiffl. ex.*

#### NOTE

<sup>m</sup> *Semina quæ]* Pallad. lib. iv. in Martio, tit. 9. pag. 91. ‘Hoc in cucurbitis insigne est, quod longas faciunt et exiles semina quæ in earum cervice nascuntur: quæ in ventre fuerant, cucurbitas faciunt crassiores: quæ in fundo, latae, si inversis cacuminibus obruantur.’ Qua ratione ex eodem seminio hæc varietas fieri possit, suo carmine Columella demonstrat in Hort. lib. x.

<sup>n</sup> *Eas quæ semini]* Pallad. loc. cit. ‘Quæ servantur ad semina, usque ad hyemem in sua vite dependeant:

deinde sublatæ in Sole ponantur, aut fumo: aliter semina putrefacta depereunt.’

<sup>o</sup> *Hortensiorum]* Ita MSS. omnes. Hortensia sunt quæ in hortis seruntur.

<sup>p</sup> *Inventa est ratio]* Describit hanc fuse Nicander in secundo Georgicorum, apud Athen. lib. ix. pag. 372.

<sup>q</sup> *In muria fit]* Modum edocet auctor Gepon. loc. cit. pag. 344.

<sup>r</sup> *Sed et scrobe]* Sic etiam auctor Gepon. loc. cit. pag. 343.

<sup>s</sup> *Sed et his medica]* Nullus horum

xxv. Reliqua cartilaginum naturæ terra occultantur omnia. In quibus de rapis abunde<sup>t</sup> dixisse poteramus videri, nisi medici<sup>u</sup> masculini sexus facerent in his rotunda, latiora vero et concava<sup>r</sup> foeminiti, præstantiora suavitate, et ad condiendum<sup>v</sup> faciliora: quæ saepius sata<sup>w</sup> transcurunt in marem. Idem naporum<sup>z</sup> quinque genera fecere: Corinthium, Cleonæum, Liothasium,<sup>y</sup> Bœoticum, et quod per<sup>3</sup> se viride<sup>z</sup> dixerunt. Ex iis<sup>a</sup> in amplitudinem adolescit Corinthium, nuda fere radice. Solum enim hoc genus superne tendit, non, ut cetera, in terram. Liothasium<sup>b</sup> quidam Thracium<sup>4</sup> appellant, frigorū patientissimum. Ab eo Bœoticum<sup>c</sup> dulce est, rotunditate etiam

.....

CAP. XXV. 1 Gronov. latiora vero concava, omissa coniunctione.—2 Margo edd. Dalec. et Gronov. raphanorum, e Theophr.—3 Alii apud Dalec. super.

#### NOTE

in cibis usus: omnis in medicina.

<sup>t</sup> De rapis abunde] Lib. XVIII. cap. 34.

<sup>u</sup> Nisi medici] Medicis prævit Theophr. Hist. VII. 4. Medicos fuisse Græcos ipse Plinius admonuit loco proxime appellato.

<sup>v</sup> Et ad condiendum] De condiendis rapis, vide Palladium in Decembri, tit. 5.

<sup>w</sup> Quæ saepius sata] Ita MSS. quoque. Theophr. loc. cit. monet, si densius spissiusve serantur, in marem transire: Γογγυλίδος δὲ οἱ μέν φασιν εἶναι γένη, οἱ δ' οὐ φασιν ἀλλὰ καὶ τῷ ςρρενι καὶ τῇ θηλείᾳ διαφέρειν γίνεσθαι δὲ ἐκ τοῦ αὐτοῦ σπέρματος ἄμφω πρὸς δὲ τὸ ἀποθηλύνεσθαι, πηγγῦναι δεῖ μανᾶς· εὖν γὰρ πυκνὰς, πάσας ἀπαρθένοῦσθαι.

<sup>x</sup> Idem naporum] Igitur ii medici, quorum nunc placita referuntur, natos appellavere, quos raphanos sive radiculas verius appellassent: nam Theophr. Hist. VII. 4. quinque haec ipsa τῶν φαφανίδων genera agnoscit, ita prodente Athenæo lib. II. pag. 56.

ex quo Theophrasti loens, qui nunc in mendo cubat, refungi debet: Θεόφραστος δὲ ἐν τοῖς περὶ φυτῶν, inquit, γένη φαφανίδων φησὶν εἶναι πέντε· Κορινθίαν, Δειοθασίαν, Κλεωναίαν, Ἀμωρέαν, Βοιωτίαν καλεῖσθαι δ' ὑπὸ τινων τὴν Δειοθασίαν Θρακίαν, κ. τ. λ. Des rai- forts.

<sup>y</sup> Liothasium] Sic Athenæus mox citatus. Theophr. loc. cit. Δειοθαλάσσιον, cui favere Hesychius videtur, in Ἀπλυτοι φαφανίδες. Has ipsas tamen, quæ illotæ ἀπλυτοι vocitantur, Θασία Athenæus vocat.

<sup>z</sup> Et quod per se viride] Id videtur esse, quod Ἀμώρεον Athenæus appella-

tit.  
<sup>a</sup> Ex iis] Theophr. loc. cit. de raphanis. Εἴναι εστάτην δέ φασι τὴν Κορινθίαν ἡ καὶ τὴν βίξαν ἔχει γυμνήν· ὀθείσθαι γὰρ εἰς τὸ ἄνω, καὶ οὐχ ὡςαὶ ἄλλαι κάτω.

<sup>b</sup> Liothasium] Theophr. ex Atheneo loco proxime allato.

<sup>c</sup> Ab eo Bœoticum] Theophr. loc. cit. iisdem verbis.

brevi notabile, neque, ut Cleonæum, prælongum. In totum quidem,<sup>d</sup> quorum tenuia<sup>e</sup> folia, ipsi quoque dulciores: quorum scabra, et angulosa, et horrida, amariores. Est præterea<sup>f</sup> genus sylvestre, cuius folia sunt erucæ similia. Palma Romæ Amiterninis<sup>g</sup> datur, inde Nursinis:<sup>h</sup> tertia nostratisbus.<sup>i</sup> Cetera de satu eorum in rapis dicta sunt.<sup>j</sup>

**XXVI.** Cortice et cartilagine constant raphani:<sup>k</sup> multis que eorum cortex crassior etiam, quam quibusdam arborum. Amaritudo<sup>l</sup> plarima illis<sup>m</sup> est, et pro crassitudine corticis. Cetera quoque aliquando lignosa. Et vis mira<sup>n</sup> colligendi spiritum, laxandique ructum: ob id cibus illiberalis, utique si proxime olus mandatur: si vero cum olivis drupis,<sup>o</sup> rarer ructus fit, minusque foetidus. Ægypto<sup>p</sup> mire celebratur propter olei fertilitatem, quod e semine ejus faciunt. Hoc maxime cupiunt serere, si liceat: quoniam et quæstus plus quam a frumento,<sup>q</sup> et minus tributi est, nullumque copiosius oleum.

—4 *Threcicum Dalec.*—5 Ita ex codd. Harduin et recentt. *tenuiora* edd. vett. et Gronov. et in margine, *laeviora*.—6 *Marsis* codd. Dalec.

CAP. XXVI. 1 Ita codd. Harduin et Vet. Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. illi Chiff. illi Gronov. et al. vett.—2 Chiff. *si vero ipse cum o. drupis.*—3 Chiff. *e frumento.*—4 Idem codex, *ac fruticosa.*

#### NOTÆ

<sup>d</sup> *In totum quidem]* Theophr. loc. cit. <sup>e</sup> Οσων δ' ἀν ἢ λεῖα τὰ φύλλα, κ. τ. λ.

<sup>f</sup> *Est præterea]* Theophr. Γένος δέ τι παρὰ ταῦτα ἔστιν, δὲ οὐ τὸ φύλλον εὐχάριψ ψυμον. De eruca xx. 49.

<sup>g</sup> *Amiterninis]* Vide quæ diximus xviii. 35. Rapi vero hi proprie sunt, non raphani, ut priores.

<sup>h</sup> *Tertia nostratisbus]* Romani agri.

<sup>i</sup> *In rapis dicta sunt]* Lib. xviii. cap. 34.

<sup>j</sup> *Cortice . . . raphani]* Quas Græci ραφανίδας vocant: Galli, *des raforts.* Radices quæ sunt edendo, multa carne sunt minuta, velut raphani, napi, rapa: immo nonnullæ quandam car-

tilaginis speciem præ se ferre conspicuntur: quapropter et cartilagineæ nominantur: ut raphani.

<sup>k</sup> *Amaritudo]* Δριμύτης, acrimonia, dicitur a Theophr. loc. cit. Sed amaritudinem appellare saporem enim acutum, qualis in raphano sentitur, familiare Plinio est.

<sup>l</sup> *Et vis mira]* Inflationem habere hunc cibum ait, ac vim ciendi ructus. Quod et Diosc. edocet, II. 137. Ραφανὶς καὶ αὕτη πνευμάτων γεννητικὴ, . . . ἐρευκτικὴ δὲ, κ. τ. λ.

<sup>m</sup> *Ægypto]* Plinius ipse xv. 7. <sup>n</sup> Plutinum autem in Ægypto sit oleum e raphani semine.'

*Genera raphani*<sup>m</sup> Graeci fecere tria, foliorum differentia, crisi, atque laevis, et tertium sylvestre. Atque huic leria<sup>n</sup> quidem, sed breviora ac rotunda, copiosaque; atque fruticosa:<sup>+</sup> sapor autem asper, et medicamenti instar ad eliciendas alvos.<sup>p</sup> Et in prioribus<sup>q</sup> tamen differentia a semine est:<sup>s</sup> quoniam aliqua pejus, aliqua admodum exiguum<sup>t</sup> ferunt. Haec vitia<sup>r</sup> non cadunt, nisi in crispa folia.

Nostri alia fecere genera: Algidense<sup>s</sup> a loco, longum atque translucidum. Alterum rapi figura, quod vocant<sup>7</sup> Syriacum, suavissimum fere ac tenerimum, hyemisque patiens. Præcipuum tamen est, quod e Syria non pridem

—5 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recent. differentia seminis est Gronov. et al. vett.—6 Margo edd. Dalec. et Gronov.

#### NOTÆ

<sup>m</sup> *Genera raphani*] Genera ejus quod Graeci ῥάφανον appellarent, fecere illi tria. Verum, ne quempiam nomenclatio remoretur, attendendum est apud Atticos appellatione raphani brassicam venire: sic Aristophanem, sic etiam Theophrastum, et alios plerosque pro *brussica* constat usurpare. Atque ut in Theophrasto potissimum morer, cuius orationem verti nunc a Plinio perspicuum est, sic ille habet, Hist. VII. 4. Τῆς δὲ ῥάφανου τριχῇ διαιρουμένης, οὐ λειοφύλλου τε, καὶ λειοφύλλου, καὶ τρίτης τῆς ἀγραλα, κ. τ. λ. Ea brassicæ, non raphano proprie dicto referuntur: si quidem Marcus Cato ultima voluminis parte, quam brassicæ dicavit, tria fecit eadem illius vestigia: tres pariter notas attulit. Prima est laevis, altera crispa, tertia quæ proprie erambe nominatur: singula deinde genera suis notis describit, quas omnes Theophrasti verbis suffragari constat. Hesychius: 'Ραφανὸς, καὶ ῥάφανος διαφέρει παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς' ῥάφανος μὲν γὰρ ἡ κράμβη ῥαφανὸς δὲ

παρ' ἡμῖν ῥάφανος. Habet eadem Apollodorus Carystius apud Athen. lib. I. pag. 34. Vide plura in eam rem apud Galenum II. de Alim. Facult. II. 44. pag. 361.

<sup>n</sup> *Atque huic leria*] Theophr. iisdem verbis, de brassica.

<sup>o</sup> *Atque fruticosa*] Ramosa, πολύκλαδος, Theophr.

<sup>p</sup> *Ad eliciendas alvos*] Ad dejiciendam, ad ciendam alvum, atque purgandam. De brassica, Theophr. loc. cit. Ἐπι τοῦ δὲ χυλὸν ἔχοντα δριμὺν καὶ φαρμακώδην διὸ καὶ πρὸς τὰς κοιλίας αὐτῷ χρῶνται οἱ ἱατροί.

<sup>q</sup> *Et in prioribus*] In crispa, laevique brassica. Theophr. loc. cit. de brassica: 'Ομαίως δὲ . . . εἶναι δοκοῦσι διαιφοραὶ καὶ ἔτεραι' ἐπεὶ ἀσπερμόν τι γένετο αὐτῶν ἔστιν, ἢ κακόσπερμον, κ. τ. λ.

<sup>r</sup> *Haec vitia*] Seminis parvitas, aut imbecillitas.

<sup>s</sup> *Algidente*] Ab Algido monte Romæ vicino, de quo nos alibi. Sed nunc de Italis vernaculisque raphanis, atque adeo veris ac proprie dictis, agit, non de brassica.

advectum appareat, quoniam apud auctores non reperitur: id autem tota hyeme durat. Etiamnum unum<sup>t</sup> sylvestre Graeci agrion vocant, Pontici armon, alii leucen, nostri armoraciam, fronde copiosius quam corpore. In omnibus autem probandis maxime spectantur caules: immittit enim rotundiores crassioresque, ac longis canalibus. Folia ipsa tristiora, et angulis horrida.

Seri vult raphanus terra soluta, humida. Fimum odit, palea contentus. Frigore adeo gaudet, ut in Germania infantium puerorum magnitudinem aequet. Seritur post Idus Febr. ut vernus sit: iterumque circa Vulcanalia,<sup>v</sup> quae satio melior. Multi et Martio, et Aprili serunt, et Septembri. Incipiente incremento, confert alterna folia circumobruere, ipsos vero accumulare.<sup>v</sup> Nam qui extra<sup>w</sup> terram emersit, durus fit atque fungosus. Aristomachus<sup>x</sup> detrahi folia per hyemem jubet, et, ne lacunae stagnent, accumulari:<sup>y</sup> ita in æstatem grandescere. Quidam prodi-

---

nullum, e Theophr.—7 Dalec. et quod vocant.—8 Ita codd. Regg. Brot. Dalec. Chiff. et Editio princeps; accumulare Gronov. Harduin. et recentt.

#### NOTÆ

<sup>t</sup> *Etiamnum unum*] Raphani nimirum, non brassicæ, sylvestre genus. Philoxenus in glossis: ‘Ραφανίδες, armoracia. Isidorus XVII. 10. armoraciam esse lapsanam falso putat. Utramque distinguit Columella IX. 4. ‘Jam vero,’ inquit, ‘notæ vilioris innumerabiles nascentur herbae... ut vulgares lapsanæ, nec his pretiosior armoracia.’ Italia, rerum antiquarum parens, adhuc Aramoraci, et Remolaci nominat, teste Anguillara, par. 7. p. 112. Nostri, *Rave saurage*. Diosc. II. 138. ‘Ραφανίς ἀγρια, ἦν Τρωμάσιοι ἄρμωρακίαν καλοῦστι, ο. τ. λ.

<sup>v</sup> *Circa Vulcanalia*] Columella XI. 3. ‘Ceterum Augusto circa Vulcanalia, tertia satio est: eaque optima radicis, (hoc est, raphani,) et rapæ, itemque napi, et siseris,’ &c. Ac

multo post: <sup>z</sup> Raphani radix bis anno seritur: Februario mense, cum vernum fructum expectamus: et Augusto mense circa Vulcanalia, cum maturius. Sed hæc satio sine dubio melior habetur.

<sup>y</sup> *Ipsos vero accumulare*] Aggerare terram, circumfundere. Colum. loc. cit.

<sup>w</sup> *Nam qui extra*] Columella iisdem verbis, loc. cit.

<sup>x</sup> *Aristomachus*] Theophr. quoque, de Causis V. 5. p. 330. ‘Ομολως δὲ τοῦτο συμβαίνει καὶ ἐν τοῖς λαχάνοις’ ἐφ’ ὃν παχύνουσι τὰς βλίξας, τῶν μὲν ἀφαιροῦντες τὰ φύλλα, καθάπερ τῆς ραφανίδος, ὅταν μάλιστα εὐαέρως τοῦ χειμῶνος, καὶ καταστάτοντες τὴν γῆν, ὥστε καὶ τὸ ὕδωρ ἀποστέγειν· ἐν γῇρ τῷ θέρει γίνονται θαυμασταὶ τῷ πάχει.

dere, si palo adacto caverna palea imsteratur sex digitorum altitudine, deinde in semen sumumque et terra congeratur, ad magnitudinem scrobis crescere. Præcipue tamen salsis aluntur. Itaque etiam talibus aquis irrigantur, et in Ægypto<sup>y</sup> nitro sparguntur, ubi sunt suavitate præcipui. In totum quoque salsugine amaritudo eorum eximitur, fiuntque coctis similes. Namque et cocti dulcescunt, et in naporum vicem transeunt. Crudos medici suadent, ad colligenda acria viscerum, dandos<sup>10</sup> cum sale<sup>z</sup> jejunis esse,<sup>11</sup> atque ita vomitionibus præparant<sup>12</sup> meatum. Tradunt et præcordiis necessarium hunc succum: quando phthisin<sup>13</sup><sup>a</sup> cordi intus inhærentem non alio potuisse depelli compertum sit in Ægypto, regibus corpora mortuorum ad scrutandos morbos inseccantibus.<sup>14</sup> Atque, ut est Græca vanitas, fertur in templo Apollinis Delphis adeo ceteris cibis prælatus raphanus, ut ex auro dicaretur,<sup>15</sup> beta ex argento, rapum e plumbo. Scires non ibi genitum Manium Curium<sup>b</sup> imperatorem, quem Samnitium<sup>16</sup> legatis aurum

Margo edd. Dalec. et Gronov. terram accumulare, e Theophr.—9 Cod. Dalec. deinde semen, &c. Dalec. deinde semen fimo, &c. Alii ap. Dalec. deinde semen sumoque et terra contegatur.—10 Vox dandos deest in codd. Dalec. et Chiff. edendos alii ap. Dalec.—11 Cod. Dalec. edere.—12 Vet. Dalec. præparandum.—13 ‘Ita quidem recentiores editiones. Corruptum morbi nomen in Ms. Reg. 1. qui habet *ithiriasin*. Sed, ut mihi videtur, ex Plinio Valeriano, qui multa e Plinio excerptis, emendandum, *phthiriasin*. Sic enim ille, de Re Medicina iv. 1. ‘Contra phthiriasin succus ejus (raphani) adhibetur, qui solus potest tenuitate subtili ad imi corporis liniamenta cor penetrare. Ægyptii enim reges quibus erat studium scrutari corpora mortuorum, et causas valedicendum occulta fide recognoscere, in corde ipso nasci ejusmodi vitium prodiderunt.’ *Phthiriasis, la Maladie pédiculaire.*’ Brotier.—14 Vet. Dalec. dissecantibus.—15 Margo edd. Dalec. et Gronov. duceretur.—16 Chiff. hospitium.

## NOTÆ

<sup>y</sup> *Et in Ægypto]* Plinios xxxi. 46. 4. ‘Salis vice utuntur ad raphanos nitro Ægyptio: teneriores eos facit: olera viridiora:’ ubi raphanos ab oleibus, hoc est, a brassica, secernit.

<sup>z</sup> *Dandos cum sale]* Eadem de raphano Diose. II. 137. ‘Αρμόζει δὲ καὶ τοῖς ἐμέν μέλλουσι προεσθιομένη. De radicula Celsus, ut dicemus xviii. 13.

<sup>a</sup> *Phthisin]* Lentam ea vox tabeni sonat. De hoc cordis vitio egimus xl. 69. Vide Notas et Emend. num. 10.

<sup>b</sup> *Manium Curium]* Rem narrat ele- ganter, ut solet, Val. Max. IV. 3. p 208. Cicero in Catone: Megacles quoque, de Viris Illustribus, apud Athen. lib. x. p. 419. Plutarchus in Apophth.

repudiatur afferentibus rapum torrentem in foco inventum Annales nostri prodidere. Scripsit et Moschion Græcus unum de raphano volumen. Utilissimi in cibis hyberno tempore existimantur: iidemque dentibus semper inimici, quoniam atterant. Ebora certe poliunt. Odium his<sup>c</sup> cum vite maximum, refugitque juxta satos.

XXVII. Lignosiora sunt reliqua, in cartilaginum genere a nobis posita. Mirumque, omnibus vehementiam saporis inesse. Ex iis pastinacæ unum genus agreste sponte provenit: *staphylinos*<sup>d</sup> Græce dicitur. Alterum seritur<sup>e</sup> radice vel semine, primo vere vel autumno: ut Hygino placet, Februario, Augusto, Septembri, Octobri, solo quam altissime refosso. Annicula utilis esse incipit, bima utilior, gravior autumno, patinisque<sup>f</sup> maxime, et sic quoque virus<sup>g</sup> illi intractabile<sup>2</sup> est. *Hibiscum*<sup>f</sup> a pastinaca gracilitate distat, damnatum in cibis, sed medicinæ utile. Est et quartum<sup>3</sup> genus in eadem similitudine pastinacæ, quam

<sup>a</sup> *Sapor.*

\*\*\*\*\*

CAP. XXVII. 1 Cod. Dalec. *patinis quam*.—2 Cod. Dalec. *vis illi intractabilis*.—3 *Est autem quartum margo* edd. Dalec. et Gronov.—4 Cod. Dalec.

#### NOTÆ

<sup>c</sup> *Odium his*] Raphanis scilicet: nec minus brassicæ, uti ex Theophrasto vidimus, XVII. 37. et ex Plinio ipso visuri sumus, XXIV. I. ‘Pernicia et brassicae cum vite odia.’ Palladius lib. IX. in Augusto, tit. 5. ‘Raphanum tamen, sive brassicam, constat esse vitibus inimicum: nam si circa se serantur, natura discordante refugint.’ *Ράφανον de brassica recte accepit. Sed et raphano proprio dicto, hoc est, ράφανιδι, vis eadem est.*

<sup>d</sup> *Staphylinos*] Σταφυλῖνος Athenæo lib. ix. p. 371. Hæc pastinaca tenuifolia sylvestris, quæ pingitur a Dodonæo, pag. 668. visa a nobis in horto Regio.

<sup>e</sup> *Alterum seritur*] Pastinaca sativa, quæ in Gallia vulgo *Panais* nominatur. Dodonæo, p. 669. Pastinaca sativa latifolia est.

<sup>f</sup> *Hibiscum*] Pastinaca latifolia sylvestris Dodonæi hæc est, p. 669. *Panais sauvage.*

<sup>g</sup> *Est et quartum*] In eo genere est illud haud postremum quod vulgo notum *Carotæ* nomine, et Dauci officinarum, ut recte Anguillara, par. 7. pag. 129. prædulci radice, odorata, lutea, rufa, vel interdum purpurea, quam cum farina et oleo frigunt ad mensarum usus: aut coctam in accepto et oleo mandunt. Tenuifolia sativa pastinaca dicitur Dodonæo, pag. 667.

nostri Gallicam vocant, Græci vero daucon: cuius genera etiam<sup>4</sup> quatuor<sup>b</sup> fecere: inter medica<sup>b</sup> dicendum.

**XXVIII.** Siser<sup>i</sup> et ipsum Tiberius princeps nobilitavit, flagitans omnibus annis e Germania.<sup>j</sup> Gelduba<sup>j</sup> appellatur castellum Rheno impositum, ubi generositas præcipua. Ex quo apparet frigidis locis convenire. Inest longitudine nervus, qui decoctis extrahitur, amaritudinis tamen magna parte reicta: quæ mulso in cibis temperata, etiam in gratiam vertitur. Nervus idem et pastinacæ majori, duntaxat anniculæ. Siseris satus<sup>z</sup> mensibus Februario, Martio, Aprili, Augusto, Septembri, Octobri.

**XXIX.** Brevior his est, sed torosior,<sup>a</sup> amariorque, inula,<sup>z k</sup> per se stomacho inimicissima: eadem dulcibus mixtis saluberrima. Pluribus modis<sup>j</sup> austernitate victa gratiam invenit. Namque et in pollinem tunditur arida,

<sup>b</sup> *In libris de medicina.*

<sup>a</sup> *Carnosior.*



*dunci genera etiam.* Gronov. et al. ante Harduin. *cujus genera etiam quatuor fecere.* *Inter medica dicendum siser: et ipse Tiberius, &c.*

**CAP. XXVIII.** 1 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recenti. *a Germania* Gronov. et vulg.—2 *Siser his seritur cod.* Dalec.

**CAP. XXIX.** 1 Cod. Dalec. *et torosior.*—2 Chiffi. *in nulla;* alii ap. Dalec.

#### NOTÆ

<sup>h</sup> *Cujus genera etiam quatuor]* De his dicemus opportunius xxv. 64. inter medica, ut Plinius ait.

<sup>i</sup> *Siser]* Dioscoridi, lib. II. c. 139. Σταραπον. nostris, Chervi. Iconem Dodonæus exhibet, p. 670. Quanquam an siser Græciae, cum sisere Geldubæ sive Germanorum sit idem, subdubitat Anguillara, par. 7. pag. 112.

<sup>j</sup> *Gelduba]* Ex Tacito Geldubæ situm agnoscimus haud procul foisse Novesio, Nuy: in citeriore Rheni ripa, ubi nunc pagus est cum prisci nominis vestigio Gelb. Vide Tacit. Hist. IV. p. 95. et 96. Castra Rheno imposta scito plurima fuisse, in quibus Romanæ cohortes præsidii causa

excubarent. In Conc. Agrippinensi, anno CCCXLVI. ‘Epistola plebis Agrippinensium, sed et omnium castrorum Germaniae secundæ.’

<sup>k</sup> *Amariorque, inula]* Hoc est, aceroris succi. Sic Horatius, II. Sat. 2. 44. ‘acidas inulas’ appellat, de quibus idem postea II. Sat. 8. 51. ‘Inulas ego primus amaras Monstravi incoquere.’ Græcis ἐλένιον dicitur. nostris, *de l’Aunée.* Officinis, ‘Enula Campana.’ Iconem vide apud Dodon. pag. 342.

<sup>l</sup> *Pluribus modis]* Tres quatuorve inulae condituras, quibus amaritudinem dimittat omnem, affert Columela XII. 46.

liquidoque dulci<sup>m</sup> temperatur : et decocta posca,<sup>n</sup> aut asservata, vel macerata pluribus<sup>o</sup> modis, et tunc mixta defruto,<sup>p</sup> aut subacta melle, uvisve passis, aut pinguibus caryotis.<sup>q</sup> Alio rursus modo cotoneis malis, vel sorbis, aut prunis, aliquando pipere aut thymo variata, defectus præcipue stomachi excitat, illustrata maxime Juliae Augustæ<sup>r</sup> quotidiano cibo. Supervacuum<sup>s</sup> ejus semen : quoniam oculis<sup>t</sup> ex radice excisis, ut arundo seritur. Et hæc autem, et siser,<sup>u</sup> et pastinaca, utroque tempore, vere et autumno, magnis seminum intervallis: inula ne minus<sup>v</sup>

<sup>b</sup> Sationi inutile.

*nullare.*—3 Cod. Dalec. aut asservata defruto, omissis quæ interjacent.—4 Vet. Dalec. caricis; Chiff. cereotis.—5 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Et hæc autem seritur, et siser*

#### NOTÆ

<sup>m</sup> *Liquidoque dulci]* Liqnore aliquo dulci.

<sup>n</sup> *Decocta posca]* Decoqui inulam jubet ex posca. Poseam Latini vocant id quod Graeci ὀξύκρατον, quod potionis genus ex aquæ et aceti mixtura fit. Decoqui ex aceto Columella præcipit, loc. cit. quod idem est: nam aceti solius nomine sæpe posca exprimitur. Plautus in Rudente: ‘Sed hic rex cum aceto pransurus est, et sale.’ Spartanus in Pescennino: ‘Jussit vinum in expeditione neminem habere, sed aceto universos esse contentos.’ Vulcatius in Avidio: ‘Præter laridum, et buccellatum, et acetum.’

<sup>o</sup> *Macerata pluribus]* Præsertim murria, ex Columella. Cum succo rutæ, sciolæ Salernitana: ‘Enula Campana reddit præcordia sana, Cum succo rutæ succus si sumitur ejus, Affirmant ruptis quod proposito potio talis.’

<sup>p</sup> *Juliae Augustæ]* Sive Liviæ, quæ in familiam et nomen Juliae gentis ascita adoptione est.—<sup>q</sup> *Juliae Augustæ]* Quæ Cæsaris Augusti filia,

Tiberii Augusti conjux fuit. Vixit illa per honorifice usque ad quartum saltem Tiberii Augusti annum: teste nummo singulari, ex ære minimo, apud D. Abb. de Fontenu: hac epigraphæ Graeca in corona laurea, TIB. KAICAP. In aversa parte spica erecta, fertilitatis Judææ symbolum: hinc IOT. inde AIA, infra E. Δ. ‘anno quarto’ Juliæ Tiberii conjugis, cuius causa imperium ille in Judæa obtinebat. Nam Cæsar ipse fuit et hæres Augusti ob illud conjugium. Adde Achaten Tiberianum, ut appellant, quem alibi explicuimus; et nummum perrarum argenteum ex Museo nostro, consecrationis ejus indicem, DIVA IVLIA AVGVSTA: ut jam superius diximus ‘ad lib. vii.’ Ed. sec.

<sup>r</sup> *Quoniam oculis]* Sive bulbis, ut diximus XVI. 67. Palladius in Febr. tit. 24. ‘Hoc mense inula seritur, quo canneta ponuntur. Seritur oculis, sicut calami,’ &c.

<sup>s</sup> *Inula ne minus]* Colum. xi. 3. ‘Pastinaca, siser, atque inula con-

quam terrorum pedum, quoniam spatiose fruticat. Siser autem transferre melius.

**xxx.** Proxima his est bulborum<sup>a</sup> natura, quos Cato in primis serendos præcepit,<sup>1</sup> celebrans Megaricos.<sup>b</sup> Verum nobilissima est scilla,<sup>c</sup> quanquam medicamini nata, acetoque<sup>d</sup> exacuendo.<sup>2</sup> Nec ulli amplitudo major, sicut nec vis asperior. Duo genera medica:<sup>3</sup> masculum albis foliis,<sup>4</sup> fœmina nigris. Et tertium<sup>e</sup> genus est cibis gratum: epimenidium<sup>f</sup> vocatur, angustius folio, ac minus aspero. Seminis plurimum omnibus. Celerius tamen proveniunt satæ bulbis circa latera natis. Et ut crescant,<sup>g</sup>

---

Gronov. et al. vett.—6 Ita edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *intervallis, muliere minus* Gronov. et al. vett. Mox, pro quam terrorum, Chiff. habet, *quaternorum,*

CAP. XXX. 1 Chiff. *-præcipit.*—2 Idem codex, *exacuendoque aceto.*—3 Codd. Dalec. et Chiff. *medicae.*—4 ‘Ita codd. Regg. 1. 2. et Editio princeps.’ Brotier. *musculus albis foliis* Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—5 *Epi-*

#### NOTÆ

valescunt alte pastinato et stercorato loco: sed quam rarissime ponenda sunt, ut majora capiant incrementa. Inulam vero intervallo trium pedum seri convenit, quoniam vastos facit frutices.<sup>1</sup> Sic etiam Pallad. loc. cit. ‘Seritur inula oculis sicut calami, quos absindere, et terra leviter debemus obruere, terra fossa et subacta, excitatis ad lineam pulvinis, quibus ejus oculos oportet infodere: trium pedum inter se spatio separantur.’

<sup>a</sup> *Proxima . . . bulborum]* Dioscor. II. 200. Βολβὸς γνάριμος πᾶσιν, δὲ ἐσθίουσιν. Bulborum facies notior est visa Dioscoridi, Plinioque, quam quæ deberet repræsentari: nunc incognita omnibus fere cum Medicis tum officinis habetur: quoniam bulbi omnes illi edi jam desiere. Inveniuntur tamen hodieque cepæ modo tunicati bulbi, quibus rura sibi vorandi facultatem molintur: miram enim excitant aviditatem: quare ‘Appetitus’ appellationem in agris sibi vindica-

runt.

<sup>b</sup> *Megaricos]* Μεγαρῆς βολβὸς iudicat etiam Nicander, apud Athen. lib. II. p. 64. Damnat Ovid. de Remed. Amor. circa finem, ob Venerem scilicet, quam mirum in modum stimulat: his numeris: ‘Daunius, an Libycis bulbus tibi missus ab oris, An veniat Megaris, noxius omnis erit.’

<sup>c</sup> *Scilla]* Squillam exemplo Varonis omnes nunc vocant officinæ. Graeci σκίλλαν, et σκύλλαν. Nostri, *Oignon marin, ou squille.* Scilla Hispanica Clusii est Rarior. Plant. I. II. p. 171. radice alba. Vidimus in horto Regio.

<sup>d</sup> *Acetoque]* Fit enim ex ea scillium acetum, uti dicemus xx. 39.

<sup>e</sup> *Et tertium]* Neque omnem scillæ radicem in cibis approbat Theophr. Hist. VII. II. sed illius tantum, quæ Epimenidia appellatur, ἀλλὰ τῆς Ἐπιμενίδειον καλούμένης, quæ angustiore folio ac læviore est, στενοφυλλοτέρας καὶ λειοτέρας.

<sup>f</sup> *Et ut crescant]* Theophr. loco citato.

folia quæ sunt his ampla, deflexa circa obruuntur. Ita succum omnem in se trahunt capita. Sponte nascuntur copiosissime<sup>6</sup> in Balearibus Ebusoque insulis, ac per Hispanias. Unum de iis volumen condidit Pythagoras philosophus, colligens medicas vires, quas proximo reddemus libro. Reliqua bulborum<sup>7</sup> genera differunt colore, magnitudine, suavitate. Quippe cum<sup>8</sup> quidam crudi mandantur, ut in Cherroneso Taurica. Post hos in Africa<sup>9</sup> nati maxime laudantur, mox Apuli. Genera Graeci<sup>10</sup> hæc fecere: bulbinen, setanion, pythion, acrocorion,<sup>11</sup> ægilopa, sisyrinchion. In hoc mirum<sup>12</sup> imas ejus radices crescere hyeme: verno autem, cum apparuerit viola, minui et contrahi, tum deinde bulbum pinguescere.

Est inter genera<sup>7 m</sup> et quod in Ægypto aron vocant, scillæ proximum amplitudine, foliis lapathi, caule recto duum cubitorum, baculi crassitudine, radice mollioris naturæ, quæ edatur<sup>8 n</sup> et cruda. Effodiuntur bulbi ante ver, aut deteriores illico fiunt.<sup>9</sup> Signum maturitatis, folia inarescentia ab imo: vetustioresque improbant: item parvos

---

*menidum Chiffl.—6 Cod. Dalec. copiosissimæ.—7 Est inter hæc genera Vet. Dalec.—8 Chiffl. quæ estur.—9 Ms. fiunt, si finduntur. Lego, et finduntur. Signum,’ Dalec. Mox, Chiffl. maturitatis est. Vet. maturitatis f. marcescentia.*

#### NOTÆ

<sup>7</sup> *Reliqua bulborum*] Theophr. Hist. VII. 13.

<sup>8</sup> *Quippe cum*] Theophr. loc. cit. et ex eo Athenæus I. II. p. 64.

<sup>9</sup> *Post hos in Africa*] Διβυκούς laudat pariter Athenæus loc. cit. Libykos, Dauniosque, sive Apulos, Ovidius paulo ante appellatus.

<sup>10</sup> *Genera Graeci*] Theophr. in primis, loc. cit. ubi hæc genera recensentur: Τὸ λευκόν, καὶ βολβίνη, καὶ δὲ πυθίων, καὶ κύτες, καὶ τρόπον τινὰ τὸ σισυρίγχιον. Rectius forsitan, συσιρίγχιον, a rostri suilli similitudine. Hujus iconem apud Dodon. vide, p. 210. Est et in Eystettensi horto.

<sup>11</sup> *Acrocorion*] An acrosorodon? Ut ut est, bulborum ejuscemodi ignota facies, uti et pythionis.

<sup>12</sup> *In hoc mirum*] Nempe in sisyrinchio. Hæc Plinius ex Theophr. accepit, loc. cit.

<sup>m</sup> *Est inter genera*] Nempe bulborum. De aro autem Ægyptiaca loquitur, quæ diversa a Dioscoridis aro vulgari. Ægyptiaca colocasiæ genus est alterum, quod cum faba Ægyptia plerique confuderunt: Plinius apte distinguit. Pingitur a Dodonæo, p. 318. Vidimus in horto Regio.

<sup>n</sup> *Quæ edatur*] Theophr. Hist. VII. 11.

et longos. Contra rubicundis rotundioribusque laus, et grandissimis. Amaritudo plerisque in vertice est. Media eorum dulcia. Bulbos non nasci, nisi ex semine,<sup>10</sup> priores tradiderunt. Sed et in Prænestinis<sup>11</sup> campis sponte nascentur, ac sine modo etiam in Remorum arvis.

XXXI. (vi.) Hortensiis<sup>1</sup> omnibus fere singulæ radices, ut raphano,<sup>a</sup> betæ, apio, malvæ.<sup>b</sup> Amplissima<sup>b</sup> autem lapatho, ut quæ descendat ad tria cubita. Sylvestri minor<sup>c</sup> et humida:<sup>d</sup> effossa quoque diu vivit. Quibusdam tamen capillatae,<sup>d</sup> ut apio, malvæ: quibusdam surculosæ,<sup>e</sup> ut ocimo. Aliis carnosæ, ut betæ,<sup>f</sup> aut magis etiamnum croco:<sup>g</sup> aliquibus<sup>h</sup> ex cortice et carne constant, ut raphano, rapis: quorundam geniculatae<sup>i</sup> sunt, ut graminis.

—10 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. et recentt. nisi ex semine Gronov. et al. vett.—11 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et edd. recentt. Sed et Prænestinis Gronov. et al. vett.

CAP. XXXI. 1 Hortensibus cod. Dalec.—2 Margo edd. Dalec. et Gronov. lapatho, et Theophr.—3 Ita codd. Harduini et Vet. Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. Silvestri minores, tumidæ Gronov. et al. vett.—4

#### NOTÆ

<sup>a</sup> Hortensiis . . . ut raphano] Theophr. Hist. Plant. I. 9. Σχεδὸν δὲ καὶ τῶν λαχανωδῶν τὰ πλεῖστα μονόβριξας οὖν ράφανος, τεῦτλον, κ. τ. λ. Ῥάφανος, ut monimus, brassica Theophrasto est, non raphanus, quem ille ράφανίδα vocat. Verum aut ράφανὸς hoc loco scripsit, aut raphanum nunc ipse intellexit: nam brassicam μονόβριξον esse, falsum est. Et sane idem Hist. VII. 2. ubi ea recenset, quæ singulari radice constant, appellat σέλινον, αριθμ., τεύτλιον, βεταν., ράφανίδα, raphanum, γογγυλίδα, rapum: ράφανον non appellat.

<sup>b</sup> Amplissima] Theophr. Hist. VII. 2. Μονόβριζτατον δὲ τούτων πάντων τὸ λάπαθον . . . ἔχει γὰρ μείζω τριῶν ἡμιποδίων, majores habet radices terno semipedes, hoc est, sesquipedes.

<sup>c</sup> Sylvestri minor] Nempe sylvestri

lapatho. Vide Notas et Emend. num. 11.

<sup>d</sup> Capillatae] Quæ fibras habent, hoc est, minores radiculas, oblongas, in capilli modum extenuatas, in quas velut extremas, crassiores effusæ sparguntur.

<sup>e</sup> Surculosæ] Hoc est, lignosæ. Theophr. Hist. VII. 3. Τῶν δὲ βίξῶν ἐνδιαδέσταται πασῶν αἱ τοῦ ὀκλιμον, καθάπερ δ κανθάρος. Addit idem, c. 2. blitum, atriplicem, erucam, anethum, brassicam, coriandrum: et Hist. I. 10. magnam sylvestrium partem.

<sup>f</sup> Ut betæ] Theophr. Hist. VII. 2.

<sup>g</sup> Croco] Theophr. Hist. I. 9. Εἰσὶ μὲν σπαρκώδεις καθάπερ ράφανίδος, γογγυλίδος, ψρου, κρόκου. Idem repetit Hist. VII. 3.

<sup>h</sup> Aliquisbus] Theophr. Hist. I. 10.

<sup>i</sup> Geniculatae] Geniculatae radices

Quæ rectam<sup>j</sup> non habent radicem, statim plurimis nascuntur<sup>s</sup> capillamentis, ut atriplex, et blitum. Scilla autem, et bulbi, et cepe, et allium, non nisi in rectum radicantur.<sup>k</sup> Sponte nascentium<sup>l</sup> quædam numerosiora sunt radice, quam folio, ut aspalax,<sup>m</sup> perdicium, crocum.

Florent confertim<sup>n</sup> serpyllum, abrotonum, napi, raphani, menta, ruta: et cetera quidem cum cœpere, defloscunt:<sup>o</sup> ocimum autem<sup>p</sup> particulatim et ab imoincipit: qua de causa diutissime floret. Hoc et<sup>q</sup> in heliotropio<sup>r</sup> herba evenit. Flos aliis<sup>s</sup> candidus, aliis luteus, aliis purpureus. Folia cadunt<sup>t</sup> a cacuminibus, origano, inulæ, et aliquando rutæ injuria læsæ. Maxime concava<sup>u</sup> sunt cepæ, gethyo.<sup>v</sup>

### XXXII. Allium cepasque<sup>a</sup> inter Deos in jurejurando



Margo edd. Dalec. et Gronov. *aro*, *asphodelo*, e Theophr.—5 Codd. Dalec. et Chiff. *pluribus nituntur*.—6 Dalec. et *cæpa*, et *arum*, *in acutum non radicantur*, e Theophr.—7 *'Hæc quidem de sponte nascentibus habet Theophrastus, Hist. Plant. I. 11.* At quid sit aspalax, incompertum. In MSS. Reg. 1. Lang. et editione principe, *calax*. In MSS. Reg. 2. *galax*.<sup>b</sup> Brotier.—8 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recent. ἀθρόως Theophr. *Florent cum fraxino serpyllum* Gronov. et al. vett.—9 Dalec. *statim efflorescunt*.—10 Margo edd. Dalec. et Gronov. et *faba*, e Theophr.—11 Gronov. et vulgg. *gethio*.

### NOTÆ

vocantur, quæ nodis quibusdam interstinctæ protuberant, rotundæ, et leviter capitulatæ. Γονατώδεις, Theophr. Hist. I. 10.

<sup>j</sup> *Que rectam*] Theophr. Hist. I. 9.

<sup>k</sup> *In rectum radicantur*. Radium natura est a lateribus radiculas alias fundere, quas ἐπιφυάδας appellamus, inquit Theophr. Hist. I. 10, at ejusmodi nullam bulbi habent. Omnes enim radices bulborum in rectum tendunt: nec a latere funduntur, sed a capite.

<sup>l</sup> *Sponte nascentium*] Theophr. Hist. I. 11. isidem fere verbis. Sed quæ sit aspalax, incompertum.

<sup>m</sup> *Florent confertim*] Hoc est, simul

universum florem emittunt, non particulatim. Vide Notas et Emend. num. 12.

<sup>n</sup> *Ocimum autem*] Theophr. Hist. VII. 9.

<sup>o</sup> *Hoc et in heliotropio*] Theophr. Hist. VII. 3.

<sup>p</sup> *Flos aliis*] Theophr. Hist. VII. 9.

<sup>q</sup> *Folia cadunt*] Theophr. Hist. I. 15. quem locum fidelius multo Plinius, quam Gaza, reddidit.

<sup>r</sup> *Maxime concava*] Theophr. Hist. I. 16. <sup>s</sup> Ιδίον δὲ ἐπὶ τῶν λαχανωδῶν, οὐν κρομμύουν, γηθόνον, τὸ κοιλόφυλλον.

<sup>t</sup> <sup>u</sup> <sup>v</sup> *Allium cepasque*] Aëgyptii, inquit, cum jurant per Deos suos, simul per opes suas jurant, quæ sunt allium

habet Aegyptus. Cepæ genera<sup>b</sup> apud Græcos, Sardia,<sup>i</sup> Samothracia, Alsidena,<sup>2</sup> Setania, Schista, Ascalonia, ab oppido Judææ nominata. Omnibus etiam odor lacrymosus,<sup>c</sup> et præcipue Cypriis,<sup>d</sup> minime Gnidiis. Omnibus corpus totum pinguitudinis earum cartilagine.<sup>3e</sup> E cunctis<sup>f</sup> setania minima, excepta Tusculana, sed dulcis. Schista autem et Ascalonia coniduntur. Schistam hyeme cum coma sua relinquunt, vere folia defrahunt, et alia subnascentur iisdem divisuris: unde et nomen.<sup>g</sup> Hoc exemplo<sup>h</sup> reliquis quoque generibus detrahi jubent, ut in capita crescent potius, quam in semina. Ascaloniarum<sup>i</sup> propria

CAP. XXXII. 1 *Sarda* Chiff.—2 *Cnidia* margo edd. Dalec. et Gronov.—3 Ita MSS. Reg. et Editio princeps. Emendabat Cl. Dalecampius, *omnibus radicum corpus tectum pingui cartilagine*. Forte tantum intelligendum, constat.

## NOTÆ

et cepæ. Non dicit inter Deos reponi vel coli ab Aegyptiis allium et cepas: quantumvis scribat Juvenalis Sat. xv. 1. ‘Quis nescit, Volusi Bithynice, qualia demens Aegyptus portenta colat?... Porrum et cepas nefas violare, et frangere morsu. O sanctas gentes, quibus haec nascentur in hortis Numina! ’ De his Prudentius quoque eleganter, περὶ στεφάνων, Hymno x. in S. Romanum vs. 255. et in Symmach. ii. 866. quem consule. At Horat. i. Ep. 12. ‘Verum seu pisces, seu porrum, et cepe trucidans,’ jocose dixit atque ironice, pro eo quod est, si nihil aliud occidis in eam. Hoc tantum.’ Ed. sec.

<sup>b</sup> *Cepæ genera*] Theophr. Hist. vii. 4. a quo haec enumerantur: Σάρδια, Κνίδια, Σαμοθράκια, καὶ πάλιν Σητάνια, καὶ Σχιστὰ, καὶ Ἀσκαλώνια. *Des oignons*. Alsidenorum mentio alibi nulla.

<sup>c</sup> *Odor lacrymosus*] Lacrymas ciens. Lucilius Sat. lib. v. ‘Fleibile cepe simul, lacrymosæque ordine tallæ.’ Tallas Festus appellat interiores cepa-

rum tunicas. Vaporem lentum ac tenuem expirat cepa, qui ad oculos irreptans lentitia coharet, et sui temnitate lancinans dolorem excitat, et sic lacrymas exigit. Vide Ruell. lib. ii. p. 399.

<sup>d</sup> *Cypriis*] Cyprias cepas laudat Marcellus Empiricus, c. 15. ad anginam, p. 105.

<sup>e</sup> *Omnibus . . . cartilagine*] Subintellige, ‘constat:’ vel *e cartilagine* legit.

<sup>f</sup> *E cunctis*] Theophr. loc. cit.

<sup>g</sup> *Unde et nomen*] Ut nempe σχισταλ, hoc est, cepæ fissiles, appellantur. Sic Theophr. loc. cit.

<sup>h</sup> *Hoc exemplo*] Palladius l. III. in Febr. tit. 24. p. 68. ‘Si capita voluerimus his esse majora, folia omnia debemus auferre, et sic succus ad inferiora cogetur.’

<sup>i</sup> *Ascaloniarum*] Has adhuc hodie Galli nominant *Eschalotes*, quasi Ascalotas, relictis pristini vocabuli rudimentis. Vide Glossarium Du-Cangi, verbo *Alaigna*.

natura. Etenim velut<sup>j</sup> steriles sunt<sup>4</sup> ab radice, et ob id semine seri illas, non deponi, jussere Graci. Præterea serius circa ver, cum germinant,<sup>5</sup> transferri: ita crassescere, et tunc properare præteriti temporis pensitatione. Festinandum<sup>k</sup> autem in his est, quoniam mature celeriter putrescunt. Si deponantur,<sup>l</sup> caulem mittunt<sup>6</sup> et semen, ipsæque evanescunt. Est et colorum differentia. In Iesso enim<sup>7 m</sup> et Sardibus candidissimæ proveniunt. Sunt in honore et Creticæ, de quibus dubitant, an eadem sint, quæ Ascaloniæ, quoniam satis<sup>n</sup> capita crassescunt:<sup>8</sup> depositis, caules et semina.<sup>9</sup> Distant sapore tantum dulci.

Apud nos duo prima genera. Unum condimentariæ, quam illi gethyon,<sup>o</sup> nostri pallacanam vocant. Seritur mensibus, Martio, Aprili, Maio. Alterum capitatæ,<sup>p</sup> quæ ab aquinoctio autumni, vel a Favonio. Genera ejus austерitatis ordine, Africana, Gallica, Tusculana, Ascalonia,



Brotier. Pintian. *Omnibus corp. totum pæne tunicarum cartilagine.*—4 Vet. Dalec. sterilesunt.—5 Chiff. germinent; Th. germinaverint.—6 Chiff. caulem mittunt; Gronov. et al. vett. et caulem mittunt. Cod. Dalec. omittit etiam et. Mox. Vet. Dalec. et sementant. Deinde, pro evanescunt, Nic. Heinsius ex membranis emendandum putavit eviescunt. Vid. Advers. III. 9. p. 460.—7 Chiff. differentia. aniso enim; Gronov. et al. ante Harduin. differentia. Samo enim.—8 Chiff. salæ radices agunt.—9 Idem codex, caulis et semen.—

#### NOTÆ

<sup>j</sup> *Etenim velut]* Apud nos tamen et radice melius, seu bulbo, seruntur.

*Festinandum]* Cito evellenda: alioqui putrescunt: πολὺν δὲ χρόνον ἐσθέντα ἐν τῇ γῆ σήπεται. Theophr. loc. cit.

<sup>l</sup> *Si deponantur]* Si plantentur, φυτεύστα, Theophr.

<sup>m</sup> *In Iesso enim]* Vide Notas et Emend. num. 13.

<sup>n</sup> *Quoniam satis]* Hoc est, quoniam cum seruntur semine, capita eis crassescunt: σπειρόμενον μὲν, inquit Theophrastus: cui φυτεύμενον opponitur, depositum sive plantatum.

<sup>o</sup> *Gethyon]* Γήθουν, quod fere sine

capite est, cervicis tantum longæ: ideoque totum in frondem luxuriat. Vulgus nostrum sua consuetudine *cibulam*, quasi cepulam, vocat: alii *siboulam*, *Ciboule*: nonnulli *civas*, vel *cirones*, quasi cepinas, vernaculo sermone proferunt.

<sup>p</sup> *Alterum capitatae]* Quod fere circa cervicem in caput extuberat. Hanc vocant unionem veteres rustici, ut testatur Columella XII. 10. quod nomen apud Gallos velut triviale, hactenus usurpatum est: siquidem quod singulari constat capite, nec pluribus coagmentatur bulbis, unionem Gallica lingua nominat *Oignon*.

Amiternina.<sup>10</sup> Optima autem, quæ rotundissima. Item rufa acrior, quam candida : sicca, quam viridis : et cruda, quam cocta : sicca, quam condita. Seritur Amiternina frigidis et humidis locis, et sola allii modo capite, reliquæ semine. Proxima quæ æstate nullum semen emittunt,<sup>11</sup> sed caput tantum, quod inarescit.<sup>12</sup> Sequenti autem anno permutata ratione semen gignitur, caput ipsum corruptitur. Ergo omnibus annis separatim semen cepæ causa seritur, separatim cepæ seminis. Servantur autem optime in paleis. Gethyum pæne<sup>9</sup> sine capite est cervicis tantum longæ, et ideo totum in fronde: sæpiusque resecatur, ut porrum. Ideo et illud serunt, non deponunt. Cetero cepas<sup>r</sup> ter fosso solo seri jubent, extirpatis radicibus herbarum, in jugera<sup>s</sup> denas libras. Intermisceri<sup>t</sup> satureiam, quoniam melius proveniat. Runcari<sup>u</sup> præterea, et sarriri, si non sæpius, quater. Ascaloniam<sup>v</sup> mense Februario serunt nostri. Semen separum nigrescere incipiens, antequam marcescat,<sup>13</sup> metunt.

XXXIII. Et de porro<sup>a</sup> in hac cognatione dici conveniat, præsertim cum sectivo nuper auctoritatem dederit princeps Nero, vocis gratia,<sup>b</sup> ex oleo statis mensium omnium diebus, nihilque aliud, ac ne pane quidem vescendo. Seritur semine ab æquinoctio autumno: si sectivum facere<sup>c</sup> libuit,

<sup>10</sup> Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. et Bipont. *Africa, Gallica, Tusculana, Ascalonia, Amiternina* Harduin. 2. 3. Miller. et Franz. *Africana, G. Tusculana, Amiternina* Gronov. et al. vett.—<sup>11</sup> Proxima quæ, &c. emittit Dalec.—<sup>12</sup> Idem, quod inarescit.—<sup>13</sup> Chiffi. marcescant.

## NOTÆ

<sup>9</sup> *Gethyum pæne*] Ex Theophr. Hist. vii. 4.

<sup>v</sup> *Ascalonium*] Sic Columella loc. cit.

<sup>r</sup> *Cetero cepas*] Columella xi. 3.

<sup>w</sup> *Semen . . . antequam marcescat*] Columella: 'Sed nec patiendum est, ut peraescat,' &c.

<sup>s</sup> *In jugera*] Denas seminis separum libras in singula jugera seri jubet.

<sup>a</sup> *Et de porro*] Gallis, Poireau.

<sup>t</sup> *Intermisceri*] Colum. loc. cit. et Pallad. lib. iii. in Febr. tit. 24. p. 68.

<sup>b</sup> *Vocis gratia*] Cui splendorem affert, ut dicetur xx. 21.

<sup>u</sup> *Runcari*] Colum. loc. cit.

<sup>c</sup> *Si sectivum facere*] Colum. xi. 3.

*Delph. et Var. Clas.*

*Plinius.*

densius. In eadem area secatur, donec deficiat, stercoraturque semper. Si nutritur in capita,<sup>d</sup> antequam secetur, cum increvit,<sup>1</sup> in aliam aream transvertitur, summis foliis leviter recisis ante medullam: et capitibus retractis, tunicisve extremis.<sup>2</sup> Antiqui silice<sup>e</sup> vel tegula subjecta capita dilatabant: hoc item in bulbis. Nunc sarculo leviter convelluntur radices, ut delumbatæ alant, neque distrahanter.<sup>3</sup> Insigne, quod cum fimo lætoque solo gaudeat, rigua odit, et tamen<sup>f</sup> proprietate quadam soli constant. Laudatissimus<sup>g</sup> in Ægypto, mox Ostiæ,<sup>6</sup> atque Ariciae.<sup>f</sup> Sectivi duo genera: Herbaceum folio incisuris ejus evidentibus, quo utuntur medicamentarii. Alterum genus pallidioris<sup>7</sup> folii,<sup>g</sup> rotundiorisque, incisuris levioribus. Fama est, Me-

---

CAP. XXXIII. 1 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. stercoraturque semper: nutritur in capita, antequam secetur. Cum increvit Gronov. et al. vett.—2 Dalec. detractis tunicis extremis, ut de allio et cepa Theophr. scripsit de Caus. I. 4.—3 Vet. Dalec. distrahanter.—4 Vet. Dalec. hæc tamen.—5 ‘Vet. Laudatissimum; quanquam apud Palladium porrus legitur.’ Dalec.—6 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. Orchiae Gronov. et al. vett.—7 Ita ex codd. Harduin et recentt. ‘Ms. suavidioris. Fortassis, flavidioris.’ Dalec. savidioris Chiff. ‘Forte, validioris.’ Pintian. Mox, tenueribus incisuris Chiff.

#### NOTÆ

densius satum præceperunt priores relinqui, et ita, cum increverit, secati. Sed nos docuit usus,’ &c. Porrum sectivum est, quod sæpius secatur, demetiturque in usum culinæ. ‘Sectile porrum’ Juvenalis appellat: Martialis, ‘tonsite’; ‘sectum,’ auctor Moreti. Rursum de hoc Martialis Epigr. XIII. 18, cuius lemma, ‘Porri sectivi:’ ‘Fila Tarentini graviter redolentia porri Edisti quoties, oscula clausa dato.’

<sup>d</sup> Si nutritur in capita] Si vis porrum esse capitatum. Vide Notas et Emend. num. 14. Capitatum porrum, a radice quæ in caput extuberat, sibi nomen usurpavit.

<sup>e</sup> Antiqui silice] Ita Sotion, in Geopon. XII. 29. p. 351. ‘Ομολως τὰ πράσα ζεται μεγδλα, εἰ μεταφυτεύων αὐτὰ,

ὅστρακον ἢ λίθον πλατὺν ὑποθήσεις, καὶ μὴ ποτίσεις. Similiter porrifragi fient, si dum ipsos transfers, testam latumve lapidem supposueris, nec rigabis. Columella quoque XI. 3. ‘In eo autem quod magni capitis efficere voles, servandum sit, ut antequam translatum deponas, omnes radiculas amputes, et fibrarum summas partes intondeas. Tum testulæ vel conchæ, quasi sedes in singulis subjectæ semi-nibus adobruuntur, ut siant capita latioris incrementi.’

<sup>f</sup> Atque Ariciae] Martialis XIII. 19. cui titulus, ‘Porri capitati:’ ‘Mittit præcipios nemoralis Aricia porros, In niveo virides stipite cerne comas.’

<sup>g</sup> Alterum . . . pallidioris folii] Hoc est, dilutioris viriditatis. In MSS.

Iam<sup>h</sup> equestris ordinis reum ex procuratione a Tiberio principe accersitum, in summa desperatione succo porri ad trium denariorum argenteorum pondus hausto, confessim expirasse sine cruciatu. Ampliorem modum negant noxiū esse.

**XXXIV.** Allium<sup>i</sup> ad multa ruris<sup>j</sup> præcipue medicamenta prodesse creditur. Tenuissimis, et quæ separantur, in universum<sup>k</sup> velatur membranis: mox pluribus coagmentatur nucleis,<sup>l</sup> et his separatim vestitis. Asperi saporis: quo plures nuclei suere, hoc est asperius. Tedium huic quoque halitu,<sup>m</sup> ut cepis: nullum tamen coctis. Generum differentia<sup>n</sup> in tempore:<sup>o</sup> præcox maturescit sexaginta diebus: tum<sup>p</sup> in magnitudine.<sup>q</sup> Ulpicum<sup>r</sup> quoque in hoc genere Græci appellavere allium Cyprium, alii antiscorodon, præcipue Africæ celebratum inter pulmentaria<sup>s</sup> ruris,

---

CAP. XXXIV. 1 Dalec. rusticis.—2 Cod. Dalec. separantur, universum, omissa præpositione.—3 Vet. Dalec. halitus.—4 Th. ap. Dalec. tempore et

#### NOTÆ

*suavidioris.* Forsan, *flavidioris*, qua de voce diximus XVIII, 34. ut viridi-ori herbaceo opponatur.

<sup>h</sup> *Fama est, Melam]* Si Mela is est, cuius Geographici nunc manibus omnium teruntur libri, ut simile quidem veri videtur, vana eorum conjectura intelligitur, vel ex hoc Plinii loco, qui Clandii principatu Melam vixisse asseverant.

<sup>i</sup> *Allium]* *De l'Ail.* Simeon Sethi de Alim. tit. Σκόροδα, ex Galeno, allium vocat θηριακὴν τῶν ἀγροτῶν, *theriacam rusticorum*.

<sup>j</sup> *Nucleis]* Cohærentes bulbi, in quos allii caput extumuit, qui seorsum consiti novam creant sobolem, et nuclei, et spicæ, Latinis auctoribus appellantur: sicut Græcis γέλγεις et γύλιθες grana dicuntur, quibus allii caput compactum est. Theophr. Hist. VII. 4. et Diosc. II. 182.

<sup>k</sup> *Generum differentia]* Quoniam ali-

ud præcox, aliud serotinum, πρώιον, καὶ ὕψιον. Theophr. loc. cit.

<sup>l</sup> *Tum in magnitudine]* Differunt etiam magnitudine, et parvitate. Magnitudine siquidem præstat ceteris genus illud quod Cyprium vocant: Καὶ μεγέθει, καὶ μικρότητι. Καὶ γὰρ τῷ μεγέθει γένος τι διαφέρον ἔστι, μᾶλιστα δὲ τὸ Κύπριον καλούμενον τοιοῦτον. Theophr. loc. cit.

<sup>m</sup> *Ulpicum]* In eo est illud genere, quod ceteris mole capitidis antecellit. Columella in Hortulo, p. 349. ‘Alliaque infraetis spicies et olentia late Ulpica.’ Et XI. 3. pag. 394. ‘Ulpicum, quod quidam allium Punicum vocant, Græci autem ἀφροτκόροδον appellant, longe majoris est incrementi quam allium... habet velut allium plures cohærentes spicas,’ &c.

<sup>n</sup> *Inter pulmentaria]* In moretis utuntur, inquit Gaza illud Theophrasti vertens, πρὸς τὸν μυττωτὸν

grandius allio. Tritum<sup>6</sup> in oleo et aceto, mirum quantum increscat spuma.<sup>9</sup> Quidam ulpicum et allium in plano seri vetant, castellatumque grumulis<sup>10</sup> imponi,<sup>7</sup> distantibus inter se pedes ternos. Inter grana digitii interesse<sup>8</sup> debent: simul atque tria folia<sup>9</sup> eruperunt, sarriri. Grandescunt, quo saepius sarriuntur. Maturescentium<sup>11</sup> caules depresso in terram obruuntur: ita cavetur ne in frondem luxurient. In frigidis<sup>5</sup> utilius vere seri, quam autumno. Cetero,<sup>9</sup> ut odore<sup>t</sup> careant, omnia haec jubent seri, cum Luna sub terra sit: colligi, cum in coitu. Sine his<sup>u</sup> Menander e

\*\*\*\*\*

*cultu.*—5 Chiffl. *tamen*.—6 Trito Vet. Dalec.—7 Vet. Dalec. *imponi jubent*.—8 Cod. Dalec. *digitii quatror interesse*.—9 Ita cold. Harduini et Chiffl. cum

## NOTÆ

*χρῶνται.* Recte: est enim id pulmentarium ruris moretum, cui allium immixtum intritumque est: inde ei *allato* nomen. Meminit Plautus in *Mostell.* I. 1. 44. ‘Tu tibi istos habeas, turtures, pisces, aves: Sine me allato fungi fortunas meas.’

*Increscat spuma]* Hinc ἀφροσκόροδον, ut arbitror, alii apud Columellam vocant.

*Castellatumque grumulis]* Castellatum idem fere quod acervatim, σωρηδόν. Grumulos, sive cumulos spicarum allii seri jubet ita, ut cumuli multis in orbem constent granis: inter grana singula digitii unius intervallum sit: ternum pedum, inter cumulos singulos: qui cumuli sic dispositi castellorum speciem quandam referunt. Namque in limitibus Imperii ad finium custodiam adversus incursiones hostium castella statuebantur, aliquot inter se discreta passibus. *Anonymous* auctor, de rebus bellicis: ‘Est præterea inter commoda Reip. utilis limitum cura, ambientium ubique latus imperii. Quorum tutelæ assidua melius castella prospicient: ita ut millenis interjecta passibus sta-

bili muro et firmissimis turribus erigantur,’ &c. Usus ea voce Livius, lib. xvii. ubi ‘castellatum dispositos circa collem’ milites ait. Aliter seri præcipit Columella loc. cit.

*Simul atque tria folia]* Columella xi. 3. ‘Cum ternas fibras emiserunt spicæ, sariantur: nam quo saepius id factum, majus semina capiunt incrementum.’ Sic Palladius in Novembri, tit. 6.

*Maturescentium]* Colum. loc. cit. ‘Antequam caulem faciant, omnem viridem superficiem intorquere, et terram prosternere conveniet, quo vastiora capita fiant.’

*In frigidis]* Vide Colum. loc. cit.

*Cetero, ut odore]* Columella loc. cit. ‘Sed quandocumque conseremus . . . servabimus . . . ut Luna infra terram sit: nam sic sata, et rursus sic recondita, existimantur neque accerrimi saporis existere, neque mandentium halitus inodorare.’ Idem hæbet auctor Geopon. xii. 30. ‘Ανοσμα δὲ έσται, &c. Palladius in Novembri, tit. 6.

*Sine his]* Hoc est, citra hanc operam, sive hac præceptione neg-

Græcis auctor est, allium edentibus, si radicem betæ in pruna tostam superederint, odorem extingui. Sunt qui et allium ulpicum inter Compitalia<sup>v</sup> ac Saturnalia seri aptissime putent. Allium et semine<sup>w</sup> provenit, sed tarde. Primo enim<sup>x</sup> anno porri crassitudinem capite efficit: <sup>12</sup> sequenti dividitur,<sup>y</sup> tertio consummatur: pulchriusque<sup>z</sup> tale existimant quidam.<sup>11</sup> In semen exire non debet, sed intorqueri caulis satus gratia,<sup>a</sup> uti<sup>12</sup> caput validius fiat. Quod si diutius allium cepamque inveterare<sup>b</sup> libeat, aqua salsa tepida ungenda sunt.<sup>14</sup> Ita diuturniora fient, melioraque usui, sed in satu sterilia. Alii contenti sunt primo<sup>15</sup> super prunas suspendisse, abundeque ita profici arbitrantur ne germinent: quod facere allium cepamque extra terram quoque certum est, et caulinculo acto evanescere. Aliqui et allium palea optime servari<sup>16</sup> putant. Allium est et in arvis<sup>b</sup> sponte nascens, alum hoc vocant: quod adversus improbitatem alitum depascentium semina coctum, ne re-

---

edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. Ceterum Gronov. et vulgg.—10 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *crassitudine caput efficitur* Gronov. et vulgg.—11 Cod. Dalec. *existimatur a quibusdam*.—12 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *satus gratia*, ut Chiffi. *sationis gratia*, uti Gronov. et vulgg.—13 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *inveterari* Gronov. et al. vett.—14 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *tepida capita intingenda sunt* Gronov. et vulgg. *unguenda* etiam Chiffi.—15 Vet. Dalec. *fumo*.—16 Chiffi. *servare optime*.—17 Ita codd. Harduini et

## NOTÆ

lecta, quam proxime attulimus, ut sint allia odoris expertia.

<sup>v</sup> *Compitalia*] In Kalendario rustico apud Gruter. p. 133. Compitalia, sexto Nonas Maii; Saturnalia, decimo sexto Kalendas Januarii assignantur.

<sup>w</sup> *Allium et semine*] Theophr. Hist. VII. 4.

<sup>x</sup> *Primo enim*] Theophr. loc. cit.

<sup>y</sup> *Sequenti dividitur*] Hoc est, discernuntur in nucleos, γελγιοῦται.

<sup>z</sup> *Pulchriusque*] Cum nihil sit eo deterius, quidam tamen præstantius

putant, quam si deponatur, sive plantetur: καὶ οὐδὲν χεῖρον ἀλλ’ ἔνοι λγει καὶ κάλλιόν φασι τὸν πηκτὸν.

<sup>a</sup> *Satus gratia*] Nucleis enim serere satius est, quam semine.

<sup>b</sup> *Allium est et in arris*] Illud esse arbitrantur, quod agreste allium, et ὄφιοςκόρδον Galenus de Fac. Simp. Med. lib. VIII. p. 280. Diosc. II. 182. aliique vocant. Nos suspicamur esse sylvestre tenui folium Dodonæi, p. 672. quale visum a nobis in Horto Regio.

nasci possit, abjicitur: statimque quæ devoravere aves, stupentes manu capiuntur: et si paulum commovere,<sup>c</sup> sopitæ.<sup>17</sup> Est et sylvestre,<sup>d</sup> quod<sup>18</sup> ursinum vocant, odore molli, capite prætenui, foliis grandibus.

XXXV. (vii.) In horto satorum<sup>e</sup> celerrime nascuntur ocimum, blitum, napus,<sup>f</sup> eruca: tertio enim die erumpunt: anethum quarto, lactuca<sup>g</sup> quinto, raphanus sexto, cucumis et cucurbitæ septimo, prior cucumis: nasturtium ac sinapi quinto, beta æstate sexto, hyeme decimo: atriplex octavo, cepe XIX. aut vicesimo, gethyum decimo, aut duodecimo. Contumacius<sup>f</sup> coriandrum. Cunila quidem<sup>g</sup> et origanum post XXX. diem. Omnium autem difficillime apium: quadragesimo enim die cum celerrime, quinquagesimo majore ex parte emergit.

Aliquid et seminum<sup>h</sup> ætas consert, quoniam recentiora maturius gignuntur, in porro, gethyo, cucumi,<sup>j</sup> cucurbita: ex vetere autem celerius proveniunt apium, beta, cardamum, cunila, origanum, coriandrum. Mirum in betæ semine: non enim totum<sup>i</sup> eodem anno gignit, sed aliquid sequente, aliquid tertio. Itaque ex copia seminis modice



Chiffl. cum edd. Harduin. et recentt. commovere resopitæ duo codd. Dalecampii; commoravere, sopitæ Gronov. et al. vett.—18 Chiffl. et quod. Mox, cod. Dalec. odore miti; unde Dalecampius conj. odore simili.

CAP. XXXV. 1 Th. in marg. Edd. Dalec. et Gronov. φαφαῖς.—2 Chiffl. lactucae. Mox, Th. vel quarto.... quinto, sexto, vel septimo.—3 Ita codd. Harduini, cum edd. Hardum. 1. 2. 3. et recentt. cucumere Gronov. et vulg.—4

#### NOTÆ

<sup>c</sup> *Et si paulum commovere]* Si ita satum aves ex vel paululum commoverint. Ita MSS. etsi fortasse rectius, commorentrur.

<sup>d</sup> *Est et sylvestre]* Allium sylvestre lationis folii, sive Allium Ursinum Dodonæi, loc. cit. in prædicto etiam horto observatum a nobis.

<sup>e</sup> *In horto satorum]* Quæ haec sectione continentur, totidem fere verbis expressa e Theophrasti libro Hist. VII. 1. Τάχιστα μὲν οὖν ὄκιμον, κ. τ. λ.

Causas singulorum idem investigat, de Censis IV. 3. p. 299.

<sup>f</sup> *Contumacius]* Difficilis, morosius. Causam cur ægre proveniat, aperit Theophr. de Censis IV. 3.

<sup>g</sup> *Cunila quidem]* Theophr. Hist. VII. 1. Θύμβρα δὲ καὶ ὄπλιγανος.

<sup>h</sup> *Aliquid et seminum]* Theophr. loc. cit. Apii vetus semen celerius nasci, novellum serius, scribit etiam Pallad. lib. V. in Aprili, tit. 3. pag. 110.

nascitur. Quædam anno tantum suo<sup>s</sup> pariunt, quædam sæpius, sicut apium, porrum, gethyum. Hæc enim semel sata pluribus annis restibili fertilitate<sup>i</sup> proveniunt.

XXXVI. Semina plurimis<sup>j</sup> rotunda, aliquibus oblonga, paucis foliacea et lata, ut atriplici. Quibusdam angusta, et canaliculata, ut cumino. Differunt et colore, nigro candidoque: item duritia surculacea.<sup>k</sup> In folliculo<sup>l</sup> sunt, raphano, sinapi, rapo. Nudum<sup>m</sup> semen apii, coriandri, anethi, fœniculi, cumini. Cortice<sup>n</sup> obducta bliti, betæ, atriplicis, ocimi. At lactucis<sup>o</sup> in lanugine. Nihil ocimo<sup>p</sup> fœcundius: cum maledictis<sup>q</sup> ac probris serendum præcipiunt: ut lætius<sup>r</sup> proveniat, sato<sup>s</sup> pavitur terra. Et cuminum<sup>t</sup> qui serunt, precantur ne exeat. Quæ in cortice<sup>t</sup> sunt, difficillime inarescunt, maximeque ocimum et gith:

Codd. Dalec. et Chiff. tota.—5 ‘In cod. suo deest. Lego, tantum semel.’ Dalec.

CAP. XXXVI. 1 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. et recentt. duritie, mollitie. In, &c. Dalec. item duritie. Surculacea in folliculo Gronov. et vulgg.—2 Chiff. cumino.—3 Cod. Dalec. præcipiunt. Lætius prove-

#### NOTÆ

<sup>i</sup> Restibili fertilitate] Assidua plurium annorum fertilitate. Διαιμένει χρόνον πλείονα, καὶ οὐκ ἔστιν ἐπέτεια. Theophr.

<sup>j</sup> Semina plurimis] Hæc deinceps ex Theophr. Hist. VII. 2.

<sup>k</sup> Item duritia surculacea] Hoc est, lignosa, ut alibi monimus. Theophr. Hist. VII. Τὰ μὲν μέλανα, τὰ δὲ λευκότερα<sup>o</sup> καὶ τὰ μὲν ξυλώδη. Sic enim legisse Plinium constat: etsi in libris vulgatis trajectione laborat hic locus.

<sup>l</sup> In folliculo] Quadruplex seminum genus distinguit: 1. quod in folliculis. 2. quod nudum. 3. quod obductum cortice. 4. quod lanugine continetur. Theophrasto, loc. cit.

Ἐλλοβοσπέρματα, ἢ γυμνοσπέρματα, ἢ ἐμφλοιοσπέρματα, ἢ παπποσπέρματα.

‘Ραφανὸς μὲν γάρ, καὶ νάπω, καὶ γογγυλὸς, ἐλλοβοσπέρματα, κ. τ. λ.:

<sup>m</sup> Nudum] Theophr. loc. cit. γυμνοσπέρματα, quæ nec folliculo, nec vasculo continentur.

<sup>n</sup> Cortice] Theophr. loc. cit.

<sup>o</sup> At lactucis] Θριδακίη δὲ, παπποσπέρματον. Theophr.

<sup>p</sup> Nihil ocimo] Vide Notas et E-mend. num. 15.

<sup>q</sup> Cum maledictis] Et hoc de cumino Theophr. Hist. VII. 3. de ruta Palladius lib. IV. in Martio, tit. 9.

<sup>r</sup> Ut lætius] Columella XI. 3. ‘Fere etiam his diebus ocima seruntur, quorum cum semen obrutum est diligenter, inculcatur pavicula vel cylindro: nam si terram suspensam relinquas, plerumque corrumpitur.’ Idem et in Horto repetit.

<sup>s</sup> Et cuminum] Theophr. IX. 9.

<sup>t</sup> Quæ in cortice] Δνοξηραντότερα δὲ τὰ ἐμφλοιοσπέρματα, καὶ τούτων μάλιστα ὄκιμον. Theophr. Hist. VII. 3.

siccantur omnia,<sup>4</sup> ac sunt fœcunda.<sup>u</sup> Utique meliora<sup>v</sup> nascuntur acervatim sato semine, quam sparso. Ita certe porrum et allium serunt in laciniis<sup>w</sup> colligatum. Apium etiam<sup>x</sup> paxillo caverna facta, ac fimo ingestu.

Nascuntur autem<sup>y</sup> omnia aut semine, aut avulsione.<sup>z</sup> Quædam semine,<sup>a</sup> et surculo: ut ruta, origanum, ocimum: præcidunt enim<sup>s</sup> et hoc, cum pervenit ad palmum altitudinis. Quædam et radice<sup>b</sup> et semine, ut cepa, allium, bulbi, et si quorum<sup>c</sup> radicem anniferorum relinquunt. Eo-

niet. Sato.—4 Dalec. et gith. Siccata omnia sunt, e Theophr.—5 Dalec.

#### NOTÆ

<sup>u</sup> *Siccantur . . . ac sunt fœcunda]* Hoc est, atque ita fiunt fœcunda. Theophr. Πάντα δὲ ἔηρανθέντα πολυκαρπότερα γίγνονται διὸ καὶ προσφαιροῦντες αὐτὰ ἔηρανθνοσιν.

<sup>v</sup> *Utique meliora]* Theophr. Eἰς τὸ ἀθρόν τιθέμενα . . . οὕτω γάρ τὸ τοῦ πράσου, καὶ τὸ τοῦ σελίνου τιθέασιν, ἀπόδησταις εἰς δύοντος.

<sup>w</sup> *In laciniis]* In linteolo. De apio, Columella xi. 3. ‘Quod si quis velit apium lati folii facere, quantum seminis possunt tres digiti comprehendere, raro linteolo illiget, et ita in areolas dispositum relegate.’

<sup>x</sup> *Apium etiam]* Cum apium transfertur, adigi paxillum tam alte præcipiant, quam apium fieri magnum placet. Quin etiam et apii semen panniculo exceptum, stereore terra que pleno, in cavernam paxillo jam antea reclusum dimitti. Sic Theophr. Hist. vii. 3. Plinius supra xvii. 27. ‘Palis laxato prius meatu:’ et Columella iv. 16. ‘Prius paxillo perforato solo.’

<sup>y</sup> *Nascuntur autem]* Ex Theophr. ista deinceps, Hist. vii. 2.

<sup>z</sup> *Avulsionem fieri nunc intellige, cum vel ramus e matre avulsus cum parte radicis aliqua, in*

terram depangitur, quod in brassica fieri Theophrastus admonet, loc. cit. Φύεται δὲ πάντα τοῦ σπέρματος ἔντα δὲ καὶ ἀπὸ παρασπάδος, καὶ κλωδὸς, καὶ βίζης<sup>z</sup> ἀπὸ μὲν παρασπάδος, η ῥάφανος<sup>z</sup> ἀεὶ γάρ τι καὶ βίζωδες προσλαβεῖν.

<sup>a</sup> *Quædam semine]* Theophr. loc. cit. Ἀπὸ δὲ τῶν βλαστῶν, πήγανον, ὅργανον, ψικμον. Ἀποφυτένουσι γάρ καὶ τοῦτο, θταν σπιθαμιαῖον η μεῖζον γένηται, τεμόντες εἰς τὸ ἡμισυ. Ramo seruntur, ruta, origanum, ocimum: transferunt enim et hoc, cum pervenit ad palmum, aut plus altitudinis, mediumque præcidunt. Apud nos recusat ita provenire ocimum: novo quotannis semine nascitur: plantaque annua est: in Græcia, ubi Theophrastus haec scripsit, diurnior. Columella xi. 3. ‘Mense autem Februario, vel planta, vel semine ruta,’ &c.

<sup>b</sup> *Quædam et radice]* Theophr. loc. cit.

<sup>c</sup> *Et si quorum]* Hoc est, et quorum radices longiori temporis spatio durant, quanquam annuo tantum caule constant. Sic enim Theophr. loc. cit. Φύεται δὲ καὶ εἰ τινῶν αἱ βίζαι διαμένουσιν ἐπὶ πλεύσα χρόνον, ἐπετειοκαύλων θέτων.

rum vero<sup>d</sup> quæ a radice nascuntur, radix diurna et fruticosa est, ut bulbi, gethyi, scillæ. Fruticant<sup>e</sup> alia<sup>f</sup> et non capite,<sup>f</sup> ut apium et beta. Caule reciso fere quidem omnia regerminant, exceptis quæ<sup>g</sup> non scabrum caulem habent: et in usum<sup>h</sup> vero ocimum,<sup>7</sup> raphanus, lactuca. Hanc etiam<sup>i</sup> suaviorem putant a regerminatione. Raphanus utique<sup>j</sup> jucundior detractis foliis antequam decaulescat.<sup>k</sup> Hoc et in rapis. Nam et eadem dereptis<sup>l</sup> foliis cooperta terra crescent, durantque in æstate.

XXXVII. Singula genera<sup>a</sup> sunt ocimo, lapatho, blito, nasturtio, erucæ, atriplici, coriandro, anetho. Hæc enim ubique eadem sunt, neque aliud alio melius usquam. Ru-

---

*etiam.* Mox, Vet. Dalec. ad palmi altitudinem.—6 *Fruticant* Chiff. Mox, Dalec. et alia non capitata.—7 Margo edd. Dalec. et Gronov. sed ob usum evidentissima ocimum, e Theophr.—8 Ibid. *caulis grandescat*: πρὸ τοῦ διακανλόσται.—9 Ita codd. Dalec. et Chiff. *direptis* Gronov. Harduin. et recentt. Mox, durantque in æstatem Vet. Dalec.

#### NOTÆ

<sup>d</sup> *Eorum vero]* Theophr. loc. cit. Fruticosa porro radix vocatur, quæ sub terra crescit ita, ut ad novam sobolem decerpi quotannis ex ea portio aliqua possit, ut allii nuclei sive spicæ.

<sup>e</sup> *Fruticant alia]* Theophr. Παραβλαστάνει δ' ἔντα καὶ τῶν μὴ κεφαλοβρίζων, χρονιωτέρων δὲ, οἷον σέλινον καὶ τεύτλιον.

<sup>f</sup> *Et non capite]* Non radice fruticant, quam capitatum non habent: sed coma, quæ secta regerminat.

<sup>g</sup> *Exceptis quæ]* Πλὴν τῶν λειοκαλῶν. Scilla tamen, apium, lapathumque, quæ sunt lœvi caule, decisò caule sæpe regerminant.

<sup>h</sup> *Et in usum]* Manifestum vero hæc maxime regerminare caule reciso, quæ in usum quotidianum veniunt: cuiusmodi sunt ocimum, raphanus, lactuca. In brassica Theophrastus, non in raphano, exemplum posuit: Ἐμφανέστατα δὲ ὕσπερ καὶ εἰς χρεῖαν, ἔκιμον, θρίδαξ, ῥάφανος.

<sup>i</sup> *Hanc etiam]* Theophr. loc. cit. Καὶ τῆς μὲν θρίδακος ἡδίους φασὶ τὸν παλιβλάστον εἶναι καυλόν. Et lactucae quidem regerminatos caules suaviores esse affirmant.

<sup>j</sup> *Raphanus utique]* Ut Plinium critici reprehendant, de raphano accepisse ea fingunt, quæ de brassica Theophrastus prodidit, loc. cit. atque omnia fœde miscuisse. Verum tam sunt affinia quæ Theophrastus, et quæ Plinius refert, quam ovis est ovo similis. Quæ de raphano rapisque nunc astruuntur, sunt verissima, et ex alio fonte, quam ex Theophrasto, hansta.

<sup>k</sup> *Antequam decaulescat]* Sive caulescat. Nam idem est. Sic ἐκκανλέω apud Græcos et erumpere in caudem sonat, et simul est contraria significationis: quoniam ἐκκανλεῖν etiam dicuntur ea, quorum caules marcescant.

<sup>l</sup> *Singula genera]* Hæc a Theophr. Hist. vii. 4.

tam<sup>b</sup> furtivam tantum provenire fertilius putant, sicut apes<sup>c</sup> furtivas pessime. Nascuntur etiam<sup>i</sup> non sata, mentastrum, nepeta, intubum, pulegium. Contra plura genera sunt eorum quæ diximus, dicemusque : et in primis apio.<sup>2</sup>

(VIII.) Id enim quod sponte in humidis nascitur, helioselinum<sup>d</sup> vocatur, uno folio, nec hirsutum. Rursus in siccis hipposelinum,<sup>e</sup> pluribus foliis, simile helioselino. Tertium est oreoselinum,<sup>f</sup> cicutæ foliis, radice tenui, semine anethi,<sup>3</sup> minutiore tantum. Et sativi autem<sup>g</sup> differentiæ<sup>4</sup> in folio denso, criso, aut rariore et læviore:<sup>5</sup><sup>h</sup> item caule tenuiore aut crassiore. Et caulis aliorum<sup>i</sup> candidus est, aliorum purpureus, aliorum varius.

---

CAP. XXXVII. 1 Nascuntur autem etiam margo edd. Dalec. et Gronov.—2 Cod. Dalec. de apio.—3 Margo edd. Dalec. et Gronov. cymini, e Diosc.—4 Dod. Dalec. Est autem sativi differentia.—5 ‘Forte melius, et latiore. Theophrasto enim, Hist. Plant. VII. 4. est μανάτερον καὶ πλατύτερον.’ Brotier. et latiore conj. etiam Dalec. ex eodem Theophr.

#### NOTÆ

<sup>b</sup> *Rutam*] Pallad. in Martio, tit. 9. pag. 90. ‘Hoc mense ruta seritur . . . sed, ut asserunt, melius furtiva proveniet. Sub fici arboris umbra libentius acquiescit.’

<sup>c</sup> *Sicut apes*] Plinius XI. 15. de apibus, ‘Et furem odere.’

<sup>d</sup> *Helioselinum*] ‘Ἐλειοσέλινον’, hoc est, Apium palustre, et Apium idem officinarum: Gallis, *Ache*. A Dodonæo pingitur, pag. 683. A paludibus nomen habet: Theophr. Hist. VII. 6. Τὸ μὲν γὰρ ἐλειοσέλινον, τὸ παρὰ τοὺς δύχετον, καὶ ἐν τοῖς ἐλεσι φυέμενον, μανθόφυλλόν τε καὶ οὐ δασὸν γίνεται. *Paludarium enim, quod apud aqueductus, et in paludibus provenit, folio raro, nec hirsuto constat.* Ubi μονόφυλλον legis se perperam Plinius videtur. Rectius multo Palladius, in Aprili, tit. 3. Theophrastum accurate interpretatus, *heleoselinon molli folio, et caule tenebrosum, quod nascitur in lacunis, et hipposelinon durius austriusque dixit.*

<sup>e</sup> *Hipposelinum*] Theophr. loc. cit.

Tὸ δὲ ἵπποσέλινον, φύλλον μὲν ἔμφερὲς τῷ ἐλειοσέλινῳ δασὸν δὲ καὶ μεγαλόκαυλον. Officinæ Petroselinum Macedonicum vocant. Galli, *l'Alexandre*. Depingitur a Dodonæo, p. 686. et a Lobelio in Observ. p. 406.

<sup>f</sup> *Oreoselinum*] ‘Ορεοσέλινον, a locis montuosis, in quibus nascitur, nomen adeptum, Apium montanum: quod delineatur a Dodonæo, pag. 684. a Clusio Rarior. Plant. lib. VI. p. 195. Pliniana hæc oreoselini descriptio tota e Theophrasto est loc. cit. Anguillara, par. 7. pag. 123. existimat esse vulgare *Cerfoglio*.

<sup>g</sup> *Et sativi autem*] Apii videlicet hortensis, quod vulgo *Persil* dicimus, seu petroselinum. Iconem apud Dodonæum vide, pag. 682. Aliud crissum, latifolium aliud in horto Regio vidimus.

<sup>h</sup> *Et læviore*] Vide Notas et Emend. num. 16.

<sup>i</sup> *Et caulis aliorum*] Theophr. Hist. VII. 4. de generibus apii: Τούτων δὲ

XXXVIII. Lactucæ Græci<sup>j</sup> tria fecere genera: unum lati caulis, adeo ut ostiola<sup>i</sup><sup>k</sup> olitoria ex his factitari proderint. Folium his<sup>l</sup> paulo majus herbaceo, et angustissimum, ut alibi consumto incremento.<sup>z</sup> Alterum rotundi caulis: tertium sessile,<sup>m</sup> quod Laconicon vocant. Alii colore,<sup>n</sup> et tempore satus, genera discrevere. Esse enim nigras, quarum semen mense Januario seratur: albas, quarum Martio: rubentes, quarum Aprili. Et omnium<sup>o</sup> carum plantas post binos menses deferri. Diligentiores plura genera faciunt: purpureas, crispas, Cappadocas,<sup>o</sup> Græcas. Longioris has folii, caulisque lati: præterea longi et angusti, intubi similis.<sup>4</sup> Pessimum autem genus cum exprobratione amaritudinis appellavere picrida.<sup>p</sup> Est etiamnum alia

CAP. XXXVIII. 1 Cod. Dalec. urceola; Gronov. hostiola.—2 Vet. Dalec. nutrimento.—3 At omnium cod. Dalec. Mox, menses differri Gronov.—4 ‘Long. has lutique caulis, præterea folii longi, &c. Vet. recte. Longiora his folia

## NOTÆ

πάλιν τὰ μὲν λευκόκαυλα, τὰ δὲ πορφύροκαυλα, ἢ ποικιλόκαυλα.

<sup>j</sup> *Lactucæ Græci*] Theophr. loc. cit. candidæ lactucæ, quæ dulcior tene- riorque est, tria hæc esse genera ad- monet: Γένη δὲ λευκῆς ἔστιν ἄλλα τρία: τὸ τε πλατύκαυλον, καὶ στρογγυλόκαυ- λον, καὶ τρίτον Λακωνικόν. *Des Lai- tues.*

<sup>k</sup> *Adeo ut ostiola*] Theophr. loc. cit. Τῶν δὲ πλατεῶν οὕτω τινὲς πλατύκαυλοι γίνονται, ὥστ' ἐνίοις φασὶ καὶ θύραι χρῆσθαι κηπωρικᾶς. *Inter latas lac- tucas quædam adeo laticaules fiunt, ut pro valvis hortorum his nonnulli utan- tur.*

<sup>l</sup> *Folium his*] His, inquit, candidis lati caulis lactucis folium oblongius est, quam herbaceis, seu viridioribus: idemque angustum, consumto alibi, nempe in caulem, nutrimento. Et hic multi falso Plinium coarguant, quos refellere nec otium fert, nec ingenium.

<sup>m</sup> *Tertium sessile*] Sessilis lactuca

dicitur, quæ in altum non assurgit, nec in caulem crescit: sed in latitu- dinem potius, et in plano se spargit. Græci χαμαῖζηλον vocant. Sunt qui sessilem vocent, quam ali capitatam appellant, *Laitue pommée*: sed errore illi ducti hand sane levi. *Sessiles lactucas* Martialis quoque commen- dat, inter beati copias ruris, III. 47.

<sup>n</sup> *Alii colore*] Columellam notat, apud quem hæc multo uberioris tractata, xi. 3. atque etiam in Hortulo lib. x. numeris elegantibus, pag. 351. ‘Altera crebra viret, fusco nitet alte- ra crine,’ &c.

<sup>o</sup> *Cappadocas*] Viles Cappadocæ, Martiali v. 79. Columella, in Hortulo, pag. 351. ‘Tertia, que spiso, sed puro, vertice pallet, Hæc sua Cappadocæ servat cognomina gen- tis.’ Et xi. 3. pag. 396. ‘Cappado- cia, qua pallido, et pexo, densoque folio viret,’ &c.

<sup>p</sup> *Picrida*] Est enim πικρίζειν Græ- cis amarescere. Exodi cap. 12. Φά-

distinctio atræ, quæ meconis<sup>1</sup> vocatur, a copia iactis soporiferi, quanquam omnes somnum parere<sup>2</sup> creduntur.<sup>3</sup> Apud antiquos Italiae hoc solum genus carum fuit, et ideo lactucæ<sup>4</sup> nomen adeptæ. Purpuream maximæ radicis,<sup>5</sup> Cæcilianam<sup>6</sup> vocant. Rotundam vero ac minima radice, latis foliis, astytida:<sup>7</sup> u quidamque eunuchion, quoniam hæc maxime refragetur Veneri.<sup>8</sup> Est quidem natura<sup>9</sup> omnibus refrigeratrix, et ideo æstate gratae stomacho fastidium auferunt, cibique appetentiam faciunt. Divus certe Augustus lactuca conservatus in ægritudine<sup>10</sup> fertur prudentia<sup>11</sup> Musæ medici,<sup>12</sup> cum prioris Camelii<sup>13</sup> religio nimia eam negaret:<sup>14</sup> in tantum recepta commendatione, ut servari etiam<sup>15</sup>

---

*caulesque lati, &c. similes Ms.* Dalec.—5 Cod. Dalec. *credantur.*—6 Chiff. *maxime radicibus.* Mox, *Cæciliam margo* edd. Dalec. et Gronov.—7 Ita Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *astylida* edd. vett. et Gronov.—8 Cod. Dalec. *providentia.* Vid. Sueton. Aug. cap. 81.—9 Ita Harduin. 1.

#### NOTÆ

*γονται τὰ κρέα τῇ νυκτὶ ταύτῃ ὀπτὰ πνοή,* καὶ ἄξυμα ἐπὶ πικρίδων ἔδονται. *Inter-*  
*pres:* *Edent carnes hac nocte assas igni,* et *azymos panes, cum lactucis agrestibus.* Vide quæ diximus VIII. 41.

<sup>1</sup> *Quæ meconis]* Dicemus de ea XX. 26.

<sup>2</sup> *Somnum parere]* Diosc. II. 165. et 166. sativam, sylvestremque lactucam ὑπνωτικὴν esse pariter admonet. Galenus de Alim. Facult. II. 40. pag. 359. tomo VI. lactucam vespere comanducatam fuisse sibi adversus vigilias remedio singulari prodit.

<sup>3</sup> *Et ideo lactucæ]* Quod abundancia lactis exuberent, inquit Pallad. lib. II. in Januar. tit. 14. p. 44.

<sup>4</sup> *Cæcilianam]* ‘Cæciliæ de nomine dieta Metelli,’ ut canit in Hortulo Columella, p. 351. ejus nimirum qui primo Punico bello Romæ Consulatum gessit, anno Urbis IIII.

<sup>5</sup> *Astyrida]* Vide Notas et Emend. num. 17.

<sup>6</sup> *Veneri]* Genituræ profluvium collibere, auctor est Galenus, loco mox

citando. Vide et Marcellum c. 33. p. 228.

<sup>7</sup> *Est quidem natura]* Diosc. II. 165. Galenus de Facult. Simp. Medic. lib. VI. p. 178. et alii.

<sup>8</sup> *In ægritudine]* Idecirco lactuca Columellæ dicitur ea esse, ‘Tristia quæ relevet longi fastidia morbi.’ In Hortulo, pag. 351. Incidit in morbum eum Augustus, anno U. C. DCCXXXI. ipso undecimum, Calpurnio Pisone Coss. Vide Dion. lib. LIII. p. 517. et Sueton. in Aug. cap. 81.

<sup>9</sup> *Musa Medici]* Fuit is Antonius Musa, cui idecirco statuam, ære collato, juxta signum Æsculapii plebs statuit, ut auctor est Tranquillus in Aug. c. 59. Extat hujus libellus, de herba Vetonica, cum notis Humelbergii. De eo rorsum dicemus XXIX. 5.

<sup>10</sup> *Cum prioris Camelii]* Prioris Medici, quo usus ante Musam Augustus, fuisse id nomen videtur. Vide Notas et Emend. num. 18.

<sup>11</sup> *Ut servari etiam]* Muria condiri

in alienos menses eas oxymelite<sup>x</sup> repertum sit. Sanguinem quoque augere creduntur. Est etiamnum, quae vocatur caprina<sup>ii</sup> lactuca, de qua dicemus<sup>b</sup> inter medicas. Et ecce cum maxime cœpit irrepere sativis admodum probata, quæ Cilicia vocatur, folio Cappadociæ,<sup>12</sup> nisi crispum latiusque esset.

XXXIX. Neque ex codem<sup>i</sup> genere possunt dici, neque ex alio, intubi,<sup>c</sup> hyemis patientiores, virusque præferentes, sed caule non minus grati. Seruntur verno plantæ eorum: ultimo vere transferuntur. Est et erraticum<sup>d</sup> intubum, quod in Ægypto cichorium vocant, de quo plura alias.<sup>e</sup> Inventum omnes thyrsos,<sup>f</sup> vel folia lactucarum, prorogare urceis conditos, ac recentes<sup>g</sup> in patinis coquere.

Seruntur lactucæ<sup>g</sup> anno toto lœtis et riguis, stercoratis.



2. 3. et recentt. *Camilli religionum omni die manducarent codd.* Dalec. et Turneb. *Cameli religio nimia omni caret Chiff.* ‘In Camelii nomine latet certe nomen medici, quem ante Musam Augustus habuerat. At quodnam sit ejus nomen divinare non licet, cum in hoc loco valde corrupti sint MSS. codices. Ad ductum literarum, quæ supersunt in MSS. emendabat Illustr. Hermolaus Barbarus, cum priores carent, religione nunc omni caret.’ Brotier. Barbarum secuti Erasm. Dalec. Elz. Gronov. et al. ante Harduin. Vid. Nott. et Emend. n. 18.—10 Chiff. *oxymelitum.*—11 Celsus, II. 12. *marina.*—12 Ita codd. Regg. Brot. Dalec. Chiff. et Editio princeps. *Cappadocæ* Gronov. Dalec. Elz. al. vett. Harduin. I. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.

CAP. XXXIX. 1 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. I. 2. 3. et recentt. Nec ex eodem edd. vett. et Gronov. Mox, Chiff. possint dici.—2

#### NOTÆ

solitas auctor est Diose, loc. cit. De usu lactucæ in mensis veterum Marcial. lib. I. ‘Claudere quæ cœnas lactuca solebat avorum, Dic mihi cur nostras inchoët illa dapes?’

<sup>b</sup> *De qua dicemus]* Lib. xx. cap. 24.

<sup>c</sup> *Intubi]* Intybus sativa, sive Endivia vulgaris, a Dodonæo pingitur, p. 623. Cichorium hortense vulgus appellat. De hoc Columella XI. 3. ‘Eadem est ratio etiam intybi, nisi quod hyemem magis sustinet: ideoque vel frigidis regionibus autumno seri potest.’

<sup>d</sup> *Est et erraticum]* Erratica dicum-

tur, quæ sua sponte nata, omni humano cultu carent, nullaque olitoris lege coercita, libere vagantur et errant.

<sup>e</sup> *De quo plura alias]* Lib. xx. cap. 29. et xxi. 52.

<sup>f</sup> *Omnes thyrsos]* Caules, qui in virgulæ modum, seu teli rectitudinem consurgunt, thyrsi nomen sibi vindicant. Hos itaque urceis conditos in alienos quoque menses prorogabant, viridesque servabant: extractosque urceis quasi recentes percoquebant. Vide quæ de brassica dicenda sunt c. 41. ac de ferulæ semine c. 56.

<sup>g</sup> *Seruntur lactucæ]* Palladius lib.

que, binis mensibus inter semen, plantamque, et maturitatem. Legitimum tamen, a bruma semen jacere, plantam Favonio transferre: aut semen Favonio, plantam æquinoccio verno. Albæ maxime hyemem tolerant. Humore omnia hortensia gaudent, et stercore præcipue lactucæ, et magis intubi. Seri etiam<sup>b</sup> radices illitas<sup>c</sup> fimo interest, et repleri<sup>i</sup> ablaqueata<sup>d</sup> humo. Quidam et aliter amplitudinem augent: recisis, cum ad semipedem excreverint, si moque suillo recenti illitis. Candorem vero<sup>j</sup> putant contingere iis duntaxat quæ sint seminis albi, si arena de littore a primo incremento congeratur in medias, atque increscentia folia contra ipsas religentur.

XL. Beta hortensiorum levissima est. Ejus quoque<sup>k</sup> a colore duo genera Græci faciunt, nigrum, et candidius, quod<sup>l</sup> præferunt, parcissimi seminis: appellantque Siculum, candoris sane discriminè præferentes et lactucam.<sup>z</sup> Nostri betæ genera faciunt, vernum et autumnale, a tem-



Chiffi. et recentes.—3 Cod. Dalec. radice illita.—4 ‘Vet. ablaqueatas. Lege, et regeri ablaqueatis humum.’ Dalec.

CAP. XL. 1 Cod. Dalec. nigrum, et candidam, quam.—2 Gronov. lactucæ; codd. Dalec. et Harduin. item edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. lactucam.—

#### NOTÆ

II. in Januar. tit. 14. p. 43. ‘Mense Januario lactuca serenda est, vel Decembri, ut planta ejus Februario transferatur: itemque Februario seritur, ut possit Aprili mense transferri. Sed certum est eum toto anno bene seri, si locus sit latus, stercoratus, irriguus.’

<sup>b</sup> *Seri etiam*] Pallad. loc. cit. ‘Antequam pangantur, radices ejus recessimus aequaliter, et liquido fimo linamus: vel quæ jam pactæ sunt, nudatae lætamē accipiant.’

<sup>i</sup> *Et repleri*] Fimo videlicet, sive lætamē, ut Palladius vocat.

<sup>j</sup> *Candorem vero*] Pallad. loc. cit. ‘Candidæ fieri putantur, si fluminis arena, vel littoris, frequenter spar-

gatur in medias, et collectis ipsæ foliis alligentur.’

<sup>k</sup> *Ejus quoque*] Theophr. Hist. vii. 4. *Inter betas, inquit, candida sapore præstat nigræ, et pavioris est seminis: hanc Siculum quidam appellantur. Pari modo in genere lactucarum candida dulcior atque tenerior est.* Εὐχλότερον δὲ καὶ τῶν τευτλῶν τὸ λευκὸν τοῦ μέλανος, καὶ ὀλιγοσπερμότερον, ὃ καλοῦσι τίνες Σικελικόν ὡραῖτως δὲ καὶ τῆς θριδακίης· ἡ γὰρ λευκὴ γλυκυτέρα καὶ ἀπαλωτέρα. Gallis, *de la Poirée, ou Beta: carnosæ foliorum partes in cibis familiares, des Cardes de poirée.* In officinis, veteri retento nomine, Beta alba Sicula nominatur.

poribus satus,<sup>3</sup> quanquam et Junio seritur. Transferuntur autem in planta hæ quoque,<sup>4</sup> et oblini simo radices suas, locumque similiter madidum amant. Usus iis et cum lente ac faba, idemque qui oleris: et præcipuuſ,<sup>5</sup> ut lenitas exicitetur acrimonia sinapis. Medici nocentiorē<sup>6</sup> quam olus<sup>m</sup> esse judicavere. Quamobrem appositas non memini: degustare etiam<sup>7</sup> religio est, ut validis potius in cibo sint. Gemina iis natura, et oleris, et capite ipso<sup>n</sup> exsiliens bulbi: species summa<sup>o</sup> in latitudine. Ea contingit,<sup>p</sup> ut in lactucis, cum cœperint colorem trahere,<sup>8</sup> imposito levi pondere. Neque alii hortensiorum latitudo major. In binos pedes aliquando se pandunt, multum et soli natura conferente. Hæ quidem<sup>9</sup> in Circceensi agro amplissimæ proveniunt. Sunt qui betas<sup>q</sup> Punica malo florente optime seri existimunt: transferri autem, cum quinque foliorum esse cœperint. Mira differentia,<sup>r</sup> si vera est, candidis solvi alvos modice,<sup>s</sup> nigris inhiberi. Et cum brassica corrum-

<sup>3</sup> Ita codd. Harduini, Vet. Dalec. et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. sativis Gronov. et vulgg.—<sup>4</sup> Dalec. harum plantæ quoque.—<sup>5</sup> Dalec. sed præcipuuſ.—<sup>6</sup> ‘Ita quidem recentiores editiones. Et beta largius sumta nocet stomachio, teste Galeno. In MSS. Regg. Lang. Pintian. et Editione principe, *innocentiorē*. Brotier. *innocentiorē* etiam codd. Dalec. et Chiff.—<sup>7</sup> Edd. vett. *appositas non nemini degustare etiam*: sic et Cod. Dalec. nisi quod *nemini non habeat*.—<sup>8</sup> Vet. Dalec. *caulem trahere*.—<sup>9</sup> Cod. Dalec. *confert eis*. Et quidem.—<sup>10</sup> ‘Chiff. *candidis alvo melici*. Lego, *candidis alcōm (alvum) elici*’ Dalec.

## NOTÆ

<sup>1</sup> *Medici nocentiorē*] Galenus quidem, de Alim. Fauct. II. 43. tomo VI. p. 360. stomacho noxiā ait esse, si largius sumatur.

<sup>m</sup> *Quam olus*] Hoc est, brassicam. Tamen melioris succi esse betam, quam brassicam, ac magis alere, auctor est Diphilus Siphnius Medicus apud Athen. lib. IX. pag. 371. Δίφιλος δ' ὁ Σίφνιος τὸ τεύτλιν φῆσιν εὐχνλότερον εἶναι τῆς κράμβης, καὶ θρεπτικότερον. Et sane Pliniani codices MSS. hoc loco *innocentiorē* exhibent: sed *nocentiorē* legi sententia poscere videtur.

<sup>n</sup> *Et capite ipso*] Radicis capite in

quo est aliqua similitudo bulbi.

<sup>o</sup> *Species summa*] In Priapeis: ‘Nec hortus educat latas meus betas.’

<sup>p</sup> *Ea contingit*] Imposito lapillo latiore, aut testa fictili: quo pondusculo coabitam betam in latum se distendere, candoremque contrahere, Sotion asseverat, in Gepon. XII. 15.

<sup>q</sup> *Sunt qui betas*] Columella XI. 3. ‘Beta florenti Punico malo semine obruitur, et simul atque quinque foliorum est, ut brassica, differtur testate, si rignus est hortus: at si siccanus, autumno, cum jam pluviae incesserint, disponi debet.’

patur in dolio vini sapor, odore betæ foliis demersis restitui.

XLI. Olus caulesque, quibus nunc principatus hortorum, apud Græcos in honore fuisse non reperio. Sed Cato<sup>a</sup> brassicæ miras canit laudes, quas in medendi loco reddeimus. Genera ejus facit<sup>b</sup> tria: unam extensis foliis,<sup>c</sup> caule magno: alteram crispo folio, quam apianam<sup>c</sup> vocat:<sup>d</sup> tertiam minutis caulisbus, lenem, teneram, minimeque probat. Brassica toto anno seritur, quoniam et toto secatur. Utilissime tamen ab æquinoctio autumni: transferturque, cum<sup>e</sup> quinque<sup>d</sup> foliorum est. Cyma<sup>e</sup> a prima sectione<sup>f</sup> præ-

\*\*\*\*\*

CAP. XLI. 1 Chiff. latis foliis.—2 Idem codex, quam Appiacam vocant. Mox minimeque p. codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. teneram, quam minime probat Vet. Dalec. teneram, minime probat Gronov. et al. vett. —3 Ita Chiff. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. autumni. Transfertur cum Gronov. et al. vett.—4 ‘Ita bene codd. Regg. et Editio princeps.’ Brotier. Cymas a prima satione Vet. Dalec. Cymas a prima sectione Gronov. et vulgg.

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *Mira differentia]* Habet quiddam simile Diphilus Siphnus, loc. cit. cum ait, alvos candida beta magis solvi: nigra vehementius urinas cieri: εὐκοιλιάτερον δὲ τὸ λευκόν, τὸ δὲ μέλαν οὐρητικάτερον. Sed aperte Diocles Carystius apud eundem Athen. lib. III. p. 120. hoc discrimen agnoscit: betam candidam egestionem irritare: nigram, cohibere: τεῦτλον τὸ λευκόν ἐκκρίσεις ποιεῖν τὸ δὲ μέλαν καθεκτικόν εἶναι ἐκκρίσεως. Ita et Dioscorides II. 249.

<sup>a</sup> *Sed Cato]* Libro de Re Rust. cap. 156. et 157.

<sup>b</sup> *Genera ejus facit]* Cap. 156. pag. 83. ‘Nunc uti cognoscas naturam eorum: prima est Iævis, quæ nominatur λεία, grandibus et latis foliis, caule magno: validam hæc habet naturam, et vim magnam habet. Altera est crispa, apiacon vocatur: hæc est natura et aspectu bona: ad curationem validior est quam quæ supra

scripta est. Item est tertia, quæ lenis vocatur, (vet. cod. Meursii, et editio Aldi, quæ κράμβη), minutis caulisbus, tenera, (vet. cod. et Ald. *tenuioribus foliis*) et acerrima omnium est istarum, tenui succo vehementissima.’

<sup>c</sup> *Apianam]* Ita Reg. cod. At Colb. Th. et Chiff. Apiacam. Σελινοειδῆς a Catone vocatur c. 157. ob similitudinem apii. Foliorum densitate et crispiditude hæc brassicæ cum apio similitudo constat. Est Dodonæi brassica selinoides, pag. 611. *Choux frisés.*

<sup>d</sup> *Transferturque, cum quinque]* Colum. XI. 3. pag. 395. ‘Brassica cum vi. foliorum erit, transferri debet,’ &c.

<sup>e</sup> *Cyma [cymas]]* Cymæ quidam sunt scaporum delicatores, ut Plinius ait, tenerioresque cauliuli. Namque ubi vernum tempus appetit, primo quoque foliorum pullulatu, præclusis ad-

stat proximo vere. Hic est quidam ipsorum caulum deliciator teneriorque caulinus, Apicij<sup>f</sup> luxuriæ, et per eum Druso Cæsari fastiditus,<sup>5</sup> non sine castigatione Tiberii patris. Post cymam ex eadem brassica contingunt aestivi autumnalesque caulinuli, mox hyberni, iterumque cymæ, nullo æque genere multifero, donec sua fertilitate consumatur. Tertia circa<sup>g</sup> solstium, ex qua si humidior locus est, aestate; si siccor, autumno plantatur. Humor simusque si defuere, major saporis gratia est: si abundavere, lætior fertilitas. Fimum asininum maxime convenit.

Est hæc quoque res inter opera ganeæ: quapropter non pigebit verbosius persequi. Præcipuus sit caulis sapore ac magnitudine, primum omnium si in repastinato seras: dein si terram fugientes caulinulos seces,<sup>6</sup> a terraque attollentes se proceritate luxuriosa<sup>7</sup> exaggerando aliam<sup>h</sup> accumules, ita ne plus quam cacumen emineat. Tritianum hoc genus vocatur, bis computabili impendio, tædioque.

Cetera genera complura sunt. Cumanum<sup>i</sup> sessili folio,

item Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.—5 Vet. Dalec. et perinde D. C. blanditus.—6 Vet. Dalec. securaris.—7 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. proceritate luxuriosa attollentes se Gro-

#### NOTÆ

huc florum calycibus, quosdam quasi turiones olus subministrat, in quibus floris primum, mox seminis fœtus concluditur. Græci κύμα, quasi partum, dicunt, teste Galeno de Alim. Fac. II. 58. p. 365. et contracte κύμα, ducta felici translatione a ventrem ferentibus fœminis ad brassicam, quæ ineunte vere turgens succo, et plurimum cymosa sobole gravida, caulinulos evitit. Cyma porro licet muliebri sexu frequentius soleat usurpari, nonnunquam genere neutro Græcorum imitatione legitur, ut apud Columellam, carmine quod hortorum cultui nuncupavit, lib. x. pag. 350. ‘Frigoribus caules, et veri cymata mittit.’ Tamen idem et cymam vo-

cat xi. 3. pag. 395. et xii. 7. pag. 416.

<sup>f</sup> Apicij] De eo diximus VIII. 77. Est et alter Apicius, cuius libri extant, de opsoniis et condimentis, sive de arte coquinaria: cymas et colicullos condiendi modum is edocet III. 9. De his Martialis quoque v. 79, inter cœnæ fercula: ‘Ponetur digitis tenendus unctis Nigra caulinulus virens patella, Algenter modo qui reliquit hortum?’

<sup>g</sup> Tertia circa] Nempe tertia cyma.

<sup>h</sup> Exaggerando aliam] Terram agerando, ac circumfundendo.

<sup>i</sup> Cumanum] Brassicarum hæc genera, aliaque commemorat Columella lib. x. qui de cultu hortorum agit,

capite patulum. Aricinum<sup>j</sup> altitudine non excelsius, folio numerosius, quam tenuius. Hoc utilissimum existimatur,<sup>s</sup> quia sub omnibus pene foliis fruticat caulinis peculiariibus. Pompeianum<sup>k</sup> procerius, caule ab radice tenui, intra folia<sup>9</sup> crassescit. Rariora hæc angustioraque: sed teneritas in dote, si frigora<sup>10</sup> non tolerat: quibus etiam aluntur Brutiani,<sup>l</sup> prægrandes foliis, caule tenues, sapore acuti. Sabellico<sup>m</sup> usque in admirationem crispa sunt folia, quorum crassitudo caulem ipsum extenuat: sed dulcissimi perhibentur ex omnibus. Nuper subiere Lacuturres<sup>n</sup> ex convalle Aricina, ubi quondam fuit lacus, turrisque quæ remanet: capite prægrandes, folio innumeri: alii in orbem porrecti, alii in latitudinem torosi. Nec plus ullis capitibus post Tritianum, cui pedale aliquando conspicitur, et cyma nullis senior. Cuicunque autem generi pruinæ<sup>o</sup> plurimum suavitatis conferunt: et nisi obliquo vulnere<sup>p</sup> defendatur medulla, plurimum nocent. Semini destinati non secantur.



nov. Dalec. Elz. et al. ante Harduin.—8 *Hoc inutilissimum existimatur* Vet.  
Dalec. Mox, in eodem, *quia super omnibus*.—9 *Vet. Dalec. inter folia*.—10

#### NOTÆ

p. 350. ‘Quæ pariunt veteres cespugo littore Cumæ, Quæ dulcis Pompeia palus vicina salinis Herculeis, vitroque Siler qui defluit amni: Quæ duri præbent cymosa stirpe Sabelli, Et Turni lacus, et pomosi Tiburis arva, Brutia quæ tellus, et mater Aricia porri.’ Et nostra ætas non pauciora quoque observat, forma vel colore dispari. In horto Regio amplius vicena notata a nobis. Cumnam brassicam, sive rubram, a Dodonaë delineatam, p. 610. Galli vocant *Chou rouge*.

<sup>j</sup> *Aricinum*] Ab Aricino agro, de quo III. 9.

<sup>k</sup> *Pompeianum*] A Pompeiis, Campanie oppido, de quo III. 9. uti ex Columella mox vidimus. Videtur hæc Dodonæo, p. 613. brassica cauliflora,

*Choux fleurs*. Sed peregrina hæc Italiae est: semenque optimum caulinoræ Alepo Syriæ oppido asportatur, diligenterque coli vult, aut a propria laude degenerat.

<sup>l</sup> *Brutiani*] Frigoribus, inquit, Brutii agri caules aluntur.

<sup>m</sup> *Sabellico*] Huic generi a Sabellis nomen, qua de gente egimus III. 17. Crispa Dodonæi brassica, p. 611. Lobelia in Observ. p. 124. fimbriata : *Chou crepus*.

<sup>n</sup> *Lacuturres*] Et hoc genus Columellæ superius memoratum vidimus. Ruellius lib. II. p. 360. hos esse putat, quos vulgaris sermo noster *Chou cabus*, quasi capitulos, appellat, quoniam in capitibus formam extuberant.

<sup>o</sup> *Pruinæ*] *La gelée, gelée blanche*.

<sup>p</sup> *Obliquo vulnere*] Cum secantur.

Est etiam sua gratia nunquam<sup>11</sup> plantæ habitum excellētibus: halmyridia<sup>9</sup> vocant, quoniam nisi in maritimis non proveniunt, navigatione quoque longinqua viridibus asser-tatis. Statim desecti ita ne humum attingant, in cados olei quam proxime siccatos obturatosque conduntur, omni spiritu excluso. Sunt qui plantam<sup>r</sup> in transferendo alga subdita pediculo, nitrove trito, quod tribus digitis capiatur, celeriorem ad maturitatem fieri potent. Sunt qui semen<sup>s</sup> trifolii nitrumque simul tritum aspergant foliis. Nitrum in coquendo<sup>t</sup> etiam viriditatem custodit: aut Apicana<sup>12</sup> coctura, oleo ac sale, priusquam coquantur, maceratis. Est inter herbas genus inscrendi, præcisis germinibus caulis, et in medullam semine ex aliis addito.<sup>13</sup> Hoc et in cucu-mere sylvestri. Neenon olus quoque sylvestre est trium foliorum,<sup>14</sup> Divi Julii carminibus præcipue jocisque milita-ribus celebratum: alternis quippe versibus exprobravere lapsana<sup>15 u</sup> se vixisse apud Dyrrachium, præmiorum par-simoniam cavillantes: est autem id cyma<sup>16</sup> sylvestris.

\*\*\*\*\*

Dalec. sed frigora.—11 Vet. Dalec. nonnunquam.—12 Dalec. ut in Apicana.—13 Cod. Dalec. abditio.—14 ‘Al. triumphis; vel, triumphalibus, quod magis probo.’ Dalec.—15 Margo edd. Dalec. et Gronov. lampsana, e Diosc. Vid. Sueton. Julio, cap. 68.—16 Dalec. id brassica.

## NOTÆ

<sup>9</sup> *Halmyridia*] Meminit Endemus Atheniensis, in libro de oleribus, lau-datus ab Athen. lib. ix. p. 369, bras-sieæ illius quam ἄλμυρδα vocant. Brassica marina ea est, quam Lob-e-lius delineat, describitque, in Adver-sariis, p. 92. Locis Angliæ mariti-mis nascitur: vidimus et in horto Regio. Italis *Soldanella*, teste An-guillara, par. 7. p. 113.

<sup>r</sup> *Sunt qui plantam*] Colum. xi. 3. p. 395. ‘Brassica, cum sex foliorum erit, transferri debet, ita ut radix ejus liquido fimo prius illita, et involu-ta tribus algæ tæniolis pangatur: hæc enim res efficit, ut in coctura celerius madescat, et viridem colorem sive nitro conservet.’ Refert

id quoque Palladius ex Colum. lib. iii. in Febr. tit. 24.

<sup>s</sup> *Sunt qui semen*] Ad celeriorem scilicet maturitatem promovendam.

<sup>t</sup> *Nitrum in coquendo*] Apicius iii. 1. ‘Omne olus smaragdinum fiet, si cum nitro coquatur.’ Pallad. loc. cit. ‘Celerius coquitur virore ser-vato, si dum est trium vel quatuor foli-orum, nitrum tritum cribello desuper spargas, ut speciem pruinæ canden-tis imitetur.’ Sic totidem fere ver-bis auctor Gepon. xii. 17. Et Mar-tialis xiii. 17. cui lemma, ‘Coliculi’: ‘Ne tibi pallentes moveant fastidia caules, Nitrata viridis brassica fiat aqua.’

**XLI.** *Omnium hortensiorum lautissima cura asparagis.<sup>a</sup>*  
**De origine eorum in sylvestribus curis abunde dictum,<sup>i b</sup> et**  
**quomodo eos juberet Cato in arundinetis seri. Est et aliud**  
**genus incultius asparago, mitius corruda, passim etiam mon-**  
**tibus nascens, refertis superioris Germaniae campis, non in-**  
**ficeto<sup>2</sup> Tiberii Cæsaris dicto, herbam ibi quandam nasci**  
**simillimam asparago. Nam quod in Neside<sup>c</sup> Campaniae**  
**insula sponte nascitur, longe optimum existimatur. Horten-**  
**sium<sup>d</sup> seritur spongiis:<sup>e</sup> est enim plurimæ radicis, al-**

---

**CAP. XLII.** 1 Dalec. *arboribus dictum.*—2 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *inscito* Vet. Dalec.

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *Lapsana*] Diosc. II. 142. Δαμφάνη dicitur olus sylvestre, cuius folia caulesque in cibo coquuntur: λάχανον ἐστιν ἄγριον... οὐ τὰ φύλλα καὶ δικανλὸς ἐσθέται ἐφθά.—<sup>b</sup> Dionys. Exig. in Vita S. Pacomii, c. 8. ‘Lapsanas enim, id est, agrestia olera, et herbas alias præter oleum consueverant dare.’ Ed. sec. Porro præter id olus, quod trium foliorum fuisse Plinius ait, et cymam sylvestrem, alind in cibis Cæsariani milites adhibuerunt: radicem nimirum edulem, pani conficiendo idoneam, cuiusmodi lapsanae radix non est tenuis et lignosa. Hanc radicem Cæsar ipse de bello Civili lib. III. ‘charam’ vocat: ‘Est etiam genus radieis,’ inquit, ‘invenatum ab iis qui fuerant cum Valerio, quod appellatur chara, quod admixtum lacte multum inopiam levabat. Id ad similitudinem panis efficiebant: ejus erat magna copia. Ex hoc effectos panes, cum in colloquii Pompeiani famem nostram objectarent,’ &c. Suetonius in Julio c. 65. ‘Dyrrhachina munitione Pompeius, viso genere panis ex herba, quo sustinebantur, cum feris sibi rem esse dixit.’ Diceret fortean ‘ex radice’ commodius: quanquam et eo verbo

utitur Appian. Bell. Civil. lib. II. p. 465. idipsum narrans, τὴν πόλεων ἀρτοπολούν. Ea nobis videtur esse pastinaca Gallica, quam Diosc. in Nostis, p. 454. ab aliis κέρας, a Romanis καρόταμι vocitari tradit: quo nomine etiamnum vulgo nota. Insigniter errant, qui hoc trium foliorum olus, de quo nunc agitur, aut cum armoracia confundunt, de qua c. 26. quæque fronde copiosa est, aut cum eo generare pastinacæ, quod pariter πολύφυλλον.

<sup>a</sup> *Asparagis*] Græci ἀσπάραγον et ἀσφάραγον dicunt. Nostri, Asperge. Apud Dodonæum iconem vide, pag. 691. asparagi hortensis.

<sup>b</sup> *Abunde dictum*] Lib. XVI. c. 67.

<sup>c</sup> *In Neside*] Meminit hujus insulæ Seneca Epist. 53. pag. 268. Cicero quoque Epist. ad Attic. XVI. 1. statim initio. Hodie Nisitu, hand procul Puteolis. Vide Cluver. Ital. Antiq. p. 1167.

<sup>d</sup> *Hortensium*] Genus subintellige, quod alii hortense vocant.

<sup>e</sup> *Spongiis*] Radicibus. Palladius lib. IV. in Martio, tit. 9. p. 89. ‘Hoc mense asparagos seremus, circa Aprilis Kal. Sed expeditior ratio est, si asparagorum spongias ponas, quæ

tissimeque germinat. Viret thyrso primum emicante: qui caulem educens, tempore ipso<sup>3</sup> fastigatus in toros<sup>f</sup> striatur. Potest et semine seri.

Nihil diligentius comprehendit Cato,<sup>g</sup> novissimumque libri est, ut appareat repentinam ac novitiam viro curam suis. Locum subigi jubet humidum et crassum: semi-pedali<sup>h</sup> undique intervallo seri, ne calcetur. Præterea ad lineam<sup>i</sup> grana bina aut terna paxillo demitti:<sup>j</sup> videlicet semine tum tantum serebantur: id fieri secundum æquinoctium vernum. Stercore satiari, crebro purgari, caveri ne cum herbis evellatur asparagus. Primo anno stramento ab hyeme protegi: vere aperiri, sarriri, runcari: tertio<sup>j</sup> incendi verno. Quo maturius incensus est, hoc melius provenit. Itaque arundinetis maxime convenit, quæ festinant incendi.<sup>k</sup> Sarriri jubet idem, non antequam asparagus natus fuerit, ne in sarriendo radices vexentur. Ex eo velli asparagum ab radice: nam si defringatur,<sup>s</sup> stirpes cere, et intermori. Velli, donec in semen eat. Id autem

---

*infaceto* Gronov.—3 In vet. cod. Dalecampii *ipso* non legitur. Mox, *fastigatus* Gronov. et al. ante Harduin.—4 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recent. item Pintian. e Catone, cap. 140. *dimitti* Gronov. et vulgg.—5 Cod. Dalec.

#### NOTÆ

cito fructum ministrent. Hæc sient: Semina asparagi quanta tribus digitis comprehendere possis, post Idus Febr. pingui et stercorato solo in singulis fossis ponis, et leviter obruis. His coëntibus, radix connexa nascetur, quæ appellatur *Spongia*, &c. Implicatas radices, quæ quasi unitatem faciunt, sic illigatas, atque connexas, olitores spongas vocant, inquit Colum. XI. 3.

<sup>f</sup> *In toros*] Toros appellat, ut quidem videtur, spicam asparagi maxime cibis expetitam: hæc caro, hæc pulpa asparagi est.

<sup>g</sup> *Cato*] De Re Rust. c. 161. p. 90. ubi ea extant, quæ Plinius hoc loco refert, ad ea usque verba, 'Nec

quicquam postea tentatum,' &c.

<sup>h</sup> *Semipedali*] Cato: 'Cum areas deformabis, hoc est, delineabis, 'intervalum facito inter eas semipedem latum in omnes partes: deinde serito.'

<sup>i</sup> *Præterea ad lineam*] Cato loc. cit. 'Ad lineam palo grana bina aut terna demittito.' Sic etiam Pallad. loc. cit. et Didymus in Gepon. XII. 18. p. 340.

<sup>j</sup> *Tertio*] Cato: 'Post annum tertium quam severis, incendito vere primo.'

<sup>k</sup> *Quæ festinant incendi*] Plinius XVII. 47. 'Necnon ignis aliquid prodest, ut arundini: ambusta namque densior mitiorque surgit.'

maturescere ad ver,<sup>1</sup> incendique: ac rursus, cum apparuerit asparagus, sarriri ac stercorari. Ac post annos novem, cum jam vetus sit, digeri subacto solo stercoratoque. Tum spongiis<sup>m</sup> seri, singulorum pedum intervallo. Quin et ovillo fimo nominatim uti, quoniam aliud herbas creet.<sup>6</sup> Nec quicquam postea tentatum utilius apparuit, nisi quod circa Idus<sup>n</sup> Februarii defosso semine acervatim parvulis scrobibus serunt, plurimum<sup>7</sup> maceratum fimo. Dein nexit inter se radicibus spongias factas post æquinoctium autumni disponunt pedalibus intervallis, fertilitate in denos annos durante. Nullum gratius his solum quam Ravennatum<sup>o</sup> hortorum.

Indicavimus<sup>p</sup> et corrudam. Hunc enim intelligo<sup>8</sup> sylvestrem asparagum, quem Græci hormenum,<sup>9</sup> aut myacanthon<sup>r</sup> vocant, aliisve nominibus. Invenio<sup>s</sup> nasci et arietis cornibus tuis atque defossis.



*defrangitur*; Chiff. *defrangatur*.—6 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduini. I. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. aliud herbaseret Gronov. et al. ante Harduin.—7 Margo edd. Dalec. et Gronov. *defossum semen acervatim, par.* scr. ser. *plurimi*.—8 *Hanc intelligimus* Vet. Dalec.—9 Margo edd.

#### NOTÆ

<sup>1</sup> *Id autem . . . ad ver]* At Cato maturum id fieri ad autumnum dixit, ut quidem videtur, rectius, ita rerum natura exigente.

<sup>m</sup> *Tum spongiis]* Hoc est, radicibus, ut ante monuimus. Cato: ‘Deinde fossulas facito, qua radices asparagi demittas: intervallum sit ne minus pedes singulos inter radices asparagi.’

<sup>n</sup> *Nisi quod circa Idus]* Columella, et Pallad. locis citatis.

<sup>o</sup> *Ravennatum]* Vel sylvestribus tamen asparagis cedere hos immittit Martialis in Xeniis XIII. 21. cui titulus, ‘Asparagi’: ‘Mollis in aquarea que crevit spina Ravenna, Non erit in cultis gratior asparagis.’ Sativus, inquit, asparagus, non erit sylvestri gratior. ‘In totum spina est asparagus,’ inquit Plinius XXI. 54.

<sup>p</sup> *Indicavimus]* Tum XVI. 67. tum etiam libri hujus cap. 19. Corrua porro sylvestris asparagus est, foliis acutis, qualis a Clusio depingitur Rarior. Plant. v. 60. p. 177. Hanc toto Castellæ Granatensique regno nasci prodit: nos hic in horto Regio vidimus. Sed et sativum asparagum a rusticis corrudam appellari, Columella est auctor, XI. 3.

<sup>q</sup> *Græci hormenum]* Apud Hesych. “Ορμενος legitur. “Ορμενος, inquit, ὄνομα κύριον, καλ πόλις Θετταλίας . . . οἱ δὲ τὸν ἄγριον ἀσπάραγον. Julius Pollux VI. 9. non sylvestrem, sed sativum asparagum ὄρμενον vocari scribit: nimis ut corruda apud Latinos, sic apud Græcos ὄρμενον communis utrique generi appellatio fuit.

<sup>r</sup> *Myacanthon]* Quasi muris spinam. Diosc. II. 152. ‘Ασπάραγος πε-

**XLIIL** Poterant videri dicta omnia quæ in pretio sunt, nisi restaret res maximi quæstus, non sine pudore dicenda. Certum est quippe carduos apud Carthaginem magnam, Cordubamque præcipue, sestertium sena millia<sup>t</sup> e parvis reddere areis: quoniam<sup>1</sup> portenta quoque terrarum in ganeam vertimus, etiam ea quæ refugunt quadrupedes conscientiae. Carduos ergo<sup>2</sup> duobus modis serunt: autumno planta, et semine ante Nonas Martias: plantæque ex eo disponuntur ante Idus Novembris, aut in locis frigidis circa Favonium. Stercorantur<sup>v</sup> etiam, si Diis placet, lætiusque proveniunt: condiunturque aceto melle diluto addita laseris radice, et cumini, ne quis dies sine carduo sit.

**XLIV.** Cetera in transcurso dici possunt. *Ocimum*<sup>2</sup>

---

Dalec. et Gronov. *horminum*, e cap. 23. libri sequentis. Gronov. et al. ante Harduin. *ormi*.

**CAP. XLIII.** 1 Ita ex codd. Hardninus et recent. *sestertia sena millia ut parcus, reddere*; *quoniam* Gronov. et vulgg. Pro *e parvis*, Vet. Dalec. habet *ex arvis*; Chiff. a *parvis reddere eis*.

#### NOTÆ

*τραῖος*, ἦν μνάκανθαν καλοῦσι. Galenus de Facult. Simp. Med. lib. vi. p. 160. *Ασπάραγος πετραῖος* η μνάκανθος.

<sup>s</sup> *Invenio*] Nempe apud auctores haud sane satis idoneos, quorum fidem hac in parte Dioscorides elevat, loc. cit. quamvis suffragari iis videatur Didymus in Gepon. xii. 18. p. 340.

<sup>t</sup> *Sestertium sena millia*] Quæ monetæ nostræ Gallicæ efficiunt libras sexcentas.

<sup>u</sup> *Carduos ergo*] Eos intelligit, quorum e genere scolymus est, ut ex oratione Plinii liquet, xx. 99. ubi de carduorum medicinis agit, quorum nunc tempora satus explanat, in primisque scolymi, *l'Artichaut*, quam Latinis cinaram quoque appellantur. Nam quæ de carduorum sato nunc afferuntur a Plinio, eadem ferme re-

tulit Columella de cinara, xi. 3. ‘Cinarae sobolem,’ inquit, ‘melius per autumni æquinoctium disponemus: semen commodius circa Kalendas Martii seremus, ejusque plantam circa Kalendas Novembris deprimemus, et multo cinere stercorabimus: id enim genus stercoris huic oleri videotur aptissimum.’ Est et cinara spinosa, qui Matthiolo in Diosc. lib. iii. pag. 667. carduus aculeatus dicitur, *Cardon d'Espagne*.

<sup>v</sup> *Stercorantur*] Pallad. lib. iv. in Martio, tit. 9. p. 87. ‘Terram stercoratam et solutam diligit carduus, quamvis in pingui possit melius provenire.’

<sup>z</sup> *Ocimum*] Basilium Lobelio dictum, in Advers. p. 215. et Gallis quoque *Basilic*. A Matthiolo in Diosc. lib. ii. p. 533. pingitur accurate, et ocimum medium nuncupatur.

Parilibus optime seri ferunt: quidam et autumno:<sup>b</sup> jubentque, cum hyeme seratur, aceto semen perfundi. Eruca quoque<sup>c</sup> et nasturtium vel æstate vel hyeme facillime nascentur. Eruca præcipue frigorū contemtrix, diversæ est, quam lactuca, naturæ, concitatrix<sup>d</sup> Veneris: idecirco jungitur illi<sup>e</sup> fere in cibis, ut nimio frigori par fervor immixtus temperamentum æquet. Nasturtium<sup>f</sup> nomen accepit a narium tormento. Et inde vigoris significatio proverbio<sup>1g</sup> id vocabulum<sup>2</sup> usurpavit, veluti torporem excitantis. In Arabia miræ amplitudinis dicitur gigni.

XLV. Ruta quoque<sup>h</sup> seritur Favonio, et ab æquinoctio autumni: <sup>i</sup> odit hyemem,<sup>j</sup> et humorem, ac simum. Apri-

\*\*\*\*\*

CAP. XLIV. 1 Vet. Dalec. significatione proverbium.—2 Cornarius, ejus esum.

CAP. XLV. 1 Ita codd. Regg. Brot. et Editio princeps. autumno codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. autumni habent etiam

#### NOTÆ

In horto Regio vidimus. Parilia Romæ celebrata xi. Kalend. Maias, diximus sup. lib. c. 66. Colum. xi. 3. seri ocimum circa Idus jubet.

<sup>b</sup> Quidam et autumno] Colum. xi. 3. Etiam Aprili cum seritur, ut cito nascatur, aqua calida perfundi Palladius jubet, in Aprili, tit. 3.

<sup>c</sup> Eruca quoque] Ita Pallad. lib. II. in Januar. tit. 14. pag. 44. Nostris, Roquette. A Matthiolo pingitur in Diose. lib. II. pag. 530.

<sup>d</sup> Concitatrix] Sic Diose. II. 170. Galenus de Alim. Facult. II. 53. pag. 364. Columella in Hortulo: 'Et quæ frugifero seritur vicina Priapo, Excitet ut Veneri tardos eruca maritos.' Marcellus Empir. cap. 33. pag. 228. 'Ad abundantiam seminis præparandam, erucam decoctam bibat, quoties quisque inopia seminis se laborare perspexerit: vel potius assidue incoctam manducet.' Idecirco 'salaces erucas' Naso vocat de Remed. Amor. prope finem.

<sup>e</sup> Jungitur illi] Lactucae scilicet. Hoc ipsum fieri Galenus præcipit

loc. cit.

<sup>f</sup> Nasturtium] 'Nasturtium nonne vides,' inquit apud Nonium Varro, 'ab eo dici quod nasum torqueat?' Et Auctor Moreti: 'Quæque trahunt acri vultus nasturtia morsu.' Porro nasturtii iconem apud Lobel. vide in Observ. pag. 107. Nostris Cresson Arenois: Narbonensibus, Nasitort.

<sup>g</sup> Proverbio] Adagium id est, ἔσθιε κάρδαμον, dictum olim in socordem, ignavum, hebetem. Vossium vide in Etymol. verbo Nasturtium. Auctor Geopon. XII. 27. Φασὶ δὲ τὸν ἔσθιον τας κάρδαμον, δευτέρους τὴν διάνοιαν γλυκεσθαι. Aiunt vescentes nasturtio mentis acumine subtiliores evadere.

<sup>h</sup> Ruta quoque] Pingitur a Lobelio ruta hortensis, in Observ. pag. 506. Gallis, de la Rue. Et hanc autumno seri, differri mense Martio, præcipit Colum. lib. XI. cap. ult.

<sup>i</sup> Odit hyemem] Theophr. Histor. VII. 5. Aquas et simum, inquit, olera omnia diligunt, præter rutam: Φίλυδρα δὲ πάντα τὰ ἄλλα λάχανα, καὶ φιλόκαπρα, πλὴν πηγῶν.

cis<sup>j</sup> gaudet et siccis, terra quam<sup>2</sup> maxime lateraria. Cinere vult<sup>k</sup> nutritri: hic et semini miscetur, ut careat erucis. Auctoritas etiam peculiaris apud antiquos ei fuit. Invenio mustum rutatum populo datum a Cornelio Cethego, in consulatu<sup>l</sup> collega Quinti Flaminini,<sup>3</sup> comitiis peractis. Amicitia<sup>m</sup> est ei et cum sico, in tantum, ut nusquam lætior proveniat, quam sub hac arbore. Seritur et surculo, melius in perforatam<sup>n</sup> fabam indito, quæ succo nutrit comprehendendo surculum. Seritur et a seipsa.<sup>o</sup> Namque incurvato cacumine alicujus rami, cum attigerit terram, statim radicatur. Eadem et ocimo<sup>p</sup> natura, nisi quod difficultius crescit. Sed durata runcatur non sine difficultate, pruritivis ulceribus,<sup>q</sup> ni munitis manibus id fiat, oleove defensis. Conduntur autem et ejus folia, servanturque fasciculis.

XLVI. Ab æquinoctio<sup>r</sup> verno seritur apium, semine paululum<sup>s</sup> in pila pulsato.<sup>t</sup> Crispus sic putant fieri, aut

Dalec. Elz. Gronov. et al. vett. ante Harduin.—2 Cod. Dalec. *terraque quam.*  
—3 *Quinti Flaminii* Brotier in Notis. *Quinti* etiam codd. Regg. Brot. I. 2.  
Edd. ante Brotier, *Quintii*.—4 Cod. Dalec. uterque et Chiff. *proritus ulceribus*; Gronov. et al. ante Harduin. *provenientibus hulceribus.*

## NOTÆ

<sup>j</sup> *Apricis*] Palladius lib. iv. in Martio, tit. 9. p. 90. ‘Prosequuntur etiam maledictis, et maxime in terra soluti lateris ponunt, quod prodesse certissimum est.’ Columella xi. 3.

<sup>k</sup> *Cinere vult*] Pallad. loc. cit. ‘Hoc mense ruta seritur, locis apri- cis, solius cineris inspersione contenta.’

<sup>l</sup> *In consulatu*] Anno Urbis ccccxxxi. Sed vitio facti Consules abdicarunt: ut in Fastis recte est annotatum.

<sup>m</sup> *Amicitia*] Pallad. loc. cit. ‘Sub dici arboris umbra libentius acquiescit.’ Adde et Arist. e. 20. problem. 18. p. 773. quærentem, ‘Qnam ob causam ruta insita in fieum, pulcher- rima, plurimaque proveniat.’

<sup>n</sup> *Melius in perforatam*] Pallad. loc. cit. ‘Nonnulli ramulos rutæ pertusæ fabæ inserunt, vel bulbo, atque ita obrunt, alieno vigore servandos.’

<sup>o</sup> *Seritur et a scipsa*] Nempe propagine, uti fere de rubis dictum est xvii. 21. Sic etiam Pallad. loc. cit.

<sup>p</sup> *Eadem et ocimo*] Ut propagine nimillum, æque atque ruta, seratur.

<sup>q</sup> *Pruritivis ulceribus*] Natis ulceribus ex prurigine. Vide Notas et E-mend. num. 19.

<sup>r</sup> *Ab æquinoctio*] Pallad. lib. v. in Aprili, tit. 3. p. 110. et Colum. xi. 3.

<sup>s</sup> *In pila pulsato*] Hoc est, in vase concavo, sive mortario, pinsi prius necesse est. De pilæ vocis usu, eo

si satum calcetur cylindro pedibusve. Proprium ei, quod colorem mutat. Honos ipsi<sup>t</sup> in Achaia, coronare victores sacri certaminis Nemeæ.

**XLVII.** Eodem tempore seritur menta planta:<sup>a</sup> vel si nondum germinat, spongia. Minus hæc<sup>b</sup> humido gaudet. Æstate viret, hyeme flavescit. Genus ejus sylvestre mentastrum<sup>c</sup> est. Et hoc propagatur, ut vitis, vel si inversi rami<sup>d</sup> serantur. Mentæ nomen<sup>e</sup> suavitas odoris apud Græcos mutavit, cum alioqui mintha vocaretur, unde nostri nomen declinaverant.<sup>f</sup> Grato mensas odore<sup>g</sup> percurrit in rusticis dapibus. Semel sata, diutina ætate durat. Congruit pulegio,<sup>f</sup> cuius natura in carnariis resflorescens

---

CAP. XLVI. 1 Cod. Dalec. *paulum*; Chiff. *paulum in pilato*. Mox, margo edd. Dalec. et Gronov. pro *pulsato*, habet *pinsito*, e Columel.

CAP. XLVII. 1 'Ita codd. Regg. 1. 2. et Editio princeps.' Brotier. *declinaverunt* edd. vett. et Gronov. *declinaverunt* Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.—2 'Ita bene cod. Reg. 2.' Brotier. Edd. ante Brotier, *Grato menta*

#### NOTE

intellectu, alibi egimus. Expressum hoc a Columella XI. 3. pag. 397. 'Si crispæ frondis apium fieri maluerit, semen ejus inditum pilæ, et saligneo palo pinsitum, exsoliatumque, in linteolis ligatum obruet. Potest etiam citra hanc operam fieri crispum qualitercumque satum, si cum est natum, incrementum ejus supervoluto cylindro coërceat.' Sic etiam Pallad. loc. cit. et Theophr. his prior, Hist. II. 5. et de Causis v. 6. p. 331.

<sup>t</sup> *Honos ipsi*] Juvenalis Sat. VIII. 226. 'Graiaeque apium meruisse coronæ.' Idecirco Nemeænum apium Nicandro dicitur in Theriac. p. 47. Suidas, tom. II. p. 213. *Nemæas σέλινα*. Vide Plutarch. Sympos. Quæst. V. 3. p. 676. quibus adde quæ diximus XV. 5.

<sup>a</sup> *Eodem ... planta*] Transferri mentam in planta ait æquinoctio verno: ac si nondum germinaverit, radice seu spongia, ut diximus. Pinxitur a Dodonaeo menta prima, pag.

95. *De la mente, du Baume.*

<sup>b</sup> *Minus hæc*] Vide Notas et E-mend. num. 20.

<sup>c</sup> *Mentastrum*] Dioscoridi III. 42. ήδνοσμὸν ἄγριον, *menta sylvestris*: officinis, alba menta. Iconem exhibet idem Dodonaens, p. 96. Græci καλαμίνθην vocant, inquit Apuleius, cap. 91. Gallis, *Mente sauvage*. In Nothis Diosc. p. 454. τὸ δὲ ήδνοσμὸν ἄγριον, δὲ ψωμαῖοι μεντόστρουμ καλοῦσι.

<sup>d</sup> *Vel si inversi rami*] Colum. XI. 3. 'Mentæ si forte semina defecerunt, licet de novalibus sylvestre mentastrum colligere, atque ita inversis cäcumibus disponere: quæ res feritatem detrahit, atque edomitam reddit.'

<sup>e</sup> *Menta nomen*] Diosc. III. 41. 'Ηδνοσμός, οἱ δὲ μήθην. Et Galenus de Simp. Medic. Facult. lib. VI. p. 176. Ήδνοσμὸν, ζνιοι δὲ μήθην εὐάδη προσαγορεύουσιν.'

<sup>f</sup> *Congruit pulegio*] Nostri *Pouliot* vocant. *Regium vulgatum pouliot*

sæpius dicta est. Hæc quoque servantur simili genere, mentam dico, pulegiumque, et nepetam.<sup>g</sup>

Condimentorum tamen omnium fastidiis cuminum<sup>h</sup> amicissimum.<sup>3</sup> Nascitur in summa tellure vix hærens, et in sublime tendens. In putridis et calidis maxime locis, medio serendum vere. Alterum ejus genus sylvestre quod rusticum vocant, alii Thebaicum: si tritum ex aqua potetur, in dolore stomachi<sup>i</sup> prodest. In Carpetania<sup>j</sup> nostri orbis maxime laudatur: alioqui Æthiopico<sup>k</sup> Africisque palma est. Quidam huic Ægyptium præferunt.

XLVIII. Sed præcipue olusatrum<sup>l</sup> miræ naturæ est.

\*\*\*\*\*

*mensas.*—3 Codex uterque, *nepitam in condimento sumpta. In omnia (lego, ad omnia) quæ fastidio sunt, cuminum amicissimum. Vet. nepitam. Condimentarium tamen omnium stomachi fastidiis; al. Vet. omniumque fastidiis.* Dalec. *nepitam. Condimentorum, &c.* Gronov. et al. ante Harduin.

#### NOTÆ

*royal*, delineatur a Lobelio in Observat. p. 266. De pulegio porro in carnariis reflorescente diximus XVIII. 60.

<sup>g</sup> *Et nepetam]* Quæ sylvestre pulegium etiam appellatur, *Pouliot sauvage.* Vide Dodonæum, p. 98. Alia est nepeta vulgaris officinarum, quæ menta cataria, *l'herbe au chat.* Alii *nepitam* scribunt.

<sup>h</sup> *Cuminum]* Cuminum Latini juxta et Galli vocant: Hebrei ipsi γε common: rura nostra, *comin.* Utrumque genus, sativum et sylvestre, quale nos vidimus, a Dodonæo pingitur p. 298.

<sup>i</sup> *In dolore stomachi]* Adversus tortina et inflationes, bibi tritum ex aqua: ex vino ad imbecillitatem stomachi, jubet Diosc. III. 69.

<sup>j</sup> *In Carpetania]* Diosc. loc. cit. in Carthagine Hispaniæ oppido. Toleatum in Hispania est Carpetanorum caput.

<sup>k</sup> *Æthiopico]* Quod Hippocrates Regium vocat, quoniam illud palmare putat, inquit Diosc. III. 68. secun-

das defert Ægyptio.

<sup>l</sup> *Sed ... olusatrum]* Sive atrum olus, sic dictum a semine et radice atra. Colum. XI. 3. p. 398. *Atrum olus, quod Græcorum quidam vocant ἵπποσέλινον, nonnulli σμύρνιον;* &c. Adde Apuleium lib. de Virtutibus Herb. c. 107. In Græcis vero Hesychius: *Σμύρνιον, τοῦ ἵπποσέλινου ὁ καρπὸς, καὶ αὐτὴ ἡ βοτάνη.* Schol. Nicandri, in Theriac. p. 39. Td. Σμύρνειον ὄμοιον ἔστι τῷ μεγάλῳ σελίνῳ ὁ καὶ ἵπποσέλινον καλεῖται σμυρνεῖον δὲ, ἐπειδὴ ἐμφερές ἔστι τῇ σμύρνῃ κατὰ τὴν ὀσμήν. Et Galenus de Fac. Simp. Med. lib. VIII. p. 230. *Σμύρνιον, οἱ δὲ ἵπποσέλινον ὄνομάζοντις ἄγριον.* Cave porro agi nunc existimes de hipposelino, de quo instituta oratio est c. 37. quanquam et illud smyrnum nuncupatum sit, teste Diosc. III. 78. De smyrnio vere ac proprie dicto nunc sermo est, cui etiam in Cilicia hipposelini tributa appellatio est, ut prodidit idem Diosc. cap. seq. Hipposelinum illud Theophrasti est, idemque smyrnion Dioscoridis, a

Hipposelinum Græci vocant, alii smyrnum.<sup>1</sup> E lacryma caulis sui nascitur. Seritur et radice. Succum ejus<sup>m</sup> colligunt,<sup>2</sup> myrrhæ saporem habere dicunt. Auctorque<sup>n</sup> est Theophrastus, myrrha sata natum. Hipposelinum veteres<sup>o</sup> præceperant in locis incultis, lapidosis, juxta maceriam seri: nunc et repastinato seritur, et a Favonio post æquinoctium autumnum.<sup>3</sup> Quippe cum capparis<sup>4 p</sup> quoque seratur siccis maxime, area in defossum cavata,<sup>5</sup> ripisque undique circumstructis lapide: alias evagatur per agros, et cogit solum sterilescere. Floret aestate: viret<sup>q</sup> usque ad Vergiliarum occasum, sabulosis<sup>r</sup> familiarissi-

CAP. XLVIII. 1 Cod. Dalec. *smyrnium*.—2 *Succum ejus qui colligunt* Gronov. et al. ante Harduin. Mox, *myrrha*, et paulo post *myrrha*, cod. Dalec.—3 ‘Ita codd. Regg. Lang. et Editio princeps.’ Brotier. *autumni* Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. et recent. —4 Ita edd. vett. et Gronov. *cappari* ex codd. Harduinianus, quem secuti sunt Miller. Bipont. et Franz.—5 ‘Ita codd. Regg. et Editio princeps.’ Brotier. *area in defossum cavata* Gronov. al. vett.

## NOTE

Matthiolo delineatum, p. 773. quale in Horto Regio visum a nobis. De eo rursum xxvii. 109.

<sup>m</sup> *Succum ejus*] Theophr. Hist. vii. 6. Γίνεται δὲ καὶ τὸ δάκρυνον ἐξ αὐτῶν δύοιον τῷ μύρρᾳ οἱ δέ φασιν ὅλως μύρραν. *Lacryma ex eo fluit myrrhæ assimilis: quidam omnino myrrhan id esse asseverant.* E radice potius quam e caule succum manare scimus.

<sup>n</sup> *Auctorque*] Verba hæc sunt Græci scriptoris, Hist. ix. 1. Καὶ τινες ἀκονσάντες ὡς ἔντεῦθεν ἡ σμύρνη, ἥγονται βλαστάνειν ἐξ αὐτῆς ἵπποσέλινον· φυτεύεται γὰρ καὶ ἀπὸ δακρύνον τὸ ἵπποσέλινον. Cum ex hipposelino myrrham nasci quidam audivissent, hipposelinum ex myrrha provenire etiam putarunt, quæ lacryma hipposelini est. Seritur et hipposelinum sua lacryma.

<sup>o</sup> *Hipposelinum veteres*] Columella loc. cit. de hipposelino, quod et olusatrum, et smyrnum pariter appellat: ‘*Pastinato*’ inquit, ‘*loco semine* debet conseri, maxime juxta

maceriem: quoniam et umbra gaudet, et qualicumque convalescit loco.’

<sup>p</sup> Quippe cum capparis [cappari] ‘*Cappari*’ neutro genere dicitur, et ‘*capparis*’ feminino. Colum. xi. 3. ‘*Capparis* . . . si serenda fuerit, siccum locum desiderabit: isque debebit ante circumdari fossula, quæ repleatur lapidibus, et calce, vel Punico luto, ut sit quasi quedam lorica, ne possint eam perrumpere prædicti seminis frutices: qui fere per totum agrum vagantur, nisi munimento aliquo prohibiti sint . . . Et noxiū virus habent, succoque suo sterile solum reddunt.’ Capparis in Gallia, *in Caprier*, vel, ut aliis visum est efferre, *in Capier*. Capparis retuso folio apud Lobel. in Observ. p. 359. Monspelli in hortis pulchre et copiose fruticat.

<sup>q</sup> *Floret . . . viret*] Hæc a Theophr. Hist. vi. 5.

<sup>r</sup> *Sabulosis*] Theophr. loc. cit. Nat-

num.<sup>6</sup> Vitia ejus,<sup>7</sup> quod trans<sup>7</sup> maria nascitur, diximus inter peregrinos frutices.

**XLIX.** Peregrinum et Careum,<sup>t</sup> gentis sui<sup>1</sup> nomine appellatum, culinis principale. In quacumque terra seri vult, ratione eadem, qua olusatrum. Laudatissimum tamen in Caria, proximum Phrygia.

**L.** Ligusticum<sup>a</sup> sylvestre est in Liguriæ suæ montibus: seritur ubique: suavius sativum, sed sine viribus. Panacem<sup>b</sup> aliqui vocant. Cratevas<sup>c</sup> apud Græcos cunilam bubulam eo nomine appellat: ceteri fere conyzam, id est, cunilaginem:<sup>i</sup> thymbram vero, quæ sit cunila. Haec apud nos habet vocabulum et aliud, satureia dicta<sup>d</sup> in condi-

\*\*\*\*\*

Harduin. Miller. Bipont. et Franz.—6 Dalec, familiarissima. Vid. XIII. 44.—  
7 Daléc, quæ trans.

**CAP. XLIX.** 1 Ita edd. vett. Gronov. Harduin. 1. et Bipont. gentis suæ Harduin. 2. 3. Miller. et Franz. et sic Vet. Dalec.

**CAP. L.** 1 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. ‘Vet. cunizam idem cunilaginem, &c. Lego, conyzam, cunilaginem. Idem vero thymbram, quæ sit.’ Dalec. Gronov. et al. vett. conyzoides, cunila-

#### NOTÆ

ρει δὲ ὅφαμποις καὶ λεπτογεύοις χωρίοις.

<sup>s</sup> *Vitia ejus]* Dicta hæc XIII. 44.

<sup>t</sup> *Careum]* Apicio quoque VII. 2. Carcum. Dioscoridi III. 66. Κάρπος. Pingitur a Dodonæo, p. 297. In officinis *Carvi* nominari: apud Germanos Bohemosque, non in Caria modo, unde origo nominis, frequens nasci prodit.

<sup>a</sup> *Ligisticum]* Diosc. III. 58. Λιγυστικὸν φύεται μὲν πλεῖστον ἐν Αἰγαίῳ, οὗτον καὶ τὴν προσωνυμίαν ἔσχηκεν. Πάνακες δὲ αὐτὸν καλοῦσιν οἱ ἐπιχώριοι, κ. τ. λ. Eadem habet Oribas. lib. XI. fol. 204. Siler montanum Dodonæi est, a quo accurate delineatur, quale in Horto Regio vidimus, p. 308. Gallicis, *Sermontaine*. Officinis nonnullis, *Seseli*, sed falso.

<sup>b</sup> *Panacem]* Quoniam panaci Hæraelotico et viribus simile est, et radice atque caule, inquit Diosc. loc. cit.

<sup>c</sup> *Cratevas]* Græcorum inconstan-

tiam in assignandis plantarum nominibus obiter indicat, non usquequam approbat. Et falso quidem cunilæ bubulæ nomen esse Ligustico inditum, diserte admonet, xx. 60.

<sup>d</sup> *Satureia dicta]* Thymbra igitur gemina: et utraque affinis alteri: altera Græcorum, Latinorum altera, quæ et satureia, thymbrae quidem æmula, et cunila appellata: sed discrepans tamen a thymbra. Colum. IX. 4. p. 320. ‘Thymbræ, vel nostratis cunilæ, quam satureiam rustici vocant.’ Et in Hortulo: ‘Et satureia thymi referens, thymbræque saporem.’ Scribonius Largus Compos. 124. ‘Cunila, quam satureiam quidam vocant.’ Satureiam seu cunilam Galli nunc *Sarriette* nominant. Pingitur a Dodonæo, p. 288. Thymbra, p. 287. Utramque Regio in horto vidimus. Thymbra in Græcia frequens, maximeque in Chio, teste Anguillara,

mentario genere. Seritur mense Februario, origano æmulia.<sup>2</sup> Nusquam utrumque additur, quippe similis effectus. Sed cunilæ Ægyptium origanum tantum præfertur.

LII. Peregrinum fuit et lepidium.<sup>e</sup> Seritur a Favonio: dein cum fruticavit, juxta terram<sup>f</sup> præciditur: tunc runcatur, stercoraturque: per biennum hoc. Postea iisdem fruticibus utuntur, si non sævitia hyemis ingratavat, quando impatientissimum est frigorum. Exit et in cubitalem altitudinem, foliis lauriniis, sed mollibus: ususque ejus<sup>g</sup> non sine lacte.

LIII. Gith pistrinis,<sup>g</sup> anisum et anethum culinis et medicis nascuntur. Sacopenium<sup>h</sup> et ipsum in hortis quidem, sed medicinae tantum.

LIV. Sunt quædam comitantia aliorum satus, ut papaver. Namque cum brassica seritur, ac portulaca:<sup>i</sup> et eruca cum lactuca. Papaveris sativi tria genera: candidum,<sup>j</sup> cuius semen tostum in secunda mensa<sup>j</sup> cum melle apud antiquos dabatur.<sup>2</sup> Hoc et panis<sup>k</sup> rustici crustæ inspergitur,<sup>3</sup> afluxo ovo inhærens, ubi inferiorem crustam apium<sup>4</sup> githque cereali sapore condint. Alterum genus<sup>l</sup>



ginem.—2 Margo edd. Dalec. et Gronov. *thymo æmula*, e Diosc.

CAP. LII. 1 Pintian. usus ejus.

CAP. LIII. 1 Vet. Dalec. et portulaca. Mox, et eruca et cum lactuca alii ap. Dalec.—2 Cod. Dalec. edebatur.—3 Dalec. inspergunt.—4 ‘Anni, vel

#### NOTÆ

par. 12. p. 203.

<sup>e</sup> *Lepidium*] Gallis, *Passerage*. Iconem vide apud Dodonæum, p. 704. nos plantam ipsam in horto Regio vidiimus.

<sup>f</sup> *Juxta terram*] Colum. xi. 3. ‘Lepidium velut porrum sectivum demetere poteris, rarius tamen,’ &c.

<sup>g</sup> *Gith pistrinis*] Gith Dioscoridi III. 93. μελάνθιον dicitur, enjus semen inspergi gratissime panibus conditidis monet: idecirco pistrinis nascitur. De eo rursum xx. 71. Sativum melanthium depictum vide apud Dodon.

p. 301. Gallis, *de la Nielle*: etsi dubitat Anguillara, par. 12. p. 216.

<sup>h</sup> *Sacopenium*] De eo dicemus xx. 75.

<sup>i</sup> *Candidum*] *Pavot blanc*. Vide apud Dodon. p. 442.

<sup>j</sup> *In secunda mensa*] ‘Cocetum,’ inquit Festus, ‘edulii genus ex melle et papavere factum.’

<sup>k</sup> *Hoc et panis*] Annon idecirco dictum est a Marone, ‘Cereale papaver?’

<sup>l</sup> *Alterum genus*] *Pavot noir*, apud eundem Dodon. loc. cit.

est papaveris nigrum, cuius scapo inciso lacteus succus excipitur. Tertium genus<sup>m</sup> rhœam<sup>s</sup> vocant<sup>n</sup> Græci, id nostri erraticum. Sponte quidem, sed in arvis<sup>o</sup> cum hordeo<sup>6</sup> maxime nascitur, erucæ simile, cubitali altitudine, flore rufo et protinus deciduo : unde et nomen<sup>p</sup> a Græcis accepit. De reliquis<sup>q</sup> generibus papaveris sponte nascentis dicemus in medicinæ loco. Fuisse autem in honore apud Romanos semper, indicio est Tarquinius<sup>r</sup> Superbus, qui legatis a filio missis decutiendo papavera in horto altissima, sanguinarium illud responsum hac facti ambage reddidit.

LIV. Rursus alio comitatu æquinoctio autumni seruntur coriandrum, anethum, atriplex, malva, lapathum, cærefolium, quod pæderota<sup>a</sup> Græci vocant : et acerrimum sa-

*anisum. Apium inspergi nusquam alibi legitur.' Dalec.—5 Dalec. rhœada.—6 Cod. Dalec. sed maturius cum hordeo.*

#### NOTÆ

<sup>m</sup> *Tertium genus*] Quod libro sequente c. 77. inter sylvestria, sativaque, medium genus facit. Est illud erraticum Dodonæi, p. 444. Lobelii quoque, in *Observ.* p. 143. Apud Gallos *Coquelicot, ou pavot sauvage.*

<sup>a</sup> *Rhœam vocant*] Galenus de Fac. Simp. Med. I. VII. p. 207. *Ποιὰς ὄνομάζεται.* Et paulo post, *ὄνομάζουσι ποιάδα.* Rhœada sane rectius diceret : sed Latino ritu ac sono efferre maluit, quod et alias ei familiare est. Sic Q. Serenus caput 38. p. 150. *'de ischia'* inscripsit, cum *'de ischiade'* dici ars Græcorum postulet.

<sup>b</sup> *Sed in arris*] In segetibus, *ἐν ἀρόβιαις φύεται,* inquit Diosc. IV. 64. a quo iisdem fere verbis describitur, uti et a Theophr. prius Hist. IX. 13.

<sup>c</sup> *Unde et nomen*] *'Απὸ τοῦ βέειν,* quod fluere, ac decidere sonat. Diosc. *Μήκων ποιάς ὄνθμασται δὲ διὰ τὸ ταχέως τὸ κύνθος ἀποβάλλειν.*

<sup>d</sup> *De reliquis*] Lib. XX. c. 76.

<sup>e</sup> *Tarquinius*] Simile Thrasybuli

factum inaudierat, de quo Herod. I. v. p. 324. Vide Livium lib. I. p. 19. Flor. I. 7. p. 18. Frontin. Strateg. c. 1. et Valerium denique Max. VII. 4. 2. Dissidet a ceteris scriptoribus Naso, qui in liliis id factum ait, quod in papaveribus alii, Fast. II. 703. *'Hor-tus odoratis suberat cultissimus herbis, Sectus humum rivo lene sonantis aquæ. Illic Tarquinins mandata latentia nati Accipit, et virga lilia summa metit. Nuntius ut rediit, decussaque lilia dixit: Filius, Agnoscere jussa parentis, ait. Nec mora, principibus cæsis ex urbe Gabina, Traduntur ducibus mœnia nuda suis.'*

<sup>f</sup> *Quod pæderota*] Sic Apuleius c. 104. *'Græci pæderota vocant.... Latini cærefolium.'* Columella in Hortulo : *'Jam breve chærophylum.'* Et XI. 3. *'Chærophylum, itemque olus atriplicis, circa Kalend. Octobr. obruiri oportet non frigidissimo loco.... Papaver et anethum eadem habet conditionem sationis, quam chære-*

pore,<sup>b</sup> ignei effectus,<sup>c</sup> ac saluberrimum corpori, sinapi,<sup>d</sup> nulla cultura, melius tamen planta<sup>e</sup> tralata. Quin e diverso vix est sato semel eo liberare locum, quoniam semen cadens protinus viret. Usus ejus etiam pro pulmentario in patellis decocto, citra intellectum acrimoniæ.<sup>a</sup> Coquuntur et folia,<sup>f</sup> sicut reliquorum olerum. Sunt autem trium<sup>g</sup> generum: unum gracile, alterum simile rapi foliis, tertium erucæ. Semen optimum Ægyptium. Athenienses<sup>h</sup> napy appellaverunt, alii thapsi, alii saurion.

LV. Serpyllo<sup>i</sup> et sisymbrio montes plerique<sup>j</sup> scatent, sicut in Thracia: utique deferunt ex his<sup>k</sup> avulsos ramos, seruntque.<sup>j</sup> Item Sicyone<sup>k</sup> ex suis montibus, et Athenis

<sup>a</sup> *Sine ullo sensu acrimoniae.*

-----

CAP. LIV. 1 Margo edd. Dalec. decocto. Citra int. aerim. coquuntur ejus folia.

CAP. LV. 1 Theophr. in marg. Ed. Dalec. plantaque.—2 Ita ex codd. Harduin et recentt., ubi aquæ deferunt ex iis Gronov. et vulgg.

#### NOTÆ

phyllum, et atriplex.<sup>j</sup> Gallis, *Cerfeuil*. A Dodonæo delineatum, pag. 688. Aliud porro ab isto oleore acanthi genus est, de quo dicturi sumus xxii. 34. quanquam et istud aliqui, ut Plinius admonet, pæderota similiiter vocant.

<sup>b</sup> *Et acerrimum sapore]* Ad sinapi hæc pertinent, de quo statim fit mentione: quanquam ad cærefolium Plinius alter retulit, de Re Med. iv. 37.

<sup>c</sup> ‘Cerifolio,’ inquit, ‘ignea vis, et acerrima est.’ Falso.

<sup>c</sup> *Ignei effectus]* Impositum certe corpori pusulas, instar ignis, excitat: quod in quibusdam morbis expedititur: atque hæc curatio σιναπισμὸς dicitur, de qua Cælius Aurelianus, Celsusque ipse passim.

<sup>d</sup> *Sinapi]* *Moutarde.* Vide iconem apud Lobel. in Observ. p. 100. ‘Si-napi sativum erucæ aut rapi folio.’

<sup>e</sup> *Melius tamen planta]* Pallad. lib. xi. in Octob. tit. xi. p. 150. ‘De quo semen legere disponis, suo loco esse

patieris: quod ad escam parabis, robustius facies transferendo.’

<sup>f</sup> *Coquuntur et folia]* Et cymæ de quibus Colum. xi. 3.

<sup>g</sup> *Sunt autem trium]* Hoc tergeminiū sinapis genus, nec Dioscoridi, nec Theophrasto notum.

<sup>h</sup> *Athenienses]* Νάνυ Attici pro σληνηι dixerunt, teste Athen. l. ix. De reliquis nominibus, vide Notas et Emend. num. 21.

<sup>i</sup> *Serpyllo]* Nostri Serpolet vocant. Pingitur a Matthiolo in l. iii. Diosc. p. 724. Vide Notas et Emend. num. 22.

<sup>j</sup> *Seruntque]* Planta serunt. Pallad. in Martio: tit. 9. ‘Nunc etiam serpyllum seritur plantis et semine.’ Colum. xi. 3. ‘Thymum, et transmarina cunila, et serpyllum... hæ tres et semine et plantis circa æquinoctium vernum seruntur.’

<sup>k</sup> *Item Sicyone]* Theophr. Hist. vi. 7.

ex Hymetto. Simili modo<sup>1</sup> et sisymbrium serunt. Lætissimum<sup>m</sup> nascitur in puteorum parietibus, et circa piscinas ac stagna.

LVI. (IX.) Reliqua sunt serulacei generis seu foeniculum,<sup>n</sup> anguibus (ut diximus)<sup>o</sup> gratissimum, ad conienda plurima, cum inaruit.<sup>1</sup> Eique perquam similis thapsia, de qua diximus<sup>p</sup> inter externos frutices. Deinde utilissima funibus cannabis<sup>q</sup> scriitur a Favonio.<sup>r</sup> Quo densior est, eo tenuior.<sup>s</sup> Semen ejus cum est maturum, ab æquinoctio autumni distingitur,<sup>t</sup> et Sole, aut vento, aut sumo<sup>u</sup> siccatur. Ipsa cannabis vellitur post vindemiam, ac lucubrationibus<sup>v</sup> decorticata purgatur. Optima Alabandica,<sup>w</sup> plagarum præcipue usibus. Tria ejus ibi genera. Improbatur<sup>x</sup> cortici proximum, aut modullæ: laudatissima<sup>y</sup> est et medio,

---

CAP. LVI. 1 Cod. Dalec. *in aruerii*.—2 Ita codd. Harduini, et Vet. Dalec. item edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *eo tenerior* cod. Reg. Brot. 1. edd. vett. et Gronov.—3 Chiff. *destringitur*.—4 Ita ex codd. Harduin et recenti. *proxima, cui med. laudatissima* Vet. Dalec. Legitur et

#### NOTÆ

<sup>1</sup> *Simili modo*] Hoc est, etiam planata. Auctor Geopon. XII. 35. Σισύμβριον Theophr. I. 1. Dicimus de eo, XX. 91.

<sup>m</sup> *Lætissimum*] Theophr. Hist. VI. 7. Εὐανχέστατος δὲ εἰς φρέαρ.

<sup>n</sup> *Feniculum*] Græcis μάραθρον, *Fe-nouil*, vulgo notum. Pingitur a Dodon. p. 295.

<sup>o</sup> *Ut diximus*] Lib. VIII. 41.

<sup>p</sup> *De qua diximus*] Lib. xv. 43.

<sup>q</sup> *Cannabis*] Chauvre. Iconem vide apud Dalecamp. Hist. Plant. IV. 64. p. 467.

<sup>r</sup> *A Favonio*] Ultimo mense Februario seri Palladius præcipit, I. III. in Febr. tit. 5.

<sup>s</sup> *Quo densior est, eo tenuior*] Vide Notas et Emend. num. 23.

<sup>t</sup> *Aut venio, aut fumo*] Gratius, in Cyneget. ‘Illa vel ad flatus Helices appande serenæ, Vel caligineo laxanda reponito fumo.’

*Delph. et Var. Clas.*

<sup>u</sup> *Ac lucubrationibus*] Lucubratione vespertina, vel antelucana, ut dictum est, XVIII. 63. Est enim illud e nocturnis operibus, quæ vigilia constant, cum sint noctes tum tanto ampliores. ‘Malus est autem paterfamilias,’ ut dictum est XIX. 8. ‘quisquis interdiu faceret, quod nocte posset, nisi in tempestate ecclii.’

<sup>v</sup> *Alabandica*] Gratius in Cyneget. vs. 46. ‘At pauper rigui custos Alabandicus horfi Cannabias nutrit sylvas, quam commoda nostro Armenta operi! gravis est tutela sed ipsis, To licet Æmonios includas retibus ursos.’ Valide, inquit, prædam sibi concreditam tuebuntur plagæ ex cannabis Alabandica, ne qua perrumpat: ne Æmonii quidem ursi.

<sup>w</sup> *Improbatur*] Stupa vocatur id quod lini cannabisve cortici vel medullæ est proximum.

*Plinius.*

9 H

quæ mesa<sup>x</sup> vocatur: secunda Mylasea.<sup>y</sup> Quod ad proceritatem quidem attinet, Rosea<sup>z</sup> agri Sabini arborum altitudinem æquat. Ferulæ duo genera in peregrinis fruticibus diximus.<sup>a</sup> Semen<sup>b</sup> ejus<sup>b</sup> in Italia cibus est. Conditur quippe, duratque in urceis vel anni spatio. Duo ejus genera:<sup>c</sup> caules, et racemi. Corymbiam hanc vocant, corymbosque<sup>d</sup> quos condunt.

**LVII. (X.)** Morbos hortensia quoque sentiunt, sicut reliqua terræ sata.<sup>e</sup> Namque et ocimum<sup>e</sup> senecta degenerat in serpyllum, et sisymbrium in mentam.<sup>f</sup> Et ex semine<sup>g</sup> brassicæ veteris rapa fiunt, atque invicem. Et necatur<sup>h</sup> cuminum ab limodoro,<sup>h</sup> nisi repurgetur. Est autem unicaule,

laudatissima in Chiffi. laudatissimum Gronov. et al. ante Harduin.—5 Ger-men margo edd. Dalec. et Gronov.

CAP. LVII. 1 Chiffi. terra sata.—2 ‘Theophrastus Hist. Plant. II. 5. eis μύλων. Male Editio princeps, in zmitham.’ Brotier. Dalec. Elz. Gronov. al. vett. Harduin. I. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. in calamitham.—3 Enecatur Vet. Dalec.—4 Ita Harduin. I. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. ab hamodero margo edd. Dalec. et Gronov. e Theophr. ab imo

#### NOTE

<sup>x</sup> Quæ mesa] Méση Græcis media est.

<sup>y</sup> Mylasea] A Mylasis oppido Carræ, de quo v. 29.

<sup>z</sup> Rosea] Id ei cannabi nomen a Roseæ campis, de quibus in agro Sabino dictum est III. 17. et XVII. 3.

<sup>a</sup> Ferulæ . . . diximus] Lib. XIII. 42.

<sup>b</sup> Semen ejus] Sic umbellam vocat, quæ semen complectitur, cum caulinis.

<sup>c</sup> Duo ejus genera] Ejus nempe seminis, seu fructus, qui edulis est, duo sunt genera: alterum e caulinis pe-titum, alterum e racemis quos condunt. De ferulæ conditura, Columellam vide XII. 7.

<sup>d</sup> Corymbosque] Corymbi propriæ dicuntur hederarum uvæ, dependentibus acinis coactæ: transferuntur tamen ad multos herbarum fructus, quarum fastigia acini jucunda vetustate comant.

<sup>e</sup> Namque et ocimum] Pallad. lib. V. in Aprili, tit. 3. p. 110. <sup>f</sup> Rem miram de ocimo Gargilius Martialis affirmat, quod modo purpureos, modo albos flores, modo roseos pariat: et si ex eo semine frequenter seratur, modo in serpyllum, modo in sisymbrium mutetur.<sup>g</sup> Hoc vero Plinius a Theophrast. hausit, de Causis v. 8. pag. 333.

<sup>h</sup> In mentam [calamitham] Quam superius mentastrum, et sylvestre mentæ genus vocavit, c. 47. In mentam mutari, eis μύλων, dixit Theophr. Hist. II. 5. et Hist. VI. 7. et de Causis II. 8. Uterque recte.

<sup>i</sup> Et ex semine] Haec totidem verbis Varro de Re Rust. I. 40. p. 65. et Palladius lib. III. in Februar. tit. 24. p. 68.

<sup>j</sup> Ab limodoro] Vide Notas et E-mend. num. 24. Limodorum statim ab radice cumino adnasci, nec caule

radice bulbo simili, non nisi in solo gracili nascens. Alias<sup>i</sup> privatim<sup>j</sup> cumini morbus scabies. Et ocimum<sup>j</sup> sub Canis ortu pallescit. Omnia vero<sup>k</sup> accessu mulieris menstrualis flavescent.<sup>l</sup> Bestiolarum quoque genera innascuntur. Napis culices,<sup>m</sup> raphano<sup>n</sup> erucæ, et vermiculi: item lactucis et oleri: utrisque hoc amplius, limaces et cochleæ. Porro vero privatim<sup>n</sup> animalia, quæ facillime stercore injecto capiuntur, contentia in id se. Ferroque<sup>o</sup> non expedire tangi rutam, cunilam, mentam, ocimum, auctor est Sabinus<sup>p</sup> Tiro in libro Cepuricon, quem Mæcenati dicavit.

LVIII. Idem contra formicas, non minimum hortorum exitium, si non sint rigui, remedium monstravit, limum marinum, aut cinerem,<sup>o</sup> obturandis earum foraminibus. Sed efficacissime heliotropio herba necantur. Quidam et aquam diluto latere crudo inimicam eis putant. Naporum medicina est, siliquas una seri:<sup>p</sup> sicut olerum cicer;<sup>q</sup> arcet enim<sup>r</sup> erucas. Quo si omissa jam natæ sint,<sup>r</sup> remedium

*dorsa* Gronov. et al. vett.—5 *Alius* Vet. Dalec.—6 *Radiculis pulices, brassicæ margo* edd. Dalec. et Gronov. e Theophr.—7 *Margo* edd. Dalec. et Gronov. *lactucis, porris et aliis pluribus animalia, &c. in id se: et hoc amplius limaces seu cochleæ. Ferro*, e Theophr.—8 *Sabinius Chiff.*

## NOTÆ

esse absimili, prodit Theophr. Hist. VIII. 8. οὐκ ἀπεμφερὲς τῷ καυλῷ, κ. τ. λ.

<sup>i</sup> *Alias privatim*] Theophr. VIII. 10. Σειτὰ δὲ καὶ ψώραις καὶ ἄλμαις, καθάπερ τὸ κέρυνον. Nonnulla etiam scabie atque salsugine pereunt ut cuminum.

<sup>j</sup> *Et ocimum*] Theophr. Hist. VII. 5. Τπὸ δὲ τὸ ἄστρον ὕκινον λευκαίνεται.

<sup>k</sup> *Omnia vero*] Vide quæ diximus VII. 13.

<sup>l</sup> *Flavescent*] Ita MSS. recte, ut diximus xv. 36.

<sup>m</sup> *Napis culices*] Auctor Gepon. XII. 7. et Theophr. Hist. VII. 5.

<sup>n</sup> *Porro vero privatim*] Quæ in porro animalia nascuntur, ἐν τῷ πρόσωφῳ, inde πρασοκουρῆδες appellantur: hæc ster-

eus avide appetunt, in illudque subeunt, et ibi quiescent. Tunc venari ea facile est: alias capiendi nulla facultas datur. Theophr. Hist. VII. 5.

<sup>o</sup> *Aut cinerem*] Pallad. I. 35. pag. 28.

<sup>p</sup> *Siliquas una seri*] Præcipue ervinas. Theophr. loc. cit. Pallad. loc. cit. ‘Ut olera animalia infesta non generent .... præstare fertur ervum aliquantulum satum, præcipue ubi radices et rapa nascuntur.’ Eadem habet Anatolius in Gepon. XII. 7. pag. 319.

<sup>q</sup> *Sicut olerum cicer*] Pallad. loc. cit. ‘Cicer inter olera, propter multa portenta, serendum est.’

<sup>r</sup> *Arcet enim*] Arcet erucas ab olero

est absinthii succus decocti inspersus: et sedi, quam<sup>s</sup> aizoum vocant: genus hoc herbæ diximus. Semen olerum si succo ejus madefactum seratur, olera nulli animalium obnoxia futura tradunt. In totum vero<sup>t</sup> nec erucas,<sup>z</sup> si palo imponantur in hortis ossa capitis ex equino genere, foeminae duntaxat. Adversus erucas<sup>w</sup> et cancrum fluviatilem in medio horto suspensum auxiliari narrant. Sunt qui sanguineis<sup>v</sup> virgis tangant ea, quæ nolunt his obnoxia esse. Inestant culices hortos riguos præcipue si sint arbustulæ aliquæ. Hi galbano<sup>w</sup> accenso fugantur.

(xi.) Nam quod ad permutationem<sup>x</sup> seminum attinet, quibusdam ex iis firmitas major est, ut coriandro, betæ, porro, pestario, sinapi, cruceæ, cunilæ, et sere acribus. Infirmiora autem sunt atriplici,<sup>y</sup> ocimo, cucurbitæ, cucumi: et aestiva omnia hybernis magis durant: minime autem gethyum. Sed ex his quæ sunt fortissima, nullum ultra

CAP. LVIII. 1 Vet. Dalec. jam enatæ sint.—2 Dalec. nec crucis; Vet. Dalec. necari.—3 Ita Chiffi. item Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. tangunt eu Dalec. Elz. al. vett. et Gronov. Mox, cod. Dalec. nolunt infestari. Infestant.—4 Margo edd. Dalec. et Gronov. sunt gethyo atriplici.—5 Cunilis

#### NOTÆ

cicer. Has tamen ciceri ipsi innasci auctor est Älianuſ Hist. Anim. ix. 39.

<sup>s</sup> *Et sedi, quam]* Subintellige, quam herbam. Id vero jam superius attingit, xviii. 45. Vide quæ ibi diximus. Columella xi. 3. p. 405. ‘Ubi apricis regionibus post pluvias noxiæ incesserunt animalia, quæ a nobis appellantur eruceæ, Græce autem κάρπαι nominantur, vel manu colligi debent, vel matutinis temporibus frutices oleorum concuti .... Id tamen supervacuum est facere, si ante sationem semina, uti jam prædicti, succo herbæ sedi macerata sunt: nihil enim sic medicatis nocent eruceæ.’

<sup>t</sup> *In totum vero]* Pallad. i. 35. pag. 31. ‘Omnia semina horti vel agri feruntur ab omnibus malis et monstris

tuta servari, si ... equæ calvaria, sed non virginis, intra hortum ponatur, vel etiam asinæ: creduntur enim sua præsentia fœcundare quæ spectant.’

<sup>u</sup> *Adversus erucas]* Pallad. loc. cit. p. 28. ‘Aliqui fluviales caneros pluribus locis intra hortum clavis figunt.’

<sup>v</sup> *Suei qui sanguineis]* E sanguineo frutice, de quo xvi. 30.

<sup>w</sup> *Hi galbano]* Pallad. i. 35. p. 29.

<sup>x</sup> *Nam quod ad permutationem]* Adversus permutationem, ne mutentur, ne vetustate deteriora fiant. E Theophrasto petitum fluid, Hist. viii. 6. Τῶν δὲ οπεριότερων τὰ μέν ἔστιν ἵσχυρότερα, τὰ δὲ ἀσθενέστερα πρὸς διαμονὴν, κ. τ. λ. Nam quæ reliqua hac sectione continentur, ea totidem verbis Græce habet.

quadrimatum utile est, duntaxat serendo. *Culinis*<sup>s y</sup> et ultra tempestiva sunt.

LIX. *Peculiaris*<sup>a</sup> medicina raphano, betae, ruta, cunilae, in salsis aquis, quae et alioqui<sup>b</sup> plurimum suavitati et fertilitati conferunt. Ceteris dulcium<sup>b</sup> aquarum rigua prosunt. Utilissimae ex iis, quae frigidissimae, et quae potu suavissimae. Minus utiles e stagno,<sup>c</sup> et quas elices<sup>d</sup> inducunt, quoniam herbarum semina invehunt. Præcipue tamen imbræ alunt. Nam et bestiolæ<sup>e</sup> innascentes necantur.<sup>3</sup>

LX. (xii.) His horæ<sup>f</sup> rigandi, matutina<sup>i</sup> atque vespera, ne infervescat aqua Sole. Ocimo tantum<sup>g</sup> et meridiana: etiam satum celerrime erumpere putant, inter initia ferventi aqua aspersum. Omnia autem<sup>h</sup> translata meliora grandioraque fiunt, maxime porri, napique.<sup>2</sup> In translatione<sup>i</sup>



Gronov. et al. ante Harduin. ita quoque codd. manuscripti. *Culinis* emendavit Pintian. e Theophr. Hist. Plant. vii. 6. reperunt Harduin. Miller. Bipont. et Franz.

CAP. LIX. 1 Hæc, et alioqui, desunt in cod. Dalec.—2 Chiff. et quæ ilices.—3 Nam et bestiolæ innascentes necant Vet. Dalec.

CAP. LX. 1 Chiff. matutino.—2 Margo edd. Dalec. et Gronov. radicula,

#### NOTÆ

<sup>y</sup> *Culinis*] Ad usum culinarum. Vide Notas et Emend. num. 25.

<sup>a</sup> *Peculiaris*] Theophr. de Causis ii. 7. p. 240. ‘In olerum genere,’ inquit, ‘humoribus salsis juvantur ῥάφανος, τεύτλιον, πήγανον, εὐζωμος, brassica, beta, ruta, eruca: hæc enim cum aquis salsis rigantur, longe meliora evadunt.’

<sup>b</sup> *Ceteris dulcium*] Reliqua deinceps e Theophr. accepta, Hist. vii. 5.

<sup>c</sup> *Minus utiles e stagno*] Verba hæc sunt Græci scriptoris, loc. cit. Χειρίστα δὲ τὰ ἀλυκὰ, καὶ δυσμενῆ. Ubi legisse Plinius videtur, καὶ τῆς λίμνης, vel aliunde accepisse.

<sup>d</sup> *Et quas elices*] Ellices sunt sulci aquarii, teste Columella ii. 8. Theophrast. loc. cit. Διὸς καὶ ἐκ τῶν ὀχετῶν

ἡττον εὔχρηστα συμπεριφέρει γὰρ σπέρματα τῆς πόδας.

<sup>e</sup> *Nam et bestiolæ*] Theophr. Αγαθὰ δὲ τὰ ἐκ Διός ταῦτα γὰρ δοκεῖ καὶ φθείρειν τὰ θηρία γυνόμενα, τὰ γόνιμα κατεσθίουντα.

<sup>f</sup> *His horæ*] Et hæc a Theophr. Hist. vii. 5.

<sup>g</sup> *Ocimo tantum*] Theophr. loc. cit. et Pallad. lib. v. in Aprili, tit. 3. pag. 110.

<sup>h</sup> *Omnia autem*] Theophr. loc. cit. qui pro napis, ῥαφανίδας habet, raphanos.

<sup>i</sup> *In translatione*] Theophr. loc. cit. ubi pro raphano, ῥάφανον in exemplum afferit, hoc est, brassicam: quam Plinius vocabulo Græco expressit.

et medicina est, desinuntque sentire injurias, ut gethyum, porrum, raphani,<sup>3</sup> apium, lactucæ, rapæ,<sup>4</sup> cucumis. Omnia autem sylvestria<sup>j</sup> fere sunt et foliis minora, et caulibus, succo acriora:<sup>5</sup> sicut cunila, origanum, ruta. Solum vero<sup>i</sup> ex omnibus lapathum sylvestre melius: hoc in sativis rumex<sup>1</sup> vocatur, nasciturque fortissimum: traditur certe semel satum durare, nec vinci unquam a terra,<sup>6</sup> maxime juxta aquam. Usus ejus cum ptisana tantum in cibis leviorum gratioremque saporem præstat. Sylvestre<sup>m</sup> ad multa medicamina<sup>7</sup> utile est. Adeoque nihil omisit cura, ut carmine quoque comprehensum reperiam, in fabis<sup>8</sup> caprini<sup>n</sup> simi singulis cavatis, si porri, erucæ, lactucæ, apii, intubi, nasturtii semina inclusa serantur, mire provenire. Quæ sunt sylvestria,<sup>9</sup> eadem in sativis sicciora intelliguntur, et acriora.

LXI. Namque et succorum saporumque dicenda differentia est, vel major in his quam pomis.<sup>p</sup> Sunt autem acres<sup>q</sup> cunilæ, origani, nasturtii, sinapis. Amari, absinthii, centaurei. Aquatiles,<sup>r</sup> cucumeris, cucurbitæ, lactucæ.



e Theophr.—3 Ibid. ex eodem, *raphanidas*.—4 Chiff. *rapa*.—5 Vet. Dalec. *succoque acriora*.—6 Cod. Dalec. *nec unquam vitiari terra*.—7 Idem codex, *medicamenta*.—8 Vet. Dalec. *in globis*.—9 Ita codd. Harduin et Dalec. cum edd. Harduin. et recentt. *sunt et sylvestria* edd. vett. et Gronov. Mox, Vet. Dalec. *iisdem sativis sicciora i. et acutiora*.

#### NOTE

<sup>j</sup> *Omnia autem sylvestria*] Hæc deinceps e Theophr. Hist. VII. 6. ubi pro cunila θύμβραν adducit, de qua diximus c. 50.

<sup>k</sup> *Solum vero*] Lapathum sylvestre, inquit Theophr. loc. cit. sativo suavius est ad gustum: succo tamen acidiore est: τὸν δὲ χυλὸν ὅμως δέξυτερον ἔχει.

<sup>l</sup> *Hoc in sativis rumex*] Cum in hortis seritur. Vide xx. 85.

<sup>m</sup> *Sylvestre*] Dicemus de eo libro seq. c. 85.

<sup>n</sup> *In fabis caprini*] In globatis simi, fabæ magnitudine, si cuiusque gene-

ris semina condantur.

<sup>o</sup> *Quæ sunt sylvestria*] Theophr. Hist. VII. 6. Πάντα δὲ καὶ ξηρότερα τῶν ἡμέρων καὶ ίσως αὐτῷ τούτῳ πολλὰ καὶ δριμύτερα καὶ ισχυρότερα.

<sup>p</sup> *Quam pomis*] Quot in pomis saporum sint genera, dictum est antea, xv. 32.

<sup>q</sup> *Sunt autem acres*] Theophr. Hist. I. 19. Οἱ δὲ δριμεῖς, οἷον ὄργανον, θύμβρας, καρδάμου, νάπνος, οἱ δὲ πικροὶ, ἀψινθίου, κενταυροῦ.

<sup>r</sup> *Aquatiles*] Theophr. loc. cit. Ἀλλη δὲ ὑδαρής . . . οἷον σικόνου, κολοκύνθης, οριδακίνης.

Acuti, thymi,<sup>s</sup> cunilæ.<sup>t</sup> Acuti et odorati,<sup>t</sup> apii, anethi, foeniculi. Salsus tantum e saporibus non nascitur, aliquando extra insidit pulveris modo, ut cicerculis tantum.<sup>u</sup>

LXII. Atque ut intelligatur vana, ceu plerumque, vitæ persuasio: panax piperis saporem reddit, et magis etiam siliquastrum, ob id piperitidis nomine accepto. Libanotis odorem thuris, smyrnum myrrhæ.<sup>i</sup> <sup>v</sup> De panace<sup>w</sup> abunde dictum est. Libanotis<sup>x</sup> locis putribus<sup>z</sup> et macris ac roscidis seritur semine. Radicem habet<sup>y</sup> olusatri, nihil a thure differentem. Usus ejus post annum stomacho saluberrimus. Quidam eam nomine alio rosmarinum appellant. Et smyrnum<sup>z</sup> olus seritur iisdem locis, myrrhamique radice resipit. Eadem et siliquastro satio. Reliqua a ceteris et odore et sapore differunt, ut anethum. Tantaque

CAP. LXI. 1 Duo codd. Dalec. et Chiff. *Acuti tantum cunile tumi*; unde Dalecampius legit *tani*, de quo **xxi.** 50. Sic et Turneb.—2 Ita Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. et cuniculus, &c. Vet. Dalec. et circulis *tantum aquæ*: *ut intelligatur*, &c. Gronov. et al. vett.

CAP. LXII. 1 Ita Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *myrrha myrrhæ* Gronov. et al. vett. *myrris myrrhæ* margo edd. Dalec. et Gronov.—2

#### NOTÆ

<sup>s</sup> *Acuti, thymi*] Vide Notas et Emend. num. 26.

<sup>t</sup> *Acuti et odorati*] Theophr. loc. cit. οἱ δὲ καὶ εὐωδίαν, ὥσπερ αἱ τοῦ σελίνου, ἀνήθου, μαράθουν, καὶ τῶν τοιούτων.

<sup>u</sup> *Ut cicerculis tantum*] Vide Notas et Emend. num. 27. Theophrasti ἐρεβίνθους Plinius *circerculus* ubique reddit.

<sup>v</sup> *Smyrnium myrrhæ*] Vide Notas et Emend. num. 28.

<sup>w</sup> *De panace*] Lib. xii. c. 58.

<sup>x</sup> *Libanotis*] Oribasii interpres lib. xi. fol. 204. ‘Libanotis vero, quam rosmarinum Romani vocant, qua nuntiatur ii qui coronas nectunt.’ Est seseli *Æthiopicum* herba Dodonæi, p. 310. non Rosmarinum hortense nostrum, quod vulgo *Romarin* appellata.

mus. Libanotidem in horto Regio vidimus.

<sup>y</sup> *Radicem habet*] Foris nigricantem, intus candidam. Diosc. lib. III. c. 87. Πίζα δὲ λευκὴ, εὐμεγέθης, ὅξονσα λιβάνον. *Radix alba et prægrandis, thuris odorem habet.* Et paulo ante, genus libanotidis alterum agnoscit, quod radicem habeat, βίζαν ἐκ μὲν τοῦ ἑκτὸς μέλαιναν θλασθεῖσαν δὲ λευκήν.

<sup>z</sup> *Et smyrnum*] Illud nimirum, de quo superius dictum est, c. 48. De eo rursum Plinius **xxvii.** 109. ‘Radicis odor myrrhæ habet qualitatem: unde et nomen.’ Galenus de Alim. Faecult. II. 52. pag. 363. tom. VI. τὸ σμύρνιον ait Romæ maxima copia distrahi, et habere quiddam aromaticum, καὶ τι καὶ ἀρωματῶδες ἔχει,

est diversitas atque vis, ut non solum aliud<sup>3</sup> alio<sup>4</sup> mutetur, sed etiam in totum auferatur. Apio eximunt coqui opsoniis acetum:<sup>5</sup> eodem cellarii in saccis odorem vino gravem.

Et hactenus hortensia dicta sint, ciborum gratia duntaxat. Maximum quidem opus in iisdem naturæ restat, quoniam<sup>b</sup> proventus antum adhuc, summasque quasdam tractavimus. Vera autem cujusque natura non nisi medico effectu<sup>4</sup> pernosci potest, opus ingens occultum divinitatis, et quo nullum reperi possit majus. Ne singulis id iesibus contexeremus,<sup>5</sup> justa fecit ratio, cum ad alios medendi desideria pertinerent, longis utriusque dilationibus futuris, si miscuissemus. Nunc saeis quæque partibus constabunt, poteruntque a volentibus jungi.

<sup>a</sup> *Apio admixto in opsoniis coqui mitigan aceti vim.*



Vet. Dalec. *putridis*.—3 ‘Ms. *alius*; subaudi ‘sapor.’’ Dalec.—4 Margo edd. Dalec. et Gronov. *effecto*.—5 Vet. Dalec. *herbis attixeremus*.

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *Aliud alio]* Alius sapor alio vin- proveniant, explicuimus: ac de sin- citur.

<sup>b</sup> *Quoniam]* Quoniam uti quæque gñlorum natura summatis atque ge- generatim tractavimus.

## NOTÆ ET EMENDATIONES

### AD LIBRUM XIX.

### NATURALIS HISTORIE

### C. PLINII SECUNDI.

1. CAP. I. *Sed fractum tusumque]*  
Ita rescriptsimus ex cod. Reg. 2, cum  
prins legeretur, *sed passum tusumque.*  
Astipulatur ei lectio Apuleius in li-  
bro de Remedii salutaribus, quem  
Salmasius quoque vidit, in Solin. pag.  
261. Sic enim is Plinianum locum  
hunc totum compilavit: ‘Parvo er-  
go semine nascitur, quod orbem ter-  
rarum ultiro citro portat, tam gracili  
avena, tam non alte a tellure sublata:  
nec viribus suis nexus, sed fractum  
tusumque, et in mollitiem lanæ coac-  
tum.’

2. CAP. II. *Et hi casses vel ferri  
aciem vincunt]* Prius legebatur, *et hæc  
casses ferri, &c.* MSS. *et etasceve.* Nos  
ex conjectura ita rescriptsimus. In  
MSS. *re pro vel* nobis haud semel oc-  
currit, ut alibi rursum monituri su-  
mus.

3. CAP. X. *CCCXC. annis ante nos]*  
Nempe anno Urbis conditæ *CCCCXL.*  
ut dictum est *xiii. 30. et xv. 1.* Hæc  
vero Plinii commentabatur anno  
*CCCCXXX.* ut ipsem fatetur *xiv. 5.*  
Quare a Theophrasto ad Plinium in-  
tervallum fuit *CCXC.* annorum, non,  
ut libri hactenus editi exhibent,

*CCCCXC.* addita perperam cente-  
narii nota, quæ superfluit.

4. CAP. XII. *Et quod in Thracia iton,  
et quod in Gracia geranion]* Mutilus  
hic locus in libris hactenus editis fuit  
hoc modo, *et quod in Thracia cerau-  
nium.* Nos resinximus feliciter, ut re-  
mur, ex libri hujus Indice, in quo  
diserte legitur, ex MSS. omnium fide,  
*Misy, iton, geranion:* nec paulo sane  
certius ex ipso Theophrasto, hæc tria  
tuberum genera iisdem fere verbis  
laudante, apud Athen. lib. II. p. 62.  
Δέ τοι περὶ αὐτῶν Θεόφραστος: Τὸ  
ὑδνον ὃ καλοῦσί τινες Γεράνειον, καὶ εἴτι  
ἄλλο ὑπόγειον. Καὶ πάλιν· Ἡ τῶν ἐγ-  
γειοτόκων τούτων γένηντος ὥμα καὶ φύσις,  
οἷον τοῦτε ὕδνου, καὶ τοῦ φυομένου περὶ  
Κυρῆνην, ὃ καλοῦσι μίσυ. Δοκεῖ δὲ ὅδον  
σφόδρᾳ τοῦτ' εἶναι, καὶ τὴν δοστὴν ἔχειν  
κρεῶδην. Καὶ τὸ ἐκ τῆς Θράκης δὲ γενό-  
μενον ἵτον, κ. τ. λ. *De tuberibus hac*  
*Theophrastus.* Tuber quod geranion qui-  
dānu nuncupant, et si quid aliud sub ter-  
ra generatur. Ac rursum: Eorum quæ  
sub terra pariuntur, ejusmodi natura est  
atque generatio, quemadmodum tuberis,  
et misy: sic enim vocant quod circa Cy-  
renen gignitur, et suavissimi gustus

*esse credunt, et odore carnis. Est et ejusmodi iton, quod in Thracia effodiunt, &c.* Adde et Apulcium, qui cum librum suum de salutaribus herbarum remedii ex Plinio concinnarit, hunc locum integrum fere sic repræsentat: ut Salmasius etiam vidit, in Solin. p. 708. ‘Simile est quod in Cyrenaica provincia vocant misy, præcipuum suavitatem odoris ac saporis: et quod in Thracia iton, et quod in Græcia geranion.’ Eustathius in II. A. tuber geranium pariter vocari auctor est: ἔστι γὰρ κατὰ τὸν μύκητα καὶ τὸν θόνον τὸν καὶ γεράνειον κατὰ τίνας.

5. CAP. XV. *Caule ferulaceo, aut simili crassitudine]* Ita MSS. omnes, Reg. Colb. Th. Chiff. non, uti hactenus editi, *haud simili*. Favet Theophr. Hist. vi. 3. Τὸν δὲ κανλὸν ἡλίκου νάρθηξ, σχεδὸν τε καὶ τῷ πάχει παραπλήσιον.

6. Ibid. *Folium ipsum vero deciduum]* Hactenus vere legebatur: unde arrepta statim a Criticis, quos Salmasius sentitus est in libello, cui titulum fecit Praefationis ad Plinium, p. 104. occasio calumniandi, perverse omnino redditia esse a Plinio haec Theophrasti verba, Hist. vi. 3. ἀμαρτία οὐν τῷ ἥπι τὸ μάστιγον ἀφίησι, quibus ille non amitti vere, sed emittit potius folia significat: at suspicionem omnem erroris abstulit sincera lectio codicum MSS. Reg. 1. Colb. Chiff. &c. in quibus *vero*, non *vere*, legitur. Quo porro tempore ea decidant, Plinius ipse post paulo declarat, ‘Folia aurei coloris pro semine fuisse, cadentia a Canis ortu Austro flante.’ Cui sententiae Theophrastus ipse præivit, ut in prioribus Notis monuimus.

7. Ibid. *Rhizias, atque caulias, vilior illo ac putrescens]* Constans haec est exemplarium omnium scriptura, Reg. Colb. Th. Chiff. &c. qua succum cauliam appellatum viliorem esse, præstantiorem rhizianam obscurè declaratur. Favet Theophrastus

Hist. ix. 2. a quo haec manarunt: Καλοῦσι δὲ τῶν ὀπῶν τούτων, τὴν μὲν καυλίαν, τὸν δὲ ριζᾶν καὶ ἔστι βελτίων ὁ ριζᾶς· καθαρὸς γὰρ καὶ διαφανῆς, καὶ ξηρότερος· ὁ δὲ καυλῖας ὑγρότερος. Nequicquam refragante Apuleio, qui dum hunc locum transcriberet ex vitioso codice, in lib. de remediiis herbarum viliōr ille legisse in eo videtur.

8. CAP. XVIII. *Caule ferulaceo, tenue, et ipso cibis indigenarum expedito, et unguentis, quicquid sit cum quo decoquatur]* Libri hactenus editi, et tinguenti. MSS. omnes, Reg. Colb. Th. etiam quos Pintianus vidit, unguenti: quod ille approbat, ac veteri more dictum pro ungenti putat. Nos ex conjectura, et cibis caulem eum, et unguentis expeditum interpretamur, quicquid sit demum id cum quo decoquatur, seu rosa, seu lilyum, aliudve simile quidpiam, unde unguenta constant: quæ planissima hujus loci sententia est.

9. CAP. XIX. *Hortoque et foco tantum contra invidentium effascinationes dicari videmus in remedio Satyrica signa]* Sic totidem plane apicibus ac litteris, teste Dalecampio, Chiffletianus codex: sic et alii probatissimi, quos habemus. Prins legebatur, Hortosque et fores tantum contra invidentium effascinationes dicari videmus. In remedio Satyrica signa. Salmasius, Exercit. in Solin. pag. 310. *Hortoque et foro* mavult: cetero a nobis facit. Hortos certe dicari, vel fores, nulla veterum monumenta indicant: dicari signa, tralatitium est: uti vel ex una hac inscriptione palami est, quam Gruterus affert, pag. 66. LIBERO. Avg. SIGNVM. SILENI. ET. SATYRI. Ut vero horto et foco, cum MSS. exemplaribus, quam horto et foro, ex Salmasii conjectura, quam nullis ille argumentis constabilit, libentius amplectamur, haec faciunt. Primum, conditiorum exemplarium auctoritas, a quibus discedere religio est.

Deinde quod fabri quoque ante camina ipsi sua suspendere soliti erant signa ejusdemodi, resque turpiculas, arcendae invidiae causa: Græci προβασκάνια, μυτονία Latini dixerunt, in vetere Glossario. Testis Julius Pollio VII. 24. pag. 351. Πρὸ δὲ τῶν καμίνων τοῦς χαλκέους ἔθος ἦν γελοῖά τινα καταρτῆν, ἢ ἐπιπλάττειν, ἐπὶ φύσιν ἀποτροπῇ ἐκαλεῖτο δὲ βασκάνια, κ. τ. λ. Ut ab interiorum aedium focis ad fabrorum officinas hæc consuetudo transisse videri possit. Denique quod fluxisse hic mos a nobis creditur, ab illo foci exemplo, quod a Plinio recitat lib. XXXVI. extremo, his verbis: ‘Non præteribo et unum foci exemplum, Romanis literis claram. Tarquinio Prisco regnante tradunt repente in foco ejus comparuisse genitale e cinere masculini sexus: eamque quæ insederat ibi, Tanaquilis reginae ancillam Oceriam captivam, consurrexisse gravidam. Ita Servium Tullum natum, qui regno successit. Inde et in regia cubanti puero caput arsisse visum, creditumque Laris familiaris filium. Ob id compitalia et ludos Laribus primum instituisse.’ Hoc et alii scriptores referunt, quos ibi appellaturi sumus. Quid porro similius veri, quam ob id quoque foco deinceps dicata signa Satyrica fuisse, quæ ipsa esse τὰ αἰδοῖα in Notis prioribus animadvertisimus?

10. CAP. XXVI. Quando phthisis cordi intus inhærentem, &c.] Phthisis certe, ut libri omnes editi habent, hoc est, tabem, congruere huic loco aptius, quam phthiriasin, hoc est, morbum pediculariem, nemo, opinor, inficias ierit. Tamen, ne quid dissimilem, in MSS. Reg. 1. *tiriasin*, in Reg. 2. *phthiriasin* diserte legimus. Quin Plinius alter Valerianus appellatus de Re Medica IV. 1. hunc Plinii nostri locum exscribens, legisse sic omnino videtur. Nam de raphani virtutibus disputans, ‘Contra phthiriasin,’ inquit, ‘succus ejus ad-

hibetur, qui solus potest tenuitate subtilli ad imi corporis liniamenta cor penetrare. Ægyptii enim reges, quibus erat studium scrutari corpora mortuorum, et causas valetudinum occulta fide recognoscere, in corde ipso nasci ejusmodi vitium prodiderunt.’ Quid si φθειρίστεως, seu pedicularis morbi, causas, quod Medicis omnibus adhuc latet, ex pravo cordis habitu repeti jubeat?

11. CAP. XXXI. *Sylvestri minor et humida*] Perperam in libris editis, *sylvestris minores tumidae*, cum sequatur proxime, *effossa quoque diu vivit*. In MSS. Reg. &c. *minore tumida*. Firmat emendationem Theophrastus, a quo hæc profecta, Hist. VII. 2. Τὸ δὲ ἄγριον βραχυτέραν. Πολυχρονιώτερόν τε τοῦ ἄγριου . . . . ἔχει δὲ σαρκώδη τὴν σάρκα, καὶ ἔνικμον διὸ καὶ ἔξαιρεθεῖσα οὗτη πολὺν χρόνον.

12. Ibid. *Florent confertim serpulum, abrotонum*] Prius legebatur, *florent cum fraxino*. Atqui florere fraxinum mature, et quidem priusquam serpentes prodeant, ipsemēt admonuit XVI. 24. sero abrotонum, serpulumque: abrotонum certe æstate, ut ait ipse XXI. 34. Ex Theophrasto, auctore certissimo, a quo hæc desumpta constat, medicinam huic loco fecimus. Sic enim ille Hist. VII. 3. ‘Ανθεῖ δὲ τῶν μὲν ἄλλων ἔκαστον ἀθρόον τὸ δὲ κατὰ μέρος κάτω πρώτον εἴθ’ ὅταν ταῦτα ἀπανθήσῃ, τὰ δὲν διὸ καὶ πολυχρόνιον ἐν τῷ ἀνθεῖν, καθάπερ κύαμος, καὶ τῆς πόδας τὸ ἡλιοτρόπιον, κ. τ. λ. Ubi perspicuum est, tum a Græco scriptore, tum a Plinio, qui locum eum summa fide expressit, opponi ea inter se quæ confertim, et quæ particulatim, seu primum ab imo florescent. Id enim Latinus auctor imitatus statim subjicit, ‘Oicum autem particulatim, et ab imo incipit.’

13. CAP. XXXII. *Est et colorum differentia. In Iesso enim et Sardibus, &c.*] Prius legebatur, *Samo enim et Sardibus*. In MSS. Reg. Colb. Chiffl.

*differentia amiso enim et Sardibus.* Nostram egregie constabilit conjecturam Theophr. Hist. vii. 4. unde hæc accepta esse perspicuum est: 'Εν Ἰστρῳ γὰρ μὲν ἄλλα ὄμοια τοῖς λευκοῖς· λευκὰ δὲ σφόδρα τῇ χροῖς' φέρειν δὲ φασὶν ὄμοια τοῖς Σαρδιανοῖς.

14. CAP. XXXIII. *Si nutritur in capita]* Vocabulam *si*, quam libri hactenus editi omisere, magno totius sententiæ detimento, ex Reg. cod. et Colb. supplevimus: 'et quod certius aliquanto est, ex Columella, quem Plinius nunc auctorem sequitur. Sic enim ille xi. 3. 'In eo autem porro, quod magni capitidis efficere voles, servandum est, ut antequam translatum deponas, omnes radiculas amputes, et fibrarum summas partes intondeas. Tum testulæ, vel conchæ,' &c. Fibras pro foliis eo capite hand raro usurpat.

15. CAP. XXXVI. *Nihil ocimo sacerdus]* Ita libri omnes, etiam manu exarati: reponere frustra conante Pintiano, *Nihil cumino sacerdus*. Facit enim pro recepta lectione Theophr. Hist. vii. 3. Πολυκαρπότατον δὲ τὸ ὄκιμον.

16. CAP. XXXVII. *Aut rariore, et leviori]* Sic pertinaciter libri omnes habent. 'Verum, an leviorē rectius? nam lœve, nec hirsutum, heleoselini folium paulo ante commendat. An latiore sincerius? Nam Theophrastus, a quo hæc sumta plane constat, Hist. vii. 4. *Αρίζ*, inquit, *tum in foliis, tum in caulinibus* discriminem constat: aliud enim folio spissō, crīspo, dense que: aliud rariore ac latiore, cauleque majore. Τῶν δὲ σελίνων καὶ ἐν τοῖς φύλλοις, καὶ ἐν τοῖς καυλοῖς αἱ διαφοραὶ τὸ μὲν γὰρ πυκνὸν, καὶ οὐλὸν, καὶ δασὺ τὸ φύλλον ἔχει τὸ δὲ μονώτερον καὶ πλατύτερον καυλὸν δὲ μείζων.'

17. CAP. XXXVIII. *Astytila, quidamque cunuchion,* quoniam hæc maxime refragetur Venetij *Astytila*, legi opotere, non, ut prius, *Astytila*, evincit planissime hic Eustathii locus, unde

et quæ vis subsit ei voci, intelligas. Sic igitur ille in Iliad. X. pag. 1283. Δεδήλωται ἀλλαχοῦ (nempe pag. 819.) ὅτι ἐκ τοῦ στόνειν γίνεται καὶ ὁ ἀστυτος οἶνον παρὰ Ξενάρχῳ, Πελοπιῶν ἀστυτος οἴκος ἡγίουν ἄκαρπος ἄγονος . . . Φασὶ δὲ κατὰ τὴν παρὰ τῷ Ἀθηναῖφ ἵστοριαν, καὶ θρίδακα τὴν ἐκ γενέσεως πλατύφυλλον, καὶ τετανῆν; καὶ ὕκανθον, ἀστυτίδα καλεῖσθαι ὑπὸ γυναικῶν εὐνοῦχον δέ γε ὑπὸ τῶν Πυθαγορέων ἐπειδὴ, φησιν, ὀσθενεῖς εἰσι πρὸς τὰς κατὰ τὴν Ἀφροδίτην οἱ συνεχῶς χρέωνται θρίδακι, κ. τ. λ. Athenæi locus quem spectat, e libro secundo est, pag. 69. Eadem habet Florentinus in Geopon. xii. 13. pag. 333. Plura apud Eustathium vide, tum loc. cit. tum pag. 849. et 862. quæ aut Græce transcribere, aut Latine reddere, pudor vetat. Porro ἀστυτὸς apud Hesychium longe est aliud, nempe planta unde viscum legitur. Eubuli vero Poëta Comici, apud Athen. lib. II. pag. 69. tragœdiā scimus Ἀστύτοις appellatam, in qua de lactucæ viribus disputatur.

18. Ibid. *Cum prioris Camelii religio nimia cam negaret]* Visa nobis potior ea lectio est, quam quæ recepta hactenus, excogitata ab Hermolao est, cum priores caverent, religione nunc omni caret. In codice Reg. I. cum priores camelii religio minime omni caret. Apuleins, libro de remedii salutaribus, qui nondum editus in lucem, extat in Bibliotheca Regia, totus ex Plinii verbis concinnatus, hunc locum ita expressit: *Divus certe hac lactuca conservatus in aggritudine fertur, prudentia Musæ Medici, cum prioris Cameli religio nimia ei abnegaret, vel ipso teste Salmasio, qui pariter vidit, in Solin. pag. 1270. In Chisfl. cod. Camelii religio nimia omni caret.* Camelii nomen ei medico finisse videtur: et in Gruteri sane inscriptionibus Camelium hand semel legimus. Cur in diversam plane conjecturam Hermolaus abiret, causa hæc fuit, quod ab esu lactucæ absti-

nuisse veteres existimaret, religione dūctos, quoniam sub ea sepultum Adonin ferunt, ab apro interfectum: quam ob rem et mortuorum edulium *νεκτῶν βρῶμα* ab Eubulo in Astyti lactuca nominatur, apud Athen. lib. II. pag. 69. Unde et Pellicerius in Notis MSS. num restiui locus hic ita posset, ambigebat: *Cum prior ætas eam religione Adonis nimis devitare.* Sed haec abesse nobis visa sunt longius a vestigiis veterum codicum, quibus institisse propius videmur. Quanquam et vox illa *prioris* haud facit animo sane delicato satis: visuique aliquando satius legi, *Cum Artorii Camelii religio, &c.* Artorium enim Augusti Medicum in castris Philippensi prælio fuisse tradunt Eusebius in Chion. Lactantius II. 8. Cælius Aurelian. III. 11. et 14. Velleius Patere. lib. II. Val. Max. VII. 1. Utrum igitur ita legi præstabilius fuerit, permittimus legentium arbitrio. Ut in lactuca porro, sic in beta ægris danda, priscorum religio fuit, de qua Plinius ipse hujus libri cap. 40. ‘Medici nocentiorem betam, quam olus, esse judicavere. Quamobrem appositas non memini: degustare etiam religio est, ut validis potius in cibo sint.’

19. CAP. XLV. *Sed duraria runcatur, non sine difficultate, pruriatis ulceribus, ni minitis manibus id sciat.* In libris haec tenus editis, provenientibus ulceribus. In MSS. Reg. et Colb. proriticis: unde nos proriticis effecimus. Adjuvat Columella XI. 3. ‘Sed velaia manu debet runcari, quam nisi contexeris, pernicioса nascuntur ulcera. Si tamen per ignorantiam nuda manu runcaveris et pinigo sique tumor incesserit, oleo subinde perunguito.’

20. CAP. XLVIII. *Minus haec humido gaudet, æstiae viret.* Ita sane libri omnes. At ego libentius multo agnoverim, *Non minus haec humido gaudet, ut ad apium, de quo proxime sermo, respiciat: illud enim perinde*

ac mentam humido lætari Columella scribit XI. 3. ‘Apium,’ inquit, ‘præcipue aqua lætatur, et ideo secundum fontem commodissime ponitur.’ Et paulo post: ‘Menta dulcem desiderat uliginem: quam ob causam juxta fontem mense Martio recte ponitur.’ Nisi forte, id quod simile veri arbitramur, de cœlo, non de solo humido, intellexit Auctor, quoniam proxime sequitur, æstiae viret.

21. CAP. LIV. *Athenienses napy appellaverunt, alii thapsi, alii saurion]* De prima appellatione νάπτεως suo loco egimus: Θάψι, ob similitudinem cum ferulae thapsiæ semine, qua de egimus XIII. 43. dici suspicabamur: Σαύριον, quod acrimonia sua, eeu la certa, mordeat: est enim Græcis la certa σάῦρα. Quam ob causam et σωρθίου dixerat nasturtium, quod na res torquet. Verum pro *thapsi*, num legi *thlaspi* sit satius, considerandum: nam XXVII. 113. *thlaspi* quidam napy vocant: et Hesychius, Θλασπίς, inquit, πᾶς, ἦν οὐσία σαύριον. Dictum autem *thlaspi* tum sinapi fuerit, a θλέω, quod molitur frangiturque.

22. CAP. LV. *Serpyllo et sisymbrio montes planteque scalent]* Ita libri omnes: quanquam sunt qui malint, montes planteque scalent. Sed non ad modum faveat ei conjecturæ Theophrastus, a quo haec desumpta sunt, e libro nempe Hist. Plant. sexto, cap. 4. Περὶ ἔλλοις δὲ ὅρη πλήρη καὶ τόποι, καθέπερ ἐν τῷ Θράκῳ. Quod porro proxime sequitur apud Plinium: *Sicut in Thracia: utique deferunt ex iis avulsos ramos, seruique: sic restituunt a nobis intelligito, cum prius ledgeretur, ubi aquæ deferunt.... seruique, quod insulsum per se appetat.* In MSS. ué eaque deferunt. At Theophr. loc. cit. qui Plinio prædit, et nostram fulcit emendationem, et quæ sit loci sententia, aperit: Καὶ γὰρ ἐρπυλλός ἐστιν ἄγρος, ὃν κομῆσσις ἐκ τῶν ὅρων φυτεύουσι· καὶ ἐν Σικινῷ καὶ Αθηνησιν ἐκ τοῦ Τμήττου. *Et serpyllum*

*sylvestre est, quod deferunt e montibus, seruntque: item Sicyone ex suis montibus, et Athenis ex Hymetto.*

23. CAP. LVI. *Quo densior est, eo teniuor]* Ita scribi oportere, non tenevier, rei fides historiaque comprobatur, non modo in cannabi, sed in omni plantarum genere, ut quo densius spissiusque sata sunt, eo graciliora surgant: alioqui quid cannabis tenebritate opus, quando in usum cibi planta non veniat?

24. CAP. LVII. *Et cuminum necatur ab limodoro, nisi repurgetur]* Hactenus editum, ab *imo dorso*, quod plane insulsum est. Auctor emendandi Theophrastus extitit, a quo haec accepta haud dubie, Hist. VIII. 8. Τὸ δὲ ὑποφύσμενον εὐθὺς ἐκ τῆς βίσης τῷ κυμίνῳ ... τὸ λιμόδωρον, μονόκανδον, ... βίσαν δὲ ἔχει ὑποστρόγγυλον. Quod autem statim ab radice cumino subnascitur, et *limodorum* vocatur, unicaule est .... et radice subrotunda innuitur. Sic enim in edit. Ald. et Basil. legitur. Alii αἰμόδωρον· ἴμόδερον· aliis legi malunt, ut Dalecampius in Hist. Plant. pag. 485. Sed λιμόδωρον omnino scribendum cum Pellicerio sentimus, in Notis marginalibus MSS. ad Theophrasti locum citatum.

25. CAP. LVIII. *Culinis et ultra tempestiva sunt]* Libri antehac editi, *Culinis*, inepte. Errorem Theophrastus retegit, Hist. VII. 6. ubi in eodem argumento habitat: Πρὸς δὲ τὴν μαγειρικὴν χρέαν ἐπὶ πλεῖστα διαμένει. *Ad usum culinarium, sive cibarium, diutius perdurant.* Vedit hoc ante nos Pintia-

nus.

26. CAP. LXI. *Acuti, thymi, cunilæ]* Prius legebatur, acuti tantum cunilæ. At in MSS. Reg. 1. Colb. &c. acuti tami, &c. In Reg. 2. Acuti tumi. Nos *thymi* auctore Theophrasto rescripsimus: sic enim ille Hist. I. 19. unde haec accepta esse constat: Αἱ δὲ ἥδη δριμύτητά τινα ἔχουσι: καθάπερ ἡ τοῦ θύμου, καὶ θύμβρας. Nonnulli acrimonium quandam sortiuntur, ut *thymus* et *satureia*.

27. Ibid. *Ut cicerculis tantum. Atque ut]* Insigniter corruptus ad hunc diem locus hic extitit, cum ita legeatur, et *circulis tantum aquæ*. Auctor emendandi fuit Theophrastus, a quo haec Plinius, ut alia pleraque, mutuo accipit. Sic enim ille de Causis Plant. VI. 14. pag. 366. Οὐδέν τῶν φυομένων ἀλυκόν· ὥστε καὶ ἐν ἑατῷ τοιωτὸν ἔχειν τὸν χυλὸν· ἀλλ' ἐν τοῖς περὶ τὰ ἔξω γίνεται τις ἀλμυρὸς, οἶον καὶ τοῖς ἐρεβίνθοις. Nihil in genere plantarum salsum percipitur: scilicet ita ut in se talem habeat saporem. Sunt enim quorum summam partem duntaxat *salsugo* quædam obducit, ut *cicer*. Hujus loci vitium subodoratus est ante nos Pintianus, qui ex eodem Theophrasti loco legi censuit oportere, ut *ciceris* tantum cuti.

28. CAP. LXII. *Smyrnium myrrhæ]* Subintellige, saporem reddit. Prius legebatur, *myrrha myrrhæ*, insulse. Ipsa loci sententia prodit, tergeminam modo plantam laudari, libanotidem, siliquastrum, smyrnium: quarum naturæ deinceps explanantur.

# C. PLINII SECUNDI

## NATURALIS HISTORIÆ

### LIBER XX.

---

*Medicinæ ex his quæ seruntur in hortis.*

I. MAXIMUM hinc opus naturæ ordiemur, et cibos suos homini narrabimus, faterique cogemus ignota esse, per quæ vivat. Nemo id parvum<sup>1</sup> ac modicum existimaverit, non minus vilitate deceptus. Pax secum<sup>2</sup> in his aut bellum naturæ dicetur, odia, amicitiaque rerum<sup>3</sup> surdarum ac sensu carentium: et, quo magis miremur, omnia ea hominum causa, quod Græci sympathiam appellavere: quibus cuncta constant,<sup>a</sup> ignes aquis restinguentibus, aquas Sole<sup>4</sup>

---

CAP. I. 1 Chiff. *vivat, ne id parcum.*—2<sup>4</sup> Ita MSS. Regg. Editio princeps, et Cl. Rezzonicus. Frustra emendavit Gelenius, *Pax simul.*<sup>1</sup> Brotier. *Pax secum* etiam Chiff. *Pax simul* Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.—3<sup>4</sup> Ita codd. Regg. Cl. Rezzonicus, et Editio princeps.<sup>1</sup> Brotier. Ita quoque Chiff. *amicitiæque rerum* edd. vett. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—4 Ita ex

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *Quibus cuncta constant]* Mira est, inquit, rerum etiam sensu carentium consensio et conspiratio ad hominum utilitates procurandas: quam con spirationem, ac veluti condolentiam et commiserationem Græci συμπάθειαν vocant: etsi ignes et aquæ, quibus cuncta constant, Sol ac Luna, quibus cuncta cognoscuntur, perpetuum sibi bellum indixisse videantur. Hunc locum Pintianus cum non intelligeret, mutillum esse ac vitiatum falso existimat: et *antipathiam* addi hic oportere.

devorante, Luna pariente, altero alterius injuria deficiente sidere. Atque ut a sublimioribus recedamus, ferrum ad se trahente magnete lapide, et alio rursus abigente<sup>b</sup> a sese: adamantem<sup>5</sup> opum gaudium, infragilem omni cetera vi et invictum, sanguine hircino rumpente, quæque alia in suis dicemus locis, paria, vel majora, mira.<sup>6</sup> Tantum venia sit, a minimis, sed a salutaribus ordienti, primumque ab hortensiis.<sup>7</sup>

II. (1.) Cucumim sylvestrem esse diximus,<sup>c</sup> multo infra magnitudinem sativi. Ex eo fit medicamentum, quod vocatur elaterium,<sup>d</sup> succo expresso e semine.<sup>1 e</sup> Cujus causa nisi maturius<sup>2 f</sup> incidatur, semen exsilit, oculorum etiam periculo. Servatur autem<sup>g</sup> decerptus una nocte: postero

\*\*\*\*\*

codd. Harduin et recentt. aquam sole Gronov. et vulgg.—5 Chiffi. a sese adamantarum.—6 Dalec. miracula.—7 Ita codd. Harduni et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. venia sit si a min. sed a sal. ordiemur p. ab hortensiis Vet. Dalec. venia sit a m. sed a s. ordienti, p. ab hortensiis Gronov. et al. vett.

CAP. II. 1 Margo edd. Dalec. et Gronov. e fructu; et sic toto capite, e Diosc.—2 Chiffi. maturus.—3 Chiffi. quæque.

#### NOTÆ

<sup>b</sup> *Et alio rursus abigente]* Nempe Theamede lapide, de quo xxxvi. 25. Vide Notas et Emend. num. 1.

<sup>c</sup> *Cucumim . . . diximus]* Superiore libro, c. 24. Diosc. iv. 154. Σίκυν ὄγριος τῷ καρπῷ μόνο διεφέρει τοῦ ἡμέρου σίκυος ἐλέσσονα πολλῷ ἔχων, κ. τ. λ.

<sup>d</sup> *Elaterium]* Ita vocatur a Celso, v. 12. Galenus, tom. ii. in Explie. vocum Hippocr. p. 89. Ἐλατήριον, οὐ μόνον τὸ ἀπὸ τοῦ ἄγρου σικυῶν γεγύμενον, ἀλλὰ καὶ πᾶν τὸ τὴν κάτω κοιλάνην καθαίρον. *Elaterium, non solum ex sylvestri cucumere factum, sed etiam omne quod alexum rursum per infernas partes. Hesychius: ἐλατήριον, φέρμακον καθαρικόν. Scribonius Largus, Compos. 70. 'Elaterium qui est succus cunctis sylvatici.'* Ἀπὸ τοῦ ἐλάφη, peltere, quasi depulsorium, quod vim purgandi habet acrem.

<sup>e</sup> *E semine]* Hoc est, e fructu.

Theophrastum ex verbo reddit, ita statuentem, Hist. ix. 10. Τὸ δὲ σπέρμα χυλισθὲν ποιεῖ τὸ ἐλατήριον. *Succus expressus e semine facit elaterium.* At Diosc. iv. 155. Τὸ δὲ λεγόμενον ἐλατήριον ἐκ τοῦ καρποῦ τῶν σικυῶν σκευάζεται, κ. τ. λ. ubi parandi idem artificium fuse edocet, quod a Plinio paulo contractius.

<sup>f</sup> *Nisi maturius]* Ante nimirum quam maturitatem sit assecutus. Nam si maturitas expectetur, tum tactu vel impulse tenuissimo pediculus cucumim destituit, factoque ostiolo statim interuersus humor summo cum impetu, una cum semine, ejaculatur. Cucumim asinimum vocant: ut recte Anguillara par. I. p. 291. Vidimus in horto Regio: est et in Eystetensi. A Dodoneo pingitur, p. 652.

<sup>g</sup> *Servatur autem]* Diosc. loc. cit.

die inciditur arundine. Semen quoque<sup>b</sup> cinere conspergitur, ad coërcendam succi abundantiam : qui expressus suscipitur aqua cœlesti, atque subsidit : deinde Sole cogitur in pastillos, ad magnos mortalium usus. Obscuritates<sup>i</sup> et vitia oculorum sanat, genarumque ulcera. Tradunt hoc succo tactis radicibus vitium, non attingi uvas ab avibus. Radix autem<sup>j</sup> ex aceto cocta podagrī illimitur, succoque dentium dolori medetur. Arida cum resina<sup>k</sup> impetiginem et scabiem, quæ<sup>l</sup> psoram<sup>l</sup> et lichenas vocant, parotidas<sup>m</sup> et panos<sup>n</sup> sanat, et cicatricibus colorem reddit. Et foliorum<sup>o</sup> succus auribus surdis cum aceto instillatur.

III. Elaterio<sup>a</sup> tempestivus<sup>r</sup> est autumno : nec ullum<sup>b</sup>

\*\*\*\*\*

CAP. III. 1 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Mil-

#### NOTÆ

<sup>b</sup> *Semen quoque]* Semen iterum pro fructu usurpat. Nunc a Diosc. parum discedit.

<sup>i</sup> *Obscuritates]* Diosc. loc. cit.

<sup>j</sup> *Radix autem]* Diosc. iv. 154. Marcellus Empir. c. 36. p. 250. Plinius Valer. iii. 14. Apuleius, c. 113. tit. 1. ‘Ad nervorum dolorem, et podagram : Cucumeris sylvatici radices in olei cibarii pondo tribus decoques ad tertias, et exinde perunges, sanabuntur.’ Et tit. 4. ‘Cum aceto decocta radix valet contra podagram.’ Accepere omnes a Celso iv. 24. ‘Fovere oportet spongia, quæ in aquam calidam demittatur, in qua cucumeris sylvestris radix decocta sit.’

<sup>k</sup> *Arida cum resina]* Diosc. loc. cit. Μετὰ ῥητίνης τερεβιθίνης. Aridam autem radicem intellige : ἔηρά δὲ καλλεῖα ἀλφούς, λέπρας, καλ λειχῆνας σμήχει. Adde et Theophr. Hist. ix. 10.

<sup>l</sup> *Quæ psoram]* Ψέρπα seaciei genus est, corporis summam entem varia erosione depaseens, furfurosaque magis quam squamosa ex se remittens. Vulgo, *le mal Saint Mein*. At λειχῆν impetiginosi morbi genus, quod meningram Latinos vocasse Plinius auc-

*Delph. et Var. Clas.*

*Plinius.*

tor est xxvi. 2. fœdo pariter cutis furfure totos primum vultus, deinde vero et colla, pectusque, et manus occupante, oculis tantum immunibus. Martialis xi. 99. ‘Nec triste mentum, sordidique lichenes.’ Gallis, *Dartre farineuse*.

<sup>m</sup> *Parotidas]* Παρωτίς. ‘Tumores repentinos sub auribus innatos, parotidas vocamus,’ inquit Theod. Priscianus i. 8. de parotidibus. Galli, *Parotide*.

<sup>n</sup> *Et panos]* Diosc. φύματα βήττει. Φύμα tumor est præter naturam obortus in quacumque corporis parte, cum inflammatione: et hos appellant aliqui panos. Celso v. 25. panus tumor dicitur non altus, latus, in quo quidam pustulæ simile est. Sunt qui φύγειλον dici Græce velint, et a phymate differre. Vide Gorraum in Deffinit. Med. Apuleius c. 113. tit. 3. pro panis tumores dixit.

<sup>o</sup> *Et foliorum]* Diosc. loc. cit. ‘Αρμόζει δὲ ὁ τῶν φύλλων χυλὸς ἐνσταξόμενος ὄταλγλαις. Sic et radicis succum ad sonitum aurium emendandum prodesse Celsus monet, vi. 7.

<sup>p</sup> *Elaterio]* Theophr. Hist. ix. 10.

ex medicamentis longiore aëvo durat. Incipit a<sup>c</sup> trimatu. Si quis recentiore uti velit, pastillos in novo fictili igne lento in aceto domet. Melius, quo vetustius: fuitque jam<sup>2</sup> ducentis annis servatum, ut auctor est Theophrastus.<sup>d</sup> Et usque<sup>e</sup> ad quinquagesimum lucernarum lumina extinguit. Hoc enim veri experimentum est, si admotum priusquam extinguat, scintillare sursum ac deorsum cogat.<sup>3</sup> Pallidum<sup>f</sup> ac læve herbaceo ac scabro melius, ac leniter amarum. Putant<sup>g</sup> conceptus adalligato semine adjuvari, si terram non attigerit. Partus vero, si in arietis lana alligatum inscientis lumbis fuerit, ita ut protinus ab enixu rapiatur<sup>4</sup> extra domum.

Ipsum cucumim qui magnificant, nasci præcipuum in Arabia, mox in Arcadia, Cyrenis alii tradunt,<sup>5</sup> similem heliotropio,<sup>h</sup> cuius inter folia et ramos provenire magnitudine nucis juglandis. Semen autem esse<sup>i</sup> ad speciem scorpiorum cauda replexa, sed candida.<sup>6</sup> Aliqui etiam ab eo scor-



ler. Bipont. et Franz. *Elaterium tempestivum* Gronov. et al. vett.—2 Cod. Dalec. *vetustius erit, jamque*.—3 Idem codex, *cogit*.—4 Ita ex codd. Harduin. et recentt. ab ea eximatur et rapiatur cod. Dalec. *protinus ab exitu rapiatur* edd. vett. et Gronov.—5 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. Mox *Cyrenis, alii in Arcadia tradunt* Gronov. et edd. vett.—6 Ita codd. Harduini et Chiffl. enim edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *semen. Esse autem ad speciem scorponis cauda reflexa, sed candida*

#### NOTÆ

Τίλλεται δὲ τοῦ φθινοπάρου (τὸ σπέρμα,) τότε γὰρ βέλτιστον. Legitur autumnum fructus: tunc enim optimus ad elaterium concinnandum.

<sup>b</sup> *Nec ullum*] Theophr. Hist. ix. 14.

<sup>c</sup> *Incipit a]* A bimatu ad decennium utile esse dejectionibus scribit Dioscor. loc. cit.

<sup>d</sup> *Theophrastus*] Hist. ix. 14.

<sup>e</sup> *Et usque]* Humorem servat ad illud usque tempus: quare etiam tum lucernis admotum, lucem extinguit, ob humoris copiam: Ἀλλ' ἄχρι πεντήκοντα ἑτῶν σβέννυσι προσαγόμενον τοὺς λύχνους αἵτια δὲ τῆς χρονιστητος η ὑγρότης. Theophrastus loc. cit.

<sup>f</sup> *Pallidum*] Sic Dioscor. iv. 154. candidum ac læve, gustuque amarum, λευκὸν, λεῖον, πικρότατον τῷ γενέσι an- teponit alteri quod scabrum est, et porracei herbidive coloris: τὸ μέντοι πρασίζον, καὶ τραχὺν, φαῦλον.

<sup>g</sup> *Putant*] Superstitiose.

<sup>h</sup> *Similem heliotropio*] Tricocco nimirum, sive scorpiorum heliotropio, de quo XXII. 29. Haec vero non de cucumere quovis, sed Arabico, Arcadio, Cyrenaicoque accipienda sunt.

<sup>i</sup> *Semen autem esse*] Semen cucumere illo peregrino inclusum intelligit.

pionium cucumim vocant, efficacissimum contra scorpiounum ictus et semine et elaterio, et ad purgandum uterum alvosque. Modus portione virium ab dimidio obolo ad solidum.<sup>j</sup> Copiosius necat. Sic et contra phthiriasin<sup>k</sup> bibitur: et hydropises.<sup>l</sup> Illitum<sup>m</sup> anginas et arterias<sup>n</sup> cum melle et oleo vetere sanat.

IV. (II.) Multi hunc esse apud nos qui anguinus<sup>a</sup> vocetur,<sup>b</sup> ab aliis erraticus, arbitrantur. Quo decocto<sup>c</sup> sparsa mures non attingunt.<sup>d</sup> Idem<sup>e</sup> podagrīs cum articuli morbis<sup>f</sup> decoctum in aceto illiniunt,<sup>g</sup> præsentaneo remedio.

Gronov. et al. vett.—7 ‘In codd. Regg. et Editione principe, et hydropisic.’ Brotier. Ita quoque cod. Dalec.

CAP. IV. 1 Chiffl. vocatur.—2 Vet. Dalec. arbitrantur, cuius decocto.—3 Ita codd. Harduini cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recent. mures de ejus medicina non attingunt Gronov. et al. vett. ‘Hæc, de ejus medicina, supervacna videntur.’ Dalec.—4 Idem cod. Dalec.—5 Ita codd. Harduini et Chiffl. item edd. Harduin. 1. 2. 3. et recent. cum articulorum morbis Gronov. et vulgg. et articulorum morbis Vet. Dalec.—6 ‘Ita codd. Regg. et Editio princeps.

#### NOTÆ

<sup>j</sup> Ad solidum] Ad integrum obolum. Diosc. loc. cit. ‘Η δὲ τελέα δόσις, ὥβολος· η δὲ ἐλαχίστη, ἡμιωβδίου... πλεῖον γὰρ ποθὲν κλινδυνον ἐπιφέρει.

<sup>k</sup> Phthiriasin] Φθειρίασις, pedicularis morbus est in quo pediculi acervatim per cutim erumpunt. Gignuntur vero ii non in superficie cutis, ut furfures, ‘sed in ejus profundo,’ inquit Gorraeus in Defin. Med.

<sup>l</sup> Et hydropises] MSS. omnes, hydropicis. Sed hydropises legi structura orationis jubet. Est autem hydrops morbus, quem Latini aquam intercutem vocant: ejus tres species Celsius definit, III. 21.

<sup>m</sup> Illitum] Diosc. loc. cit. Συναγχικός δὲ διάχρισμα πρακτικὸν μετ’ ἐλατού παλαιοῦ, η μέλιτος, η χολῆς ταυρέιας. De angina Celsius IV. 4. ‘Pestiferum acutumque morbum in faucibus nostri anginam vocant: apud Graecos nomen, prout species est. Interdum enim neque rubor, neque tumor ul-

lus apparet, sed corpus aridum est, vix spiritus trahitur, membra solvuntur: id συνάγχην vocant. Interdum lingua faucesque, cum rubore intumescent, vox nihil significat, oculi vertuntur, facies pallet, singultusque est: id ῥις συνάγχη vocatur. Illa communia sunt: æger non cibum devorare, non potionem potest: spiritus ejus includitur. Levius est, ubi tumor tantummodo et rubor est, cetera non sequuntur: id παρασυνάγχη appellant.’

<sup>n</sup> Et arterias] Hoc est, fauces, angina scilicet et suffocatione spiritus laborantes. In faucibus enim aspera arteria est, quæ spiritus conceptaculum, quo vox editur.

<sup>a</sup> Qui anguinus] Cucumis flexuosis Lobelio, a quo pingitur in Observat. p. 363. ita dictus a figura fructus, qualem in horto Regio vidi mus.

Lumborum vero dolori semine Sole siccato, dein trito, xx. x. pondere<sup>7</sup> in hemina dato aquæ. Sanat et tumores subitos illitum cum lacte<sup>8</sup> mulierum. Purgat eas<sup>b</sup> elaterium. Sed gravidis<sup>c</sup> abortum facit. Suspiriosis prodest. Morbo vero<sup>d</sup> regio in nares conjectum. Lentigines<sup>e</sup> ac maculas e facie tollit in Sole illitum.

v. Multi eadem omnia sativis attribuunt. Magnum etiam in eis momentum. Namque et eorum semen, quantum tres digitii apprehenderint, cum cumino tritum, potumque in vino, tussientibus auxiliatur. Sed et phreniticis<sup>f</sup> in lacte mulieris. Et dysentericis<sup>f</sup> acetabuli mensura. Purulenta<sup>g</sup> autem exspuentibus cum cumino pari pondere, et jocineris vitiis in aqua mulsa. Urinam movet<sup>h</sup> ex vino dulci, et in renum dolore clysteribus simul cum cumino infunditur.

vi. Pepones<sup>i</sup> qui vocantur, refrigerant maxime in cibo,

*Brotier. illinunt Gronov. edd. vett. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—7 In Mag. Reg. 1. et 2. et Editione principe, XXX. pondere. Unde, ut videtur, legendum, XX. X. pondere, id est, viginti denariorum pondere. Male in recentioribus editionibus emendatum, triginta denariorum pondere: maxime cum ille cucumis violentissimum sit remedium.' Brotier. Sole siccato, dein trito XX. cod. Dalec. Sole siccato, dein trito XX. trium Chiff. Sole siccato, dein trito, triginta denariorum pondere Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—8 Margo edd. Dalec. et Gronov. conjectum cum lacte, e Diosc.*

CAP. V. 1 Sed et nephriticis Vet. Dalec.

#### NOTÆ

<sup>b</sup> *Purgat eas] Mulieres.*

<sup>c</sup> *Sed gravidis] Dioscor. iv. 154.*

*Kινεῖ δὲ τὸ ἐλατήριον καὶ ἔμπηνα, καὶ ἔμβρυα κτένει ἐν προσθέτῳ. Menses ciet, et partus necat elaterium in pessu subdivitum.*

<sup>d</sup> *Morbo vero] Diosc. loc. cit. Ἐγχυθὲν δὲ μετὰ γάλακτος εἰς τὸν βόθωνας, ὑπέρον ἀποκαθαίρει, κ. τ. λ. Cum lacte naribus infusum, regium morbum pellit, &c. Quis sit morbus, dicemus c. 34.*

<sup>e</sup> *Lentigines] Sic etiam Marcellus Empir. c. 19. p. 129.*

<sup>f</sup> *Et dysentericis] Inter intestinorum mala, inquit Celsus iv. 15. tormina esse consueverunt, δυσεντερία Graece vocatur. Intus intestina exulcerantur: ex his crux manat: is-*

que modo cum stercore aliquo, semper liquido, modo cum quibusdam quasi mucosis excernitur: interdum simul quadam carnosa descendunt. Frequens dejiciendi cupiditas, dolorque in ano est, &c. Plinius Valer. iv. 15. 'Semen cucumeris dysentericis ex lacte muliebri acetabuli mensura datum prodest.'

<sup>g</sup> *Purulenta] Plinius Valer. loc. cit. ad verbum.*

<sup>h</sup> *Urinam movet] Plinius Valer. loc. cit. Diocles item Carystius libro primo de tuenda valetudine, apud Athen. lib. ii. pag. 68. cucumim elixum ad ciendam urinam laudat in primis.*

<sup>i</sup> *Pepones] Ad verbum hæc Plinius Valer. iv. 14.*

et emolliunt alvum. Caro eorum<sup>j</sup> epiphoris oculorum aut doloribus imponitur. Radix sanat<sup>k</sup> ulcera concreta in modum favi, quæ ceria<sup>l</sup> vocant. Eadem contrahit vomitiones:<sup>m</sup> siccatur, et in farinam tusa datur quatuor obolis in aqua mulsa, ita ut qui biberit, quingentos postea passus ambulet. Haec farina et in smegmata<sup>n</sup> adjicitur. Cortex quoque vomitionem movet, faciem purgat. Hoc et folia<sup>o</sup> cujuscumque sativi illita. Eadem<sup>p</sup> cum melle et epinyctidas<sup>r</sup> sanant: cum vino, canis morsus.<sup>q</sup> Item millepedæ:<sup>r</sup>

---

CAP. VI. 1<sup>t</sup> Ita emendavit eruditus Hardninus, secutus Diosc. II. 164. qui docet radicem peponis sicciam in aqua mulsa, drachmæ pondere, portam, vomitum ciere. In MSS. Reg. et Editione principe, *Eadem contra vomitiones.*<sup>s</sup> Brotier. *Eadem contra vomitiones* edd. vett. et Gronov. *Eadem ad ciendas v.* Cornar. e Diosc.—2 Cod. Dalec. *sativi.* *Illita eadem.* Mox, Chiffi.

## NOTÆ

<sup>j</sup> *Caro eorum]* Plinius Valer. loc. cit. et Diosc. II. 164. Η δὲ τοῦ πέπονος σάρξ . . . ὀφθαλμοῦ φλεγμονὰς πραῦνεται.

<sup>k</sup> *Radix sanat]* Iisdem verbis Marcellus Empir. c. 4. p. 42. et Plinius Valer. III. 22. Diosc. quoque loc. cit. Τγιάξει δὲ καὶ κηρία καταπλαθεῖσα μετὰ τοῦ μελιτοῦ.

<sup>l</sup> *Quæ ceria]* Κηρία, et μελικηρίς, a favi mellisque similitudine, propter foramina, et mellei coloris emanantem humorem, ut testis Aëtius Serm. VIII. 15. p. 8. ‘Tubercula, quæ μελικηρία, id est, favi,’ inquit Celsus v. 18.

<sup>m</sup> *Eadem contrahit vomitiones]* Vomitionem movet. Vide Notas et Emend. num. 2.

<sup>n</sup> *Haec farina et in smegmata]* Etiam et smegmatis vicem obtinet, et faciei nitorem conciliat, succus cum semine, auctore Diosc. II. 164. Ο δὲ χυλὸς σὺν τῷ σπέρματι μηγέλις ἀλεύνω καὶ ξηρανθεῖς ἐν ἡλίῳ, σμῆγμα γίνεται ῥυτικὸν καὶ λαμπρυτικὸν προσώπου. De radice vero in farinam tusa, consentit Plinio Galenus de Simpl. Medic.

Facult. lib. VIII. p. 228. Est antem σμῆγμα medicamentum ad tergendum. Unde et dentifricia tergendis dentibus sic appellantur.

<sup>o</sup> *Hoc et folia]* Hoc præstant, inquit, nempe faciem purgant et folia sativi cucumeris, trita, et illita.

<sup>p</sup> *Epinyctidas]* Corn. Celsus v. 28. ‘Pessima pustula est,’ inquit, ‘quæ ἐπινυκτὶς vocatur: colore vel sublivida, vel subnigra, vel alba esse consuevit. Cirea hanc autem vehemens inflammatio est: et cum adaperta est, reperitur intus exulceratio mucosa. Color est humoris suo similis. Dolor ex ea supra magnitudinem ejus est: neque enim faba ea major est. Atque haec quoque oritur in eminentibus partibus, et fere noctu: unde nomen quoque a Græcis ei ἐπινυκτὶς impositum est.’ Haec tenus Celsus. Est et alia ei voci vis, de qua dicimus c. 21.

<sup>q</sup> *Cum vino, canis morsus]* Plinius Valer. IV. 15.

<sup>r</sup> *Item millepedæ...]* Subintellige, morsus sanat. Multipedam vocat idem c. 20.

sepa<sup>3</sup> Græci<sup>4</sup> vocant, oblongam, pilosis pedibus, pecori præcipue nocivam.<sup>5</sup> Morsum tumor insequitur, et putrescit locus. Ipse cucumis<sup>6</sup> odore defectum animi.<sup>7</sup> Coctos deraso cortice, ex oleo, et melle,<sup>8</sup> jucundiores esse certum est.

VII. (III.) Cucurbita quoque sylvestris invenitur, spongos<sup>1</sup> a Græcis<sup>5</sup> appellata, inanis, (unde et nomen) digitali crassitudine, non nisi in saxosis nascens. Hujus commanducatae succus stomacho admodum prodest.

VIII. Colocynthis<sup>3</sup> vocatur alia, ipsa plena, sed minor quam sativa. Utilior pallida,<sup>b</sup> quando ejus sunt medicinæ. Herbacea<sup>c</sup> aresfacta per se inanit alvum. Infusa quoque<sup>d</sup> clysteribus, intestinorum omnibus vitiis<sup>1</sup> medetur, et re-



*et epinyctidas.* In Edd. vett. et deest.—3 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *spec* Gronov. et al. vett. *sepa* Lucano. *tabificus seps* al. ap. Dalec. *multipedæ sepe* Chiffi. Paulo post, *pecori p. noxiæ* Vet. Dalec.—4 Cod. Dalec. *locus ipse. Cucumis.* Vet. Dalec. *locus. Reficit cucumis odore defectos animo.* Al. vett. ap. Dalec. *animi revocat. Deraso.*—5 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *ex oleo, aceto et melle* edd. vett. et Gronov.

CAP. VII. 1 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bi-  
pont. et Franz. *somphos* Gronov. et al. vett.

CAP. VIII. 1 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3.

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *Sepe Græci]* Σῆπα, a tæbe quam infligit suo morsu, in quo vis tabifiea inest, σηπτικὴ δύναμις. De hac milipeda dicetur uberioris XXIX. 39. Alius ab isto seps est, de quo Lucanus IX. 723. et Diosc. II. 70. serpentis nimiriū genus, aut lacertæ potius.

<sup>b</sup> *Nocivam]* Sic libri omnes, etiam MSS. Usus et ea voce Phædrus lib. I. ‘Plerumque stulti, risum dum captant levem, Gravi destringunt alios contumelia, Et sibi nocivum concient periculum.’

<sup>c</sup> *Ipse cucumis . . . defectum animi]* Subintellige, insequitur, ex antecedentibus: hoc est, pellit. Diosc. II. 163. de cucumere sativo: ἀνακτητικὸς λειποθυμιῶν ὑσφρωνόμενος, olfactu defectos animo recreat.

<sup>d</sup> *Spongæ a Græcis]* Ita MSS. om-

nes, a fungosa nimirum laxitate, instar spongiæ. Libri editi, *somphos*, σομφὸς, quæ vox pariter *inanem* et *fungosum* sonat. Marcellus Empir. c. 12. p. 92. ‘Cucurbitæ radix quam Græci sonchon appellant.’ Forte *spongon* rectius.

<sup>a</sup> *Colocynthis]* Sive cucurbita sylvestris. Diosc. IV. 178. Κολοκυνθίς, οἱ δὲ κολοκυνθα ἄγριος, οἱ δὲ σικύαν πικρὰν, κ. τ. λ.

<sup>b</sup> *Utilior pallida]* Sic eligendam cucurbitam Dioscorides admonet, loc. cit. cum cœperit ad colorem pallidiorum vergere, ἀρχόμενον μεταβάλλει ἐπὶ τὸ ὠχρότερον.

<sup>c</sup> *Herbacea]* Viridior, herbidique coloris.

<sup>d</sup> *Infusa quoque]* Diosc. loc. cit.

num, et lumborum, et paralysi: ejecto semine, aqua mulsa in ea decoquitur ad dimidias: tutissimo<sup>e</sup> infunduntur oboli quatuor.<sup>2</sup> Prodest et stomacho, farinæ aridæ pilulis cum decocto melle sumitis.<sup>3</sup> In morbo regio utiliter semina ejus sumuntur, et protinus aqua mulsa. Carnes ejus<sup>f</sup> cum absinthio et sale dentium dolorem tollunt. Succus vero<sup>g</sup> cum aceto calefactus mobiles sistit. Item spinæ,<sup>h</sup> et lumborum, ac coxendicum dolores, cum oleo si infriteretur. Præterea,<sup>i</sup> mirum dictu, semina ejus si fuerint pari numero adalligata febribus, sanare<sup>j</sup> dicuntur, quas Græci periodicas<sup>j</sup> vocant. Sativæ quoque<sup>k</sup> rasæ succus tepescatus auribus medetur. Caro ejus interior sine semine, clavis pedum, e suppurationibus, quæ<sup>l</sup> Græci vocant apostemata.<sup>1</sup> Decoctæ autem<sup>m</sup> universæ succus dentium motus stabilit, et dolores inhibet. Vinum cum ea<sup>n</sup> serue-

\*\*\*\*\*

et recentt. omnium vitiis Gronov. et al. vett.—2 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. et recentt. sic tutissimo infunduntur oboli quatuor Chiff. sic tussienti infunditur obolis quatuor Gronov. et vulgg. ‘Vide num legendum bibitur.’ Dalec.—3 Vet. Dalec. pulvis cum dec. mel. sumptus.—4 Vet. Da-

## NOTÆ

<sup>e</sup> *Tutissimo*] Ita codex Chiffletianus, et alii: quæ lectio ut nobis magis arrideat, quam quæ recepta hactenus, sic tussienti infunditur obolis quatuor, facit ipsa orationis series, et medicinae ratio.

<sup>f</sup> *Carnes ejus*] Decoqui in eum usum cum aceto nitroque, jubet Diosc. iv. 178.

<sup>g</sup> *Succus vero*] Plinius Valer. i. 66.

<sup>h</sup> *Item spinæ*] His vero morbis non succum prodesse, sed semen contritum, Marcellus Empir. prodidit cap. 25. p. 173. At succum Galenus quoque ischiadicis utilem fatetur de Facult. Simp. Med. lib. viii. p. 193. et Diosc. loc. cit.

<sup>i</sup> *Præterea*] Superstitiosum.

<sup>j</sup> *Græci periodicas*] Περιοδικὸν πυρετόν, febres circulares, febrium circumclusus, febres reduces, quæ statis certis-

que diebus recurrent.

<sup>k</sup> *Sativæ quoque*] Ita Diosc. ii. 162. Marcellus Empiricus c. 9. pag. 77. et Plinius Valer. iv. 6. ubi ejus rei auctorem Galenum laudat. Galeni locus est e lib. vii. de Facult. Simp. Med. pag. 193. Scribonius Largus Compos. 39. ‘Ad auriculae et tumorem et dolorem sine ulcere, prodest encurbitæ ramentorum succus tepens per strigilem in foramen auris dolentis infusus.’

<sup>l</sup> *Græci ... apostemata*] Diosc. loc. cit. Οἰδήματα καὶ ἀποστήματα πρᾶνει. ‘Απόστημα suppurationem sonat: Galenus in definitionibus, ait esse transitum corporis ab inflammatione ad pus. Gallis, une Apostume.

<sup>m</sup> *Decoctæ autem*] Diosc. loc. cit. et Plinius Valer. i. 36.

<sup>n</sup> *Vinum cum ea*] Diosc. loc. cit.

factum, oculorum etiam impetus. Folia ejus cum recentibus cupressi confusa, et imposita: ipsa quoque tosta in argilla, ac trita cum adipe anseris, vulneribus medetur.<sup>6</sup> Nec non ramentis<sup>o</sup> corticis recentes<sup>7</sup> podagras refrigerat, et ardores capitis,<sup>p</sup> infantium maxime. Et ignes sacros,<sup>r</sup> de strigmentis,<sup>r</sup> vel his impositis,<sup>s</sup> vel seminibus. Succus ex strigmentis,<sup>s</sup> illitus cum rosaceo et aceto, febrium ardores refrigerat. Aridae cinis<sup>t</sup> impositus mire combusta sanat. Chrysippus medicus damnabat eas in cibis. Sed omnium consensu stomacho utilissimae judicantur, et interaneorum vesicarumque exulcerationibus.

**IX.** Est et rapo<sup>a</sup> vis medica. Perniones<sup>b</sup> fervens impo-

---

lec. febres sanare.—5 Idem Vet. quas.—6 Cod. Dalec. medentur.—7 Chisfl. recens.—8 Margo edd. Dalec. et Gronov. sacros vel strigmentis impositis.

#### NOTÆ

<sup>o</sup> *Necnon ramentis*] Diosc. loc. cit. et Plinius Valer. iv. 6. Vide Notas et Emend. num. 3.

<sup>p</sup> *Et ardores capitis*] Diosc. et Plin. Valer. locis cit. Marcell. Empir. c. 1. p. 35. Hunc capitis ardorem in pueris Græci σειπλαστον vocant: hoc est, ex vehementi Solis aëstu capitis inflammationem. Adustionem infestationem appellat idem xxx. 47.

<sup>q</sup> *Et ignes sacros*] Ignis sacer morbi genus ex pustulis perexignis, in quibus semper fere pus est, et sæpe rubor cum calore. Vulgo S. Antonii ignem appellant, *le Feu S. Antoine*. Sæpius tamen ubi Dioscorides ἔρυθρη πέλατα dicit, Plinius, qui ex iisdem fontibus hausit, *sacros ignes reddit*: vix ut aliud morbi genus intellexisse eum existimandum sit. Et in Glossis sane Græco-Lat. MSS. ἔρυθρη πέλας, *sacer ignis* dicuntur. Sacer autem, hoc est, crudelis et pessimus: quomodo Donatus ad Virgilii Æneid. vii. vocem 'sacer' interpretatur: 'unde,' subdit ille, 'et ignis sacer dicitur morbus, qui hominem perniciose perse-

quitur.' Idem Virgil. Georg. iii. 'Nec longa moranti Tempore, contractos artus sacer ignis edebat.' Liber Miraculorum S. Theodorici Abbatis Remensis: 'Ea tempestate sacer ignis, quem Græci heresipelam dicunt,' &c. Qui eo morbo correpti 'Ardentes' dicebantur olim: in Gallias sæpe pervasit hæc lues: cui D. Genovefæ patrocinium remedium fuit: quare Lutetiae Parisiorum exstructa ei ædes, 'Ardentium' cognomine. Qui ex hoc argumento scripserint auctores, vide apud Du-Cangium in Gloss. v. 'Ardentes.'

<sup>r</sup> *De strigmentis*] Hoc est, de ramentis.

<sup>s</sup> *Succus ex strigmentis*] Diosc. loc. cit. 'Ο δὲ χυλὸς τῶν ἔρυθρων, κ. τ. λ. Hæc iisdem verbis Plinius Valer. iv. 6.

<sup>t</sup> *Aridæ cinis*] Ad verbum hæc quoque idem Plinius Valer. iii. 36.

<sup>a</sup> *Est et rapo*] Plinius Valer. iisdem verbis, iv. 34.

<sup>b</sup> *Perniones*] Plinius Valer. loc. cit. Marcellus cap. 34. pag. 236. et

situm sanat. Item frigus<sup>e</sup> pellit e pedibus. Aqua decocti ejus<sup>d</sup> fervens<sup>f</sup> podagrī etiam frigidis medetur: et crudum: tusum cum sale, cuicunque vitio pedum. Semen illitum<sup>e</sup> et potum in vino, contra serpentes et toxica salutare esse proditur. A multis vero<sup>f</sup> antidoti vim habere in vino et oleo. Democritus<sup>g</sup> in totum ea abdicavit in cibis, propter inflationes. Diocles magnis laudibus tulit,<sup>2</sup> etiam Venerem<sup>h</sup> stimulari ab eis professus: item Dionysius: magisque, si eruca condirentur.<sup>i</sup> Tosta<sup>j</sup> quoque<sup>j</sup> articulorum dolori cum adipe prodesse.

x. Sylvestre rapum<sup>k</sup> in arvis maxime nascitur, fruticosum, semine candido,<sup>l</sup> duplo majore, quam papaveris. Hoc



CAP. IX. 1 Ita ex codd. Harduin et recentt. *Item frigus pellit e pedibus decoctum.* Et jus fervens Gronov. et vulgg.—2 Cod. Dalec. et Vet. ejusdem, laudibus extulit.—3 Ita codd. Harduni, Dalec. et Chiff. cum edd. Harduin, 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Cocta* Vet. Dalec. et Cato; ita quoque Salmasius. *Costa* Gronov. et vulgg. Mox, cum adipe prodest Chiff.

#### NOTÆ

Diosc. II. 134. Est autem pernio χιμετλον, morbus pedum ex nimio frigore proveniens, et calcaneum maxime infestans hyeme: unde et nomen Graeum χιμετλα, perniones, et ambusta frigore. Vulgus in Gallia mulas vocat, *Avoir les mules aux talons.*

<sup>e</sup> *Item frigus]* Plinius Valer. loc. cit.

<sup>d</sup> *Aqua decocti ejus]* Iisdem verbis Plinius Valer. loc. cit. ‘Aqua in qua discocta sunt, frigidis podagrī salubre fomentum est.’ Diosc. quoque, loc. cit. Td δὲ ἀφέψημα αὐτῆς ποδάγρας καὶ χιμέτλων ἐστὶ κατάντλημα.

<sup>e</sup> *Semen illitum]* Diosc. et Plinius Valer. loc. cit.

<sup>f</sup> *A multis vero]* A Diocle et Dionysio, ut refert Plinius Valer. loc. cit. Adde Galenum de Antidotis II. I. p. 899.

<sup>g</sup> *Democritus]* Ad verbum hæc quoque Plinius Valer. IV. 34. Demo-

rito Galenus subscrabit de Facult. Simp. Med. lib. VI. pag. 168. Hinc carmen illud in ore vulgi: ‘Ventum sæpe rapis, si tu vis vivere rapis.’ Et Schola Salernitana: ‘Rapa juvat stomachum, novit producere ventum,’ &c.

<sup>h</sup> *Etiā Venerem]* Diosc. et Galenus loc. cit.

<sup>i</sup> *Si eruca condirentur]* Si eruca admiseretur, quæ herba concitatrix Veneris est, ut dictum est XIX. 44. Ita Plinius Valer. loc. cit. Audaculus nescio quis emendabat, *si muria condirentur.*

<sup>j</sup> *Tosta quoque]* Plinius Valer. loc. cit. Vide Notas et Emend. num. 4.

<sup>k</sup> *Sylvestre rapum]* Iisdem verbis Diosc. describitur, II. 135. γογγύλη ἄγρια. A Dodonæo pingitur, p. 163.

<sup>l</sup> *Semine candido]* Foris nigro, intus candido, Diosc. loc. cit.

ad lœvigandam<sup>1</sup> cutem in facie, totoque corpore, utuntur, mixta farina, pari mensura, ervi,<sup>n</sup> hordei, tritici, et lupini. Radix ad omnia inutilis.<sup>2</sup>

XI. (IV.) Naporum<sup>o</sup> duas differentias et in medicina Græci servant. Angulosis<sup>p</sup> foliorum caulibus florentis, quod<sup>1</sup> bunion vocant, purgationibus<sup>q</sup> fœminarum, et vesicæ et urinæ<sup>r</sup> utile decoctum, potum ex aqua mulsa, vel succi drachma. Semen dysentericis<sup>s</sup> tostum, tritumque in aqua calida, e cyathis quatuor. Sed urinam<sup>t</sup> inhibet, si non lini semen una bibatur. Alterum genus buniada<sup>u</sup> ap-

CAP. X. 1 'Uterque codex, ad albicandam. Lege potius, dealbandam.' Dalec. ad lœvigandum Chiff.—2 Ita Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. mista urina pari mensura. Ervi, hordei, tritici, et lupini radix, &c. Gronov. et al. vett.

CAP. XI. 1 'Angulosis caulib. folio apii, flore anethi, quod, e Diosc.' Dalec. alterum angulosis caulib. florentem, &c. Cornarius.

#### NOTE

<sup>m</sup> Ad lœvigandam] Diosc. ad deter-  
gandam. Q. Serenus c. 12. de cutis  
et faciei vitiis propellendis, p. 131.  
'Crudaque dulcacido miscebis rapa  
liquori.' Dulcacidum liquorem ac-  
tum vocat.

<sup>n</sup> Mixta farina, pari mensura, ervi]  
Vide Notas et Emend. num. 5.

<sup>o</sup> Naporum] Hæc iisdem fere ver-  
bis Plinius Valer. IV. 33. 'Non unam  
eandemque virtutem in omnibus na-  
pis experta est medicina. Id enim  
quod angulosis foliorum caulibus ad  
anethi floret similitudinem, vesicæ  
laboranti, itemque cessantibus men-  
struis fœminarum decoctum ex aqua  
mulsa utile existimant,' &c. Has  
porro differentias, quas in napis Græ-  
ci agnoscunt, Plinius quidem affert in  
medium, nec tamen probat. Cauta  
videlicet, nam quod βούνιον vocant,  
diversa longe planta a napo est. Ef-  
ficit enim, præter cetera, similitudo  
cum anetho, apioque, quam in bunio  
Diosc. IV. 124. et Plinius Valer. prox-  
ime laudatus, agnoscunt, ut non ali-

am esse existimem, quam saxifragam  
Dodonæi, Pemptad. II. lib. V. c. 21.  
p. 312. quæ ob radicis affinitatem  
napi quoque appellatione venire forte  
potuerit apud Medicos Græcos.

<sup>p</sup> Angulosis] Utile, inquit, decoctum  
foliorum ejus generis quod est  
angulosis caulibus : bunion Græci vo-  
cant: utile, inquam, purgationibus  
fœminarum, &c. Diose. quoque loc.  
cit. caule esse quadrangulo animad-  
vertit, κανλὸν ἀνίστι τετράγωνον.

<sup>q</sup> Purgationibus] Galenus de Facult.  
Simp. Med. lib. VI. p. 161. et Plinius  
Valer. loc. cit.

<sup>r</sup> Et vesicæ et urinæ] Forte, et resi-  
ca et reni, cum Diosc. loc. cit. Σπληνί-  
τε, καὶ νέφροις, καὶ κύστει ἐπιτήδειον.  
Verum et per se urinas ciere, οὐρητι-  
κὸν εἶναι, idem prodit.

<sup>s</sup> Semen dysentericis] Plinius Valer.  
IV. 33. ad verbum.

<sup>t</sup> Sed urinam] Plinius Valer. loc.  
cit. totidem verbis.

<sup>u</sup> Alterum genus buniada] Diosc. II.  
126. Hæc Græcorum βούνια Latini-

pellant, et raphano et rapo simile : seminis præclari contra venena : ob id et in antidotis<sup>v</sup> utuntur illo.

xii. Raphanum et sylvestrem esse diximus.<sup>w</sup> Laudatissimus in Arcadia: quanquam et alibi<sup>1</sup> nascitur, utilior urinæ duntaxat ciendæ. Cetero aestivi usus<sup>x</sup> in Italia,<sup>2</sup> et armoraciam vocant.

xiii. Et sativi vero, præter ea quæ circa eos<sup>a</sup> dicta sunt, stomachum purgant, pituitam extenuant, urinam concitant, bilem detrahunt. Præterea cortices in vino decocti,<sup>1</sup> mane poti ad ternos cyathos, comminuant et ejiciunt calculos. Idem in posca decocti contra serpentium morsus illinuntur. Ad tussim<sup>b</sup> etiam mane jejunis raphanus prodest cum melle: semen<sup>2</sup> eorum tostum, ipsumque commanducatum, ad lagoneponon:<sup>c</sup> aquam foliis ejus decoctis bibere, vel

---

CAP. XII. 1 Cod. Dalec. *diximus, laudatissimum in Arcadia.* Qui alibi.—  
2 'Male codd. Regg. Lang. et Editio princeps, *aestivosus in Italia.* Cl. Harduin, *aestivo usus in Italia,*' Brotier. *Cetero bilem detrahunt. Præterea cortices in vino.* Præter ea quæ circa eos dicta sunt, stomachum purgant, pituitam extenuant, urinam concitant. Est et sativi usus in Italia, et armoraciam vocant. Et sativi vero decocti Gronov. et al. vett. ante Harduin. *Detrahit cortex in vino.* Præterea Vet. Dalec. 'Legendum prorsus, *sylvestris usus, In Italia.*' Dalec.

CAP. XIII. 1 Ita Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. Vide ad cap. præced. item Not. et Emend. n. 6.—2 Cod. Dalec. prodest. Cum melle

#### NOTÆ

norum *napus* est, eademque quæ γογγύλις. Galenus de Alim. Facult. II. 62. p. 367. Εἴτε γογγυλίδα καλεῖν, εἴτε βουνιάδα τὸ φυτὸν τοῦτο λαχανῶδες. De napis egimus XVIII. 35. et XIX. 25. Transcripsit et hunc locum Plinius Valer. IV. 33.

<sup>v</sup> *Ob id et in antidotis]* Plinius Valer. loc. cit. Andromachus junior, Andromachi senioris F. ejus qui Neronis ἀρχίστροφος extitit, apud Galen. de Antid. I. 7. p. 877. βουνιάδος σπέρματος, e semine buniadis; certum adhibet modum theriacæ e viperis cinnanda.

<sup>w</sup> *Raphanum ... diximus]* Lib. XIX. e. 26.

<sup>x</sup> *Cetero aestivi [aestivo] usus]* Aestivo nempe raphano. Vide Notas et Emend. num. 6. De armoracia diximus XIX. 26.

<sup>a</sup> *Præter ea quæ circa eos]* Præter ea remedia, quæ circa raphanos jam dicta sunt.

<sup>b</sup> *Ad tussim]* Sic Florentinus in Geopon. XII. 22. p. 346. Nec multum discrepat Diosc. II. 137. Ἐφθη δὲ ποιεῖ λαμβανομένη βήσσουσι χρονίως, καὶ τοῖς πάχος γεννώσιν ἐν θώρακι. Elixia vero si sumatur, valet ad eos qui diuturna tussi infestantur, quique crassiores succos in pectore cumulant.

<sup>c</sup> *Ad lagonoponon]* Δαγόνων πόνον, iliorum dolorem.

succum ipsius cyathis binis contra phthiriases: phlegmoni: ipsos illinere tusos, livori vero<sup>a</sup> recenti corticem cum melle: veternosis<sup>b</sup> autem quam acerrimos mandere: semenque tostum,<sup>c</sup> dein contritum cum melle, suspiriosis. Idem et contra<sup>d</sup> venena prosunt. Cerastis et scorpionibus<sup>e</sup> +<sup>f</sup> adversatur: vel ipso, vel semine<sup>i</sup> infectis manibus impune tractabis: impositoque<sup>j</sup> raphano scorpiones moriuntur. Salutares et contra fungorum authyoscyami venena æque, ut Nicander<sup>k</sup> tradit: et contra viscum quoque dari Apollodori duo<sup>l</sup> jubent: sed Citieus semen ex aqua tritum, Tarentinus<sup>5</sup> succum. Lienem item<sup>m</sup> extenuant: jocineri prosunt, et lumborum doloribus. Hydropicis<sup>n</sup> quoque ex aceto aut sinapi sumti,<sup>6</sup> et lethargicis. Praxagoras et iliosis dandos censem: Plistonicus et cœliacis.<sup>7</sup> Intestino-

semen.—3 Dalec. *phlegmonis*. ‘Bene Editio princeps, *phlegmoni*.’ Brotier.—4 Cætero et scorpionibus Gronov. et al. ante Harduin. Mox, cod. Dalec. adversantur ipso . . . tractabilibus: imposito raphano scorpionibus.—5 Cod. Dalec. jubent, Scilleus et Tarcentinus; al. Scilleus semen; Chiff. Cilleus. Gronov. Tarantinus.—6 Cod. Dalec. *exsumpti*; unde ille, *præsumpti*.—7 Vet. Da-

## NOTÆ

<sup>a</sup> *Livori vero]* Plinius Valer. III. 47. Marcellus Empir. c. 19. p. 132. ‘Radicis,’ inquit, ‘quæ manducatur, id est, raphani, cortex tritus diligenter, et cum melle permixtus, illitusque, sugillationes, atque livores, qui ex ictibus eveniunt, celeriter absterget.’

<sup>b</sup> *Veternosis]* Veternosus est, qui gravi somno premitur, inquit Festus.

<sup>c</sup> *Semenque tostum]* Plinius Valer. IV. 1.

<sup>d</sup> *Idem et contra]* Diosc. II. 137. et Florentinus loc. cit.

<sup>e</sup> *Cerastis et scorpionibus]* Vide Notas et Emen. num. 7.

<sup>f</sup> *Vel ipso, vel semine]* Ita etiam MSS. omnes. Sic et Florentinus in Geopon. XII. 22. p. 346. Εἰ δέ τις χυτῷ ῥαφανίδος ἐπιμελῶς τὰς χεῖρας ἀντοῦ χρίσει καὶ τρύψει, ἀφθβως καὶ ἀκιν-

δύνως ἐρπετᾶν ἐπιλήψεται. Habet eadem Diophanes XIII. 9. p. 367.

<sup>j</sup> *Impositoque]* Florentinus et Diophanes locis citatis.

<sup>k</sup> *Nicander]* Contra hyoscyamum prodesse scribit Nicander in Alexiph. p. 159. adversus fungos, p. 167. De fungis quoque Diosc. II. 137. Et Scribonius Largus Compos. 198. ‘Ad fungos venenatos. Adjuvantur autem radice ea quam nos edimus, acri, quamplurima, per se, vel cum sale manducata: ejusque semine, si ipsa non fuerit, poto ex vino.’

<sup>l</sup> *Apollodori duo]* De his in Auctorum Indice.

<sup>m</sup> *Lienem item]* Dioscor. loc. cit. semini raphani hanc vim adjudicat, quod ex aceto bibatur. Florentinus quoque loc. cit.

<sup>n</sup> *Hydropicis]* Diosc. et Florentinus locis citatis.

rum ulceræ sanant: ac purulenta<sup>8</sup> præcordiorum, si cum melle edantur. Quidam ad hæc coquere eos in luto illitos malunt:<sup>9</sup> sic et foeminas purgari. Ex aceto et melle<sup>p</sup> sumti, intestinorum animalia detrahunt. Item ad tertias<sup>q</sup> decocto eorum poto cum vino. Enterocelis<sup>r</sup> prosunt:<sup>12</sup> sanguinem quoque inutilem<sup>s</sup> sic extrahunt. Medius<sup>t</sup> ad hæc et sanguinem exscreantibus coctos dari jubet: et puerperis<sup>u</sup> ad lactis copiam augendam. Hippocrates<sup>v</sup> capitis mulierum defluvia<sup>w</sup> fricari raphanis: et super umbilicum<sup>w</sup> imponi contra tormenta vulvæ. Reducunt et cicatricem<sup>x</sup> ad colo-

---

læc. et colicis; Chiffl. et cœliacis.—8 Ita ex codd. Harduin et recentt. at purulenta Gronov. et al. vett.—9 'Ita bene codd. Regg. et Editio princeps. Perperam omissum in recentioribus editionibus, illitos.' Brotier. illitos deest in codd. Dalec. item in edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. 'Lego, eos luto oblitos malunt.' Dalec.—10 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. cum vino enterocelis prosunt Gronov. et al. vett.—11 Cod. Dalec. capillos mu'.

#### NOTÆ

<sup>o</sup> *Et cœliacis]* Cœliacus dicitur, qui morbo ventriculi cœliaco laborat: de quo Celsus iv. 12. 'In ipsis ventriculi porta consistit is, qui et longus esse consuevit, κοιλιαῖς a Græcis nominatur. Sub hoc, venter indurescit, dolorque ejus est. Alvis nihil reddit, ac ne spiritum quidem transmittit: extremæ partes frigescunt: difficulter spiritus redditur.' Aliter, et brevius, Scribonius Largus Compos. 95. 'Cœliacus, qui subito universa dejicit.' Marcellus Empiricus similiter, c. 27. p. 186. 'Ad cœliacos,' inquit, 'id est, qui subito et multa defundunt.'

<sup>p</sup> *Ex aceto et melle]* Vide Notas et Emend. num. 8.

<sup>q</sup> *Item ad tertias]* Marcellus Empir. c. 28. p. 200. et Plinius Valer. ii. 21. ad tineas ejiciendas.

<sup>r</sup> *Enterocelis]* Ἐντεροκήλη, ramex intestinorum, descensus intestini in alterum naturæ locum. Celsus VII. 18. de scroto loquens: 'Interdum vel ex morbo primum inflammatur, deinde postea pondere abrumptur, vel

ex iectu aliquo protinus rumpitur tunica, quæ diducere ab inferioribus partibus intestina debuit: tum pondere eo devolvitur aut omentum, aut etiam intestinum . . . ἐντεροκήλην, et ἐπιπλοοκήλην Græci vocant: apud nos indecorum, sed commune his herinæ nomen est.'

<sup>s</sup> *Sanguinem q. inutilem]* E pectore.

<sup>t</sup> *Medius]* De eo in auctorum indice. Suffragatur ei quoque Diosc. II. 137. Marcellus, c. 16. p. 120. et Florentinus in Geopon. XII. 22. pag. 346.

<sup>u</sup> *Et puerperis]* Plinius Valer. IV. 1.

<sup>v</sup> *Hippocrates]* De morbis mulierum II. 67. Ἡν δὲ βέωσιν αἱ τρίχες . . . καὶ ἡν μαδίσῃ, κύμινον ἔμπλαστε, ἡ ράφανον τριπτῆν, κ. τ. λ. 'Ράφανος Hippocrati ubique raphanus est: brassica, κράμβη. Alopecias raphani affricta sanari scribit et Florent. loc. cit.

<sup>w</sup> *Et super umbilicum]* De morbis mulierum II. 78.

<sup>x</sup> *Reducunt et cicatricem]* Sic Florentinus loc. cit. Et ad sugillata tol-

rem. Semen quoque<sup>y</sup> ex aqua impositum, sistit ulcera, quæ phagedænas<sup>z</sup> vocant. Democritus<sup>a</sup> Venerem hoc cibo stimulari putat: ob id fortassis voci<sup>b</sup> nocere aliqui tradiderunt. Folia quæ in oblongis duntaxat nascuntur, excitare oculorum aciem dicuntur. Ubi vero acrior raphani medicina admota sit, hyssopum dari protinus imperant. Hæc antipathia<sup>c</sup> est. Et aurium<sup>12</sup> gravitati<sup>d</sup> succum raphani instillant. Nam vomituri summo<sup>13</sup> cibo<sup>e</sup> esse eos, utilissimum est.

XIV. Pastinacæ simile hibiscum,<sup>f</sup> quod molochen agriam

*defluos.*—12 ‘Ita codd. Regg. et Editio princeps.’ Brotier. *At aurium* al. ante Brotier.—13 Margo edd. Dalec. et Gronov. *primo*, e Diosc. Supra, xix. 26. ‘dandos jejunis.’

#### NOTÆ

Ienda Galenus raphanum commendat, de Simp. Med. Fac. lib. viii. p. 224.

<sup>y</sup> *Semen quoque*] Iisdem verbis hac Marcellus Empir. c. 4. p. 42. et Plinius Valer. iii. 22. sed apud hunc *farredines corrupte legitur* in libris editis, pro *phagedænas*.

<sup>z</sup> *Phagedænas*] Φαγέδαινα, ulceris nomen ab exedendo. Est autem ulcus, quod hoc atque illuc serpendo, cutem ac subjectam illi carnem, sed extimam tantum, et in superficie constitutam, depascitur ac rodit. Celsus vi. 18. caput inscripsit, de phagedænae in cole nascentis curatione, aitque esse cancri genus. Vide Palladium in Hist. Lausiaca cap. 30. de Stephano abbate. Alia, præter istam, phagedæna est, stomachi affectus, de quo alibi dicturi sumus.

<sup>a</sup> *Democritus*] Et Plinius Valer. iv. 1.

<sup>b</sup> *Ob id fortassis voci*] Hoc ipsum auctoritate Florentini tradit auctor Gepon. xii. 22. Ex quo intelligis ea quæ libidinem incitant, vocem quoque lædere: uti e diverso, quæ Venerem inhibitent, vocem juvare. Nam Plinius xxvi. 61. auctor est, radicem Nymphææ inhibere Venerem,

et effluentiam genituræ, ob idque corpus ac vocem alere.

<sup>c</sup> *Hæc antipathia*] Raphanum humectare, hyssopum vero calidum natura esse, docet Hippocr. de diæta, ii. 25. et 26.

<sup>d</sup> *Et aurium gravitati*] Marcell. Empir. de Medic. c. 9. p. 75. ‘Raphani quoque,’ inquit, ‘id est, radicis quæ manducatur, succus infusus auriculæ dolenti, infinitum prodest.’

<sup>e</sup> *Nam vomituri summo cibo*] Hoc est, primo cibo, et a jejunis. Dioscor. ii. 137. ‘Αρμόζει δὲ καὶ τοῖς ἐμὲν μέλλουσι προσθιομένη. Atque ipse quidem Plinius xix. 26. de raphanis, ‘Medici suadent,’ inquit, ‘dandos cum sale jejunis esse, atque ita vomitionibus preparant meatum.’ Haut sit a Celso i. 3. ‘Qui vomere post cibum volet, si ex facili facit, aquam tantum tepidam ante debet assumere: si difficilis, aquæ, vel salis, vel melillis paulum adjicere. At qui mane vomiturnis est, ante bibere mulsum, vel hyssopum, aut esse radiculam debet.’ Quando præterea juvet ex raphano ciere vomitum, vide apud Galen. κατὰ τόπους, l. ii.

<sup>f</sup> *Pastinacæ . . . hibiscum*] Illud ip-

vocant, et aliqui pistolochiam, ulceribus cartilaginis<sup>1</sup> et ossibus fractis medetur. Folia ejus ex aqua pota alvum solvunt, serpentes abigunt. Apum, vesparum, crabronum ictibus illita<sup>2</sup> medentur. Radicem ejus ante Solis ortum erutam involvunt lana coloris, quem nativum vocant,<sup>3</sup> præterea ovis quæ fœminam peperit, strumisque vel suppurationis alligant. Quidam ad hunc usum auro<sup>3</sup> effodiendam censent: cavendumque ne terram attingat. Celsus<sup>4</sup> et podagrī quæ sine tumore sint, radicem ejus ex vino decoctam imponi jubet.

xv. (v.) Alterum genus est staphylinos,<sup>1</sup> quod pastinacam vocant.<sup>1</sup> Ejus semen<sup>j</sup> contritum et in vino potum, tumentem alvum, et suffocationes mulierum, doloresque lenit in tantum, ut vulvas corrigat: illitum quoque e passo ventri earum proposit:<sup>2</sup> viris vero prodest,<sup>3</sup> cum panis portione æqua tritum, ex vino potum contra ventris dolores. Pellit et urinam:<sup>k</sup> et phagedænas<sup>1</sup> ulcerum sistit recens

---

CAP. XIV. 1 Cod. Dalec. *überibus, cartilagini*.—2 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recent. *illata* Gronov.—3 Vet. Dalec. *aurora*.—4 Celsus deest in cod. Dalec.—5 Cod. Dalec. *humore*. Mox, Chiffl. *in vino*. Denique, cod. Dalec. *imponi jubent*.

CAP. XV. 1 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *pastinacam erraticum* vocant Gronov. et al. ante Harduin.—2 Cod. Dalec. *prodest*.—3 Chiffl. *prosit*. Mox, aut *ex vino* Da-

#### NOTÆ

sum, de quo egimus xix. 27. Id vero a nonnullis perperam appellari μολάχην sive μαλάχην ἀγρίαν, hoc est, *malvam agrestem*, et πιστολοχίαν, obiter admonet.

<sup>g</sup> *Quem nativum vocant*] Is pullus scilicet colos est. De nativis coloribus egimus viii. 73.

<sup>h</sup> *Celsus*] Lib. iv. 24. de artienlorum doloribus in manibus, pedibusque: ‘Ubi dolor,’ inquit, ‘vehemens urget, interest sine tumore is sit, an tumor cum calore . . . Nam si tumor nullus est, calidis fomentis opus est . . . ac deinde noctu cataplasma calefacentia imponere, maximeque hi-

bisci radicem ex vino coctam.<sup>2</sup>

<sup>i</sup> *Staphylinos*] Pastinacæ genus agreste intelligit, de quo xix. 27. Dioscoridi III. 59. est σταφυλῖνος ἄγριος.

<sup>j</sup> *Ejus semen*] Plinius Valer. iv. 32.

<sup>k</sup> *Pellit et urinam*] Ita Diocles Caryst. libro primo de tuenda valitud. apud Athen. lib. ix. pag. 371. Galenus lib. viii. Fac. Simp. Med. pag. 231.

<sup>l</sup> *Et phagedænas*] Galenus loc. cit. Plinius Valer. iv. 32. Diosc. loc. cit.

cum melle impositum, vel aridum farina inspersum. Radicem ejus<sup>m</sup> Dieuches<sup>4</sup> contra jocineris, ac lienis, ilium, lumborum, et renum vitia ex aqua mulsa dari jubet. Cleopphantus et dysentericis<sup>n</sup> veteribus. Philistion in lacte coquit,<sup>o</sup> et ad stranguriam<sup>p</sup> dat radicis uncias quatuor: ex aqua hydropicis,<sup>q</sup> similiter et opisthotonicis,<sup>r</sup> et pleuriticis, et comitialibus. Habentes eam<sup>s</sup> feriri a serpentibus negantur: aut qui ante<sup>t</sup> gustaverint, non laedi.<sup>6</sup> Percussis imponitur cum axungia. Folia contra cruditates manduntur. Orpheus amatorium inesse staphylinum dixit, fortassis quoniam Venerem stimulari<sup>u</sup> hoc cibo certum est: ideo conceptus<sup>v</sup> adjuvari<sup>7</sup> aliqui prodiderunt. Ad reliqua<sup>w</sup> et sativa pollet. Efficacior tamen sylvestris, magisque in petrosis nata. Semen sativæ<sup>x</sup> quoque contra scorpionum ictus,<sup>y</sup> ex vino aut posca, salutare est. Radice ejus<sup>z</sup> circumscalpti dentes dolore liberantur.

XVI. Syria in hortis operosissima est: indeque prover-

<sup>m</sup> loc.—4 Vet. Dalec. *vel aridi ejus farina inspersa. Radicem Dieuches;* Chiffl. *vel aridae farinæ inspersum.*—5 Vet. Dalec. *dysenteriis.*—6 Vet. Dalec. *ac qui an. gust. laedi.*—7 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. et recentt. *adjuvare* Gronov. et al. vett.—8 Cod. Dalec. *contra serpantium ictus.*

#### NOTÆ

<sup>m</sup> *Radicem ejus]* Plinius Valer. loc. cit.

<sup>n</sup> *Et dysentericis]* Sic etiam Plinius idem Valer. *Dysentericis vetustis.*

<sup>o</sup> *Philistion in lacte coquit]* Nempe ad dysenteriam, et præterea ad stranguriam: uti ex Plinio Valeriano intelligimus.

<sup>p</sup> *Ad stranguriam]* Στραγγούριαν Græci dixerunt, urinæ stillicidium, dum scilicet urina nonnisi per intervalla stillis fluit.

<sup>q</sup> *Ex aqua hydropicis]* Plinius Valer. loc. cit. et Dioscor. III. 59.

<sup>r</sup> *Opisthotonicis]* Ὁπισθοτονικὸς dicitur, cui cervix in posteriorem partem ita contractis nervis dirigit, ut flecti non possit. Plinius XXVIII. 52. *dolorē inflexibilem ὅπισθοτονον* defi-

nit. Vide et quæ dicturi sumus XXIII. 24.

<sup>s</sup> *Habentes eam]* Sic Plinius Valer. loc. cit.

<sup>t</sup> *Aut qui ante]* Dioscor. loc. cit. et Plinius Valer.

<sup>u</sup> *Venerem stimulari]* Diphilus Siphnius apud Athen. lib. IX. p. 371. qui et ideiro ait φίλτρον id a nonnullis appellari. Sic Plinius Valer. loc. cit.

<sup>v</sup> *Ideo conceptus]* Dioscor. loc. cit. Συνεργέη δὲ καὶ συλλήψει.

<sup>w</sup> *Ad reliqua]* Dioscor. loco citato.

<sup>x</sup> *Semen sativæ]* Plinius Valer. IV. 32.

<sup>y</sup> *Radice ejus]* Plinius Valer. loc. cit.

bium Græcis: 'Multa Syrorum<sup>a</sup> olera.' Simillimam staphylino herbam serit, quam alii gingidion<sup>b</sup> vocant, tenuius tantum et amarius, ejusdemque effectus. Estur coctum<sup>c</sup> crudumque<sup>d</sup> stomachi magna utilitate. Siccat enim ex alto<sup>e</sup> omnes ejus humores.

XVII. Siser erraticum<sup>f</sup> sativo simile est, et effectu: stomachum excitat,<sup>g</sup> fastidium absterget, ex aceto laserpitato<sup>h</sup> sumtum, aut ex pipere et mulso, vel ex garo. Uri-  
nam ciet,<sup>i</sup> ut Opion<sup>j</sup> credit,<sup>k</sup> et Venerem. In eadem sententia est et Diocles. Præterea cordi convenire convalescentium, aut post multas vomitiones perquam utile.<sup>l</sup> Heraclides contra argentum vivum dedit, et Veneri subinde

CAP. XVI. 1 Margo edd. Dalec. et Gronov. et conditum, e Diosc.—2 Margo edd. Dalec. et Gronov. exactos.

CAP. XVIII. 1 Ita Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. fastidium absterget. Ex aceto .... vel ex garo urinam ciet Gronov. et al. vett.—2 Opion Chiffi.—3 Vet. Dalec. et post multas v. esse perquam utile.—4 Vet. Dalec.

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *Multa Syrorum*] Πολλὰ Σύρων λάχανα: quo de proverbio, vide Cœl. Rhodig. xxv. 25. p. 1188. et Erasmus, Chiliad. i. Cent. 8. Adag. 56. Id ad Syrorum ignaviam Cælius refert.

<sup>b</sup> *Gingidion*] Galenus de Alim. Fac. II. 55. p. 364. tom. VI. Πλεῖστον ἐν Συρίᾳ τὸ γιγγίδιον φύεται. Similimum pastinacæ sylvestri pariter Dioscorides facit, II. 167. sed tenuius, amariusque. Græci scriptoris verba sic legenda esse ex Crateva suo prodit Anguillara, par. 7. p. 107. Φύεται πλεῖστον ἐν Κιλικίᾳ τε καὶ Συρίᾳ, βοτάνη σταφυλίνῳ μὲν ἑοικῦνα ἀγρίῳ, λεπτοτέρᾳ δὲ καὶ πυκνοτέρᾳ, καὶ πικρά πρὸς τὴν γεύσει. Vulgo *Visnagha* et *Busnaghā* vocant. A Matthiolo pingitur in Diosc. lib. II. p. 525. quale in horto Regio vidimus. Glossæ Philoxeni: *Cerepalium*, γιγγίδιον: ubi eruditii *Cerefulium* legi monent optere: idque adeo esse gingidion censem, quod Galli *Cerfeuil* vocant:

*Delph. et Var. Clas.*

*Plinius.*

falso imperiti Glossarum concinnatoris errore delusi: neque enim cerefulium γιγγίδιον est.

<sup>c</sup> *Estur coctum*] Iisdem verbis Diosc. loc. cit. Δαχανεύεται δὲ ὡμὸν καὶ ἔφθον, καὶ ταριχεύθεν ἐσθίεται· ἔστι δὲ εὐστόμαχον. Vide et Galen. de Simp. Medic. Fac. lib. VI. p. 166.

<sup>d</sup> *Siccat enim ex alto*] Ita libri omnes. Fuit cum ex alto mallem. Sed ex alto idem valet atque ex imo ac profundo stomachi recessu, sinuue.

<sup>e</sup> *Siser erraticum*] De sativo dictum est XIX. 28.

<sup>f</sup> *Stomachum excitat*] Diosc. II. 139. Stomacho prodest, urinam ciet, appetitiam invitat: εὐστόμαχος, οὐρητικὴ, δρέσεως προκλητικὴ. Vide Notas et Emend. num. 9.

<sup>g</sup> *Laserpitato*] Quod fuerit prius laserpitii succo dilutum.

<sup>h</sup> *Opion credit*] In MSS. *Opinion*. Nos *Ophelion*, ut in Indice dicemus, sincerius arbitramur.

offensanti,<sup>i</sup> ægrisque se recolligentibus. Hicesius ideo stomacho utile<sup>j</sup> videri dixit, quoniam nemo tres siseres edendo continuaret:<sup>k</sup> esse tamen utile<sup>l</sup> convalescentibus ad vinum transeuntibus. Sativi privatim succus cum lacte caprino potus sistit alvum.

XVIII. Et quoniam plerosque similitudo nominum Græcorum<sup>m</sup> confundit, conteximus et de sili:<sup>n</sup> sed hoc est vulgatae notitiæ.<sup>o</sup> Optimum Massiliense:<sup>p</sup> lato enim grano et fulvo est. Secundum Æthiopicum, nigrius. Creticum odoratissimum omnium. Radix jucundi<sup>q</sup> odoris est. Semen esse<sup>r</sup> et vultures dicuntur. Prodest homini ad tussim veterem,<sup>s</sup> rupta, convulsa,<sup>t</sup> in vino albo potum. Item opisthotonicis,<sup>u</sup> et jocinerum vitiis, et torminibus, et stran-

inutile.

CAP. XVIII. 1 *Græcorum* deest in cod. Dalec.—2 *Seseli* margo edd. Dalec. et Gronov. e Diosc.—3 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *vulgaris notitiæ* edd. vett. et Gronov.—4 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Semen*

#### NOTÆ

<sup>i</sup> *Et Veneri . . . offensanti]* Defici-  
enti.

<sup>j</sup> *Ideo stomacho utile]* Ita libri om-  
nes. Sunt qui velint *inutile* legi :  
frustra. Idecirco utile Hicesius sto-  
macho credidit, quod periculi nihil  
sit ne largius sumatur: neminem  
enim esse qui siseres tres edere con-  
tinuo possit. Modice porro sumtos,  
prodesse: nocere, si copiosius edan-  
tur.

<sup>k</sup> *Continuaret]* Sic Horat. lib. II. 6.  
<sup>l</sup> *Continuatque dapes.*

<sup>m</sup> *Et de sili]* Veteribus Græcis Σέλι  
sive Σίλι, idem fuit, quod recentiori-  
bus deinde σέσελι. Herodoto in Eu-  
terpe, σιλλικύπριον, quod Diosc. IV.  
161. σέσελι Κύπριον. Nec Græcis  
modo, sed et Latinis scriptoribus.  
Festus: ‘Silatum antiqui, pro eo  
quod nunc jentaculum dicimus, ap-  
pellabant: quia jejuni vinum sili con-  
ditum ante meridiem absorbebat.’

<sup>n</sup> *Massiliense]* Tria hæc genera in

horto Regio vidimus. Massiliense à  
Lobelio pingitur, in Observ. p. 457.  
Creticum sive Tordylion, ab codem,  
p. 425. Æthiopicum seseli frutex a  
Dodonæo, p. 310.

<sup>o</sup> *Radix jucundi]* In triplici nempe  
genere proxime laudato. Diosc.  
quoque III. 60. de Massiliensi, φίξα  
μακρὰ, εὐάδης.

<sup>p</sup> *Prodest . . . ad tussim veterem]*  
Diosc. loc. cit.

<sup>q</sup> *Rupta, convulsa]* Ρήγματα καὶ σπάσ-  
ματα Græci dicunt, ut Diosc. Εὐπορ.  
II. 34. p. 78. Ρήγμα nervorum, ten-  
donumque fractura est: (alii arteri-  
arum et venarum esse volunt:) Σπάσ-  
μα eorundem nervorum convulsio, re-  
tractio, et quædam quasi complica-  
tio.

<sup>r</sup> *Item opisthotonicis]* Orthopnoi-  
cis et stranguriæ mederi prodidit  
similiter Galenus de Fac. Simp. Me-  
die, lib. VIII. p. 227.

guria, duarum aut trium ligularum<sup>r</sup> mensura.<sup>s</sup> Sunt et folia<sup>t</sup> utilia, ut quæ partus adjuvent etiam quadrupedum. Hoc maxime<sup>u</sup> pasci dicuntur cervæ pariturae. Illinuntur et igni sacro.<sup>v</sup> Multumque in summo cibo<sup>w</sup> concoctionibus confert, vel folio, vel semine. Quadrupedum quoque alvum sistit, sive tritum potui infusum, sive mandendo commanducatum e sale.<sup>x</sup> Boum morbis tritum infunditur.<sup>y</sup>

XIX. Inula quoque<sup>a</sup> a jejunis commanducata, dentes confirmat, si ut eruta est, terram non attingat: condita tussim<sup>b</sup> emendat. Radicis vero decoctæ<sup>c</sup> succus tinea pellit:<sup>d</sup> siccatae autem in umbra farina tussi, et convulsis,

\*\*\*\*\*

*ejus esse* Gronov. et vulgg.—5 Codd. Dalec. et Chiff. *linguarum mensura*.—6 Ita eodd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Illiuntur et igni sacro* Gronov. et vulgg. *Illiuntur et igne sacro* Chiff.—7 Cod. Dalec. *edendo manducatum cum sale*.

#### NOTÆ

<sup>r</sup> *Trium ligularum*] In MSS. *trium linguarum*. Lingua, seu ligula, mensuræ genus est, quæ et cochlear dicitur: est autem pars quarta eyathi, de quo *xxi*. 109.

<sup>s</sup> *Sunt et folia*] Et semen quoque capris, ceterisque pecudibus, ad partum juvandum dari, seribit Dioscor. *iii. 60.* Δίδοται δὲ καὶ αἰξὶ καὶ τῷς λοιπῷς κτήνεσι πρὸς ἐντοκλαν πότνι.

<sup>t</sup> *Hoc maxime*] Vide quæ diximus *viii. 50.*

<sup>u</sup> *Multumque in summo cibo*] Primo cibo, ut supra c. 13. Semen quidem e vino potum, conferre concoctioni plurimum, auctor est Diosc. lœc. cit. Et vinum silatum idecirco ante meridiem bibere solitos veteres fuisse paulo ante ex Festo diximus.

<sup>v</sup> *Boum . . . infunditur*] Faucibus scilicet.

<sup>w</sup> *Inula quoque*] Ad verbum hæc Plinius Valer. *i. 36.* et Apuleius cap. *95.* tit. *2.*

<sup>x</sup> *Condita tussim*] Nempe condita

melle. Plinius Valer. *i. 58.* ‘Inulæ pulvere,’ inquit, ‘ligula plena melle mixto et cocto, unam mane, et alteram sero accipies: hoc tussi medetur, et arterias lenit.’

<sup>c</sup> *Radicis vero decoctæ*] In vino videlicet. Nam Marcellus Empir. cap. *28.* p. 200. ‘Radix inulæ,’ inquit, ‘in vino decoquitur: deinde succus ejus exprimitur, potuique datur ad tinea enecandas. Sed ea radix posteaquam eruta est, terram non debet attingere.’ Eadem habet pæne totidem verbis Plinius Valer. *ii. 21.* De foliis Apuleius c. *95.* tit. *3.* ‘Ad lumbriacos?’ ‘Herbae inulæ folia ex vino trita, mirifice, cum bibantur, necant lumbriacos.’

<sup>d</sup> *Tinea pellit*] Sive tænias. Tænias vocantur lati longissimique vermes, qui totius intestini longitudinem interdum adaequant. Veteres tænias et tinea indiscrete dixerunt. Sic Cato de Re Rust. c. *126.* ‘Si tinea et lumbrici molesti erunt.’ Scribo-

et inflationibus, et arteriis medetur. Venenatorum morsus abigit. Folia ex vino<sup>e</sup> lumborum dolori<sup>i</sup> illinuntur.

xx. Cepæ sylvestres non sunt. Sativæ olfactu ipso et delacrymatione<sup>f</sup> caligini medentur, magis vero succi inunctione.<sup>g</sup> Somnum<sup>i</sup> etiam<sup>h</sup> facere traduntur, et ulcera oris sanare, commanducatae cum pane. Et canis morsus,<sup>i</sup> virides ex aceto illitæ, aut siccæ cum melle<sup>j</sup> et vino, ita ut post diem tertium solvantur. Sic et attrita<sup>j</sup> sanant.<sup>j</sup> Coccum in cinere<sup>k</sup> et epiphoris multi imposuere cum farina hordeacea, et genitalium ulceribus. Succo<sup>k</sup> et cicatrices<sup>l</sup> oculorum, et albugines, et argema inunxere: et serpentium

\*\*\*\*\*

CAP. XIX. 1 Margo edd. Dalec. et Gronov. *ischiaudi*, e Diosc.

CAP. XX. 1 *Sotunum* Chiff.—2 'Margo edd. Dalec. et Gronov. *illita cum aceto, ruta, melle*, e Diosc.—3 Ita codd. Harduini, et Vet. Dalec. item Harduin. I. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *et trite sanant* Gronov. et al. vett.—4 *Tostum in cinerem* Vet. Dalec.—5 Margo edd. Dalec. et Gronov. *νεφέλια*,

#### NOTÆ

nius Largus Compos. 140. 'Ad tineas et lumbricos necando.' Apuleius item cap. 35. tit. 4. 'Ad lumbricos et tinea.' Plinius Valer. II. 21. 'Tinea quoddam vitium ventris est,' &c. Q. Serenus cap. 31. de lumbricis et tineis purgandis, p. 145. 'Quid non adversum miseris mortalibus addit Natura, interno cum viscere tinea serpens, Et lumbricus edax,' &c. Alias etiam Plinio nostro tinea XI. 41. eæ sunt fere, quas idem blattas appellat, xxix. 39. quas simul, ceu diversas, appellat Horat. II. Sat. 3. 'Stragula vestis, Blattarum ac tinearum epulæ.'

<sup>e</sup> *Folia ex vino*] Plinius Valer. II. 36. 'Lumbis dolentibus curandis: Inulae foliorum sive radicis pulveris denarii duo ex vini cyatho uno bibiti, emendant.'

<sup>f</sup> *Et delacrymatione*] Delacrymatio, inquit, aerimonia ceparum excita, oculorum caligini depellenda prodest.

<sup>g</sup> *Succi inunctione*] Sic Diosc. II. 181. et Galenus de Facult. Simp.

Med. lib. VII. p. 198. E Latinis Plinius Valer. I. 18. omnes Hippocratem secuti, cuius illud effatum est, de diaeta lib. II. κρόμον τῷ ὄψει ἀγαθόν.

<sup>h</sup> *Somnum etiam*] Plinius Valer. IV. 26.

<sup>i</sup> *Et canis morsus*] Diosc. et Plinius Valer. locis citatis.

<sup>j</sup> *Sic et attrita*] Attritus nempe calceamentorum. Vide Notas et Emend. num. 10.

<sup>k</sup> *Succo*] Diosc. loc. cit. Cicatrix porro νεφέλιον est, vitium scilicet oculorum, quod nubeculam vocant. Paulus Ægineta lib. III. albugines et cicatrices ita distinguit, ut has in superficie consistere dicat, et non solum οὐλὰς, sed et νεφέλια appellari; illas vero λευκόματα dictas, altius progressas cicatrices esse. Ἀργεῖα vero tum dicitur, quoties circa orbem iridis, propinquasque ei partes, sic exulceratio fit, ut extimæ iridis partes rubere, interiores vero albescere videantur. Ἀργημὸν vocat Hippocr. de Morb. Mul. I.

morsus, et omnia vulnera<sup>6</sup> cum melle. Item auricularum cum lacte mulierum: et in iisdem sonitum<sup>1</sup> ac gravitatem emendantes, cum adipe anserino, aut cum melle stillavere.<sup>7</sup> Et ex aqua<sup>m</sup> bibendum dedere repente obtumescentibus.<sup>8</sup> In dolore quoque<sup>n</sup> ad dentes colluendos instillavere, et plagis bestiarum omnium, privatum scorpionum. Alopecias<sup>o</sup> fricuere, et psoras, tuisis cepis. Coctas dysentericis<sup>p</sup> vescendas dedere, et contra lumborum dolores: purgamenta quoque earum cremata in cinerem illinentes ex aceto serpentium morsibus, sepisque multipedæ<sup>q</sup> ex aceto. Reliqua inter<sup>r</sup> medicos mira diversitas. Proximi<sup>s</sup> utiles esse<sup>10</sup> præcordiis et concoctioni, inflationemque et sitim facere dixerunt. Asclepiadis schola,<sup>11</sup> ad colorem quoque<sup>t</sup> validum<sup>12</sup> profici hoc cibo. Et si jejuni<sup>u</sup> quoti-

nubeculas.—6 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. et omnia hulcera Gronov. et vulgg.—7 Dalec. instillavere.—8 Gronov. obtumescentibus.—9 Ita codd. Harduini. Vet. Dalec. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. ipsasque multipedæ Gronov. et vulgg. ipsas quoque multipedæ cod. Dalec.—10 Ita ex codd. Harduinus et recentt. inutilles esse Vet. Dalec. inutilia esse Gronov. et al. vett.—11 Asclepiadis scholæ cod. Dalec.—12

## NOTÆ

<sup>1</sup> *Et in iisdem sonitum]* Diosc. II. 181. Marcellus Empir. lib. de Medic. c. 9. p. 80. ‘Cepæ succus cum melle permixtus, et auriculæ instillatus, graviter audientes emendat, dolorem sedat, purulenta expurgat, vermes enecat: aquam etiam, quæ ingressa fuerit, et omnem humorem educit.’ Plinius Valer. I. 11. ‘Cepæ succum cum melle, quod in carbonibus calefacies, et auriculæ infundis, mire sanat.’ Theodor. Priscianus I. 7. ‘de aurum causatione: Sed et ceparum succum, cum anserinis adipibus mixtum similiter injicito, et ovi alboreum cum lacte mulieris.’

<sup>m</sup> *Et ex aqua]* Plinius Valer. IV. 26.

<sup>n</sup> *In dolore quoque]* Plinius Valer. loc. cit.

<sup>o</sup> *Alopecias]* Plinius Valer. locis

citatis. Marcellus Empir. c. 6. p. 45. Schola Salernitana: ‘Contritis cepis loca denudata capillis Sæpe fricans, capitis poteris reparare decorem.’ E Græcis Dioscor. et Galenus, locis citatis.

<sup>p</sup> *Coctas dysentericis]* Plinius Valer. loc. cit.

<sup>q</sup> *Sepisque multipedæ]* Subintellige, morsibus. De sepe multipeda, sive millepeda, superius c. 6.

<sup>r</sup> *Reliqua inter]* Haec totidem verbis Plinius Valer. IV. 26.

<sup>s</sup> *Proximi]* Inter medicos novissimi, quos etiam Dioscorides secutus est, cap. cit. de cepis: ‘Dioscorides,’ inquit, ‘putat ex cibo earum sitim accendi, inflationes fieri, caput prægravari.’ Dioscoridis verba re-petenda, ex lib. II. c. 181.

<sup>t</sup> *Ad colorem quoque]* Plinius Valer.

die edant, firmitatem valetudinis custodiri: stomacho utiles esse, spiritus agitatione:<sup>13</sup> v ventrem mollire, hæmorrhoidas<sup>w</sup> pellere, subditas pro balanis:<sup>x</sup> succum cum succo fœniculi contra incipientes hydropises<sup>14</sup> mire proficere. Item contra anginas,<sup>y</sup> cum ruta et melle. Excitari eisdem<sup>15</sup> lethargicos. Varro, quæ sale et aceto pista est<sup>16</sup> arefactaque, vermiculis non infestari, auctor est.

XXI. (VI.) Porrum sectivum<sup>a</sup> profluvia sanguinis sistit in naribus contrito eo obturatis, vel gallæ mixto, aut mentæ: item ex abortu profluvia, poto succo cum lacte mulierum. Tussi etiam<sup>b</sup> veteri, ac pectoris et pulmonis vitiis medetur. Illitis foliis sanantur et ambusta, et epinyctides: ita vocatur ulcus, quæ et syce,<sup>c</sup> in angulo<sup>d</sup> oculi



Vet. Dalec. *viridum*; al. vet. *pallidum*.—13 Ita ex codd. Hardninus et recentt. *utiles esse ac cogitationi cod.* Dalec. *utile esse spiritus a cogitatione Chiffl. utilia esse s. agitatione* Gronov. et al. vett.—14 Cod. Dalec. *hydropes*; margo edd. Dalec. et Gronov. *hypochyses*, e Diosc.—15 Chiffl. *eadem*.—16 Codd. Regg. Brot. et Editio princeps, *pisa est*. Vet. Dalec. *sale pisto cum aceto madefacta est*.

CAP. XXI. 1 ‘Alii, *hulcus aciem hebetans et in angulo*. Certe in codd. hæc verba, *quæ et syce*, desunt.’ Dalec. Mox, pro *perpetuo*, cod. Dalec.

#### NOTÆ

loc. cit. Schola Salernitana, de ce-  
pis: ‘Non modicum sanas Asclepius  
asserit illas, Præsertim stomacho,  
pulchrumque creare colorem.’

<sup>u</sup> *Et si jejuni]* Plinius Valer. loco  
citato.

<sup>v</sup> *Spiritus agitatione]* Ea ratione  
quod spiritus agitet, inquit Plinius  
Valer. loc. cit.

<sup>w</sup> *Hæmorrhoidas]* Galenus de Fac.  
Simp. Med. lib. VII. p. 198.

<sup>x</sup> *Pro balanis]* Balani sunt glandes,  
et id quod glandis forma ad subducendam alvum in podicem manu in-  
ditur. Suppositorium vulgus offici-  
narum vocatur, *Donner un suppositoire  
à un malade*.

<sup>y</sup> *Item contra anginas]* Dioscor. II.  
181.

<sup>z</sup> *Excitari eisdem]* Cepis scilicet,  
si largius edantur. Vide Celsum III.

20. et Diosc. loc. cit.

<sup>a</sup> *Porrum sectivum]* Marcellus Em-  
pir. c. 10. p. 83. ‘De porro sectivo  
trito nares fluentes recte obturantur.’  
Et Plinius Valer. de Re Med. I. 26.  
‘Ad profluvium narium:’ ‘In hoc  
casu,’ inquit, ‘porro sectivo trito  
nares obturantur.’ De galla in hunc  
usum admisenda, meminit idem Mar-  
cellus. Addi mannae vel thuris micam  
jubet Diosc. II. 179.

<sup>b</sup> *Tussi etiam]* Plinius Valer. I. 63.  
cui titulus, ‘Ad sanguinem exscre-  
antes, et phthisicos affectus:’ ‘Por-  
ri sectivi sucum cum lacte mulieris,  
eyathos duos jejuno dabis tepefac-  
tum.’ Adde et Diosc. II. 179.

<sup>c</sup> *Ita vocatur . . . quæ et syce]* Alia  
ἐπινυκτίδος acceptio haec est, præter  
eam quam c. 6. attulimus. Est porro  
συκῆ, ulcus in capite, superciliis, men-

perpetuo humore manans. Quidam<sup>d</sup> eodem nomine appellant pusulas<sup>z</sup> liventes, ac noctibus inquietantes. Et alia ulceræ<sup>e</sup> cum melle trito: vel bestiarum morsus ex aceto: item serpentium.<sup>f</sup> Aurium<sup>g</sup> vero vitia<sup>z</sup> cum felle caprino, vel pari mensura mulsi: stridores cum lacte mulieris: capitis dolores, si in naribus fundatur: dormituriæ<sup>h</sup> in aurem duobus succi cochlearibus, uno mellis. Succus et ad serpentium<sup>i</sup> scorpionumque ictus<sup>j</sup> bibitur cum mero, et ad lumborum<sup>j</sup> dolores cum vini hemina potus. Sanguinem vero<sup>k</sup> exscreantibus et phthisicis, distillationibus longis, vel succus, vel ex ipso cibus prodest. Item morbo<sup>l</sup> regio, vel hydropicis. Et ad renum dolores,

\*\*\*\*\*

habet perpetim.—2 Sic ubique codd. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *pustulas* Gronov. et vulgg.—3 Aliorum Chiff.—4 Idem codex, *potus*—5 *Tos-*

#### NOTÆ

to, ac podice, eni a fici similitudine nomen est: tuberculum videlicet ulcerosum, rotundum, subdurum, rubicundum, cum dolore, in partibus præcipue quæ pilo vestiuntur: capite, palpebris, mento, &c. Σύκωσις Celso dicitur vi. 3. Et Scribon. Largus Compos. 38. ‘Excrecentem carnem, σύκωσιν quam vocant.’ Lusit in hoc morbi genus Martialis i. 66. ‘Cum dixi ficus, rides quasi barbara verba, Et dici ficos, Cæciliæ, jubes. Dicemus ficus, quas seimus in arbore nasci: Dicemus ficos, Cæciliæ, tuos.’ Et ‘ficos’ Plinii non semel de arborum fœtu dixit: at fœmineo, ut vocant, genere, non virili.

<sup>d</sup> *Quidam*] Quos inter Celsus a nobis laudatus c. 6.

<sup>e</sup> *Et alia ulceræ*] Theodorus Priscianus i. 17.

<sup>f</sup> *Item serpentium*] Theod. Priscianus i. 22. ‘de apum percussibus, vel scorpionum, ceterorumque serpentium?’ ‘Et porrum tritum impositum, statim curat.’

<sup>g</sup> *Aurium vero vitia*] Plinii Valer. i. 10. et iv. 20. de porro: ‘Aurium quoque dolores,’ inquit, ‘cum felle caprino, vel pari mensura usi (lege mulsi) compescuerunt.’ Plinii ipse noster xxviii. 48. taurinum fel ad aurium dolores et vitia commendat, cum porri succo. Diose. quoque his adjungendus, ii. 179. et Marcellus Empir. cap. 9. p. 80.

<sup>h</sup> *Dormituriæ*] Plinii Valer. iv. 20. et Marcellus Empir. c. 1. ‘Porri sectivi succum cochlearia dno, et unum mellis, permixta, ituro dormitum, vel in naribus, vel in aurienlam tepidum infunde, statim proderit.’

<sup>i</sup> *Succus et ad serp.*] Diose. ii. 179. Sotion in Gepon. xii. 29. p. 352. Theod. Priscianus loc. cit.

<sup>j</sup> *Et ad lumborum*] Marcellus Empir. c. 25. p. 172. et Plinii Valer. ii. 36. et iv. 20.

<sup>k</sup> *Sanguinem vero*] Marcellus Empir. c. 16. p. 120. et Plinii Valer. iv. 20.

<sup>l</sup> *Item morbo*] Plinii Valer. ii. 59.

cum ptisanæ succo acetabuli mensura. Idem modus cum melle, vulvas purgat. Estur vero<sup>5</sup> et contra fungorum venena: imponitur et vulneribus. Venerem stimulat,<sup>6</sup> sitim sedat: ebrietates discutit: sed oculorum aciem<sup>7</sup> habetare traditur: inflationem quoque facere, quæ tamen stomacho non noceat, ventremque molliat.<sup>6</sup> Voci<sup>7</sup> splendorem<sup>8</sup> affert.

**XXII.** Capitato major<sup>a</sup> est ad eadem effectus. Sanguinem<sup>b</sup> rejicientibus succus ejus cum gallæ<sup>c</sup> aut thuris farina, vel acacia, datur. Hippocrates<sup>c</sup> et sine alia mixtura dari jubet: vulvasque contractas aperire putat:<sup>d</sup> fœcunditatem etiam fœminarum hoc cibo augeri.<sup>d</sup> Contritum<sup>d</sup> ex melle ulcera purgat. Tussim<sup>e</sup> et distillationes thoracis, pulmonis et arteriæ vitia sanat, datum in sorbitione ptisanæ:<sup>f</sup> vel crudum, præter capita,<sup>g</sup> sine pane, ita

\*\*\*\*\*

*tus vero estur* Vet. Dalec.—6 Margo edd. Dalec. et Gronov. *mollire*. Diosc. εὐκολίαν.—7 *Vocis* Chiffl.

CAP. XXII. 1 Vet. Dalec. *galla*.—2 Chiffl. *contractis aperire se putat*.—3

#### NOTE

<sup>a</sup> *Venerem stimulat*] Diosc. loc. cit.

<sup>b</sup> *Sed oculorum aciem*] Diosc. loc. cit.

<sup>c</sup> *Voci splendorem*] Diosc. loc. cit. Καθαῖρει δὲ καὶ τὴν ἀρτηρίαν, purgat arteriam. Arist. Problem. II. 39. p. 741. Διὰ τὸ τὰ πράσα συμφέρει πρὸς εὐφωνίαν, ἐπεὶ καὶ τοῖς πέρδιξι; *Cur porrum voci confert? nam et perdici in ea re conferre scimus.* Sotion quoque in Geopon. loc. cit. Vide quæ de Nerone dicta, xix. 33.

<sup>a</sup> *Capitato major*] Hæc Plinius Valer. a Nostro plane ad verbum, iv. 20.

<sup>b</sup> *Sanguinem*] Plinius Valer. loc. cit.

<sup>c</sup> *Hippocrates*] De morbis mulier. lib. II. tex. 89. p. 612. ac de sterilibus, tex. 13. p. 630. Item Plinius Valer. loc. cit. In vulvæ præclusione ac duritie, πρὸς μύσιν καὶ σκληρίαν ὑστέρας, porri capitati comam in accepto coctam dari Diosc. jubet, II. 179.

<sup>d</sup> *Contritum*] Marcellus Empir. c. 4. p. 42. et Plinius Valer. III. 22. et IV. 20.

<sup>e</sup> *Tussim*] Ad verbum hæc Plinius Valer. iv. 20. Marcellus Empir. c. 16. p. 116. ‘Porri contusi succens expressus, cum oleo decoctus, et epotus, plurimum tussientibus prodest.’

<sup>f</sup> *Sorbitione ptisanæ*] Sive ptisanæ dicatur, de qua XVIII. 15. sive aliae, de qua libro eodem cap. 29. perinde est. Marcellus Empir. c. 15. p. 106. ‘Pulticulam ex alia facies, in quam capita porrorum contusa mittes, et simul decoques, et deinde colabis et sorbitione ea contra fauicum molestias, cum volueris, uteris.’ Et cap. 17. p. 124. ‘Utiles sunt inter initia, quamvis molesta, suspiriosis sorbitiones de porro capitato factæ, et ex urtica, atque nasturtii semine.’ Haucere omnes a Celso IV. 4. qui ad

ut alternis diebus sumatur: <sup>a</sup> vel si pura <sup>b</sup> exscreentur. Sic et voci, <sup>c</sup> vel Veneri, somnoque multum consert. Capita bis <sup>d</sup> aqua mutata cocta, alvum sistunt, et fluxiones <sup>e</sup> veteres. Cortex decoctus illitusque inficit canos.<sup>f</sup>

XXIII. Allio magna<sup>1</sup> vis, magnæ utilitates contra aquarum<sup>m</sup> et locorum mutationes. Serpentes abigit,<sup>n</sup> et scorpiones odore: atque, ut aliqui<sup>o</sup> tradidere, et bestiarum omnium ictibus medetur, potu, vel cibo, vel illitu: privatim contra hæmorrhoidas<sup>p</sup> prodest, cum vino redditum vomitu. Ac ne contra<sup>q</sup> arancorum murium venenatum morsum valere miremur, aconitum, quod alio nomine pardianches vocatur, debellat: item hyoscyamum: canum

Idem codex, augere.—4 Vet. Dalec. ita ut tria capita sine pane alternis diebus sunantur.—5 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recent. purulenta Gronov. et vulgg.—6 Vet. Dalec. et inflationes.

#### NOTÆ

tussim ‘sorbitiones’ commendat, ‘in quibus porrum incoctum tabuerit: cibumque mollem, ut malvam, et urticam.’

<sup>g</sup> *Præter capita*] Demtis capitibus, folia uti cruda edantur. Sic in morbo haud multam absimili, Plinius Valer. I. 28. ‘Ad stillationem narium ex humore:’ ‘Porri capitati folia cruda sine pane eduntur.’ Item de sectivo Marcellus, c. 14. p. 102. ‘Uvae distillationi .... prosunt porri sectivi folia non cocta, sine pane, assidue manducata.’

<sup>h</sup> *Vel si pura*] Etiam si e thorace pus exscreetur. Diosc. II. 179. <sup>i</sup> Αὐδγει τὰ ἐκ θάρακος.

<sup>j</sup> *Sic et voci*] Hæc totidem verbis Plinius Valer. IV. 20.

<sup>k</sup> *Capita bis*] Plinius Valer. loc. cit.

<sup>l</sup> *Inficit canos*] Canitiem pellit, capillosque denigrat.

<sup>m</sup> *Allio magna*] Ad verbum hæc Plinius Valer. IV. 17.

<sup>n</sup> *Contra aquarum*] Plinius Valer.

loc. cit. ‘Peregrinantibus esui datum, minime patitur eos aquarum ac locorum mutatione perturbari.’

<sup>o</sup> *Serpentes abigit*] Plinius Valer. loc. cit. et Simeon Sethi de Alim. tit. de Allio: Φεύγουσι δὲ τοῦτο καὶ οἱ ὄφεις, ὥσπερ καὶ τὰ πήγανα, κ. τ. λ.

<sup>p</sup> *Atque, ut aliqui*] Plinius Valer. loc. cit. et auctor Geopon. XII. 30. p. 353.

<sup>q</sup> *Privatim contra hæmorrhoidas*] Αἰμοφόρος non morbi hoc loco, sed serpentis quoddam genus est, ex eo dictum, quod morsu sanguinem eliciat, et dissolutis venarum commerciis, quicquid animæ est, evocet per crurem, ut refert Solinus, c. 27. p. 51. De eo Lucanus IX. 708. ‘At non stare suum miseris passura crnorem, Squamiferos ingens hæmorrhois explicat orbes.’ Vide Saraceni notas in Diosc. II. 182. De serpente porro hic agi, non de morbo venarum ani, qui hæmorrhois quoque appellatur, vel ex orationis serie ipsa constat.

<sup>r</sup> *Ac ne contra*] Diosc. II. 182.

morsus,<sup>r</sup> in quæ vulnera<sup>s</sup> cum melle imponitur. Ad serpentium<sup>t</sup> quidem ictus potum cum restibus suis<sup>u</sup> efficacissime ex oleo illinitur, attritisque corporum partibus, vel si in vesicas<sup>u</sup> intumuerint.<sup>z</sup> Quin et suffitu eo<sup>v</sup> secundas partus<sup>3</sup> evocari existimavit Hippocrates: cinere eorum<sup>w</sup> cum oleo, capitis ulcera manantia sanitati restituens. Suspiriosis<sup>x</sup> coctum, aliqui crudum id dedere.<sup>y</sup> Diocles<sup>z</sup> hydropticis cum centaurio, aut in fico duplici<sup>z</sup> ad evacuandam alvum: quod efficacius præstat viride cum coriandro in mero potum. Suspiriosis<sup>a</sup> aliqui et tritum in lacte dederunt. Praxagoras<sup>b</sup> et contra morbum regium vino miscuit: et contra ileum in oleo et pulte: sic illinens strumis

---

CAP. XXIII. 1 Cod. Dalec. *inque vulnera*.—2 Cod. Dalec. *rel si resica intumuerit*.—3 ‘Vet. secundas et partus; al. secundas a partu. Lego secundos partus, ut infra cap. 44.’ Dalec.—4 ‘Ita codd. Regg. 1. 2. et Editio princeps. In recentioribus editionibus, crudum id tritum dedere.’ Brotier. Gronov. et al. ante Harduin. etiam, crudum id dedere. Cod. Dalec. cum edd. Harduin.

#### NOTÆ

<sup>r</sup> *Canum morsus*] Diosc. loc. cit. et Plinius Valer. III. 51. et IV. 17.

<sup>s</sup> *Ad serpentium*] Hæc ad verbum Plinius Valer. IV. 17.

<sup>t</sup> *Cum restibus suis*] Cum foliis.

<sup>u</sup> *Vel si in vesicas*] Etiam si partes eæ attritæ, in vesicæ morem intumescent. Plinius Valer. loc. cit. ‘Quæque in vesica (lego, in vesicas) tuncidunt, lenit impositum.’

<sup>v</sup> *Quin et suffitu eo*] Et esu quoque allii secundas evocari auctor est idem Hippocrates de Morbis Mul. I. 74. Suffitu vero Plinius Valer. loc. cit. ex eodem Hippocrate: et Diosc. II. 182. Secundas porro, ὑστέραν, Latini pariter ac Græci membranam eam vocant, qua partus obvolvutus ute-  
ro prodit, quæ et secundina dicitur. Vulgo ab Anatomicis, *L'arrière-faix*.

<sup>w</sup> *Cinere eorum*] Plinius Valer. IV. 17. et Marcellus Empir. c. 4. p. 40. ‘Allium cum sua veste comburitur, cinisque ejus ex oleo capiti ulceroso imponitur.’

<sup>x</sup> *Suspiriosis*] Vide Notas et E-  
mend. num. 11.

<sup>y</sup> *Diocles*] Ad verbum hæc Plinins Valer. loc. cit.

<sup>z</sup> *Aut in fico duplici*] Plinius Valer. lib. III. cap. de hydropsi: ‘Allium viride,’ inquit, ‘cum fico duplici malum evocat.’ Et lib. II. de allio: ‘Vi-  
ride cum coriandro et siccum datum, al-  
vum mollire perhibetur.’ Ficus du-  
plex ea est, quæ reliquis major, am-  
pliorisque formæ, quæ et marisca ap-  
pellata est, xv. 19. Vegetius Artis Veterin. lib. I. ‘Addisne novem du-  
plices fici?’ Idem alio loco: ‘Ficus du-  
plices viginti, rutæ fasciculum.’ Horat. II. Sat. 2. 122. ‘At nux orna-  
bat mensas, cum duplice fici.’

<sup>a</sup> *Suspiriosis*] Plinius Valer. IV. 17.

<sup>b</sup> *Praxagoras*] Plinius Valer. hæc iisdem verbis loc. cit. et II. 59. Q. Serenus c. 59. de regio morbo pellen-  
do, p. 161. ‘Allia trita dabis vino ma-  
defacta calenti.’

quoque. Antiqui et insanientibus dabant crudum. Diocles<sup>c</sup> phreneticis elixum. Contra anginas tritum imponi, et gar-garizare<sup>d</sup> prodest. Dentium dolorem tribus capitibus in aceto tritis imminuit,<sup>e</sup> vel si decocti aqua<sup>f</sup> colleantur, addaturque ipsum in cava dentium. Auribus etiam<sup>g</sup> in-stillatur succus cum adipe anserino: phthiriases<sup>h</sup> et por-rigines<sup>i</sup> potum, tusum item cum aceto et nitro compes-cit: distillationes cum lacte, vel tritum, permixtumve<sup>j</sup> caseo molli: quo genere et raucitatem extenuat: vel phthi-sin, in fabæ sorbitione. In totum autem<sup>k</sup> coctum utilius est<sup>l</sup> crudo, elixumque tosto: sic et voci consert. Tineas<sup>m</sup> et reliqua animalia interaneorum pellit, in aceto mulso coctum. Tenesmo<sup>n</sup> in pulte medetur. Temporum<sup>k</sup> doloribus illitum elixum: et pusulis coctum cum melle, dein-de tritum. Tussi cum adipe<sup>o</sup> vetusto decoctum, vel cum



1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. crudum id tritum dedere.—5 Chiff. gargaris-sare.—6 Chiff. minuit.—7 Ita codd. Harduini, Chiff. et Vet. Dalec. item edd. Harduin. 1. 2. 3. et recent. et prurigines edd. vett. et Gronov. πτερυγα, furfures, margo edd. Dalec. et Gronov. e Diose.—8 Vet. Dalec. permistum-que.—9 Verbum est deest in cod. Dalec.—10 Tænias alii ap. Dalec.—11 Ita

## NOTÆ

<sup>c</sup> *Diocles]* Et Plinius Valer. III. 9.

<sup>d</sup> *Dentium . . . vel si decocti aqua]*

Plinius Valer. I. 36. et Diose. II. 182.

<sup>e</sup> *Auribus etiam]* Plinius Valer. IV. 17. Rursum hoc medicamentum pro-ponitur ad aurium vitia, XXIX. 39.

<sup>f</sup> *Phthiriases]* Q. Serenus c. 6. de phthiriiasi arcenda, pag. 128. ‘Sæpius ergo decet mordax haurire sinapi: Vel nitro ac sale permixtis, acidove liquore Laxatis, ut sint simul allia, tangere corpus.’

<sup>g</sup> *Et porrigines]* Porrigo, Græce πτερυγιας, est ubi inter pilos quædam quasi squamulæ surgunt, eæque acutæ resolvinuntur, in modum furfuris, et interdum madent, multo sæpius siccæ sunt. Fere in capillo sit, rarius in barba, aliquando in supercilio. Cel-

sus VI. 2. Describitur satis eleganter a Q. Sereno, cuius carmen recitabi-mus cap. 84. Vide Notas et Emend. num. 12.

<sup>h</sup> *In totum autem]* Plinius Valer. IV. 17.

<sup>i</sup> *Tineas]* Marcellus Empir. c. 28. p. 200. Plin. Valer. II. 21. et IV. 17. Scribonius Largus Compos. 140. ‘Ad tinea necandas, ejiciendas, per tri-duum allium plurimum edat,’ &c.

<sup>j</sup> *Tenesmo]* Plinius Valer. IV. 17.

<sup>k</sup> *Temporum]* Plinius Valer. loc. cit.

<sup>l</sup> *Tussi cum adipe]* Crudum coctum-ve allium in cibo sumtum, tussim le-nire ait Diose. II. 182. Q. Serenus c. 18. pag. 136. ‘Interdum fauces tussi quatintur acerba: Allia tum sumes decocta, et melle peruneta.’ Celsus

lacte: aut si sanguis etiam exscreetur, vel pura,<sup>11</sup> sub pruna coctum, et cum mellis pari modo sumitum: convulsis, ruptis, cum sale et oleo. Nam cum adipe tumores suspectos<sup>12</sup> sanat. Extrahit fistulis<sup>n</sup> vitia cum sulfure et resina, etiam arundines<sup>o</sup> cum pice. Lepras,<sup>p</sup> lichenas, lentigines exulcerat, sanatque cum origano: vel cinis ejus<sup>q</sup> ex oleo et garo illitus. Sic et sacros<sup>r</sup> ignes. Sugillata<sup>s</sup> aut liventia ad colorem reducit, combustum ex melle. Credunt<sup>t</sup> et comitialem morbum sanari,<sup>13</sup> si quis eo in cibo utatur ac potionem. Quartanas quoque<sup>u</sup> excutere potum caput unum cum laserpitii obolo in vino austero. Tussim et alio modo,<sup>v</sup> ac pectorum suppurationes quantaslibet sanat, fractae incoctum fabæ,<sup>w</sup> atque ita in cibo<sup>14</sup> sumtum, donec sanitatem restituat. Facit et somnos, atque in totum rubicundiora corpora. Venerem quoque stimulat cum coriandro viridi tritum, potumque e mero. Vitia ejus<sup>x</sup>

codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *purulenta* Gronov. et vulgg.—12 ‘Alii, ne in abscessum, vel gangrenam transeant. Alii, cancerosos. Alii, pestilentes, aut venenosos.’ Dalec.—13 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *sanare* Gronov. et al.

## NOTÆ

iv. 4. ubi de tussientibus: ‘Utilis est,’ inquit, ‘cibus interdum mollis, ut malva, ut urtica: interdum acer, ut lac cum allio coctum.’

<sup>m</sup> *Tumores suspectos*] Quos esse pestilentes jure suspicieris.

<sup>n</sup> *Extrahit fistulis*] Ad verbum haec Plinius Valer. III. 22. Et Marcell. Empir. c. 4. p. 42. ‘Allium contritum cum sulfure et resina, ulcerum et fistularum quælibet vitia extrahit.’

<sup>o</sup> *Etiam arundines*] Arundinum infixas corpori assulas. Vide Notas et Emend. num. 13.

<sup>p</sup> *Lepras*] Diosc. II. 182.

<sup>q</sup> *Vel cinis ejus*] Plinius Valer. III. 34.

<sup>r</sup> *Sic et sacros*] Plinius Valer. loc. cit.

<sup>s</sup> *Sugillata*] Diosc. loc. cit. et Pli-

nus Valer. III. 47. iisdem verbis. Sugillata, Græcis τὰ ὑπόπτια, partes sunt circa oculos percussionibus contusæ et lividæ: sed et de omni contusione corporis, et livore, in qualibet parte, ea vox tum Latina tum Græca effertur. Glossarium: *Sugillare*, πλήσσειν, ὑπωπιδέσειν.

<sup>t</sup> *Credunt*] Plinius Valer. II. 58.

<sup>u</sup> *Quartanas quoque*] Plinius Valer. ad verbum, III. 6.

<sup>v</sup> *Tussim et alio modo*] Præter allatum proxime his verbis: ‘Tussi cum adipe vetusto decoctum, vel cum lacte.’ Hic Gelenius cespitavit.

<sup>w</sup> *Fractæ incoctum fabæ*] Plinius Valer. IV. 17. ubi haec transcripsit, ‘in faba coctum’ dixit.

<sup>x</sup> *Vitia ejus*] Hæc pariter Diosc. II. 182. Oculos hebetare prodidit

sunt, quod oculos hebetat, inflationes facit, stomachum laedit copiosius sumtum, sitim gignit. Cetero contra<sup>y</sup> pituitam, et gallinis et gallinaceis prodest mixtum farre in cibo. Jumenta urinam reddere, atque non torqueri tradunt, si trito<sup>15</sup> natura tangatur.<sup>z</sup>

**XXIV.** Lactucæ sponte nascentis<sup>a</sup> primum est genus ejus, quam caprinam<sup>b</sup> vocant, qua pisces in mare dejecta protinus necantur, qui sunt in proximo. Hujus lac<sup>c</sup> spissatum, mox in aceto pondere obolorum duum, adjecto aquæ uno cyatho, hydropicis datur. Caule et foliis<sup>d</sup> contusis, asperso sale, nervi incisi<sup>d</sup> sanantur. Eadem trita<sup>e</sup> ex aceto, colluta matutinis bis mense, dentium dolorem prohibent.

**XXV. (vii.)** Alterum est genus quod Græci cæsapon<sup>f</sup> vocant. Hujus folia trita et cum polenta illita vulneribus

vett.—14 Chiffi. *fuetæ i. f. a. i. in cibos.*—15 Cod. Dalec. *si eo trito.*

CAP. XXIV. 1 *Caule vero et foliis* Vet. Dalec.

CAP. XXV. 1 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. et recentt. *sesapon* Vet. Dalec. *esopon* Gronov. et vulgg. ‘Certe cæsapon non est sisarum, le Chervi, ut voluit eruditus Salmasius. Videtur esse aliqua lactucæ sylvestris species, quam determinare non ita prouum est. In MSS. Reg. 1.

#### NOTÆ

etiam Hippocr. lib. ii. de diæta, tex. 24. p. 224.

<sup>y</sup> *Cetero contra]* Vide quæ diximus x. 78.

<sup>z</sup> *Natura tangatur]* Natura pro genitalibus frequenter usurpat, verecundiæ causa. Alii Latine, ‘radium,’ ‘coleum,’ ‘virilitatem.’ Vide inferius xxii. 15.

<sup>a</sup> *Lactucæ sponte nascentis]* Hoc est, sylvestris, quæ a sativa distat.

<sup>b</sup> *Quam caprinam]* Hanc eo nomine jam superius indicavit xix. 39. Marinam vocat Celsus ii. 12. ‘Lactucæ marinæ lac,’ inquit, ‘cujus gutta pani adiecta abunde purgat.’ Et iii. 21. de aqua inter cunctem: ‘Prodest etiam lactucæ marinæ, quæ grandis juxta nascitur, semen cum aqua potui datum.’ Eadem τιθύμαλος est, uti diceatur xxvi. 39. Et testis quoque Cel-

sus v. 7. ‘Lactuca marina,’ inquit, ‘quæ a Græcis τιθύμαλος nominatur.’ Igitur istud est tithymali genus, quod paralimum vocant, purgationibus aptum, de quo xxvi. 41. Plinius ipse ejusdem lib. xxvi. 39. ‘Tithymalum nostri hérbam lactariam vocant, alii lactucæ caprinam,’ &c.

<sup>c</sup> *Hujus lac]* Diosc. ii. 166. hanc vim eandem lactucæ sylvestris laeti ascribit, eundemque fere dandi modum imperat: lactucæ marinæ semi ni, Celsus iii. 21.

<sup>d</sup> *Nervi incisi]* Ad hos usus adhibitum a se tithymali succum Galenus ipse prodidit κατὰ γένη, iii. 2. p. 716.

<sup>e</sup> *Eadem trita]* Idem fere de tithymalo Diosc. iv. 165.

<sup>f</sup> *Græci cæsapon]* Sic libri omnes etiam MSS. tum hoc loco, tum in hujus loci Indice. Dalecampius *esopon*

medentur. Hæc in arvis nascitæ.<sup>2</sup> Tertium genus<sup>3</sup> est in sylvis nascens, isatin vocant. *Hujus folia*<sup>4</sup> trita cum polenta vulneribus prosunt. Quarto<sup>5</sup> infectores lanarum utuntur: simile erat *lapatho sylvestri* foliis, nisi plura haberet,<sup>6</sup> et nigriora. *Sanguinem sistit.*<sup>7</sup> Phagedænas et putrescentia ulcera, quæ serpunt,<sup>8</sup> sanat: item tumores ante suppurationem. Contra ignem sacrum radice vel foliis prodest: vel ad lienes<sup>9</sup> pota.<sup>5</sup> Hæc propria singulis.

XXVI. Communia autem sponte nascentibus,<sup>1</sup> candor, caulis interdum cubitali longitudine, et ipsi<sup>1m</sup> et foliis seabritia. Ex his rotunda folia et brevia habentem sunt

cuntur cod. Dalec.—3 Ita codd. Harduini et Chiffl. item Harduin. 1. 2. 3. et recentt. Quarto infectores lanarum utuntur, quod glustum vocant: simile erat *lapatho sylvestri* foliis, nisi quod plura habeat Gronov. et al. vett. Pro plura, margo edd. Dalec. et Gronov. pinguiora, e Diosc.—4 Vet. Dalec. et quæ serpunt.—5 Vet. Dalec. potu.

CAP. XXVI. 1 Male recentiores editiones, et ipso. Ms. Reg. 2. et ipsæ. Emendandum certe fuit, et ipsi; nempe et ipsi cauli et foliis est seabritia.<sup>2</sup> Brotier. et ipso Dalec. Elz. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. et in ipso Vet. Dalec. et thyrsø cod. Dalec.—2 Chiffl. qui heracliam.—3 Cod. Dalec.

## NOTÆ

legit: sed in ea voce nugari cum recte Salmasius admonuit, in Solin. pag. 258.

<sup>3</sup> *Tertiun genus*] Lactucæ videlicet: quo nomine nunc comprehenduntur genera herbarum omnia, quæ lacteum succum fundunt. Hanc porro isatin, quam in sylvis nasci Plinius admonet, *sylvestrem* intelligi ab eo perspicuum est, atque adeo diversam ab ea qua infectores uti consuevere: hæc enim sativa est, uti mox ex Oribasio docebimus: quod Salmasium fugit, loc. cit.

<sup>4</sup> *Hujus folia*] Sic Diosc. II. 216. nec paulo etiam expressius Galenus de Simp. Medic. Fac. lib. VI. p. 179.

<sup>5</sup> *Quarto*] Isati nimirum sativa. Oribasius lib. XI. fol. 199. post Diosc. II. 215. et Galenum de Fac. Simp. Medic. lib. VI. p. 179. <sup>6</sup> Isatis sativa herba est, qua tingendis lanis infecto-

res utuntur: folia plantaginis habet, pinguiora tamen et nigriora. *Sylvestris* vero isatis est sativæ similis: folia tantum habet majora ad lactucæ foliorum similitudinem, &c. De isati plura dicemus XXII. 2. *Sylvestris* iconem exhibit Dodonæus p. 79. Sativæ idem, et Lobelius in Observ. p. 189.

<sup>7</sup> *Sanguinem sistit*] Hæc totidem verbis Diosc. II. 215. de sativa isati: et Galenus loc. cit. Uterque post Hippocr. de Ulceribus, tex. 7. pag. 669.

<sup>8</sup> *Vel ad lienes*] Et isati quoque *sylvestri* hanc vim attribuit Diosc. loc. cit.

<sup>1</sup> *Communia autem sponte nascentibus*] Hoc est, *sylvestribus*, superius explicatis. De sativis inferius.

<sup>1m</sup> *Et ipsi [ipso]*] Et in ipso caule, et in foliis quædam seabrities inest.

qui hieraciam<sup>2</sup> vocent, quoniam accipitres scalpendo eam, succoque oculos tinguendo,<sup>3</sup> obscuritatem, cum sensere, discentiant. Succus omnibus candidus, viribus quoque papaveri<sup>4</sup> similis: carpitur per messes inciso caule: conditur in fustili novo, ad multa praeclarus. Sanat omnia<sup>5</sup> oculorum vitia cum lacte mulierum: argema, nubeculas,<sup>6</sup> cicatrices, adustionesque omnes:<sup>7</sup> præcipue calinges. Imponitur etiam oculis in lana contra epiphoras.<sup>8</sup> Idem succus<sup>1</sup> alvum purgat, in posca potus ad duos obolos. Serpentium<sup>6</sup> iectibus medetur in vino potus. Et folia, thyrsique triti,<sup>7</sup> ex aceto bibuntur. Vulneri illinuntur maxime contra scorionum ictus. Verum contra phalangia commixto vino ex aceto.<sup>8</sup> Aliis quoque venenis resistunt, exceptis quæ

*cæsapon'*; et in Indice, *cæsapo*, alibi gessato.' Brotier.—2 *Hæ in arvis innasungendo*.—4 Idem codex, quibus papaver.—5 Ita ex codd. Harduin et recentt. *arcema nubeculas* Chiff. *arcet nubeculas* Gronov. et al. ante Harduin.—6 *Scorpiorum et phalangiiorum margo* edd. Dalec. et Gronov. e Diosc.—7 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. et *folia tosta thyrsique triti* Gronov. et al. vett. *triti* deest in Vet. Dalec.—8 Cod.

## NOTÆ

<sup>n</sup> *Qui hieraciam*] Apuleius cap. 30. 'Græcis thridax agria dicitur, aliis hieracar... Italis lactuca sylvatica.' Et tit. 1. 'Ad oculorum caliginem :' 'Dicunt aquilam, cum in altum volare voluerit, prospicere rerum naturas, lactucae sylvaticæ folium evellere, et succo ejus sibi oculos tingere, et maximam inde claritudinem accipere. Herbae igitur lactucae sylvaticæ succum cum vino optimo vetera, et melle acapno, quod sine fumo collectum est, mixtum, in ampullam vitream condito, et eo utaris: summam medicinam experieris.' Hoc ipsum refert de accipitre Ælianuſ Hist. Anim. 1. 43.

<sup>o</sup> *Sanat omnia*] Apuleius loc. cit. Et Diosc. II. 166. 'Αποκαθαίρει δὲ καὶ ἔργεμα ἀχλύν. Ποιεῖ καὶ πρὸς ἐπικανστις ἐγχριομένη σὺν γυναικείῳ γάλακτι. Ήσκοι ἐπικανστις, oculorum est sordidum, impurum, crustosumque ulcus.

<sup>p</sup> *Adustionesque omnes*] Ulcera oculorum exusta putat hic Dalecampius

intelligi: nos ambusta, (nisi de iis paulo post sermo foret) hoc est, adustiones a fervente aqua vel igni factas. De his enim Theodorus Priscianus I. 17. 'De ustione calida, vel ignis ... Et lactucae tritæ cum salibus, pro cataplasmate impositæ, continuo curant... Alumine scisso cum oleo contrito omnes ustiones ungo.'

<sup>q</sup> *Contra epiphoras*] Ἐπιφορὰ, oculi præcipue morbus est, qui fit ab humorum influxu, atque impressione. Is cum cetera membra obsidet, partis in quam fit impetus ingraventis humoris semper nomen adjici consuevit, ventris puta, aut uteri, aut testium epiphoras appellando.

<sup>r</sup> *Idem succus*] Diosc. loc. cit. Καθαίρει δὲ μετ' ὁδυκράτου ποθεὶς δὲ πόδες δυοῖν ὀβολοῖν δλκὴ, ὑδατώδη κατὰ κοιλίαν.

<sup>s</sup> *Serpentium*] Diosc. loc. cit. *Scorpiorum*.

strangulando necant, aut iis quæ vesicæ nocent: item psimmythio excepto. Imponuntur et ventri ex melle atque aceto, ad detrahenda vitia alvi. Urinae difficultates, succus emendat. Cratevas eum et hydropicis obolis duobus in aceto et cyatho vini dari jubet.

Quidam et e sativis<sup>t</sup> colligunt succum minus efficacem.<sup>u</sup> Peculiares earum vires partim<sup>v</sup> jam dictæ sunt,<sup>w</sup> somnum faciendi, Veneremque inhibendi, æstum refrigerandi, stomachum purgandi, sanguinem augendi. Non<sup>x</sup> paucæ restant: quoniam et inflationes discutiunt, ructusque lenes faciunt. Nec ulla<sup>y</sup> res<sup>z</sup> in cibis aviditatem incitat, inhibetque eadem: in causa alterutraque<sup>z</sup> modus est.<sup>a</sup> Sic et alvum copiosiores solvunt, modicæ sistunt. Lentitiam pituitæ digerunt, atque, ut aliqui tradiderunt, sensus purgant.<sup>b</sup> Stomachi dissoluti utilissime adjuvantur: in eo usu et oxypori obolis<sup>c</sup> asperitatem addito dulci ad intinctum aceti temperantes: si crassior pituita sit, scillite aut

<sup>a</sup> Utrumque præstat, pro diverso sumendi modo.



Dalec. et aceto.—9 Cod. Dalec. succo minus efficiaci.—10 Vet. Dalec. particulatim.—11 Nunc non cod. Dalec.—12 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. ructusque lenes faciunt, concoctiones (Chiff. concoctionem) adjuvant. Cruditatem ipsa nequaquam faciunt. Nec ulla Gronov. et vulgg.—13 Cod. Dalec. alterutrumque; Vet. Dalec. utrimque.—14 Stomachos dissolutos util. adjuvant cod. Dalec. Stomachi dissoluti u. adjuvant, uti ne eo usu abluantur. Oxyporopalaæ, &c. Vet. Dalec. Aqueus in vulgata lectione legit, oxyporopalaæ. Al. vett. ap. Dalec. et oxyporo lactucæ, &c. et aceto temperant;

#### NOTÆ

<sup>t</sup> Quidam et e sativis] Diosc. loc. cit. iisdem verbis.

<sup>u</sup> Peculiares . . . jam dictæ sunt] Lib. xix. c. 38. Has quoque lactucæ dotes complexus est Diosc. II. 165. et 166.

<sup>v</sup> Nec ulla res] Forte, nec alia res.

<sup>w</sup> Sensus purgant] Sic paulo inferius, c. 34. brassicæ esu sensus purgari dicit.

<sup>x</sup> Oxypori obolis] Laetucis, inquit, stomachi adjuvantur, cum oxyporo, quod oboli mensura capiatur, cuius

asperitatem addito passo (γλυκεῖ, dulci) mitigant ad intinctum aceti. Si crassior pituita in stomacho videbitur, non oxyporo dulcibus edomito, sed scillite aceto, aut absinthite vino utendum cum lactucis. Ὁξύπωρα dicuntur, quæ aceto condita ad intinctus servabantur. Apud Colum. I. XII. caput postremum inscribitur: 'Moresum oxyporum, vel, ut alii, oxygarum, quemadmodum componas.' Muraria condiri lactucas auctor est Diosc. II. 165. Oxymelite, Plinius xix. 38.

vino<sup>14</sup> absinthite: et si tussis sentiatur, hyssopite admixto. Dantur cœliacis cum intubo erratico, et ad duritiam præcordiorum. Dantur et melancholicis candidæ copiosiores, et ad vesicæ vitia. Praxagoras et dysentericis dedit. Ambustis quoque prosunt recentibus, priusquam pustulæ fiant, cum sale<sup>15</sup> illitæ. Ulcera etiam, quæ serpunt, coërcent, initio cum aphronitro,<sup>16</sup> mox in vino. Tritæ igni sacro illinuntur. Convulsa et luxata caulis tritis cum polenta ex aqua frigida leniunt. Eruptiones papularum,<sup>y</sup> ex vino et polenta. In cholera quoque coctas patinis<sup>17</sup> dederunt: ad quod utilissimæ quam maximi caulis et amaræ. Quidam lacti<sup>18</sup> infundunt.<sup>b</sup> Deservefacti hi caules et stomacho utilissimi traduntur: sicut somno aestiva<sup>19</sup> maxime lactuca, et amara lactensque, quam meconidem vocavimus.<sup>z</sup> Hoc lac<sup>a</sup> et oculorum claritati cum muliebri lacte utilissimum esse præcipitur,<sup>20</sup> dum tempestive capiti inunguntur. Oculorum quoque vitiis,<sup>b</sup> quæ frigore in iis facta sunt. Miras et alias invenio laudes: thoracis etiam vitiis prodesse, non secus quam abrotonum, cum melle Attico. Purgari et foeminas hoc cibo. Semen sativarum con-

<sup>b</sup> Quidam eum lacte infundunt clysteribus.



al. ap. eund. et oxyporo oleris.—14 Chiff. *intinctum temperantes*: si cr. pit. sit, et aceto scillite aut vino; Vet. Dalec. *intinctum .... scillite vino aut.*—15 Margo edd. Dalec. et Gronov. *lacte muliebri*, e Diosc.—16 Cod. Dalec. asso nitro.—17 Vox *patinis* deest in cod. Dalec. Mox, idem codex, *maximo caule*.—18 Ita codd. Dalec. et Chiff. *lacte* Gronov. et al. vett. item Harduin. I. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.—19 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiff. cum edd. Harduin. I. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *summo saliva* Gronov.—20 Cod. Dalec. *percipitur*. Vet. ejusdem: *præcipitur, et cum tempora capitis junguntur, oculorum quoque, &c.*

#### NOTÆ

<sup>y</sup> *Eruptiones papularum*] Quæ Græci ἔξανθηματα, Plinius nunc papulas, nunc eruptiones pituitæ vocat: tubercula videlicet, quæ jejunæ salivæ deficatione curantur. Papulis cutis exasperatur, et rubet, leviterque roditur. Celsum vide, l. v. cap. postremo, tit. <sup>c</sup> de papulis.'

<sup>z</sup> *Meconidem vocavimus*] Lib. xix. 37.

*Delph.*, et *Var. Clas.*

*Plinius.*

Μηκωνὶς atræ lactucæ et amaræ genus, cui nomen est a lactis soporiferi copia. Laudat eam Galenus κατὰ τόπους, VIII. 4. p. 577.

<sup>a</sup> *Hoc lac*] Diosc. II. 166.

<sup>b</sup> *Oculorum quoque vitiis*] Adustionibus forte ex frigore, quas ἐπικαύσεις eo loco appellat Dioscorides.

tra scorpiones dari. Semine trito ex vino poto et libidinum imaginationes in somno compesci. Tentantes aquas<sup>e</sup> non nocere lactucam edentibus. Quidam tamen frequentiores in cibo officere claritati oculorum tradiderunt.

XXVII. (viii.) Nec beta sine remediis est<sup>i</sup> utraque. Sive candidæ, sive nigræ radix recens, et madefacta, suspensa funiculo, contra serpentium morsus efficax esse dicitur. Candida beta<sup>d</sup> cocta, et cum allio crudo sumta contra tineas:<sup>2</sup> nigræ radices ita in aqua coctæ, porriginem tollunt:<sup>e</sup> atque in totum efficacior esse traditur nigra. Succus ejus capitis dolores veteres, et vertigines: item sonitum<sup>f</sup> aurium sedat, infusus iis: ciet urinam.<sup>3</sup> Medetur dysentericis injecta, et morbo regio.<sup>g</sup> Dolores quoque dentium sedat illitus succus. Et contra serpentium ictus vallet, sed hujus radici<sup>h</sup> duntaxat expressus. Ipsa vero decocta,<sup>h</sup> pernionibus occurrit. Albæ succus<sup>i</sup> epiphoras<sup>j</sup> sedat, fronte illita: aluminis paucō admixto, ignem sacrum.<sup>j</sup>

---

CAP. XXVII. 1 'Ita cod. Reg. 1. et Editio princeps.' Brotier. sine medio est edd. ante Brotier.—2 Dalec. tænias.—3 Vet. Dalec. vertigines infusus naribus: item son. aur. sedat: ciet urinam. Cod. Dalec. cit urinam.—4 Vet. Dalec. sed is radice.—5 Alba epiphoras cod. Dalec. Mox, alumine paucō Vet.

#### NOTÆ

<sup>c</sup> Tentantes aquas] Aquas quæ sensus cerebrumve tentent, quales memorantur XXXI. 11. 12. &c.

<sup>d</sup> Candida beta] Hæc totidem verbis Plinius Valer. II. 21.

<sup>e</sup> Porriginem tollunt] Marcellus Empir. c. 4. p. 40. 'Betæ viridis contusæ expressæque succo porriginosum caput frequenter in balneo lotum, omni tabe purgatur.' Diosc. II. 149. Tò δὲ τῶν βίξων καὶ τῶν φύλλων ἀφέψημα, πιτύρων καὶ κονίδων σμητικὸν, κ. τ. λ.

<sup>f</sup> Item sonitum] Plinius Valer. I. 10. 'Gummi hederæ,' inquit, 'cum betæ nigræ succo tritum et tepefactum auribus infundis: ita tamen ut et rubi teneri succum misceas.... ventositatem et dolorem tollit.'

<sup>g</sup> Et morbo regio] Celsus III. 42.

'potui dat (ictericis) cum aqua betam albam contritam.'

<sup>h</sup> Ipsa vero decocta] Plinius Valer. IV. 10. de beta: 'Pernionibus in fomento adhibita prodest.' Theod. Priscianus I. 28. de pernionibus: 'Prosum et decoctiones betarum, quibus alumen scissum infuderis.' Diosc. loc. cit. Tò δὲ τῶν βίξων καὶ τῶν φύλλων ἀφέψημα... χιμέτλης πραϊντικὸν κατατλούμενον. Decoctum radicum ac foliorum pernionis foton mitigat.'

<sup>i</sup> Albæ succus] Plinius Valer. I. 14. 'Ad oculorum dolorem:' 'Beta alba trita fronti imponitur.'

<sup>j</sup> Ignem sacrum] Huic medendi facultatem utriusque betæ radici Dioscorides adjudicat, II. 149.

Sine oleo trita licet,<sup>6</sup> adustis medetur.<sup>1</sup> Et contra eruptions<sup>m</sup> papularum, coctaque eadem contra ulcera quæ serpunt, illinitur: et alopeciis<sup>n</sup> cruda, t ulceribus quæ in capite manant. Succus ejus<sup>o</sup> cum melle naribus inditus caput purgat. Coquitur et cum lenticula addito aceto, ut ventrem molliat.<sup>p</sup> Validius cocta<sup>q</sup> fluxiones<sup>r</sup> stomachi sistit et ventris.

XXVIII. Est et beta<sup>s</sup> sylvestris, quam limonium<sup>t</sup> vocant, alii neuroides, multum minoribus tenuioribusque ac densioribus foliis, undecim sæpe, caule lilii.<sup>z</sup> Hujus folia ambustis utilia, gustantium os<sup>u</sup> astringunt.<sup>v</sup> Semen acetabuli<sup>x</sup>

---

Dalec.—6 Vet. Dalec. *trita scilicet*; alii vett. ap. eundem, *trita illitu adustis*.—7 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. I. 2. 3. et recentt. *cocta fluctuatione* Vet. Dalec. legitur et *cocta in Chiffi. cocto fluxiones* Gronov. et al. vett.

CAP. XXVIII. 1 Ita Chiffi. Edd. ante Brotier, *limonian.* Mox, *multo minoribus* Dalec.—2 Gronov. *caulium*.—3 Ita Harduin. I. 2. 3. Miller. Bipont.

### NOTÆ

<sup>k</sup> *Sine oleo trita licet*] Forte rectius, *sine oleo trita elixave*. Nam Theodorus Priscianus I. 17. ‘De ustione calidæ, vel ignis:’ ‘Betæ elixæ contritæ imponuntur.’

<sup>l</sup> *Adustis medetur*] Sive ambustis, πυρικαθστοις, Diosc. loc. cit. de radice betæ cocta.

<sup>m</sup> *Et contra eruptiones*] Dioscorides loco citato.

<sup>n</sup> *Et alopeciis*] Diosc. loc. cit. et Plinius Valer. IV. 10.

<sup>o</sup> *Succus ejus*] Diosc. loc. cit. et Marcellus Empir. c. 5, p. 44.

<sup>p</sup> *Ut ventrem molliat*] Alba nimirum beta, quæ mollit alvum: ut dos est migræ contraria, sistendi: Diosc. loc. cit. Τεῦτλον δισσύν ἔστιν, ὃν τὸ μὲν μέλαν σταλτικώτερον κοιλίας σὺν φακῇ ἐψηθέν· καλ μᾶλλον ἡ βίξα· τὸ δὲ λευκόν, εὐκοίλιον. Martialis III. 47. ‘Pigroque ventri non inutiles betas.’ Injusta accusatione hoc loco Dalecampius Plinii famæ notam inurit, quem rei medicæ fuisse rudem ait: quod con-

vitum quidem cum ingerit, suam magis inscitiam prodit.

<sup>q</sup> *Validius cocta*] Ut brassicam constat inter auctores, quemadmodum dicetur c. 34. non percoctam alvum solvere, bis coctam sistere: idem et in beta fieri indicat: ut non percocta ventrem molliat, validius cocta sistat. Quare sic et Celsus accipiendus est, qui II. 30. inter ea quæ ventrem astringunt, lenticulam affert, cui beta adjecta sit, brassicamque bis decoctam.

<sup>r</sup> *Est et beta*] Hæc iisdem verbis Oribasius lib. XI. fol. 204. Oribasio Dioscorides præivit, IV. 16. Vide Notas et Emend. num. 14. Pingitur a Matthiolo λειμώνιον, seu νευροεῖδες, in Dioscor. I. IV. p. 980. quale in horto Regio observavimus. Λειμώνιον porrero scito vocitari, quod in pratis nascitur, ut Diosc. ait, ἐν λειμῶσιν.

<sup>s</sup> *Gustantium os*] Vide Notas et Emend. num. 15.

<sup>t</sup> *Semen acetabuli*] Diosc. loc. cit.

mensura dysentericis prodest. Aqua et e radice<sup>4</sup> coctaæ maculas vestium elui dicunt, itemque membranarum.<sup>5</sup>

**XXIX.** Intubi quoque<sup>a</sup> non extra remedia sunt. Succus eorum<sup>b</sup> cum rosaceo et aceto capit is dolores lenit. Idemque cum vino<sup>c</sup> potus, jocineris, et vesicæ: et epiphoris imponitur. Erraticum apud nos quidam ambulam<sup>d</sup> appellavere.<sup>d</sup> In Ægypto cichorium vocant,<sup>e</sup> quod sylvestre sit: sativum autem serin, quod est minus et venosius.

**XXX.** Cichorium<sup>f</sup> refrigerat. In cibo sumtum et illitum collectiones, succusque decocti<sup>1</sup> ventrem solvit. Jocineri, et renibus,<sup>2</sup> et stomacho prodest. Item si in aceto decoquatur, urinæ tormina discutit. Item morbum regium e mulso, si sine febre sit. Vesicam adjuvat. Mulierum quidem purgationibus decoctum in aqua adeo prodest, ut



et Franz. *guttantia astringunt* Gronov. et al. vett. *gustatu astringunt* Vet. Dalec.—4 Dalec. *cum radice*, nempe *struthio*.

**CAP. XXIX.** 1 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Idem cum vino* Gronov. et al. vett. Mox, *jocinori* Gronov.—2 Margo edd. Dalec. et Gronov. *ambubeiam*, e Celso. Chiff. *ambubulam*; Gronov. et al. ante Harduin. *ambugiam*.

**CAP. XXX.** 1 Vet. Dalec. *succus decocti*.—2 Ita edd. vett. Gronov. Harduin. 1. et Bipont. *Jocineri, renibus*, omissa conjunctione, Harduin. 2. 3.

#### NOTÆ

et Galenus de Facult. Simp. Med. I. VII. p. 201.

<sup>a</sup> *Itemque membranarum*] Pergamentarum membranarum elui sordes ait aqua ea, in qua cum sua radice cocta beta sit.

<sup>a</sup> *Intubi quoque*] Intubus vel intubum Latinis, genera duo complectitur: sativum, sive serin: et cichorium, quod sylvestre sive erraticum.

<sup>b</sup> *Succus eorum*] Plinius Valer. ad verbum, IV. 11. de intubo.

<sup>c</sup> *Idemque cum vino*] Plinius Valer. loc. cit. ‘Jecoris et vesicæ vitia intubus cum vino haustus emendat.’ Theod. Priscian. lib. II. parte 2. c. 13. ‘Intuba frequenter comesta semper hepaticos juvant.’

<sup>d</sup> *Ambulam appellavere*] Ita MSS.

omnes, quos vidimus, quasi indita appellatione ab ambulando, quo satis apte convenit cum altera erratici intubi nomenclatione. Iidem tamen libri in Indice, *Ambubaia*. Celsus II. 30. ‘Vel intubus, vel ambubea,’ non semel. Est cichorium sylvestre sive pieris Dodonæi, p. 624. *Chicorée sauvage*.

<sup>e</sup> *In Ægypto cichorium vocant*] Erraticum scilicet illud genus, de quo dictum proxime. Ita Galenus de Fac. Simp. Medic. I. VIII. p. 227. πικρίδα et πιχάριον vocat sylvestre genus: σέριν sativum. Quanquam et ipsum sylvestre cichorium Aëtins σέριν vocat.

<sup>f</sup> *Cichorium*] Erraticum videlicet intubum, sive πικρός.

emortuos partus trahat. Adjiciunt Magi, succo totius<sup>3</sup> cum oleo perumctos favorabiliores fieri, et quæ velint, facilius impetrare. Quod<sup>4</sup> quidem propter singularem salubritatem aliqui chreston<sup>5</sup> appellant, alii pancration.

XXXI. Et sylvestre genus,<sup>b</sup> alii<sup>i</sup> hedypnoida vocant, latioris folii. Stomachum dissolutum astringit cocta: crudaque sistit alvum. Et dysentericis prodest, magis cum lente. Rupta et convulsa utroque genere juvantur. Item quibus genitura<sup>i</sup> valetudinis morbo esfluat.

XXXII. Seris et ipsa<sup>j</sup> lactucæ simillima, duorum generum est: sylvestris melior. Nigra ista,<sup>i</sup> et æstiva. Deterior hyberna, et candidior.<sup>k</sup> Utraque amara, stomacho utilissima, præcipue quem humor<sup>2</sup> vexat.<sup>l</sup> Cum aceto<sup>m</sup> in cibo refrigerant vel illitæ: discutiuntque et alias,<sup>n</sup> quam<sup>3</sup> stomachi. Cum polenta<sup>o</sup> sylvestrium radices sto-

Miller. et Franz.—3 Vet. Dalec. *intybi*.—4 *Hoc* Vet. Dalec.—5 Chiff. chreston.

CAP. XXXI. 1 Vet. Dalec. aliud.

CAP. XXXII. 1 *Nigra* est cod. Dalec.—2 Ita Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Utraque anara stom. utilissima, præc. quem uror* Chiff. *Utraque tamen stom. utilissima, præc. quem humor* Gronov. et al. vett.—3 Vet.

#### NOTE

<sup>s</sup> *Aliqui chreston*] Χρηστὸν, a bonitate, παγκράτιον ab eximia vi, efficienciaque omnimoda.

<sup>h</sup> *Et sylvestre genus*] Cichorium latioris folii, apud Dodon. p. 623. Quod in cibo sumtum jueundiorem animam, suavioremque faciat, id apud Græcos nonem invenit, ἡδυπνοῖς.

<sup>i</sup> *Item quibus genitura*] Genitale semen.

<sup>j</sup> *Seris et ipsa*] Colum. VIII. 14.

<sup>‘</sup> *Genus intubis, quod Græci σέριν appellant.*’ Sativum videlicet, sive hor-tense: *Chicorée*. Hæc duum generum, Dioscoride etiam auctore, est, II. 160. quanquam is diversas discriminis notas affert. De vocis hujus Seris intellectu, vide Galenum de Alimi. Fac. 41. p. 360.

<sup>k</sup> *Deterior... et candidior*] Quæ a similitudine lactucæ, alba lactuca a Plinio Valeriano dicitur, eo quem mox afferemus loco. Sylvestris eadem appellatur, quod est, utait Diosc. angustiore folio, et amariore.

<sup>l</sup> *Quem humor vexat*] Ita MSS. Reg. Colbert. &c. In Chiff. quem uror vexat. Diosc. loc. cit. prodesse ait dissoluto et æstuanti stomacho, ἀπονοῦντα στόμαχον παρηγορῶσι, καὶ καυσμένον.

<sup>m</sup> *Cum aceto*] Diosc. loc. cit.

<sup>n</sup> *Discutiuntque et alias*] Humores videlicet, quæ vox ex antecedentibus subintelligi hoc loco debet.

<sup>o</sup> *Cum polenta*] Cum farina hordeacea: σὺν ἀλφίτῳ, Diosc. loc. cit.

machi<sup>4</sup> causa sorbentur: et cardiacis<sup>p</sup> illinuntur super sinistram mammam ex aceto.<sup>5</sup> Omnes hæc et podagricis utiles, et sanguinem rejicientibus: item quibus genitura fluat, alterno<sup>6</sup> dierum potu.<sup>7</sup> Petronius Diodotus, qui anthologoumena<sup>7</sup> scripsit, in totum damnavit serin multis modis arguens. Sed aliorum omnium opinio resistit.

XXXIII. (IX.) Brassicæ laudes longum est exequi, cum et Chrysippus<sup>a</sup> medicus privatum volumen ei dicaverit, per singula membra hominis digestum, et Dieuches: ante omnes autem Pythagoras et Cato non parcus celebrarint. Cujus sententiam vel eo diligentius persequi par est, ut noscatur qua medicina usus sit annis DC.<sup>b</sup> Romanus populus. In tres species<sup>c</sup> divisere eam Græci antiquissimi. Crispam,



Dalec. alias quam.—4 Vet. Dalec. stomachicis.—5 Chiffl. et ex aceto.—6 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. fluat, alterno Chiffl. fluit, alterno edd. vett. et Gronov.—7 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. antilegomena Gronov. et vulgg. Mox, damnavit serian Chiffl.

#### NOTÆ

<sup>p</sup> *Et cardiacis]* Diosc. loc. cit. et totidem fere verbis Didymus in Geopon. XII. 28. p. 350. Plinius Valer. III. 11. ‘Cardiacis sanandis:’ ‘Lactucæ albæ nomen est seris: quæ trita et imposita mammae sinistre, magnifice sudorem minuit.’ Cardiacus dicitur, qui morbo laborat cardiaco. Ait autem Celsus III. 19. cardiacum morbum aliud nihil esse, quam nimiam imbecillitatem corporis, quod stomacho languente immodico sudore digeritur. Καρδίαν veteres stomachum appellabant, hoc est, os ventriculi.

<sup>q</sup> *Alterno dierum potu]* Si alternis diebus sumatur. Didymus in Geopon. loc. cit. Αἵμοπτυκοῖς δὲ χυλὸς ὥφελιμάτατος, εἰ ταρά μέλα πίνοιεν.

<sup>r</sup> *Anthologoumena]* Ἀνθολογούμενα, (sic enim MSS. Reg. Colb. et Chiffl. non, ut libri editi, antilegomena:) hoc est, florilegia.

<sup>a</sup> *Cum et Chrysippus]* Transcripsit hæc Plinius Valer. de Re Med. IV. 29.

<sup>b</sup> *Annis DC.]* Quot ab Urbe condita anni fluxere ad Catonis ævum. Elegans est Plinius Valeriani paraphrasis in hunc locum, cap. cit. ‘Cato tradit populum Romanum,’ inquit, ‘sexcentis fere annis medicina brassicæ usum: nondum enim in Urbem commeaverant Medici, qui in artem redegerunt, quemadmodum magno sanitas constet, et peregrina secum pigmenta attulerunt, ut illis imponeant pretia quæ vellent. Ceterum militares viri gloriose cicatrices gratuitò olere curabant: eodem horto cura usi ad salutem, dum illos pascit, et sanat.’

<sup>c</sup> *In tres species]* De his actum est xix. 41. Græci vocant σελινοειδέα, λεῖαν sive καυλάδη, κράμβην.

quam selinoidea<sup>1</sup> vocaverunt, a similitudine apii foliorum, stomacho utilem, alvum modice mollientem. Alteram leam, latis foliis e caule<sup>2</sup> exeuntibus. Unde caulodem quidam vocavere, nullius in medicina momenti. Tertia est proprie appellata crambe, tenuioribus foliis, et simplicibus, densissimisque: amarior, sed efficacissima. Cato crispam<sup>3</sup> maxime probat, dein levem<sup>3</sup> grandibus foliis, caule magno. Prodesse tradit<sup>4</sup> capit is doloribus, oculorum caligini scintillationique,<sup>4</sup> lieni, stomacho,<sup>5</sup> praecordiis, erudam ex aceto et melle, coriandro, ruta, menta,<sup>6</sup> laseris radicula, sumtam acetabulis duobus matutino: tantamque esse vim, ut qui terat hæc, validiorem fieri se sentiat. Ergo vel cum his tritam, sorbendam, vel ex hoc instinctu sumendam. Podagræ autem<sup>f</sup> morbisque articulariis<sup>7</sup> illini cum rutæ, coriandri, et salis mica, hordei farina. Aqua quoque ejus<sup>h</sup> decocta nervos articulosque mire juvari. Si foveantur<sup>i</sup> vulnera,<sup>8</sup> et recentia et vetera, etiam carcinomata, quæ nullis aliis medicamentis sanari possint. Foveri prius aqua calida jubet, ac bis die tritam imponi. Sic etiam fistulas,<sup>j</sup>

CAP. XXXIII. 1 Ita Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. ‘Legendum videtur, *selinoidea*, sive *selinoide*, e Catone de Re Rust. cap. 157. unde hæc omnia sunt desumpta.’ Dalec. *selinada* Gronov. et al. vett.—2 Margo edd. Dalec. et Gronov. *e magno caule*, e Catone.—3 Gronov. *lævem*.—4 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recent. *scintillationibusque* Gronov. et al. vett.—5 Gronov. et al. ante Harduin. *vel stomacho*.—6 Vet. Dalec. *ruta, coriandro, salis mica, et hordei*.—7 Vet. Dalec. *articularibus*.—8 Margo edd. Dalec. et Gronov. *juvari, si foveantur*. Item *vulnera*.—

## NOTÆ

<sup>d</sup> *Cato crispam*] De Re Rust. cap. 157. p. 85.

<sup>e</sup> *Prodesse tradit*] Ibidem, pag. 86. Hæc ad verbum Plinius alter Valer. IV. 29. ubi hoc Catonis antidotum vocat.

<sup>f</sup> *Podagræ autem*] Idem Cato, pag. 86. ‘Verum morbum articularium vulnera res tantum purgat, quantum bras-sica cruda, si eam edes cum ruta et coriandro concisam.’ Ita etiam Paxamus in Geopon. XII. 17. pag. 337. et

Plinius Valer. loc. cit.

<sup>g</sup> *Articulariis*] Ita MSS. omnes. Plinius Valer. *articularibus*. Quædam Catonis exemplaria *articularem morbum* habent.

<sup>h</sup> *Aqua quoque ejus*] Plinius Valer. IV. 29.

<sup>i</sup> *Si foveantur*] Cato c. 157. pag. 85. Plinius Valer. III. 22. Paxamus in Geopon. loc. cit.

<sup>j</sup> *Sic etiam fistulas*] Vide Notas et Emend. num. 16.

et luxata, et humores<sup>9</sup> evocari, quæque discuti opus sit. Insomnia etiam<sup>k</sup> vigiliasque tollere decoctam,<sup>10</sup> si jejunii edant quamplurimam ex oleo, et sale. Tormina,<sup>1</sup> si decocta iterum decoquatur, addito oleo, sale, cumino, polenta. Si ita sumatur sine pane, magis profuturam. Inter reliqua<sup>m</sup> bilem detrahi<sup>11</sup> per vinum nigrum pota. Quin et urinam<sup>n</sup> ejus qui brassicam esitaverit, asservari,<sup>12</sup> calefactamque nervis remedio esse. Verba ipsius subjiciam, ad exprimendam sententiam: ‘Pueros° pusillos si laves ea urina, nunquam debiles fieri.’ Auribus quoque<sup>p</sup> ex vino succum brassicæ tepidum instillari suadet. Idque etiam tarditati audientium prodesse asseverat. Et impetigines<sup>13 q</sup> eadem sanari sine ulcere.

XXXIV. Graecorum quoque opiniones jam et Catonis causa poni convenit, in iis duntaxat, quæ ille prætermiserit. Biles detrahere non percoctam putant. Item alvum solvere, eandemque<sup>a</sup> bis coctam sistere. Vino adversari,<sup>b</sup> ut inimi-



<sup>9</sup> Margo edd. Dalec. et Gronov. *fistulas sanare et luxata*, e Catone; *fistulas eluxatas et tumores* Gronov. et al. vett.—<sup>10</sup> Margo edd. Dalec. et Gronov. *unctam et caldam*, e Catone. Mox, si j. edent Chiffl.—<sup>11</sup> Chiffl. *detrahit*.—<sup>12</sup> Chiffl. *adjuvari jubet*.—<sup>13</sup> *Porcæ petigines* Cato et Turneb. id est, vulvæ.

#### NOTÆ

<sup>k</sup> *Insomnia etiam*] Cato loc. cit. p. 86.

<sup>l</sup> *Tormina*] Cato c. 156. p. 84. et c. 157. p. 87.

<sup>m</sup> *Inter reliqua*] Hæc paulo enucleatus Cato c. 156. p. 84.

<sup>n</sup> *Quin et urinam*] Cato c. 157. p. 87.

<sup>o</sup> *Pueros*] Cato loc. cit. et Plinius Valer. IV. 29.

<sup>p</sup> *Auribus quoque*] Verba hæc sunt Catonis c. 157. fere extremo: ‘Auribus si parum audies, terito cum vino brassicam, succum exprimoto, in aurem intro tepidum instillato: cito intelliges te plus audire.’ Habet hoc ipsum Plinius Valer. I. 12. et Paxamus in Gepon. XII. 17. p. 338.

<sup>q</sup> *Et impetigines*] Cato loc. cit.

‘Deinde impetigini parce brassicam apponito, sanam faciet, et uclus non faciet.’ Paxamus in Gepon. loc. cit. Λειχήνα δὲ ἐξαιρεῖ τὰ φύλλα προστριβόμενα. Impetigo, fœdatio cutis est, serpens cum pruritu, quam alii scabiem sicciam, asperam, et prominentem intelligunt: alii morbum similem scabiei squamosum. Plerique λειχήνα Græcis dici existimant, de quo jam c. 2. egimus. Delicias Turnebus facit, dum *porcæ petigines* hoc loco legit.

<sup>a</sup> *Item alvum solvere, eandemque*] Hæc quoque tradit Galenus de Simp. Med. Fac. III. 15. p. 70. et Diosc. II. 145. et 146. ‘Brassicam bis decoctam

cam vitibus. Antecedente<sup>c</sup> in cibis caveri ebrietatem, postea sumta crapulam discuti. Hunc cibum<sup>d</sup> et oculorum claritati conferre multum: succum vero crudæ<sup>e</sup> vel angulis tantum tactis<sup>f</sup> cum Attico melle, plurimum. Facillime concoqui, ciboque eo sensus purgari. Erasistrati schola clamat, nihil esse utilius stomacho nervisque, ideo et paralyticis et tremulis<sup>g</sup> dari jubet, et sanguinem exscreantibus. Hippocrates<sup>h</sup> cœliacis et dysentericis bis coctam cum sale. Item ad tenesmum,<sup>i</sup> et renum causa: lactis quoque<sup>j</sup> ubertatem puerperis hoc cibo fieri judicans, et purgationem<sup>k</sup> seminis. Crudus quidem<sup>l</sup> caulis si mandatur, partus quoque emortuos pellit. Apollodorus<sup>m</sup> adversus fungorum venena semen aut succum bibendum censet. Philistion opisthotonicis succum ex lacte caprino cum sale et melle. Invenio et a podagra liberatos edendo eam,

-----  
CAP. XXXIV. 1 Cod. Dalec. crudæ unguis, vel tantum tactis.—2 Sic Chiffl.

#### NOTÆ

alvum astringere<sup>n</sup> Celsus pariter admonet II. 30. ‘movere, si suberuda est,’ c. 20.

<sup>b</sup> *Vino adversari]* Si quis, dum coquitur brassica, vini paululum instillet, minime percoctum iri, ait Geopon. auctor v. II. pag. 131. De hac antipathia rursum c. 36.

<sup>c</sup> *Antecedente]* Hoc pariter anctor Geopon. loc. cit. Theophrastus, Eubulus, Apollodorus Carystius, Timæus, Nicochares, aliique apud Athæneum, lib. I. p. 34. Aristoteles quoque, Problem. III. 17. p. 697. Διὰ τὴν κράμβην παύει τὴν κραυπάλην; E Latinis etiam Cato ipse, c. 156. p. 83. ‘Si voles in convivio multum bibere, cœnareque libenter, ante cœnam esto crudam brassicam quantum voles ex aceto: et item, ubi cœnaveris, comesto aliqua quinque folia: reddent te quasi nihil ederis, biberisque: bipesque quantum voles.’

<sup>d</sup> *Hunc cibum]* Ita etiam Paxamus

in Gepon. XII. 17. pag. 338. Diosc. quoque, II. 146.

<sup>e</sup> *Succum vero crudæ]* Marcellus Empir. c. 8. p. 55. ‘Brassica cruda,’ inquit, ‘trita, cum pane candido maledacto subacta, ac fronti illita, dolorem oculorum plurimum relevat.’

<sup>f</sup> *Et tremulis]* Dioscor. II. 146. Τρόμοδεστιν, quibus sunt artus tremuli.

<sup>g</sup> *Hippocrates]* De Morb. Mul. lib. II.

<sup>h</sup> *Lactis quoque]* Hippocr. de Morb. Mul. lib. I. tex. 73. p. 460.

<sup>i</sup> *Et purgationem]* Hippocr. de Nat. Mul. tex. 29. pag. 376. et tex. 31. p. 391. Item de Morb. Mul. lib. I. tex. 74. p. 461.

<sup>j</sup> *Crudus quidem]* Hippocr. loco citato proxime, commanducatam brassicam menses trahere prodidit: affricatam, partum ejicere, p. 377.

<sup>k</sup> *Apollodorus]* Paxamus quoque in Gepon. loc. cit.

decoctæque jus bibendo. Hoc et cardiacis datum,<sup>3</sup> et comitialibus morbis, addito sale. Item splenicis<sup>4</sup> in vino albo per dies XL. Ictericis,<sup>m</sup> necnon et phreneticis radicis<sup>s</sup> crudæ succum gargarizandum bibendumque demonstrat. Contra vero singultus cum coriandro et anetho, melle ac pipere, ex aceto. Illitam quoque prodesse inflationibus<sup>6</sup> stomachi.<sup>n</sup> Item serpentium ictibus, et sordidis ulceribus, ac vetustis, vel ipsam aquam cum hordeacea farina: succum ex aceto, vel cum foeno Græco.<sup>o</sup> Sic aliqui<sup>7</sup> et articulis, podagrisque imponunt. Epinyctidas,<sup>p</sup> ac quicquid<sup>8</sup> aliud serpit in corpore, imposita levat. Item repentinæ<sup>9</sup> caligines: has et si manditur ex aceto. Sugillata vero et alios livores pura<sup>9</sup> illita. Lepras,<sup>r</sup> et psoras cum alumine rotundo ex aceto. Sic et fluentes<sup>10</sup> capillos retinet. Epicharmus testium et genitalium malis hanc utilissime imponi asserit.<sup>11</sup> Efficacius eandem cum faba trita. Item convulsis cum ruta. Contra ardorem febrium et sto-

\*\*\*\*\*

Edd. ante Brotier, *tenesmon*.—3 Vet. Dalec. *datur*.—4 Ita codd. Harduini et Chiffi, cumedd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. Item *splenicis* Gronov. et al. vett. *Idem spleneticis* Vet. Dalec.—5 Chiffi. *raucis*.—6 Vet. Dalec. *inflammationibus*.—7 Margo edd. Dalec. et Gronov. *farina*. *Succum ex aceto et foeno Græco* aliqui, e Diosc.—8 Chiffi. et quicquid.—9 Vet. Dalec. *cum sulphure*.—10 *Sic effluentes* Chiffi.—11 ‘Ita quidem Editio princeps. At in MSS. Reg. 1. et 2. deest verbum, *asserit*. Unde melius supplendum, *asseverat*. Sic

#### NOTÆ

<sup>1</sup> *Item splenicis*] Hæc pariter Paxamus, loc. cit. Et Diosc. *σπληνικοὺς ὡφελεῖ*, loc. cit.

<sup>m</sup> *Ictericis*] Et his quoque in vino albo dari per dies XL. Paxamus præcipit loc. cit. Sunt autem ictericæ, qui ietero morbo laborant, quem Varro vocat regium morbum, ut dicimus XXII. 53. Vulgus in Gallia a colore flavo, *la Jaunisse*.

<sup>n</sup> *Inflationibus stomachi*] Ita libri omnes, etiam MSS. non, ut quidam voluerent, *inflammationibus*. Sunt enim diversæ eæ affectiones stomachi, ut Celsus docet IV. 5. de morbis stomachi: ‘Modo ingens calor,’ inquit,

‘modo inflammatio, modo exulceratio afficit.’

<sup>o</sup> *Vel cum foeno Græco*] Cum aceto, et fœni Græci farina, podagræ articularioque morbo prodesse, ulceribus quoque sordidis ac vetustis, auctor est Diosc. II. 146.

<sup>p</sup> *Epinyctidas*] Diosc. loc. cit.

<sup>q</sup> *Item repentinæ*] Diosc. loc. cit. brassicam ait auxiliari plurimum iis, quibus est obtusior oculorum acies: *ἀμβλυωποῦστ δὲ βοηθεῖ ἐσθιομένη*.

<sup>r</sup> *Lepras*] Paxamus loc. cit. iisdem sere verbis.

<sup>s</sup> *Sic et fluentes*] Diosc. loc. cit. *Ισχεὶ δὲ καὶ δύσιν τῶν ἐν κεφαλῇ τριχῶν*.

machi vitia cum rutæ semine: et ad secundas.<sup>t</sup> Et muris aranci<sup>12</sup> morsus, foliorum aridorum farina alterutra parte<sup>13</sup><sup>u</sup> exinanit.

XXXV. Ex omnibus brassicæ generibus suavissima est cyma,<sup>a</sup> etsi inutilis habetur, difficilis in coquendo, et renibus contraria. Illud quoque non est omittendum, aquam decoctæ, ad tot usus laudatam, fœtere humi effusam. Stirpium brassicæ aridorum cinis, inter caustica<sup>b</sup> intelligitur. Ad coxendicum dolores cum adipe vetusto.<sup>i</sup> At cum lasere et aceto in vicem psilotri<sup>c</sup> evulsis illitus pilis, nasci alios prohibet. Bibitur et cum oleo suffervefactus, vel per se elixus, ad convulsa et erupta intus, lapsumque ex alto. Nulla ergo sunt crimina brassicæ? immo vero apud eosdem animæ gravitatem facere, dentibus et gingivis nocere: et in Ægypto<sup>d</sup> propter amaritudinem non estur.<sup>2</sup>

XXXVI. Sylvestrīs, sive erraticæ, immenso plus effectus laudat Cato,<sup>e</sup> adeo ut aridae<sup>f</sup> quoque farinam in olfactorio<sup>g</sup> collectam, vel odore<sup>z</sup> tantum naribus rapto, vitia

enim loquebantur antiqui.<sup>j</sup> Broter.—12 Vet. Dalec. *vitia cum aceto, cum rutæ semine ad secundas, et muris aranei.*—13 Idem Vet. *altius tumentes partes.*

CAP. XXXV. 1 Chiff. *vetusto ac.* Gronov. et al. ante Harduin. *pervetusto.*—2 Vet. Dalec. *non edi.*

#### NOTÆ

<sup>t</sup> *Et ad secundas]* Subintellige, ejiciendas: ἐκβαλεῖν χορτα dixit Hippocrates de Morb. Mul. I. 122.

<sup>u</sup> *Alterutra parte]* Sive superne vomitum, sive inferne alvum ciendo.

<sup>a</sup> *Cyma]* In omni, inquit, brassicæ genere, cyma quidem suavissima est, ut agnoscunt omnes subtilioris gulae magistri: est enim, ut dictum est XIX. 41. ipsorum caulium tenerior delicationisque caulinulus: sed idem tamen est medicinæ inutilis: quippe difficilis in coquendo, &c. Cave credas brassicæ genus cymam appellari.

<sup>b</sup> *Inter caustica]* Καυστικὰ medicamenta sunt, quæ adurendi vim ha-

bent.

<sup>c</sup> *In vicem psilotri]* Ψίλωθρον, φάρμακον πρὸς ψίλωσιν τῶν τριχῶν, medicamentum ad evelledos pilos, quasi depilatorium.

<sup>d</sup> *Et in Ægypto]* Diosc. II. 145.

<sup>e</sup> *Laudat Cato]* Cap. 157. pag. 87. et 88.

<sup>f</sup> *Adeo ut aridae]* Cato loc. cit. pag. 88. ‘Si polypus in naso introierit, brassicam erraticam aridam tritam in malum conjicito, et ad nasum admoveto: ita subducito sursum animam quamplurimum poteris: in tri-duo polypus excidet,’ &c.

<sup>g</sup> *In olfactorio]* ‘Olfactorium,’ inquit Joan. de Janua, ‘vas est un-

carum graveolentiamque sanare affimet. Hanc alii petræam vocant,<sup>b</sup> inimicissimam vino,<sup>i</sup> quam præcipue vitis fugiat; aut, si non possit fugere, moriatur. Folia habet una,<sup>j</sup> parva, rotunda, lævia, plantis oleris similior,<sup>k</sup> candi- dior sativa, et hirsutior. Hanc inflationibus mederi, melan- cholicis quoque, ac vulneribus recentibus, cum melle, ita ne solvantur ante diem septimum: strumis, fistulis, in aqua contritam, Chrysippus auctor est. Et alii vero compescere mala corporis quæ serpent: nomas vocant.<sup>l</sup> Item excres- centia absumere. Cicatrices ad planum redigere. Oris ulceræ et tonsillas, manducatam et coctam, succo gargari- zato cum melle tollere. Item psoras, et lepras veteres, ipsius tribus partibus cum duabus aluminis in aceto acri illitis. Epicharmus satis esse eam contra canis rabiosi morsum imponi. Melius si cum lasere, et aceto acri. Necari quoque canes ea, si detur, ex carne. Semen ejus tostum auxiliatur contra serpentes, fungos, tauri sangui- nem.<sup>m</sup> Folia cocta splenicis<sup>n</sup> in cibo data, et cruda illita

---

CAP. XXXVI. 1 Margo edd. Dalec. et Gronov. pulvere, e Catone.—2 Gronov. et al. vett. ante Harduin. *bina*.—3 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *serpentes, fungorumque venena, tauri sanguinem* Gronov. et al. vett.—4 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *spleneticis* Gronov. et al. ‘*spleneticis* Chiff. hic et alias sem-

## NOTÆ

guentarium muliebre, in quo odora- menta gestantur, nempe ex Isidoro XIX. 31.

<sup>b</sup> *Petræam vocant]* Quod in locis petrosis, præruptisque nascitur, ἐν κρημνώδεσι τόποις, ut ait Diosc. II. 147. a quo hæc ἄγρια κράμβη vocatur. Hæc eadem illa est, inquit Ruellius II. 132. pag. 446. quæ tot exercuit, immo fere occidit Grammaticos, illo Satirici senariolo vaticinante, quan- tam crucem nostris Criticis olim pon- neret, ‘Occidit miseros crambe repe- tita magistros.’

<sup>i</sup> *Inimicissimam vino]* Quippe cui si vitis asseratur, a brassica recedat ea quam possit longissime, ut quidem

prodit auctor Gepon. v. 11. pag. 131. Paxamus apud eundem aucto- rem, XII. 17. pag. 339. ait aut tabe tum brassicam, aut vitem interituram esse. De hac inimicitia iterum Plinius XXIV. 1.

<sup>j</sup> *Folia habet una]* Ita Reg. 1. cod. Alii *bina* legunt: sed falso. *Una* vero idem est, atque unius generis, ac modi.

<sup>k</sup> *Oleris similior]* Hoc est, brassicæ sativæ.

<sup>l</sup> *Nomas vocant]* Νομαὶ sunt τὰ νε- μένα τῶν ἔλκῶν, ulcera serpentia quæ depascunt.

<sup>m</sup> *Tauri sanguinem]* Et adversus taurini sanguinis epotí venenum auxi-

cum sulfure et nitro prosunt. Item mammarum duritiae. Radicum cinis uvæ in faucibus tumenti tactu medetur: et parotidas cum melle illitus reprimit: serpentium morsus sanat. Virium brassicæ unum et magnum argumentum addemus, et mirabile. Crustæ si occupent intus vasa omnia, in quibus aquæ fervent in tantum, ut non sit eas avelere, si brassica in iis<sup>5</sup> decoquatur, abscedunt.

XXXVII. Inter sylvestres brassicas et lapsana<sup>n</sup> est, pedalis altitudinis, hirsutis foliis, sinapi similis,<sup>1</sup> nisi candidior esset flore. Coquitur in cibo.<sup>o</sup> Alvum lenit et mollit.<sup>2</sup>

XXXVIII. Marina brassica<sup>p</sup> vehementissime ex omnibus alvum ciet. Coquitur propter<sup>q</sup> acrimoniam cum pingui carne, stomacho inimicissima.

XXXIX. Scillarum<sup>r</sup> in medicina alba est quæ masculus, foemina nigra. Quæ candidissima fuerit, utilissima erit. Huic aridis tunicis<sup>b</sup> direptis quod reliquum e vivo<sup>c</sup> est, consecutum suspenditur lino, modicis intervallis. Postea arida<sup>d</sup> frusta in cadum aceti quam asperimi pendentia



per.<sup>r</sup> Dalec.—5 Vett. quædam edd. in his.

CAP. XXXVII. 1 'Ita codd. Regg. et Editio princeps. Male emendatum in recentioribus editionibus, napi simillimis.' Brotier. napi simillimis edd. Dalec. Elz. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Frau. —2 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. leniter emollit Gronov. et al. vett.

#### NOTÆ

liari brassicæ semen, auctor est Diosc. in Alexipharm. cap. 25.

<sup>n</sup> Lapsana] De qua xix. 41.

<sup>o</sup> Coquitur in cibo] Et caulis et folia, inquit Diosc. ii. 142.

<sup>p</sup> Marina brassica] Hæc totidem verbis Diosc. ii. 148. Galenus item de Fac. Simp. Med. lib. vii. pag. 196. A Lobelio pingitur id brassicæ genus in Observ. pag. 329. quale in horto Regio vidimus.

<sup>q</sup> Coquitur propter] Iisdem verbis Diosc. loc. cit.

<sup>r</sup> Scillarum] Delibata hæc jam xix. 30.

<sup>b</sup> Huic aridis tunicis] Hanc ipsam aceti scillini concinnandi rationem vide apud Columellam xii. 33. Marcellum Empir. cap. 20. pag. 149. et apud Diosc. v. 25.

<sup>c</sup> Quod reliquum e vivo] E medio, quod tenerius, interiusque est. Marcellus Empir. cap. 34. pag. 232. 'Scillæ bulbi,' inquit, 'quod interius est.' Τὸ μεσαίτατον, quod intimum est meditullium, inquit Diosc. ii. 202.

<sup>d</sup> Postea arida] In umbra siccata. Hæc totidem verbis Diosc. loc. cit. Sectas taleolas vocat Columella xii. 33.

immerguntur,<sup>2</sup> ita ne ulla parte vas contingant. Hoc sit ante solstium,<sup>3</sup> diebus XLVIII.<sup>2</sup> Gypso deinde oblitus cadus ponitur sub tegulis, totius diei Solem accipientibus. Post eum numerum dierum tollitur vas, scilla eximitur, acetum transfunditur. Hoc clariorem<sup>f</sup> oculorum aciem facit. Salutare est<sup>g</sup> stomachi laterumque doloribus, parum<sup>3</sup> sumtum binis diebus. Sed tanta vis est, ut avidius haustum extinctæ<sup>4</sup> animæ momento aliquo speciem præbeat. Prodest et gingivis, et dentibus, vel per se commanducata. Tineas<sup>5</sup> et reliqua ventris animalia pellit ex aceto et melle sumta. Linguæ quoque<sup>h</sup> recens subjecta præstat, ne hydropici sitiant.<sup>6</sup> Coquitur pluribus<sup>7</sup> modis: in olla, quæ conjiciatur in clibanum aut furnum, vel adipe aut luto<sup>j</sup> illita, aut frustatim in patinis. Et cruda<sup>k</sup> siccatur, deinde conciditur,

---

CAP. XXXIX. 1 Chiffl. *merguntur*.—2 ‘Hæc clausula in Chiffl. sequitur eam, cui hic præponitur, hoc modo, *Gypso deinde, &c.* *Hoc fit*,’ &c. Dalec. Verba, *Hoc fit a. s. d. XLVIII.* uincis inclusa sunt in Gronov. et al. vett.—3 Vet. Dalec. *paucum*.—4 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *tinctæ* Gronov. et al. vett.—5 *Tanias* Vet. Dalec.—6 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *situm sentiant* Gronov. et vulgg.—7 Edd. vett. *plurimis*.—8 Dalec. *innatæ cibis*.

## NOTÆ

<sup>e</sup> *Hoc fit ante solstium*] Discrepat Columella, qui diebus ante vindemiam xl. id fieri præcipit.

<sup>f</sup> *Hoc clariorem*] Dioscor. v. 25.

<sup>g</sup> *Salutare est*] Stomachicis, et iis qui ægre cibum concoquunt. Diosc. loco proxime cit.

<sup>h</sup> *Linguæ quoque*] Plinius Valer. III. 12. plane ad verbum. Apuleius quoque cap. 42. tit. 4.

<sup>i</sup> *Coquitur pluribus*] Ita Diose. II. 202.

<sup>j</sup> *Vel adipe aut luto*] Dioscor. loc. cit. Στατὶ δὲ ἢ πηλῷ περιτάσσεται, καὶ δίδοται εἰς κλιβανοῦ, ἢ ἄνθραξιν ἐγκρύπτεται, μέχρι τὸν διπτηθῆ ikarῶς τὸ περικελμένον σταῖς. *Farina subacta, lutoe oblinitur, et in clibanum conjicitur, aut prunis obruitur, donec ambiens crusta sufficienter tosta sit.* Ex iisdem, ut

videtur, fontibus uterque hausit. At vocem ambiguam στατὶς, quæ et adipem, et farinam subactam, fermentumve significet, *de la paste*, cur adipem potius reddiderit quam farinam, non liquet. Hesychius, pag. 862. Στέατα, ἔλευρα, ζύμη. Στέατος, λίπος. Nisi forte numero solum multitudinis, ut Hesychius innuit, fermentum significet, ac farinam: numero singulare, adipem. At adipe involvi, incoquique scillam, minus commodum videtur, quam si id farina fiat subacta.

<sup>k</sup> *Et cruda*] Hæc quoque Diose. II. 202. Theod. Priscianus, I. 22. de apum percussibus, vel scorpionum, ceterorumque serpentium: ‘ *Scilla cruda trita imponitur, et statim curat.*’

coquiturque in acetō, tum serpentium ictibus imponitur. Tosta quoque<sup>1</sup> purgatur, et medium ejus iterum in aqua coquitur. Usus sic coctæ<sup>m</sup> ad hydropicos, ad urinam ciendam tribus obolis cum melle et acetō potæ. Item ad splenicos, et stomachicos,<sup>n</sup> (si non sentiant ulcus,)° quibus innatet cibus.<sup>s</sup> Ad tormina,<sup>p</sup> regios morbos, tussim veterem cum suspirio. Discutit et foliis<sup>q</sup> strumas, quadrinīs diebus soluta. Furfures<sup>r</sup> capitisi,<sup>2</sup> et ulcerā manantia illi-

—9 Codd. Regg. Brot. et Editio princeps, quadrimis diebus, &c. Cod. Dalec. quadrinīs diebus furfures capiti, &c. Vet. Dalec. quadrinīs diebus sola.

## NOTÆ

<sup>1</sup> *Tosta quoque]* Plinius Valer. III. 12. ad verbum: et Scribonius Largus Compos. 76.

<sup>m</sup> *Usus sic coctæ]* Diosc. loco cit. Apuleius quoque, cap. 42. tit. 1. et ante hos Celsus III. 21. Plinius Valer. loc. cit. ‘Scillae bulbus torretur, deinde purgatur, et medium ejus in aqua coquitur: cum madidum est, ex eo tres oboli dantur potui ex melle et acetō: evacuatur per urinam.’ Theodorus Priscianus lib. iv. ‘Ad hydropem:’ ‘Squilla, id est, bulbus, sub prunis furno assatur: deinde circumpurgatur, et medietas ejusdem bulbi in aqua coquitur: postea quam coquendo colorem mutaverit, tollitur. Ex quo bulbo scrupulus unus et dimidiū teritur cum oxymelle: tribus cyathis calefactum, bibendum datur: omnem calamitatem per urinam evacuat.’

<sup>n</sup> *Item ad splenicos, et stomachicos]* Diosc. loc. cit. Kal στομαχικῶν ὅλη ἐπιπολάζει τὰ σιτα. *Stomachicis quibus innatet cibus.* Celsus IV. 9. in lienis morbo ‘acetum acre sorbere per se, et magis etiam quod scilla conditum sit, expedire’ ait. Σπληγκός est lie-nosus, sive qui lienis indurationem patitur. Vide Galen. κατὰ τόπους, IX. 2. pag. 598. Στομαχικός, qui stoma-cho, hoc est, ventriculi orificio, labo-

rat, et cibum continere nequit. Vocis hujus acceptiones alias vide apud eundem Galen. κατὰ τόπους, VIII. 2. pag. 563.

<sup>o</sup> *Si non sentiant ulcus]* Cavendus enimvero scillæ usus iis, quibus interna quæpiam exulceratio est, inquit Dioscor. II. 202. Φυλάττεοθαι δὲ αὐτῆς τὴν δύσιν δεῖ, ἐφ' ὧν ἔλκωσίς τις ἔστιν ἐντὸς.

<sup>p</sup> *Ad tormina]* Diosc. loc. cit. Καὶ ἐπὶ λικέρου, στροφοῦμένων, βῃτόντων χρονίων, ἀσθματικῶν, ἀναφορικῶν. Celsus IV. 4. ad tussim veterem ‘delingere scillam’ jubet. Scribonius Largus Compos. 76. ‘Ad susprium faciunt bene inter simplicia quidem acetum scillites, quod vocant, cochleario ter quaterve sumtum in die. Prodest et ipsa scilla, argilla circumdata, et furno cocta, purgatis exterioribus putaminibus, et quod tenerimum est ejus mellis duabus partibus Attici admixtum et tritum, cochleario semel in die bisve sumtum profuit multis.’

<sup>q</sup> *Discutit et foliis]* Theod. Priscianus I. 9. ubi de furunculis, et strumis: ‘Scilla quoque,’ inquit, ‘si contrita in vicem cataplasmati imponatur, quatuor diebus permanens continuis, duritias solvit.’

<sup>r</sup> *Furfures]* Hanc vim bulbis ascri-

ta, ex oleo cocta.<sup>10</sup> Coquitur<sup>s</sup> et in melle cibi gratia, maxime uti coctionem facias. Sic et interiora<sup>t</sup> purgat. Rimas pedum<sup>u</sup> sanat in oleo cocta, et mixta resinæ. Semen ejus lumborum dolori ex melle imponitur. Pythagoras<sup>v</sup> scillam in limine quoque januæ suspensam malorum medicamentorum introitum pellere tradit.

XL. Ceterum bulbi ex aceto et sulfure vulneribus in facie medentur. Per se vero triti nervorum contractioni, et ex vino porriginis:<sup>a</sup> cum melle, canum morsibus:<sup>b</sup> Erasistrato<sup>c</sup> placet cum pice. Sanguinem idem eos sistere tradit illitos cum melle. Alii, si e naribus fluat, coriandrum et farinam adjiciunt. Theodorus et lichenas<sup>c</sup> ex aceto bulbis curat: et erumpentia<sup>d</sup> in capite, cum vino austero aut ovo. Et bulbos epiphoris idem illinit, et sic lippitudini medetur. Æque vitia quæ sunt in facie, eorum rubentes<sup>e</sup> maxime, in Sole illiti cum melle et nitro emendant: lentiginem cum



*Furfures, &c.*—10 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *ex eo cocta* Gronov. et al. vett.

CAP. XL. 1 Dalec. *ut Erasistrato*.—2 Vet. Dalec. *aut cymino cocti*; Chiff.

#### NOTÆ

bit Diosc. II. 20. cum nitro cocto.

<sup>s</sup> *Coquitur*] Diosc. totidem verbis, II. 202.

<sup>t</sup> *Sic et interiora*] Quoniam sic sumta, viscida excrementa alvo detrahit, inquit Diosc. loc. cit.

<sup>u</sup> *Rimas pedum*] Diosc. loc. cit. et Marcellus Empir. cap. 34. pag. 232. totidem verbis.

<sup>v</sup> *Pythagoras*] Et Diosc. quoque loc. cit. Ἐστὶ δὲ καὶ ἀλεξιφάρμακον ὅλη πρὸ τῶν θυρῶν κρεμαένη. Sic etiam Zoroastres in Geopon. xv. I. pag. 406. Quin et vulpes quoque, gnara lupo et scillam adversari, pro speluncæ foribus scillam suspendit, quæ lupum ab ingressu arceat, teste Habbarrahmano Ægyptio, cap. 23. pag. 96. Scilla vim expiandi habere credita olim: quare apud Theophr. in

Charact. supersticiosus subinde se scille circumlatione purificat. Vide Casauboni Notas in eum locum.

<sup>a</sup> *Porriginis*] Furfuribus, πιτύροις, Diosc. II. 200. et Marcellus Empir. cap. 4. pag. 40.

<sup>b</sup> *Canum morsibus*] Diosc. loc. cit. cum melle, ac pipere trito.

<sup>c</sup> *Theodorus et lichenas*] Proximum certe licheni et affine malum, elephantiasin, hoc medicamente sanari ancestor est Plinius Valer. II. 57. et Q. Serenus cap. 11. hinc propellendo malo, inquit, ‘Non frustra bulbos, et sulfura jungis aceto.’

<sup>d</sup> *Et erumpentia*] Subintellige ulcera: ἄχωρα dixit Diosc. loc. cit.

<sup>e</sup> *Eorum rubentes*] E bulbis ii maxime, quorum cortex radicis rubet. Dioscoridi II. 200. βολβὸς πυρῆς.

vino,<sup>f</sup> aut cucumi cocto.<sup>g</sup> Vulneribus quoque<sup>h</sup> mire prouident per se, aut, ut Damion, ex mulso,<sup>i</sup> si quinto die solvantur. Iisdem et auriculas<sup>j</sup> fractas curat, et testium pituitas.<sup>k</sup> In articulorum doloribus miscent farinam. In vino cocti<sup>l</sup> illiti<sup>m</sup> ventri, duritiam præcordiorum emolliunt. Dysentericis<sup>n</sup> in vino ex aqua coelesti temperato dantur. Ad convulsa intus, cum silphio pilulis fabæ magnitudine. Ad sudorem<sup>o</sup> tusi illinuntur. Nervis<sup>p</sup> utiles: ideo et paralyticis dantur. Luxata<sup>q</sup> in pedibus, qui sunt rufi ex his, citissime sanant cum melle et sale. Venerem maxime<sup>r</sup> Megarici stimulant: hortensii<sup>s</sup> partum, cum sapa aut passo sumti: sylvestres, interaneorum plagas et vitia, cum silphio pilulis devoratis, sedant. Et sativorum semen contra phalangia bibitur in vino. Ipsi ex aceto illinuntur contra serpentium ictus. Semen antiqui bibendum insanienti-

*aut cum cucumi.—3 Vet. Dalec. et illiti. Mox, Gronov. duritiem.—4 Dalec. esculenti, e Diosc.*

## NOTÆ

<sup>f</sup> *Lentiginem cum vino]* Cum melle maluit Q. Serenus cap. 12. <sup>g</sup> *Proderit et bulbus mellis dulcedine vietus.*

<sup>h</sup> *Vulneribus quoque]* Hæc Plinius Valer. ad verbum, III. 20.

<sup>i</sup> *Aut, ut Damion, ex mulso]* Vide Notas et Emend. num. 17.

<sup>j</sup> *Iisdem et auriculas]* Diosc. II. 200.

<sup>k</sup> *Et testium pituitas]* Sic, opinor, aquosos testium tumores vocat. Dolorem testium simpliciter Marcellus Empir. appellat, c. 33. p. 228. <sup>l</sup> *Bulbi ex mulso triti atque illiti, dolentibus testiculis medentur.*

<sup>m</sup> *In vino cocti]* Plinius Valer. II. 15. <sup>n</sup> *Bulbi triti,* inquit, *'illiti ventri, bene molliunt, et præcordiorum tumorem curant.'*

<sup>o</sup> *Dysentericis]* Plinius Valer. II. 28. <sup>p</sup> *Dysenteria compescendæ?* <sup>q</sup> *Per se bulbi triti dantur, et in vino austero potio miscetur.*

<sup>r</sup> *Ad sudorem]* Compescendum. *Delph. et Var. Clas.*

Diosc. II. 200.

<sup>s</sup> *Nervis]* Largiore tamen cibo sumtos nervis nocere bulbos ait Diosc. II. 200.

<sup>t</sup> *Luxata]* Diosc. II. 200. Graci στρέμματα, luxata, seu artus luxatos vocant, cum suo loco mota ossa legitimos naturæ in ea parte motus cum dolore remorantur.

<sup>u</sup> *Venerem maxime]* Hoc de bulbis satis universe prodidit Galenus de Fac. Simp. Med. lib. VI. p. 164. et Diosc. loc. cit. De Megaricis imprimitis Ovidius a nobis landatus xix. 30. De Regiis appellatis, Athenæus lib. II. pag. 64. Referri hoc forte potest vulgata illa apud eundem Athenæum loc. cit. parœmia: ή δὲ παροιμία φησὶν, Οὐδὲν ὁρίσει βολβὸς, τὸν μὴ νεῦρον ξῆγης. Nervis carentem juverit bulbus nihil. De qua Erasmus consule, Chiliad. IV. Cent. 2. Adag. 42.

<sup>v</sup> *Hortensii]* Idemque sativi, aesculentique appellati.

bus dabant. Flos bulborum tritus crurum maculas varicataesque igne factas emendat. Diocles oculos<sup>r</sup> hebetari ab iis putat. Elixos assis minus utiles esse adjicit, et difficile concoqui ex vi uniuscujusque naturæ.

XLI. Bulbinem<sup>a</sup> Graeci vocant herbam porraccis foliis, rubicundo bulbo. Hæc traditur vulneribus mire utilis duntaxat recentibus. Bulbus, quem<sup>b</sup> vomitorium vocant ab effectu, folia habet nigra, ceteris longiora.<sup>i</sup>

XLII. (X.) Utilissimus<sup>c</sup> stomacho cibus asparagi traduntur.<sup>i</sup> Cumino quidem<sup>d</sup> addito inflationes stomachi collique discutiunt: iidem oculis<sup>e</sup> claritatem afferunt.<sup>z</sup> Ventrem leniter<sup>f</sup> molliunt. Pectoris et spinæ doloribus, intestinorumque vitiis prosunt, vino cum coquuntur addito.<sup>g</sup> Ad lumborum<sup>h</sup> et renum dolores, semen trium obolorum pondere, pari<sup>i</sup> cumini bibitur. Venerem<sup>j</sup> stimulant. Uri-

-----  
CAP. XLI. 1 Codd. ap. Brotier, et Editio princeps, *folia habet multo ceteris longiora.*

CAP. XLII. 1 Ita Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *asparagi*, ut traditur Gronov. et al. ante Harduin. *Inter utilissimos stomachi cibos asparagi traduntur Chiffi.*—2 Hæc clausula, *iidem oculis claritatem afferunt*, deest in cod. Dalec.—3 Chiffi. *cum coquantur adjecto.*—4 Idem codex, *parte.*—5 Ita

#### NOTÆ

<sup>r</sup> *Diocles oculos*] Diphilus quoque Siphnius apud Athen. I. II. p. 61.

<sup>a</sup> *Bulbinem*] Βολβίνη dicitur Theophrasto Hist. VII. 13. et Matroni apud Athen. I. II. p. 64.

<sup>b</sup> *Bulbus, quem*] Oribasii interpres I. XI. p. 193. post Diosc. I. II. p. 201. ‘Bulbus, qui ad ciendum vomitum accommodatus dicitur, folia habet.... multo longiora, quam is qui edendo est,’ &c. Dioscoridi, Βολβὸς ἐμετικὸς, κ. τ. λ. A similitudine quam folio cum juncis habet, Hispani Jonquillas nuncupant: a quibus et Galli *Jonquelle*: *Jonquelle d'Espagne*: grande *Jonquelle*: petite *Jonquelle*. Pingitur a Dodonaeo, p. 226. Sed et quisquis bulbus vomitum ciet, vomitorius dici potest. Vide *Anguillaram*, par. 7. p. 119.

<sup>c</sup> *Utilissimus*] Hæc Plinius Valer. ad verbum, IV. 30.

<sup>d</sup> *Cumino quidem*] Plinius Valer. loc. cit.

<sup>e</sup> *Iidem oculis*] Plinius Valer. loc. cit.

<sup>f</sup> *Ventrem leniter*] Plinius Valer. loc. cit. Diosc. II. 152. et Diocles apud Athen. I. III. p. 120.

<sup>g</sup> *Ad lumborum*] Plinius Valer. II. 36. ‘Asparagi semen et cumini,’ inquit, ‘pari pondere tritum, et ex vi no vel aqua calida potni datum, emendat lumborum et renum vitiæ.’ Et Q. Serenus c. 26. de lumbis et renibus sanandis: ‘Ant caput asparagi cum vino sume vetusto, seu mavis, appone: modus conducit uterque.’

<sup>h</sup> *Venerem*] Plinius Valer. IV. 30.

nam<sup>1</sup> carent utilissime, praeterquam<sup>5</sup> vesicam exulcerant. Radix quoque,<sup>j</sup> plurimorum prædicatione, trita, et ex vino albo pota, calculos quoque exturbat, lumborum et renum<sup>k</sup> dolores sedat. Quidam et ad vulvæ<sup>l</sup> dolorem radicem cum vino dulci propinant. Eadem in aceto<sup>m</sup> decocta contra elephantiasin<sup>n</sup> proficit. Asparago trito ex oleo<sup>o</sup> perunctum pungi ab apibus negant.

XLIII. Sylvestrem asparagum aliqui Libycum vocant,<sup>p</sup> Attici hormenum.<sup>q</sup> Hujus ad supra dicta<sup>r</sup> omnia efficacior vis, et candidiori major. Regium morbum<sup>s</sup> extenuat. Veneris causa aquam eorum decoctam bibi jubent ad heminam. Ad idem et semen valet cum anetho, ternis utriusque<sup>t</sup> obolis. Datur et ad serpentium ictus succus decocatus. Radix miscetur radici marathri inter efficacissima auxilia. Si sanguis per urinam reddatur, semen asparagi,<sup>v</sup>



codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *præter quod* cod. Dalec. *præterquam quod* Gronov. et al. vett.—6 Cod. Dalec. *elephantiam*.—7 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *cum oleo* Gronov. et al. vett.

CAP. XLIII. 1 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *aliqui corrudam, aliqui Libycum . . . orminium* Gronov. et al. ante Harduin. *hormenium* Vet. Dalec.—2 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *utrumque* edd. vett. et Gronov.

#### NOTÆ

<sup>i</sup> *Urinam*] Plinius Valer. loc. cit.

<sup>j</sup> *Radix quoque*] Diosc. II. 152. Plinius Valer. II. 36. et IV. 30. 176. et 179. Marcellus Empir. c. 25. pag. 173. et c. 26. p. 176.

<sup>k</sup> *Lumborum et renum*] Diosc. loc. cit. Marcellus Empir. c. 25. p. 173. Plinius Valer. II. 36. et IV. 30. Apuleius c. 84. tit. 4.

<sup>l</sup> *Quidam et ad vulvæ*] Plinius Valer. IV. 30.

<sup>m</sup> *Eadem in aceto*] Plinius Valer. loc. cit. ‘Contra elephantiasim efficax creditur.’ Marcellus Empir. c. 19. p. 130. ‘Radix asparagi decocta in aceto, et elephantiosis rationabili- ter imponitur.’ Apuleius c. 84. tit. 3.

‘Ad elephantiosos:’ ‘Herbæ asparagi radix cocta contrita imponatur elephantiaco, liberabitur.’

<sup>n</sup> *Libycum vocant*] Apuleius c. 84. ‘Græci myacanthan, alii asparagon agrion, Latini corrundam, alii asparagum agrestem, alii asparagum rusticum, alii asparagum nostrum.’ Nostrum cum dicit, Libycum, opinor, intelligit. Fuit enim is ex Africa, opido Madaura.

<sup>o</sup> *Attici hormenum*] Vide quæ diximus xix. 42.

<sup>p</sup> *Hujus ad supra dicta*] Athenæus lib. II. p. 62.

<sup>q</sup> *Regium morbum*] Diosc. II. 152.

et apii, et cumini ternis obolis in vini cyathis duobus, quinis diebus, Chrysippus dari jubet. Sic et<sup>t</sup> hydropicis contrarium esse, quamvis urinam moveat, docet: item Veneri.<sup>r</sup> Vesicæ quoque, nisi decoctum: quæ aqua si canibus<sup>s</sup> detur, occidi eos. In vino decoctæ<sup>t</sup> radicis succum, si ore contineatur, dentibus mederi.

XLIV. (xi.) Apio<sup>a</sup> gratia in vulgo est.<sup>r</sup> Namque rami largis portionibus per jura innatant, et in condimentis peculiarem gratiam habent. Præterea oculis<sup>b</sup> illitum cum melle, ita ut subinde foveantur serventi succo decocti, aliquisque membrorum epiphoris: per se tritum, aut cum pane, vel polenta impositum, mire auxiliatur. Pisces quoque si ægrotent in piscinis, apio viridi recreantur.<sup>z</sup> Verum apud eruditos non aliud erutum terra in majore sententiarum va-

.....

—3 Chiffl. et asparagi.—4 Is et margo edd. Dalec. et Gronov.—5 Cod. Dalec. decoctum aqua. Si canibus.

CAP. XLIV. 1 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. Apio gratia vulgo est Gronov. et al. vett.—2 Vet. Dalec. creatum.—3 Cod.

#### NOTE

<sup>r</sup> Item Veneri] Chrysippum secentus Diosc. loc. cit. docet decoctum radicis asparagi haustum, ποιεῖν ἀτόκιον καὶ δύον, partum impedire, ac sterilitatem inducere.

<sup>s</sup> Quæ aqua si canibus] Et hoc ex aliorum sententia refert Diosc. loc. cit.

<sup>t</sup> In vino decoctæ] Marcellus Empir. c. 12. p. 94. Apuleius c. 84. tit. 2. ‘Ad dentium dolorem herbæ asparagi succum in ore oportet contineare.’ Plinius Valer. i. 36. ‘Asparagi sylvatici radicem in vino decoquæ: ex hoc in ore contineat: dolorem sedat: succusque ejus similiter facit.’ Adde his Diosc. loc. cit. et Galenum de Fae. Simp. Med. lib. vi. p. 160.

<sup>a</sup> Apio] Sativum intelligit, sive hortense: vulgo Persicum dicitur: etsi aliter sentire intelligo Aloisium

Anguillar. par. 7. p. 121.

<sup>b</sup> Præterea oculis] Oculorum inflammationibus, πρὸς ὁφθαλμῶν φλεγμονὰς, inquit Diosc. iii. 74. Oculorum epiphoris, (quæ Plinii hoc loco mens est, cum sequatur statim, ‘aliquisque membrorum epiphoris’) Apuleius c. 118. tit. 1. ‘Ad epiphoras oculorum:’ ‘Herba apio trita bene cum pane molli, oculi tegantur: mirifice sanat.’ Eadem habet Plinius Valer. i. 14. Oculis tumentibus, vel dolentibus, apium imponi cum lacte mulieris Marcellus Empir. jubet, c. 9. p. 56. Theod. Priscianus i. 10. ‘de oculorum causis:’ ‘Et caseus recens,’ inquit, ‘cum apiorum foliis contritis impositus, sæpe oculos liberavit: et panis mundus vino infusus, et cum oleo roseo tritus, par beneficium praestitit.’

riestate est.<sup>3</sup> Distinguitur sexu. Chrysippus foeminam esse dicit crispioribus foliis et duris, crasso caule, sapore acri et servido. Dionysius nigriorem, brevioris radicis, vermiculos gigantem: ambo neutrum ad cibos admittendum, immo omnino nefas: nam id defunctorum<sup>c</sup> epulis feralibus dicatum esse:<sup>4</sup> visus quoque claritati inimicum. Caule foeminæ vermiculos gigni.<sup>d</sup> Ideoque eos qui ederint, sterilescere,<sup>e</sup> mares foeminasque.<sup>f</sup> In puerperiis<sup>g</sup> vero ab eo cibo comitiales fieri qui ubera hauriunt. Innocentiorum tamen esse marem. Eaque causa est, ne inter nefastos frutices<sup>7</sup> damnetur. Mammorum<sup>h</sup> duritiam impositis foliis emollit. Suaviores aquas<sup>i</sup> potui incoctum præstat. Succo maxime radicis cum vino lumborum dolores mitigat. Eodem jure instillato gravitatem aurium. Semine

Dalec. autoritate est.—4 Vox esse non legitur hoc loco in cod. Dalec.—5 Haec duo verba, mures foeminasque, desunt in cod. Dalec.—6 In puerperis codd. Dalec. et Chiff.—7 Chiff. frutex.—8 Ita Harduin. 1. 2. 3. Miller.

## NOTÆ

<sup>c</sup> *Nam id defunctorum]* In feralibus epulis usi convivæ corona ex apio. Suidas: Σελίνου στέφανος. Πένθιμος· τὸ γάρ σέλινον πένθεσι προσήκει, ὡς ἔφη καὶ Δοῦρις ἐν τῷ Περὶ ἀγώνων. Adde, ut Plutarchus est auctor, in Vita Timoleonis, coronari apio sepulera: unde vetus illud, ‘Indigere apio,’ de iis qui profligata valetudine utuntur. Suidas, tom. II. p. 930. verbo, Τοῦ σελίνου δέπται, ἐπὶ τῶν ἀσφαλῶν νοσούντων. Καὶ γάρ εἰώθαμεν τὰ μνήματα στέφανοῦ σελίνοις, ὡς φασι Πλούταρχος. Arnobius contra Gent. lib. V. p. 169. ‘Oblivioni etiam Corybantia sacra donentur, in quibus sanctum illud mysterium traditur, frater trucidatus a fratribus, interemti ex sanguine Apium natum, prohibitum mensis oīlus illud apponi, ne a manibus mortui inexpiabilis contraheretur offensio.’

<sup>d</sup> *Vermiculos gigni]* Cum e terra erutus Soli exponitur.

<sup>e</sup> *Ideoque eos . . . sterilescere]* Dissentire a Chrysippo videtur auctor Geopon. XII. 13. Βρωθὲν δὲ τὸ σέλινον καταφερεστέρας εἰς τὰ ἀφροδίσια ποιεῖ τὰς γυναικας, κ. τ. λ. Habet eadem Simeon Sethi de Alim. tit. Σέλινον.

<sup>f</sup> *Comitiales]* Comitiales fieri, qui apio in cibis utantur, auctor est Simeon Sethi loc. cit. Galenus tamen in Consilio, pro puero epileptico, tom. X. c. 4. p. 491. apium, smyrniumque, quod genus apii est, degustari ab ejusmodi aegrotis utilissime admonet: πράσου δὲ καὶ σελίνου, καὶ σμυρνίου προσάψασθαι ποτε συνοίσει, κ. τ. λ.

<sup>g</sup> *Mammorum]* Diose. II. 74. Mamas, inquit, χονδριῶντας, grumoso lacte turgentes, reprimit.

<sup>h</sup> *Suaviores aquas]* Hinc ægris, quibus vino interdictum est, vel hydro-meli, vel apiatam aquam præscribit Theod. Priscianus II. 2. et 6.

urinam<sup>i</sup> ciet, menstrua, ac secundas partus.<sup>§ j</sup> Et, si fo-  
veantur semine decocto, sugillata reddit colori.<sup>k</sup> Cum ovi  
albo<sup>l</sup> illitum, aut ex aqua coctum<sup>1</sup> potumque renibus me-  
detur: in frigida tritum oris ulceribus. Semen cum vino,  
vel radix cum veteri vino, vesicæ calculos frangunt. Semen  
datur et arquatis ex vino albo.

XLV. *Apiastrum*<sup>m</sup> Hyginus quidem melissophyllum ap-  
pellat. Sed in confessa<sup>1 n</sup> damnatione est venenatum in



Bipont. et Franz. *menstrua, secundas, ac partus* Vet. Dalec. *menstrua ac secun-*  
*das, partus* Chiff. *menstrua ac secundos partus* Gronov. et vulgg.—9 Vet.  
Dalec. *colorem.*

CAP. XLV. 1 *Sed confessa* Vet. Dalec. *Sed et in confessa* al.—2 Cod. Da-

#### NOTÆ

<sup>i</sup> *Semine urinam]* Diosc. loc. cit. Plinius Valer. iv. 2. ‘de facultate apii:’ ‘Nulla res fortius vel urinæ difficultates resolvit, vel foeminarum menstruis imperat.’

<sup>j</sup> *Ac secundas partus]* Ita MSS. Reg. et Colb. 1. ut c. 23. hoc est, secundas a partu. Prins legebatur, *ac secundos partus*, aliena a Plinii mente sententia.

<sup>k</sup> *Cum ovi albo]* Vel sic sugillatis sanandis, de quibus dictum est proxime, adhiberi jubet Marcellus Empir. c. 19. p. 131. ‘Apium viride,’ inquit, ‘subtiliter tritum, cum ovi albo illitum, livoribus prodest.’

<sup>l</sup> *Aut ex aqua coctum]* Hoc vero ad verbum Marcellus exscripsit, c. 26. p. 177.

<sup>m</sup> *Apiastrum]* Μελισσόφυλλον, ab apibus, quæ ea herba plurimum lætantur. Illud est quod in coronamenta venire dicitur xxi. 29. Alii citraginem aut Melitanam, Galli Melissam vocant, *Melisse, ou citronelle.* Apiastrum ab Hygino vocari cœpit, eruditissimo alioqui viro, sed quem omnes hac in parte damment, et, quod magis mirere, sequantur tamen. Nam Marcus Varro ita appellat, de Re Rust. iii. 16. et Diosc. in Nothis p.

457. Μελισσόφυλλον, οἱ δὲ μελίτταιον, οἱ δὲ μελίφυλλον . . . Ρωμαῖοι ἀπίαστρον, οἱ δὲ κιτράγω, κ. τ. λ. A Matthiolo pingitur in Diosc. lib. iii. p. 826. In horto Regio septem melissæ genera diversa vidimus.

<sup>n</sup> *Sed in confessa]* Damnatur id vero, inquit, quod affinitatem habet noninis cum apiastro seu melissophyllo, quoniam et ipsum apiastrum vocatur: non eo sane, quod sit apibus gratum, ut melissophyllum, de quo proxime diximus: sed quod apium æmuletur: nam quæ ita desinunt, imitationem quandam, ut Grammaticis placet, important. Istud enim ipsum est, quod batrachion, et ranunculum appellant. Agemus de eo iterum xxv. 109. Apuleius c. 8. de scelerata: ‘Græci,’ inquit, ‘batrachion dicunt . . . alii rhuselinon . . . alii selineon agrion . . . Latini apium rusticum, iidem apium risus, iidem apiasstellum,’ &c. Haec Sardonia herba est, de qua historici multa, et Diosc. in Alexiph. c. 14. Ruellium vide de Nat. Stirp. ii. 116. p. 426. Agresti apio, hoc est, apiastro, similem herbam eam Sallustius facit. Adversus id venenum remedia plura Sennertus affert, Pract. lib. vi. p. 1055.

Sardinia. Contexenda enim<sup>o</sup> sunt omnia, ex eodem nomine apud Græcos pendentia.<sup>2</sup>

**XLVI.** Olusatrum,<sup>p</sup> quod hipposelinum vocant, adversatur scorpionibus. Poto semine torminibus, et interaneis<sup>1</sup> medetur. Itemque difficultatibus<sup>q</sup> urinæ semen ejus decoctum ex mulso potum. Radix ejus<sup>r</sup> in vino decocta calculos pellit, et lumborum ac lateris dolores. Canis rabiosi morsibus potum et illitum medetur. Succus ejus<sup>s</sup> algentes calefacit potus. Quartum genus<sup>t</sup> ex eodem faciunt aliqui oreoselinon, palmum<sup>z</sup> alto frutice ac recto semine, cumino simili,<sup>u</sup> urinæ et menstruis<sup>v</sup> efficax. Helioselino vis privata contra araneos. Sed et oreoselino<sup>w</sup> fœminæ purgantur e vino.

**XLVII. (xii.)** Alio genere petroselinum quidam appellant in saxis natum, præcipuum ad vomicas, cochlearibus

*Iec. splendentia.*

CAP. XLVI. 1 Ita codd. Hardnini et Chiffi. enm edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *torminibus, interaneis* Gronov. et al. vett. *torminibus interaneorum* Vet. Dalec.—2 ‘Vox palmum deest in V. C.’ Dulec.

NOTE

<sup>o</sup> *Contexenda enim*] Etiam ea, inquit, interdum connectimus, quorum tractatio et natura dissimilis, sed nominis affinitas maxima. Sic xxiii. 65. cum erineo, hoc est, caprificio arbore, erinei quoque herbæ vires explicat, ‘propter gentilitatem,’ inquit, hoc est, propter similitudinem nominis. Ea cautione admonet se melissophyllum ab apiastro Sardo separare: nec alterutrius fieri mentionem, alterius admonitione, nisi propter quandam cognationem nominis.

<sup>p</sup> *Olusatrum*] De quo xix. 48. Hæc Plinius a Nicandro in Theriac. pag. 60.

<sup>q</sup> *Itemque difficultatibus*] Diosc. iii. 78. totidem verbis Apuleius, c. 106. tit. 1. ‘Ad vesicæ dolorem, et stranguriam’; ‘Herba olusatrum trita ex passo in potu sumta, stranguriam

potenter emendat.’ E Græcis quoque, unus instar omnium Theophr. hist. vii. 6.

<sup>r</sup> *Radix ejus*] Et petroselino has vires assignat Diosc. iii. 77. At hipposelino sive olusatro, Theophr. loc. cit.

<sup>s</sup> *Succus ejus*] Hipposelino suo easdem vires attribuit Diosc. iii. 78. Θερμαλεῖ τοὺς βρυσῶντας, πινόμενος καὶ ἐγχριόμενος.

<sup>t</sup> *Quartum genus*] Primum enim genus apii hortensii, seu sativi, statuitur. Alterum apiastri. Tertium, hipposelini.

<sup>u</sup> *Cumino simili*] Vide Notas et Emend. num. 18.

<sup>v</sup> *Urinæ et menstruis*] Urinæ ciedæ, menstruisque pellendis. Diosc. iii. 76.

<sup>w</sup> *Sed et oreoselino*] Totidem verbis hoc Diosc. loc. cit.

binis succi additis in cyathum marrubii succi, atque ita aquæ calidæ<sup>1</sup> tribus cyathis. Addidere quidam buselinum,<sup>2</sup> differens brevitate caulis a sativo et radicis colore rufo, ejusdem effectus. Praevalere<sup>3</sup> contra serpentes potu et linitu.

**XLVIII.** Ocimum quoque<sup>a</sup> Chrysippus graviter increpuit, inutile stomacho, urinae, oculorum quoque<sup>b</sup> claritati. Præterea insaniam<sup>c</sup> facere, et lethargos, et jocineris<sup>d</sup> vitia: ideoque capras id aspernari, hominibus quoque fugiendum censem.<sup>2</sup> Addunt quidam<sup>d</sup> tritum si operiatur lapide, scorpionem gignere: commanducatum et in Sole positum, vermes.<sup>3</sup> Afri vero,<sup>4</sup> si eo die feriatur quispiam a scorpione, quo ederit ocimum, servari non posse. Quinimmo<sup>5</sup> tradunt aliqui manipulo ocimi cum cancris decem marinis vel fluvialibus trito, convenire ad id scorpiones ex proximo.<sup>6</sup> Diodotus in empiricis, etiam pediculos<sup>f</sup> facere ocimi cibum.

---

**CAP. XLVII.** 1 Vet. Dalec. *atque aquæ calidæ*, omissa ita; Chiff. *atque ita caldæ aquæ*.—2 ‘Manuser. et oposelinon.’ Dalec.—3 Vet. Dalec. *Praevalet*; alii vett. *Peculiare, &c. potum et litum.* Cod. Dalec. *linitum*.

**CAP. XLVIII.** 1 Gronov. *jocinoris*.—2 Chiff. *censens*.—3 ‘Ita codd. Regg. et Editio princeps. Frustra recentiores addunt vermes afferre.’ Brotier. *vermes afferre* Dalec. Gronov. Elz. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.—4 *Alii vero* cod. Dalec.—5 Cod. Dalec. *ocimum sanari*. *Quinimo*.—6 Ita codd. Har-

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *Buselinum*] Βονσέλιον, quasi *μάραθον*: ut ab hortensi apio, cui brevitas caulis palmum non excedit, magnitudine dirimatur. Nam particula *βού* in compositione dictiones auget: a bovis magnitudine, qui *βοῦς* dicitur. Sic enim, auctore Festo, ‘Bulimum Graeci famam dicunt, assuti magnis et amplis rebus præponere *bov*, a magnitudine scilicet bovis. Hinc est, quod grandes pueros bupædas appellant: et mariscam sicum, busycon.’

<sup>y</sup> *Praevalere*] Alii *peculiare* legunt.

<sup>a</sup> *Ocimum quoque*] Hæc Plinius Valer. loc. ad verbum, iv. 21.

<sup>a</sup> *Oculorum quoque*] Plinius Valer. loc. cit. Copiosiore cibo si sumatur

scilicet, oculis nocere prodidit Diosc. II. 171.

<sup>c</sup> *Præterea insaniam*] Plinius Valer. loc. cit.

<sup>d</sup> *Addunt quidam*] Plinius Valer. loc. cit. ‘Ocimum,’ inquit, ‘edere nonnulli reformidant, quod commanducatum, et in Sole positum vermiculos gignit.’ Φυλάσσονται δέ τινες αὐτῷ, καὶ οὐκ ἐσθίουσι, διὰ τὸ μαστηθὲν καὶ τεθὲν ἐν ἡλίῳ σκαλήκια γεννᾶν. Quod vero scorpionem gignat, falsum esse Galenus admonet, de Alim. Fauct. II. 56. p. 365. tom. VI. Vide quae diximus IX. 51.

<sup>e</sup> *Afri vero*] Plinius Valer. loc. cit. Dioscorides contra loc. cit. Afros ait in ea esse hæresi, ut existiment,

Secuta ætas<sup>g</sup> acriter defendit: nam<sup>7</sup> id esse capras. Nec cuiquam mentem motam, et scorpionum<sup>h</sup> terrestrium ictibus, marinorumque<sup>8</sup> venenis mederi ex vino, addito acetō exiguo. Usu quoque compertum deficientibus ex acetō odoratu<sup>9</sup> salutare esse. Item lethargicis, et inflammatis refrigerationi. Illitum capitī<sup>i</sup> doloribus cum rosa-ceo, aut myrteo, aut acetō: item oculorum<sup>j</sup> epiphoris im-positionum ex vino. Stomacho quoque<sup>k</sup> utile, inflationes<sup>l</sup> et ructum<sup>m</sup> ex acetō dissolvere sumtum. Alvum sistere<sup>n</sup> im-positionum, urinam ciere.<sup>o</sup> Sic et morbo regio et hydropicis prodesse. Choleras eo<sup>p</sup> et distillationes<sup>q</sup> stomachi inhiberi. Ergo etiam cœliacis Philistion dedit: et coctum dysentericis, et colicis Plistonius.<sup>r</sup> Aliqui et in tenes-

duini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. a proximo Grön. et al. vett. Mox, Diodorus Gron. et al. ante Harduin.—7 Vox nam deest in Vet. Dalec. Mox, in eodem Vet. *cupras, nec minus quam mentam aut rutam.* Scorpionum. Cod. Dalec. *muturi pro motam.*—8 Margo edd. Dalec. et Gronov. *draconumque marinorum, e Diosc.* Mox, *aceti exiguo* Chiffl.—9 Ita codd. Regg. Brot. 1. 2. *odoratum* al. ante Brotier. Mox, et i. *refrigerandis* Vet. Dalec.—10 Cod. Dalec. *inflationis ructum.*—11 Cod. Dalec. *prodesse etiam Cholericis.* Eo *distillationes;* Chiffl. *choleris distillationes.*—12 Chiffl. et contra plistonium.

## NOTÆ

si scorpione quis feriatur, qui eo die ocimum ederit, incolumem eum fore.

<sup>f</sup> *Etiam pediculos]* Pediculis infestari eos, qui ocimum adhibeant in cibis.

<sup>g</sup> *Secuta ætas]* Posteriores medici, inquit, innocuum esse ocimi esum defendunt, contra Chrysippum: neque officere oculorum claritati, quandoquidem illud capræ edunt, quibus est visus acutissimus, ut dictum est VIII. 76. neque insaniam facere, cum nemini compertum sit motam ex eo cibo mentem esse, &c.

<sup>h</sup> *Et scorpionum]* Diosc. loc. cit.

<sup>i</sup> *Illitum capitī]* Apuleius cap. 117. tit. 1. ‘Capitis dolori medendo:’ ‘Herbam ocimum tritam cum oleo rosaceo, aut myrtino, vel acetō, fronti imponas: mirabiliter capitī dol-

rem sanat.’

<sup>j</sup> *Item oculorum]* Plinius Valer. I. 14. ad verbum. Et Apuleius c. 117. tit. 2. ‘Ad epiphoras oculorum:’ ‘Ocimum ex vino optimo tritum, oculis illinitur.’ Vide et Diosc. II. 171.

<sup>k</sup> *Stomacho quoque]* Plinius Valer. IV. 15.

<sup>l</sup> *Inflationes]* Plinius Valer. IV. 20. et Diosc. loc. cit.

<sup>m</sup> *Alvum sistere]* Plinius Valer. loc. cit. et II. 27.

<sup>n</sup> *Urinam ciere]* Hoc de ocimi semine Diosc. loc. cit.

<sup>o</sup> *Choleras eo]* Χολερὰ stomachi, intestinorumque pariter vitium est: nam et dejectio et vomitus est, intestina torquentur, bilis supra infra-que erumpit: *Débordement de bile.*

<sup>p</sup> *Et colicis Plistonius]* In MSS. Et

mo, et sanguinem exscreantibus, in vino: duritia quoque præcordiorum. Illinitur mammis, extinguitque<sup>13</sup> lactis proventum. Auribus utilissimum infantium, præcipue cum adipe anserino. Semen tritum<sup>14</sup> et haustum naribus sternutamenta movet, et distillationes<sup>15</sup> quoque capiti<sup>16</sup> illitum: vulvas purgat in cibo, ex aceto. Verrucas<sup>17</sup> mixto atramento<sup>18</sup> sutorio tollit. Venerem stimulat. Ideo etiam equis asinisque admissuræ tempore ingeritur.

(XIII.) Sylvestri ocimo<sup>19</sup> vis efficacior ad eadem omnia: peculiaris ad vitia, quæ vomitionibus crebris contrahuntur. Vomicisque vulvæ,<sup>20</sup> contraque bestiarum morsus e vino radice efficacissima.

XLIX. Erucæ semen<sup>a</sup> scorpionum venenis et muris aranei medetur. Bestiolas omnes<sup>b</sup> innascentes corpori arcet:<sup>c</sup>  
Vitia cutis<sup>c</sup> in facie cum melle illitum. Lentigines<sup>d</sup> ex



—13 Margo edd. Dalec. et Gronov. *siccat capiti*, e Diosc.—14 Chiffl. *cäramento*.—15 *Vomicis vulvæ* Chiffl. Mox, Gronov. et al. ante Harduin. *contraque b. morsus radix in vino est efficacissima*; cod. Dalec. *contra b. morsus radice efficacissima*; Chiffl. *contra b. morsus e vino radice efficacissima*.

CAP. XLIX. 1 Chiffl. *corpore arcet*.—2 Vet. Dalec. *subituros poto*, &c. indu-

#### NOTÆ

*contra Plistonicum aliqui*: ut adhuc varietatem et contrarietatem opinio- num de ocimo tractet.

<sup>a</sup> *Extinguitque*] Quin immo Dioscoride auctore loc. cit. lactis proventum facit: tanta fuit olim sententiarum de ocimo varietas, ut Plinius animadvertisit, inter vetustos scriptores, ut de ejus viribus discrepantia pugnantiaque prodiderint.

<sup>b</sup> *Semen tritum*] Plinius Valer. IV. 20. iisdem verbis. Diosc. quoque II. 171.

<sup>c</sup> *Et distillationes*] Diosc. loc. cit. ocimi succo fluxiones capitis siccari quoque prodidit.

<sup>d</sup> *Verrucas*] Plinius Valer. totidem syllabis, loc. cit.

<sup>e</sup> *Sylvestri ocimo*] Præter sativum ocimum, de quo suo loco egimus,

plura alia in horto Regio a nobis sunt diligenter observata: ex quibus quodnam sit illud quod sylvestre Plinius nunc appellat, incertum. Cave interim Dalecampio credas ai- enti ὄκμοιδες a Plinio intelligi, de quo Diosc. IV. 28. cum sylvestris ocimi radicem Plinius landet, ὄκμοιδον supervacuam esse Dioscorides haud obscure testetur.

<sup>a</sup> *Erucæ semen*] Plinii Valer. IV. 13. et Florentinus in Gepon. XII. 26. p. 349.

<sup>b</sup> *Bestiolas omnes*] Pediculos, credo, pulicesque intelligit. Forte et lumbricos: nam Florentinus, loc. cit. de eruca, ἔλμυρας ἐξάγει, inquit, lumbricos educit. Sed hos nusquam Plinii bestiolas vocat.

<sup>c</sup> *Vitia cutis*] Plinius Valer. loc. cit.

aceto. Cicatrices<sup>c</sup> nigras reducit ad candorem cum felle bubulo. Aiunt verbera<sup>f</sup> subituris potum ex vino duritiam quandam contra sensum inducere.<sup>g</sup> In condiendis<sup>g</sup> opsoniis tanta est suavitas, ut Graeci euzomon<sup>h</sup> appellaverint. Putant subtrita eruca si soveantur oculi, claritatem restitu: tussim infantium<sup>i</sup> sedari.<sup>j</sup> Radix ejus<sup>j</sup> in aqua decocta fracta ossa extrahit. Nam de Venere stimulanda diximus:<sup>k</sup> tria folia<sup>l</sup> sylvestris crucæ sinistra manu decerpta, et trita, in aqua mulsa si bibantur.

L. E contrario nasturtium Venerem inhibet,<sup>a</sup> animum excuit, ut diximus.<sup>b</sup> Duo ejus genera: Alvum<sup>i</sup> purgat,<sup>c</sup> detrahit bilem potum x. pondere<sup>d</sup> in aqua. Cum lomento<sup>e</sup>

ere. Chiffl. etiam induere.—3 Chiffl. sedare.

CAP. L. 1 Vet. Dalec. excavit, ut diximus. Duo ejus genera. Album. Edd. vett. excavit. Ut diximus, duo ejus genera. Alvum. Mox, Chiffl. po-

#### NOTE

<sup>a</sup> *Lentigines*] Plinius Valer. loc. cit. et Q. Serenus c. 12. p. 131. ‘Invida si maculat faciem lentigo decorram, Nec prodesse valent naturæ donna benignæ, Erucam, atque acidum laticem simul illine malis.’

<sup>c</sup> *Cicatrices*] Plinius Valer. loc. cit. et III. 46. et Florentinus loco citato.

<sup>f</sup> *Aiunt verbera*] Plinius Valer. IV. 13. et Florentinus loc. cit.

<sup>g</sup> *In condiendis*] Plinius Valer. loco citato.

<sup>h</sup> *Euzomon*] Εὐζωμον, παρὰ τὸ εὖ et ξωμὸς, propter suavitatem quam iuribus præbet, quasi iuribus grata.

<sup>i</sup> *Tussim infantium*] Plinius Valer. IV. 13.

<sup>j</sup> *Radix ejus*] Plinius Valer. loco citato.

<sup>k</sup> *Nam de Venere . . . diximus*] Lib. XIX. 44.

<sup>l</sup> *Tria folia*] Vide Notas et Emend. num. 19.

<sup>a</sup> *Venerem inhibet*] Plinius Valer. IV. 12. Auctor Gepon. XII. 27. pag.

350. At dissentit ab utroque Diosc. II. 185. Conciliare ambos inter se

Pseudo-Macer videtur, cum eam vim inhibendi Venerem nasturtio tum solum ascribit, cum usu frequenti adhibetur: ‘Dicunt ferventes quod habent nasturtia vires, Et siccias: hac re Venerem cen ruta coercent, Sicando semen: fuerint si sumta frequenter.’

<sup>b</sup> *Ut diximus*] Lib. XIX. 44.

<sup>c</sup> *Album purgat*] Illud nimirum, quod minus nigrum est. Nam alterum genus, ut mox dicetur, est nigrum. De hoc igitur Marcellum Empir. intellige, c. 30. cuius lemma est, ‘Ad ventrem resolvendum,’ &c. Sic enim ille, p. 215. ‘Prodest et ad hoc nasturtium potum ex vino: nam et calefacit, et mollit viscera, et urinam movet. Prodest et intestinorum doloribus, et inflationibus,’ &c. *Album pro album* legi hoc loco, etsi ita contendente Barbaro, plane nolim, libris invitatis.

<sup>d</sup> *X. pondere*] Hoc est, denarii argentei pondere.

<sup>e</sup> *Cum lomento*] Hoc est, cum farina fabacea. Florentinus in Gepon.

strumis illitum, opertumque brassica, præclare medetur. Alterum est nigrius, quod capitis vitia purgat.<sup>f</sup> Visum compurgat.<sup>g</sup> Commotas<sup>2</sup> mentes sedat ex aceto sumtum. Lienem<sup>h</sup> ex vino potum, vel cum fico.<sup>j</sup> Tussim ex<sup>i</sup> melle, si quotidie jejuni sumant. Semen ex vino<sup>j</sup> omnia intestinorum animalia pellit: efficacius addito mentastro. Prodest et contra suspiria et tussim, cum origano et vino dulci. Pectoris doloribus<sup>k</sup> decoctum in lacte caprino. Panos discutit<sup>l</sup> cum pice, extrahitque corpori<sup>+</sup> aculeos.<sup>m</sup> Et maculas illitum ex aceto. Contra carcinomata adjicitur ovoidrum album. Et lienibus illinitur ex aceto. Infantibus vero e melle utilissime. Sextius adjicit,<sup>n</sup> ustum serpentes fugare, scorpionibus resistere. Capitis dolores contrito, et alopecias<sup>o</sup> emendari addito sinapi: gravitatem aurium<sup>p</sup>

\*\*\*\*\*

*tum X. pondere in aquæ VII.—2 Vet. Dalec. quoque. Commotas; al. vett. ap. eundem, clarificat. Commotas.—3 Chiffl. fico sumptum.—4 Vet. Dalec. corpore.—5 Alii ap. Dalec. trito et imposito.*

## NOTÆ

xii. 27. pag. 350. Καρδάμου σπέρμα μιχθὲν ἀλεύρῳ κναμίνοις, προσλαβὼν στακτῆς μέρος, λαταιχοράδας, . . . χρηστέον δὲ ἀντὶ δθόνης φύλλοις κράμβης. Plinius Valer. III. 29. Cum alumine contritum, illitum, vel impositum, strumis opitulari ait Marcellus Empir. cap. 15. p. 108. Cum lomento, idem pag. 109. et Apuleius, cap. 20. tit. 4.

<sup>f</sup> *Capitis vitia purgat*] Ope sternutationis, quam provocat. Apuleius c. 20. de nasturtio, tit. 1. ‘Ad caput deplendum?’ ‘Herbae nasturtii succum naribus injicis, caput deplet, et de phlegmate purgat. Hoc nasturtium non seritur, sed perse nascitur.’ Ita Ms.

<sup>g</sup> *Visum compurgat*] Ita MSS. omnes.

<sup>h</sup> *Lienem*] Ad verbum hac Plinius Valer. IV. 12. Celsus IV. 9. ‘Nasturtium lienem extenuat.’ Diose. II. 185. ex melle, non ex vino, adhi-

bet.

<sup>i</sup> *Tussim ex*] Plinius Valer. loc. cit. Florentinus in Geopon. loc. cit.

<sup>j</sup> *Semen ex vino*] Plinius Valer. et Florentinus locis citatis, et Diose. II. 185. sed hic minus distincte, quam ceteri.

<sup>k</sup> *Pectoris doloribus*] Totidem verbis Plinius Valer. I. 57. et Florentinus in Geopon. loc. cit. Dat Theod. Priscianus II. 2. 17. ipsum nasturtium ex melle coctum: ac mentæ viridis pariter decoctum laudat.

<sup>l</sup> *Panos discutit*] Marcellus Empir. c. 32. p. 224.

<sup>m</sup> *Extrahitque . . . aculeos*] Plinius Valer. III. 49.

<sup>n</sup> *Sextius adjicit*] Et Florentinus, loc. cit. et Dioseor. II. 185. et Plinius Valer. IV. 12. Columella denique lib. X. p. 353. ‘Spartantur cæcis nasturtia dira colubris.’

<sup>o</sup> *Et alopecias*] Marcellus Empir. iisdem verbis, c. 6. p. 46. et Plinius

trito imposito<sup>s</sup> auribus cum fico. Dentium dolores<sup>q</sup> infuso in aures succo. Porriginem<sup>r</sup> et ulcera capitis cum adipe anserino. Furunculos<sup>s</sup> concoquit cum fermento. Carbunculos<sup>t</sup> ad suppurationem perducit, et rumpit. Phagedænas ulcerum expurgat cum melle. Coxendicibus<sup>u</sup> et lumbis cum polenta ex aceto illinitur: item licheni:<sup>v</sup> item unguibus scabris: quippe natura ejus caustica est. Optimum autem<sup>w</sup> Babylonium. Sylvestri vero ad omnia ea effectus major.

LI. In præcipuis autem medicaminibus ruta est. Latiora sativæ folia, rami fruticosiores. Sylvestris horrida<sup>x</sup> ad

CAP. LI. 1 Vet. Dalec. *fervida*.—2 Cod. Dalec. *noxam*.—3 *Anacimum*

#### NOTÆ

Valer. I. 6. E Græcis Florentinus, ac Diosc. locis citatis.

<sup>p</sup> *Gravitatem aurium*] Marcellus Empir. c. 9. p. 82. ‘Nasturtium tritum cum fico, atque auriculae inditum, his qui gravius audiunt, prodere fertur.’ Eadem habet Plinius Valer. I. 12.

<sup>q</sup> *Dentium dolores*] Florentinus loc. cit. et Plinius Valer. ad verbum, IV. 12.

<sup>r</sup> *Porriginem*] Iisdem verbis Plinius Valer. loc. cit. Marcellus Empir. c. 4. p. 40. ‘Nasturtii semen mixtum adipi anserino, tritumque, furfures capitis assidua levatione depeilit.’ Apuleius cap. 20. tit. 2. ‘Ad capitis vitia, porrigines, vel furfures:’ ‘Herbæ nasturtii semen,’ &c. Florentinus item loc. cit. Στέαρ δὲ χήνειον προσλαβὼν, τὰ φύδενα ἐν κεφαλῇ ἔλκυδρια, καὶ πινυράσιν θεραπεύει. Ulceræ capitis Plinius intelligit ea, quæ favi dicuntur, κηρά, de quibus c. 6.

<sup>s</sup> *Furunculos*] Florentinus loc. cit. Δοθῆνας μετὰ ξύμης πεπάνει. Sic et Plinius Valer. III. 32. et Apuleius loc. cit. tit. 5. Dioscorides loc. cit. pro fermento muriam asciscit. Porro

furunculus, ut Celsus ait v. 28. ‘tuberculum est acutum cum inflatione (legi malim, cum inflammatione) et dolore: maximeque ubi jam in pus vertit. Qui ubi adapertus est, et exit, super appetat pars carnis in pus versa, pars corrupta, subalbida, subrubra, quem ventriculum quidam furunculi nominant.’ Gallis, *Froncle*.

<sup>t</sup> *Carbunculos*] Dioscor. II. 185. Et Plinius Valer. III. 30. ‘Carbunculo medendo:’ ‘Nasturtium fermento mixtum utiliter medetur.’ Et IV. 12. de nasturtio: ‘Fermentum mixtum et appositum furunculos, itemque carbunculos provocat, ac suppura dirumpit.’

<sup>u</sup> *Coxendicibus*] Dioscor. loc. cit. Marcellus c. 25. p. 173. Plinius Valer. II. 36. et IV. 12.

<sup>v</sup> *Item licheni*] Diosc. loc. cit. <sup>w</sup> *Optimum autem*] Diosc. loc. cit. Κάλλιστον μὲν εἶναι δοκεῖ τὸ ἐν τῇ Βαβυλῶνι κάρδαμον. Nicander τὸ ἀπὸ Μήδων κάρδαμον laudat in primis.

<sup>x</sup> *Sylvestris horrida*] Veliemens, acris. Diosc. III. 52. Πήγανον ὄρεινδν καὶ ἄγριον τοῦ ἡμέρου καὶ κηπευτοῦ δρι-

effectum est, et ad omnia aerior. Succus exprimitur, tusa et aspersa modice, et in pyxide Cypria asservatur. Hic copiosior datus veneni noxiā<sup>2</sup> obtinet, in Macedonia<sup>b</sup> maxime juxta flumen Aliacemonem.<sup>3</sup> Mirumque, cicutæ succo extinguitur: adeo etiam venenorum venena sunt, quando cicutæ succus prodest manibus colligentium<sup>c</sup> rutam. Cetero inter prima<sup>d</sup> miscetur antidotis, præcipueque Galatice. Quæcumque autem<sup>e</sup> ruta et per se pro antidoto valet, foliis tritis, et ex vino sumtis. Contra aconitum<sup>f</sup> maxime, et viscum.<sup>g</sup> Item fungos,<sup>h</sup> sive in potu detur, sive in cibo. Simili modo<sup>i</sup> contra serpentium ictus, utpote cum mustelæ dimicaturæ<sup>j</sup> cum his, rutam prius edendo se muniant. Valent<sup>k</sup> et contra<sup>l</sup> scorpionum, et contra arameorum,<sup>m</sup> apium, crabronum, vesparum aculeos, et cantharidas,<sup>n</sup>

Chiffl.—4 Valet Vet. Dalec.—5 Ita eodd. Harduini et Chiffl. cum eodd. Har.

#### NOTÆ

*μύτερον, ὕθετον πρὸς βρῶσιν. Ruta montana et sylvestris acrior est quam sativa et hortensis, et in cibis damnata.* Apuleius c. 89. de ruta: ‘ Altera est usualis, altera agrestis atque virtutis acrioris: sed utræque ferventissimæ comprobantur.’

<sup>b</sup> *In Macedonia]* Dioscor. loc. cit. Τὸ δὲ ἐν Μακεδονίᾳ φυέμενον κατὰ τὸν Ἀλιάκμονα ποταμὸν, ἀναιρέν φασι βρῶσιν.

<sup>c</sup> *Manibus colligentium]* Alioqui enim, ut Columella est anctor, xi. 3. debet ruta velata manu runcari, quam nisi contexeris, perniciosa nascentur ulcera, prurigo atque tumor incesset, &c.

<sup>d</sup> *Cetero inter prima]* Dioscor. loc. cit. Galenus de Antidotis II. 1: pag. 898. et 899.

<sup>e</sup> *Quæcumque autem]* Sive sativa, sive sylvestris. *Diosc.* lib. II. c. 52.

<sup>f</sup> *Contra aconitum]* Scribonius Largus Compos. 188. ad aconitum: ‘ sed adjuvantur facile qui id sumserint, ru-

ta quamplurima pota cum vino.’ Sic etiam Theopompus Chius, apud Athen. lib. III. p. 85.

<sup>g</sup> *Et viscum]* Hoc est, adversus chamæleonis herbae venenatum succum, quem ἔγιαν Græci vocant, a visco, quod ad ejus radices quandoque invenitur. Idem de ruta ad ixiam Scribonius Largus prodit, Compos. 192.

<sup>h</sup> *Item fungos]* Scribonius Compos. 198. ad fungos: ‘ Item ruta ex aceto trita et pota proficit.’

<sup>i</sup> *Simili modo]* Hæc Plinius Valer. ad verbum, IV. 3. *Diosc.* item loc. cit.

<sup>j</sup> *Mustelæ dimic.]* Vide quæ dicta sunt VIII. 41.

<sup>k</sup> *Valent et contra]* Apuleius c. 115. tit. 7. ‘ Ad eos quos scorpio percussit? ‘ Rutæ sylvaticæ semen contritum ex vino dabis potui: dolorem sedat.’

<sup>l</sup> *Et cantharidas]* Scribonius Compos. 189. ‘ Ad cantharidas:’ ‘ Item

ac salamandras, canisve rabiosi<sup>m</sup> morsus: acetabuli mensura<sup>n</sup> succus e vino bibitur, et folia trita vel commanduata imponuntur cum melle et sale, vel cum aceto et pice decocta. Succo vero perunctos aut eam habentes, negant feriri ab his maleficiis: serpentesque,<sup>o</sup> si uratur ruta, nido-rem fugere. Efficacissima tamen est sylvestris radix cum vino sumta. Eandem adjiciunt efficaciorem esse sub dio potam. Pythagoras et in hac marem minoribus herbaceique coloris foliis a foemina discrevit: eam lætioribus foliis et colore. Idem oculis noxiam putavit: falsum,<sup>p</sup> quoniam scalptores et pictores<sup>q</sup> hoc cibo utuntur oculorum causa, cum pane vel nasturtio: capræ quoque sylvestres<sup>r</sup> propter visum,<sup>s</sup> ut aiunt. Multi succo<sup>t</sup> ejus cum melle Attico inuncti discusserunt caligines, vel cum lacte mulieris<sup>u</sup> puerum enixa, vel puro succo angulis oculorum tac-

duin. 1. 2. 3. et recentt. scorpionum ictus et araneorum Gronov. et al. vett.—  
<sup>6</sup> Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. pulavit falso Gronov. et vulgg.—<sup>7</sup> Ita Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. oculorum causa. Cum pane quoque vel nasturtio sativæ atque sylvestris propter visum. Ut aiunt, multi succo ejus Gronov. et al. ante Harduin. silves-

## NOTÆ

olem irinum ex ruta tritum, et potum.<sup>v</sup>

<sup>m</sup> *Canisve rabiosi*] Apuleius c. 89. tit. 7. ‘Ad morsum canis rabidi?’ ‘Herbæ rutæ pondus denariorum sex ex vino bibatur: plagæ vero imponantur rutæ folia trita cum melle, sale, et pice: liberabitur.’

<sup>n</sup> *Acetabuli mensura*] Dioscor. loco citato.

<sup>o</sup> *Serpentesque*] Odorem rutæ odisse viperam et alia venenata ait Albertus M. de Animal. VIII. 2. 2. p. 251.

<sup>p</sup> *Et pictores*] Simeon Sethi, p. 97. post Aëtium, I. 327. Λέγεται δὲ καὶ ὡς δέκυδερκές ἐστιν ἀσθίμενον, καὶ διὰ τοῦτο οἱ πρὸν ζωγράφοι συνεχῶς αὐτὸν ἀπεγένοντο. Dicitur etiam visum comedere: atque idcirco pictores olim eam assidue degustabant.

<sup>q</sup> *Capræ quoque sylvestres*] Vide No-

tas et Emend. num. 20.

<sup>r</sup> *Propter visum*] Idcirco Ovidius de Remed. Amor. circa finem, ‘acuentes lumina rutas’ appellat.

<sup>s</sup> *Multi succo*] Sic Florentinus in Geopon. XII. 25. p. 349. Diosc. III. 52. cum feoniculi succo et melle rutæ succum adhibet. Simeon Sethi loc. cit. Τινὲς δὲ καὶ τὸν πηγάρου χυλὸν μέλιτι μγνύντες, δέκυωπὲς ποιοῦσι φάρμακον. Plinius Valer. I. 16. ‘Ad lacrymosos oculos:’ ‘Ruta sicca et melle Attico æquis ponderibus mixta, oculos inunges: certum est.’ Apuleius c. 89. tit. 6. ‘Ad caliginem oculorum:’ ‘Herbæ rutæ rorem matutinum, aut matutino madentis succos collectos in vaseculo habeto, et ex eo inninges.’

<sup>t</sup> *Vel cum lacte mulieris*] Florentinus loc. cit.

tis. Epiphoras<sup>u</sup> cum polenta imposita lenit. Item<sup>8</sup> capititis<sup>v</sup> dolores pota cum vino, aut cum aceto et rosaceo illita. Si vero sit cephalaea,<sup>w</sup> cum farina hordeacea, et aceto. Eadem cruditates discutit, mox inflationes,<sup>x</sup> dolores<sup>y</sup> stomachi<sup>y</sup> veteres. Vulvas aperit,<sup>z</sup> corrigitque conversas,<sup>a</sup> illita in melle,<sup>10</sup> toto ventre et pectore. Hydropicis<sup>b</sup> cum fico,<sup>11</sup> et decocta ad dimidias partes, potaque ex vino. Sic bibitur<sup>c</sup> et ad pectoris dolores, laterumque, et lumborum, tusses, suspiria: pulmonum, jocinerum, renum vitia, horro-

*tris succo, multi, ut aiunt, propter visum cum melle* Vet. Dalec.—8 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recent. *cum pol. inposito.* *Lenit autem* Gronov. et vulgg.—9 Dalec. et dolores.—10 Vet. Dalec. *illito cum melle.*—11 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recent.

## NOTÆ

<sup>u</sup> *Epiphoras]* Oculorum videlicet. Plinius Valer. I. 4. ‘Ad epiphoras oculorum, et tumores:’ ‘Ruta in polenta contrita, et imposta, lenit dolorem.’ Apuleius c. 89. tit. 5. ‘Ad epiphoras oculorum:’ ‘Herba ruta cum polenta bene trita et imposta lenit epiphoras: nam et radix ejus contusa et illita eas emendat.’ Diosc. III. 52. Τὰς ἐν δόφθαλμοῖς περιωδυντὰς σὺν ἀλφίτῳ καταπλασθὲν πραῦνει.

<sup>v</sup> *Item capititis]* Diosc. loc. cit. Apuleius c. 89. tit. 13. ‘Ad capititis dolorem:’ ‘Herba ruta ex vino potui deatur, et trita capiti instilletur cum aceto et rosaceo oleo.’ Q. Serenus c. 8. de capite purgando, p. 129. ‘Aut mixtum rutae cerebro instillatur acetum.’

<sup>w</sup> *Cephalaea]* Κεφαλαῖα, capititis dolor est inveteratus, atque ægre cedens, in quo differt ἀπὸ τῆς κεφαλαλγίας. Vide Celsum IV. 2. et Galen. κατὰ τόπους, II. 2. p. 377.

<sup>x</sup> *Mox inflationes]* Marcellus Empir. cap. 20. p. 143. ‘Rutae hortensis paululum cibo sumtum, vel in potionē dilutum atque epotum, inflationes stomachi compescit.’ Sic etiam Apu-

leius c. 89. tit. 2.

<sup>y</sup> *Dolores stomachi]* Marcellus Empir. loc. cit. Apuleius c. 89. tit. 9. ‘Ad stomachi dolorem:’ ‘Herbæ rutaæ semen cum sulfure vivo, et aceto, jejunus gustato: prodesse dicimus.’

<sup>z</sup> *Vulvas aperit]* In eo nempe morbi genere, quod suppressionem mensium Medici appellant: cuius morbi causas, signa, curationesque varias Sennertus affert, lib. IV. pract. part. 2. sect. 2. c. 3. p. 663. Hoc illud est quod Q. Serenus cecinit, c. 35. p. 148. ‘Sed si forte crux clausa remorabitur alvo, Aut molles nepetæ, aut rutæ quaecumque bibantur.’

<sup>a</sup> *Corrigitque conversas]* Mutat enim situm interdum eterus, cum suffocatione. Vide Hippocr. de Morb. Mulier. II. 16. et 33. ac seqq. Vulvae strangulati mederi rutam, auctor est Diosc. III. 52. κατὰ τοῦ αἰδολοῦ ἄχρι δακτυλίου ἐπιτεθέν.

<sup>b</sup> *Hydropicis]* Diosc. loc. cit. totidem verbis.

<sup>c</sup> *Sic bibitur]* Diosc. loc. cit. Plinius Valer. I. 57. Marcellus Empir. c. 22. p. 156.

res frigidos.<sup>g</sup> Ad crapulæ<sup>e</sup> gravedines<sup>12</sup> decoquuntur folia poturis. Et in cibo vel cruda, vel decocta conditave prodest. Item torminibus<sup>f</sup> in hyssopo decocta, et cum vino. Sic et sanguinem sistit interiorem,<sup>g</sup> et narium<sup>h</sup> indita:<sup>13</sup> sic et collutis dentibus prodest. Auribus quoque<sup>i</sup> in dolore succus infunditur: custodito, ut diximus,<sup>j</sup> modo, in sylvestri. Contra tarditatem vero sonitumque,<sup>14</sup> cum rosaceo, vel cum laureo oleo, aut cumino et melle. Succus et phreneticis<sup>k</sup> ex aceto tritæ instillatur in tempora et cerebrum. Adjecerunt aliqui et serpyllum, et laurum, illineantes capita, et colla. Dederunt et lethargicis<sup>l</sup> ex aceto olfaciendum. Dederunt et comitalibus<sup>m</sup> bibendum decocatae succum in cyathis quatuor ante<sup>15</sup> accessiones, quarum frigus intolerabile est: alsiosisque<sup>n</sup> crudum in cibo. Urinam quoque<sup>o</sup> vel cruentam pellit. Fœminarum etiam<sup>p</sup>

\*\*\*\*\*

*cum fieu* Gronov. et al. vett.—12 *Vet. Dalec. ad crapulam et gravedines.*  
 —13 *Vet. Dalec. sistit interioribus indita;* alii ap. *Dalec. sistit, trita et naribus indita,* e *Diose.*—14 *Ita ex codd. Harduin. et recentt. ut diximus, modo.* *E silvestri vero contra tarditatem et sonitum Gronov. et vulgg. ut diximus . . . contra tarditatem vero sonitusque Chiffl.*—15 *Vet. Dalec. succum cyathis quatuor et ante.*—16 *Vet. Dalec. illini et vul. caus. et.*

## NOTÆ

<sup>d</sup> *Horrores frigidos]* Rigores febrium circuitu repetentes, βίγη περιοδικὰ, inquit *Diose.* loc. cit.

<sup>e</sup> *Ad crapulæ]* *Apuleius c. 115. tit. 6.* ‘*Ad stertentes vino:*’ ‘*Rutæ sylvaticæ semen cum vino potum mire facit.’*

<sup>f</sup> *Item torminibus]* *Marcellus Empir. c. 27. p. 195. ad verbum, et Plinius Valer. II. 22.*

<sup>g</sup> *Sic et sanguinem sistit interiorem]* Hoc est, quem ex pectore hæmoptoici rejiciunt: item sanguinem narium iisdem indita ruta sistit. Vide Notas et Emend. num. 21.

<sup>h</sup> *Et narium]* *Marcellus Empir. c. 10. p. 85.* ‘*Ruta sæpius olfactata, vel trita, illita, sanguinem ex naribus nimis fluentem retundit.*’ Sic etiam *Apuleius c. 89. tit. 1.*

<sup>i</sup> *Auribus quoque]* *Diosc. III. 52. Delph. et Var. Clas.*

*Plinius Valer. I. 10. et IV. 3.*

<sup>j</sup> *Ut diximus]* *Paulo ante: nam copiosior scilicet datus, veneni noxiā obtinet.*

<sup>k</sup> *Succus et phreneticis]* *Plinius Valer. III. 9.*

<sup>l</sup> *Dederunt et lethargicis]* *Plinius Valer. totidem verbis, III. 7. Apuleius c. 89. tit. 9.* ‘*Ad lethargicos excitandos:*’ ‘*Herba ruta trita ex aceto infundatur fronti.*’ Item *Q. Serenus cap. 57. lethargiae expellendæ, pag. 160.*

<sup>m</sup> *Dederunt et comitalibus]* *Diosc. loc. cit.*

<sup>n</sup> *Alsiosisque]* *Alsiosi dicuntur qui naturæ sunt plus nimio frigescentis, quique facile læduntur a frigore.*

<sup>o</sup> *Urinam quoque]* *Apuleius c. 115. tit. 4.*

<sup>p</sup> *Fœminarum etiam]* *Apuleius, c. Plinius.*

purgationes, secundasque, etiam emortuos partus, ut Hippocrati<sup>q</sup> videtur, ex vino dulci nigro pota. Itaque illitam et vulvarum causa etiam suffire<sup>16</sup> jubet. Diocles et cardiacis<sup>r</sup> imponit ex aceto et melle cum farina hordeacea. Et contra ileum decocta farina in oleo, et velleribus collecta. Multi vero et contra purulentas exscreciones siccæ drachmas duas, sulfuris unam et dimidiam sumi censem: et contra cruentas, ramos tres in vino decoctos. Datur et dysentericis cum caseo in vino contrita. Dederunt et cum bitumine<sup>s</sup> infriatam potionis propter anhelitum. Ex alto lapsis seminis tres uncias.<sup>17</sup> Olei libra vinique sextario illinitur cum oleo coctis foliis, partibus quas<sup>18</sup> frigus adusserit. Si urinam movet, (ut Hippocrati<sup>t</sup> videtur,) mirum est quosdam<sup>u</sup> dare velut inhibentem potui,<sup>19</sup> contra incontineniam urinæ. Psoras et lepras cum melle et alumine illita emendat. Item vitiliges,<sup>v</sup> verrucas, strumas, et similia, cum strychno et adipe suillo ac taurino sevo.<sup>20</sup> Item ignem sacrum<sup>w</sup> ex aceto et oleo, vel psimmythio: carbunculum<sup>x</sup>

*suffiri.*—17 Vet. Dalec. drachmas; al. vett. ap. eundem, obolos.—18 Cod. Dalec. artubus quos.—19 Vet. Dalec. potu.—20 Vet. Dalec. tum adipe suillo,

## NOTÆ

115. tit. 5. ‘Si mulier intrinsecus aliquid mali habuerit,’ (hoc est, si menstruorum, vel secundæ retentione laborat,) ‘herbæ rutaë sylvaticæ semen contritum ex vino austero dabat, præter partum:’ (hoc est, quando non est gravida:) ‘liberabitur.’ Adde et Diosc. III. 52.

<sup>q</sup> *Ut Hippocrati*] De Morb. Mul. I. 128. Alia expulsoria idem affert, c.

110. Hippocratem sequitur Diosc. loc. cit.

<sup>r</sup> *Diocles et cardiacis*] Iisdem verbis Plinius Valer. III. 11. Apuleius quoque c. 89. t. 8. ‘Ad cardiacos:’ ‘Herbæ rutaë fasciculus cum rosaceo decoquatur: adjecta aloës uncia et olei: peruncio dolorem sistit.’

<sup>s</sup> *Dederunt et cum bitumine*] Hoc me-

dicamentum phthisicis, et iis qui pura exscreant, præcipit Marcellus Empir. c. 16. p. 121. ‘Rutæ teneræ contritæ,’ inquit, ‘cum ramusculis suis, et expressæ succus, cum aliquantulo bitumine, ex vino vetere calido, phthisicis celeriter, similiter et empyicis in potu medetur.’

<sup>t</sup> *Si urinam . . . ut Hippocrati*] De Diæta II. 26.

<sup>u</sup> *Mirum est quosdam*] Quos Dioscorides sequitur, III. 52.

<sup>v</sup> *Item vitiliges*] Dioscor. loco citato.

<sup>w</sup> *Item ignem sacrum*] Marcellus Empir. c. 4. p. 43. sed pro psimmythio sive cerussa, argenti spumam adhibet. Psimmythium prætermisit Apuleius c. 89. tit. 9. de ruta: ‘Eadem

ex aceto. Nonnulli laserpitium una illini jubent, sine quo epinyctidas pustulas curant. Imponunt et mammis turgentibus decoctam, et pituitae eruptionibus <sup>y</sup> cum cera. Testium vero <sup>z</sup> epiphoris cum ramis laureæ teneris, adeo peculiari in visceribus his effectu,<sup>21</sup> ut sylvestri ruta cum axungia veteri illitos ramices sanari prodant. Fracta quoque membra semine trito cum cera imposito. Radix rutæ sanguinem oculis susflusum, et toto corpore cicatrices aut maculas illita emendat. Ex reliquis quæ <sup>22</sup> traduntur, mirum est, cum ferventem rutæ naturam esse conveniat, fasciculum ejus<sup>a</sup> in rosaceo decoctum addita uncia aloës, perunctis sudorem reprimere. Itemque generationes<sup>b</sup> impediri <sup>23</sup> hoc cibo: ideo in profluvio<sup>24</sup> <sup>c</sup> genitali datur, et Venerem crebro per somnia imaginantibus. Præcavendum<sup>d</sup> est gravidis abstineant hoc cibo: necari enim partus<sup>e</sup> in

*hircino, ac taurino.—21 Cod. Dalec. teneris. Adeo peculiaris est in visc. his effectus.—22 Ex reliquis quoque quæ cod. Dalec.—23 Chiff. generationem impedit.—24 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. I. 2. 3. et re-*

## NOTÆ

ignem sacrum ex aceto et oleo illinita sanat.' Plinius Valerianus similiter III. 34. At idem IV. 3. de ruta: 'Ignes sacros,' inquit, 'cum aceto et oleo rosaceo, et cerussa temperata, illico extinguit.' Ad erysipelata quoque rutam cum aceto et psimmithio, rosaceoque inungi jubet Dioscor. loc. cit.

<sup>x</sup> *Carbunculum]* Ita Plinius Valer. III. 30. Apuleius c. 89. tit. 6. et Theodor. Priscianus I. 18. 'Rutæ viridis folia cum aceto.'

<sup>y</sup> *Et pituitæ eruptionibus]* His papularum eruptionibus cum cerato myrtleo prodesse rutam sativam auctor est Diosc. loc. cit. De papulis diximus c. 26.

<sup>z</sup> *Testium vero]* Diosc. III. 52. Τὰς δὲ τῶν διδύμων φλεγμονάς σὺν δάφνῃ φύλλοις καταπλασθὲν ὡφελεῖ. *Testium inflammationibus cum lauri foliis imposita medetur.*

<sup>a</sup> *Fasciculum ejus]* Hæc Plinius Valer. ad verbum, III. 11.

<sup>b</sup> *Itemque generationes]* Plinius Valer. loc. cit. Diosc. III. 5. Γονή τε σβέννυσιν ἐσθίμενον, καὶ πινόμενον, seu esilita ruta seu bibita, genituras extinguit. Simeon Sethi p. 97. de ruta: Τὴν πρὸς τὰ ἀφροδίσια προθυμίαν ἐπέχει, καὶ ξηραίνει γενναλώς.

<sup>c</sup> *Ideo in profluvio]* Apuleius c. 89. tit. 12. 'Si fluit semen:' 'Herba ruta manducetur ex vino cum liquamine.'

<sup>d</sup> *Præcavendum]* Occurrit huic Plinius cautioni Plinius alter Medicus IV. 3. 'Stultissime quidam,' inquit, 'rutæ virtua dixerunt, quod ventrem inhibeat, genitale semen extinguat, infantes in utero necet. Facit enim hæc non ipsa, sed qui virtutis ejus obliiti, nec modum, nec tempus aspiciunt: ideo temperare prudentis est, ut de auxilio non fiat venenum.'

<sup>e</sup> *Necari enim partus]* Florentinus in

venio. Eadem ex omnibus satis quadrupedum quoque morbis in maximo usu est, sive difficile spirantibus, sive contra maleficorum<sup>f</sup> animalium ictus, infusa per narces ex vino: aut si sanguisugam exhauserint,<sup>25</sup> ex aceto: et quocumque in simili<sup>26</sup> morborum genere, ut in homine, temperata.<sup>27</sup>

LII. (XIV.) Mentastrum sylvestris menta est, differens specie foliorum, quæ sunt figura ocimi, pulegii colore.<sup>1 g</sup> Propter quod quidam<sup>h</sup> sylvestre pulegium vocant. Iis commanducatis<sup>i</sup> et impositis sanari elephantiasin, Magni Pompeii ætate, fortuito cuiusdam experimento propter pudorem<sup>j</sup> facie illita compertum est. Eadem illinuntur<sup>j</sup>



centt. ideo profluvio, omissa præpositione, Gronov. et al. vett.—25 ‘Ita bene cod. Reg. 2.’ Brotier. aut si sanguisuga exhauserit edd. vett. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. aut si sanguisugam hauserint margo edd. Dalec. et Gronov.—26 Vet. Dalec. et in quocumque simili.—27 Ita codd. Harduini et Vet. Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. temperato Gronov. et al. vett.

CAP. LII. 1 Margo edd. Dalec. et Gronov. odore, e Diosc.—2 Cod. Da-

#### NOTÆ

Geopon. XII. 25. p. 349. ‘Ο δὲ καρπὸς τοῦ ἀγρίου πηγάνου πινδμενος ἡμέρας τέ ξυμβρυν φθείρει, κ. τ. λ. Semen sylvestris erucæ potatum per dies quindecim, fætus neccat, δyc.

<sup>f</sup> Sive contra maleficorum] Florentinus loc. cit. Καὶ τὰς ἐκ θηρίων βλάβας μετὰ σύνου πινδμενον.

<sup>g</sup> Pulegii colore] Quia nigriora paucilo, minusque incana folia, ejusmodi mentastrum est Campense et Zwolense Lobelii in Observ. p. 273. Dalecampii Hist. Plant. lib. v. p. 573. Nos in horto Regio vidimus. Nullum est e tribus calaminthæ generibus, quæ a Dioscoride describuntur, III. 43. etsi vires utrobique vix dispares; sed menta sylvestris, ab eodem delibata, cap. 42. ut diximus XIX. 47. Quare frustra hoc loco Dalecampius Censoriam notationem distingit in Plinium. Est tamen Galeni καλαμίνθη de Fac. Simp. Med. lib. VII. 10. pag. 176. et 182.

<sup>h</sup> Propter quod quidam] Scholiastes Nicandri, p. 8. de calamintha: τινὲς δὲ ἄγριαι γλήχωνα αὐτὴν καλοῦσιν. Apuleius item c. 90.

<sup>i</sup> Iis commanducatis] Galenus et Schol. Nicandri locis cit. Apuleius c. 90. tit. 3. ad elephantiosos: ‘Herbae mentastri folia frequenter commanducatio. Sanare certum est.’ Q. Serenus c. 11. de elephantiasi propellenda, p. 130. ‘Mentastri folium potu, apposituque salubre est.’ Et Marcus Empir. c. 19. p. 130. ‘Mentastri folia commanducata, vel contrita apposita, elephantiosis medentur.’ Plinius Valerian. similiter, II. 57. Hoc ipsum de calamintha refert Diosc. III. 43. ‘Ωφελεῖ καὶ ἔλεφαντιώντας βρωθεῖσα, ἐπιπινομένον δρόσον γάλακτος. Esitata juvat elephantiasos, si scum lactis superbiberint.

<sup>j</sup> Eadem illinuntur] Galenus loc. cit. p. 182.

bibunturque adversus scolopendras, et serpentium ictus, drachmis duabus in vini cyathis duobus. Adversus scorponum ictus cum sale, oleo, et aceto. Item adversus scolopendras jus decocti: adversus omnia<sup>3</sup> venena servantur folia arida, ad farinæ modum. Substratum<sup>k</sup> vel accensum fugat etiam scorpiones.<sup>4</sup> Potum fœminas<sup>1</sup> purgat a partu: sed partus necat. Ruptis, convulsis,<sup>m</sup> sed parcus: orthopnoicis,<sup>n</sup> torminibus, cholericis, efficacissimum: item lumbis,<sup>o</sup> podagrīs impositum. Succus auribus<sup>p</sup> verminosis instillatur. In regio morbo<sup>q</sup> bibitur. Strumis<sup>r</sup> illinitur. Somnia Veneris inhibet. Tineas pellit<sup>s</sup> ex aceto<sup>6</sup> potum. Contra porriginem ex aceto infunditur capiti in Sole.

LIII. Mentæ ipsius<sup>a</sup> odor animum excitat, et sapor avi-

lec. putorem.—3 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recent. *adversusque omnia* Gronov. et al. vett.—4 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recent. *fugat scorpiones* Gronov. et vulgg.—5 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recent. *necat*. *Orthopnoicis*, intermediis omissis, Gronov. et al. vett. Mox, Gronov. et vulgg. *cholericis*; Harduini vero codd. et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *choleris*.—6 Margo edd. Dalec. et Gronov. *cum sale et melle*, e Diosc.

#### NOTÆ

<sup>k</sup> *Substratum*] Nicander in Theriac. p. 4. et de calamintha Diosc. III. 43.

<sup>l</sup> *Potum fœminas*] Galenus loc. cit. et de sua calamintha idem refert Diosc. III. 43.

<sup>m</sup> *Ruptis, convulsis*] Vide Notas et Emend. num. 22.

<sup>n</sup> *Orthopnoicis*] Ὀρθόπνοια morbi genus est, cum quis spirare non valet, nisi recta cervice spiritus trahatur. Asthmaticis prodesse calamintham scribit Galenus loc. cit.

<sup>o</sup> *Item lumbis*] Ischiadicis pariter calamiutham suam prodesse Dioscorides tradidit loc. cit.

<sup>p</sup> *Succus auribus*] Plinius Valer. I. 10. Apuleius cap. 90. tit. 1. ‘Ad aurum vermes:’ ‘Herbae mentastri succus cum vino austero mixtus, et in auriculam conjectus, vermes natos necare traditur.’ Q. Serenus c. 13. p.

132. ‘De aurum vitiis succurrentis:’ ‘Mentastri liquor expressus conducere fertur.’ Adde et e Græcis Galenum, loc. cit. p. 183. Vermes minutos, quales in caseis semiputridis inveniuntur, ex auribus interdum prodire, etiam et majores, exemplis pluribus confirmat Schenckius Observ. Medic. lib. I. p. 192.

<sup>q</sup> *In regio morbo*] Galenus, loc. cit. Diosc. III. 43. Schol. Nicandri, p. 8.

<sup>r</sup> *Strumis*] Marcellus Empir. c. 15. p. 107. cum vino idcirco gargarizari jubet.

<sup>s</sup> *Tineas pellit*] Galenus et Diosc. locis cit. Plinius ipse superius c. 50. ubi de nasturtio: ‘Intestinorum animalia pellit: efficacius mentastro addito.’

<sup>t</sup> *Mentæ ipsius*] Plinius Valer. IV. 20.

ditatem in cibis, ideo embammatum<sup>b</sup> mixturæ familiaris. Ipsa aescere,<sup>c</sup> aut coire, denserique<sup>i</sup> lac<sup>d</sup> non patitur. Quare lactis potionibus additur, ne hujus coagulati potu strangulentur. Datur<sup>2</sup> in aqua aut mulso: eadem vi resistere generationi creditor, cohibendo genitalia denseri.<sup>e</sup> Æque maribus ac foeminis sistit sanguinem:<sup>3</sup> et purgationes foeminarum inhibet: cum amylo<sup>f</sup> ex aqua pota, cœliacorum impetus. Syriation<sup>g</sup> et vomicas vulvæ curavit illa. Jocinerum<sup>5</sup> vitia ternis obolis ex mulso datis. Item sanguinem<sup>h</sup> exscrentibus in sorbitionem. Ulcera in capite<sup>i</sup> infantium mire sanat. Arterias humidas<sup>j</sup> siccat, siccas astringit. Pituitas corruptas purgat in mulso et aqua. Voci succus sub certamine utilis duntaxat, qui et gargarizatur<sup>6</sup> uva tumente, adjecta ruta et coriandro ex

---

<sup>e</sup> CAP. LIII. 1 Dalec. *densarique*, ut paulo post; Chiffl. *deserique*.—2 *Data* codd. Dalec. et Chiffl.—3 Vet. Dalec. *prohibendo genitaram densari æque maribus ac fœminis. Sistit sanguinem.* Chiffl. c. *genitali densari, &c.* Gronov. et al. ante Harduin. etiam *densari*.—4 Cod. Dalec. *fœminarum. Inhibet cum amylo.*—5 Ita ex codd. Harduin et recent. *Syr. et vom. vulvæ curavit. Ille et jocinorum* Gronov. et al. vett.—6 Chiffl. *gargaridiatur*.—7 Chiffl. ut

#### NOTÆ

<sup>b</sup> *Ideo embammatum]* Ἐμβαμμα, *jurulentum est*, quod ad intinctus paratur: liquidum illud quo panem in vasculis, opsoniumve intingimus.

<sup>c</sup> *Ipsa aescere]* Ita Diosc. III. 41. Coire lac, inquit, *densarique* in caseum non patitur, si folia ei immergeantur. Florentinus item in Geopon. XII. 24. p. 348. Εἰ δὲ καὶ εἰς γάλα ἐμβληθῆ, καὶ μετὰ ταῦτα ἡ πιτία ἐπιβληθῆ, οὐ παγήσεται τὸ γάλα. *In lac si injiciatur, et coagulum postea immittatur, lac non coagulabitur.*

<sup>d</sup> *Denserique lac]* Ita MSS. Reg. Colb. &c. non *densare*, vel *densari*. Sic Lucretius I. 647. *Nil prodesset enim calidum denserier ignem.* Et vs. 656. <sup>e</sup> *Denseri poterunt ignes.*

<sup>f</sup> *Genitalia denseri]* Hoc est, vel τὰ αὐδοῖα ἐντείνειν, vel *densari* potius et veluti coagulari genitale semen: nam et c. 81. genitale pro genitura seu se-

mine genitali accipit. Sic Hippocrates de diæta II. 26. Μίνθη θερμαίνει . . . καὶ ἦν πολλάκις ἔσθίη τις, τὸν σπόρον αὐτοῦ τήκει, ὥστε ρέειν, καὶ ἐντείνειν καλέει, καὶ τὸ σῶμα ἀσθενὲς ποιεῖ. *Menta calfacit . . . et si quis sape comedat, semen genitale colliquefacit, ut diffluat, et arrigere prohibet, et corpus debile facit.*

<sup>g</sup> *Cum amylo]* Ita fere Q. Serenus c. 27. p. 143.

<sup>g</sup> *Syriation]* In MSS. Reg. et Colb. *Siratione . . . curavit illa.* Medici nomen, vel obstetricis, priore vocabulo contineri, hand dubium est: quodnam sit illud, adhuc obseurum. An *Serapion*, de quo nos in Auctorum Indice? Antiochensis Medicus scilicet.

<sup>h</sup> *Item sanguinem]* Plinius Valer. IV. 23. Diosc. III. 41.

<sup>i</sup> *Ulcera in capite]* Apuleius c. 120. tit. 2.

<sup>j</sup> *Arterias humidas]* Fances.

lacte. Utilis et contra tonsillas cum alumine: linguæ asperæ<sup>k</sup> cum melle. Ad convulsa intus per se, vitiisque pulmonis. Singultus<sup>l</sup> et vomitiones<sup>7</sup> sistit cum succo granati, ut Democritus monstrat. Recentis succus narium vitia spiritu subductus<sup>8</sup> emendat. Ipsa trita choleras, in aceto quidem pota. Sanguinis fluxiones intus. Fleum etiam imposita cum polenta: et si mammae tendantur.<sup>m</sup> Illinitur et temporibus<sup>n</sup> in capitis dolore. Sumitur et contra scolopendras, et scorpiones marinos, et ad serpentes. Epiphoris illinitur,<sup>o</sup> et omnibus in capite eruptionibus: item sedis vitiis.<sup>o</sup> Intertrigines<sup>p</sup> quoque, vel si teneatur tantum, prohibet. Auribus cum mulso<sup>10 q</sup> instillatur. Aiunt et lieni mederi eam in horto gustatam, ita ne vellatur: si is qui mordeat, dicat se lieni mederi, per dies ix. Aridae quoque<sup>r</sup> farinam tribus digitis apprehensam, et stomachi dolorem sedare in aqua: et similiter aspersam in potionem,<sup>s</sup> ventris animalia<sup>t</sup> expellere.

LIV. Magna societas cum hac ad recreandos<sup>a</sup> defectos animo pulegio, cum surculis suis in ampullas<sup>i</sup> vitreas



vomitiones.—8 Vet. Dalec. subducto.—9 Chiffl. limitur.—10 Margo edd. Dalec. et Gronov. mulsa, e Diosc.—11 Chiffl. aspera potionem.

CAP. LIV. 1 Vet. Dalec. surculis in ampullas.—2 Cod. Dalec. utriusque.—

#### NOTÆ

<sup>k</sup> *Linguæ asperæ]* Diosc. loc. cit.

<sup>l</sup> *Singultus]* Diosc. III. 41.

<sup>m</sup> *Et si mammae tendantur]* Distentas mammas, et nimio lacte turgentes compescit. Diosc. loc. cit.

<sup>n</sup> *Illinitur et temporibus]* Plinius Valer. IV. 23. Fronti, Diosc. loc. cit.

<sup>o</sup> *Item sedis vitiis]* Sedes a Medicis pro natibus accipitur, totaque ea pars corporis, super qua sedentes innitimus.

<sup>p</sup> *Intertrigines]* Intertrigo malum est, quo femina equitatu, aliave simili de causa alteruntur, adurunturque. Alias attrita dicuntur, ‘Intertrigo,’ inquit Varro de Ling. Lat. lib.

IV. ‘ab eo quod duo inter se trita.’

<sup>q</sup> *Auribus cum mulso]* Diosc. III. 41.

cum mulsa: Ὁταλγίας δὲ δ χυλὸς σὺν μελικράτῳ ἀρήγει. Plinius Valer. similiter IV. 3. At MSS. *mulso*.

<sup>r</sup> *Arda quoque]* Hæc iisdem verbis Plinius Valer. IV. 23.

<sup>s</sup> *Ventriss animalia]* Hoc est, lumbricos. Plinius Valer. Diosc. locis cit. Theod. Priscianus II. 2. 17. mentæ viridis decoctum in hoc usu laudat inprimis.

<sup>a</sup> *Ad recreandos]* Vel solum pulegium naribus admotum cum aceto, defectos animo recreare, auctor est Diosc. III. 36.

aceti utrisque<sup>a</sup> dejectis.<sup>b</sup> Qua de causa dignior e pulegio corona Varroni,<sup>c</sup> quam e rosis,<sup>d</sup> cubiculis nostris<sup>e</sup> pronuntiata est. Nam et capitise dolores imposita dicitur levare. Quin et olfactu<sup>f</sup> capita tueri contra frigorū æstusque injuriam, et ab siti traditur: neque æstuare eos, qui duos e pulegio surculos impositos auribus in Sole habeant. Illinitur etiam in doloribus cum polenta et aceto. Fœmina<sup>g</sup> efficacior.<sup>h</sup> Est autem hæc flore purpureo. Mas candidum habet. Nauseas<sup>i</sup> cum sale et polenta in frigida aqua pota inhibet. Sic et pectoris ac ventris dolorem. Stomachi autem ex aqua item rosiones<sup>j</sup> sistit,<sup>k</sup> et vomitiones cum aceto et polenta. Intestinorum vitia melle decoctum et nitro sanat. Urinam pellit<sup>l</sup> ex vino: et si aminæum sit, et calculos,<sup>m</sup> et interiores omnes dolores. Ex melle<sup>n</sup>

<sup>3</sup> Varroni quam e rosa Chiffi. vertigini, quam e rosis Gronov. et al. ante Harduin.—<sup>4</sup> Fœmina efficacius Chiffi.—<sup>5</sup> Margo edd. Dalec. et Gronov. interci-

## NOTÆ

<sup>b</sup> *Utrisque dejectis]* Mentæ, pule-  
giique surculis.

<sup>c</sup> *Varroni]* Vide Notas et Emend.  
num. 23.

<sup>d</sup> *Cubiculis nostris]* In quibus, ut  
nunc quoque fit, clavis alligabantur  
acervi florū et herbarum odoratā-  
rum ad Medicos usus. Petronius in  
Sat. p. 493. ‘Mitia sorba Inter odo-  
ratas pendebant texta coronas, Et  
thymbræ veteres, et passis uva race-  
mis.’

<sup>e</sup> *Nam et capitise]* Q. Serenus c. 2.  
p. 126. inter remedia capiti medendo:  
‘Vel corno ex arbore sertum, Pule-  
giumve potens una super aure leva-  
bis: Aut illud mixto coctum clemen-  
ter aceto Cauta nare trahes.’ Sic  
etiam Apuleius c. 92. tit. 6.

<sup>f</sup> *Quin et olfactu]* Apuleius cap. 92.  
tit. 1. ‘Capiti ne noceat æstus aut fri-  
gus:’ ‘Herbam pulegium tecum, aut  
super aurem, aut sub annulo portato:  
hoc et hyeme tota facies: nec gra-

vedinem senties, nec perfrictionem.’

<sup>g</sup> *Fœmina]* Apuleius c. 92. ‘Duo  
genera ejus sunt: masculus, et fœ-  
mina: masculus florem album habet,  
fœmina rubrum sive purpureum:  
utrumque utile est, et mirabile.’

<sup>h</sup> *Nauseas]* Marcellus Empir. c. 20.  
p. 138. Apuleius c. 92. tit. 3. ‘Con-  
tra nauseam stomachi:’ ‘Pulegium  
tritum, vel in aqua maceratum, cum  
aceto potui dabis: nauseam sedas.’  
Diosc. III. 36. ad nauseam μετὰ δέκα  
κράτου, ex posca, bibi præcipit.

<sup>i</sup> *Stomachi . . . rosiones]* Sive morsus.  
Diosc. δηγμὸς στομάχου.

<sup>j</sup> *Urinam pellit]* Marcellus Empir.  
c. 26. p. 181. Id vero vini genus pu-  
leiatum a Lampridio appellatur, in  
Elagabalo, p. 103. Græcis οἶνος γλη-  
χωρίτης.

<sup>k</sup> *Et calculos]* Apuleius c. 92. tit. 11.

<sup>l</sup> *Ex melle]* Bibitum ejicere men-  
strua et secundas, scribit pariter  
Diosc. loc. cit.

et aceto sedat menstrua, et secundas. *Vulvas*<sup>c</sup> conversas<sup>m</sup> corrigit. *Defunctos*<sup>n</sup> partus ejicit. Semen obmutescentibus<sup>o</sup> olfactu<sup>p</sup> admovetur. Comitialibus in aceto cyathi mensura datur. Si aquæ insalubres bibendæ sint, tritum aspergitur. Salsitudines<sup>r</sup> corporis, si cum vino tradatur,<sup>s</sup> minuit. Nervorum causa,<sup>t</sup> et in contractione, cum sale et aceto et melle confricatur<sup>u</sup> in opisthotono. Bibitur ad serpentium<sup>v</sup> ictus decoctum: ad scorpionum et in vino tritum, maxime quod in siccis nascitur. Ad oris exulcerationes, ad tussim efficax habetur. Flos recentis incensus, pulices<sup>w</sup> necat<sup>x</sup> odore. Xenocrates<sup>y</sup> pulegii ramum lana involutum, in tertianis ante accessionem olfactandum dari, aut stragulis subjici, et ita collocari ægrum, inter remedia tradit.

L.V. Sylvestri ad eadem vis efficacior est, quod simile est



*siones sistit*.—6 *Vet. Dalec. menstrua, secundas et vulvas*.—7 *Chiffl. Defunctis*.—8 *Idem codex, olfuctum*.—9 *Vet. Dalec. si omnino tractetur*.—10 *Pintian. confricetur; Chiffl. infricatur*. Mox, *opisthotono*, omisso *in*, Edd. *vett. Vet. Dalec. et in opisthotono*.—11 *Vet. Dalec. culices*.

#### NOTÆ

<sup>m</sup> *Vulvas conversas*] Dioscor. III. 36. Πρὸς ὑποστροφὰς νόστέρας ἀρμόζει.

<sup>n</sup> *Defunctos*] Diosc. loc. cit. Apuleius c. 92. tit. 7. ‘Si infans in utero mulieris mortuus fuerit:’ ‘Pulegium caulinulos tres recentes, quia dolent suaviter, tritos in vino vetero optimo, sextarii quartario da bibat, liberabitur.’

<sup>o</sup> *Semen obmutescentibus*] Illud nimicum est quod Apuleius aliquanto planius c. 92. tit. 14. ‘Si mulier obtieuerit:’ nempe in partu: ‘Pulegium contritum et in pulverem redactum lana convolutum subjiciatur ab obstetricice.’

<sup>p</sup> *Salsitudines*] Forsan, *Lassitudines rectius*. Idecirco enim et tueri capita dicitur contra aestus frigoruunque injuriam, quæ causæ sunt lassitudinum: et idem nervorum confractioni pro-

desse, quod lassitudinem pariter respicit.

<sup>q</sup> *Nervorum causa*] Apuleius c. 92. tit. 13. ‘Contra spasmus:’ ‘Pulegium in aceti cyathis duobus jejunus bibat, si spasmus molestus fuerit.’ Spasmus, nervorum distentio est, atque convulsio. Tetanus, eorundem rigor, auctore Celso II. 1. Opisthotonum spasmus Plinius dixit XXII. 9. De opisthotono diximus c. 15. Est enim opisthotonus e tribus spasmis generibus unum, quæ fusius explantur sumus XXIII. 24.

<sup>r</sup> *Bibitur ad serp.*] Diosc. III. 36.

<sup>s</sup> *Pulices necat*] Atque inde fortassis pulegii nomen.

<sup>t</sup> *Xenocrates*] Apuleius quoque c. 92. tit. 6. ‘Ad tertianas:’ ‘Pulegium ramulos tres lana involutos odoret ante accessionem.’

origano, minoribus foliis,<sup>1</sup> quam sativum: et a quibusdam dictamnus vocatur. Gustatum a pecore caprisque, balatum concitat.<sup>a</sup> Unde quidam Græci<sup>b</sup> litera mutata blechona<sup>2</sup> vocaverunt. Natura tam servens est, ut illitas partes exulceret. Tussi in perfrictione<sup>c</sup> fricari ante balnea<sup>3</sup> convenit: et ante accessionum horrorem, convulsis,<sup>d</sup> et torminibus. Podagris<sup>e</sup> mire prodest. Hepaticis cum melle et sale bibendum datur: pulmonum vitia<sup>f</sup> exscreabilia facit. Ad lienem<sup>g</sup> cum sale utile est, et vesicæ, et suspiriis, et inflationibus:<sup>h</sup> decoctum succo æqualiter, et vulvas<sup>i</sup> corrigit:<sup>j</sup> et contra scolopendram terrestrem vel marinam: item scor-

<sup>a</sup> Decoctum æqualiter prodest succo, et simul vulvas corrigit.



CAP. LV. 1 Margo edd. Dalec. et Gronov. pulegio, sed folio majore, e Diosc. Mox, dictamnum Vet. Dalec. dictamnos Chiffi.—2 Ita ex codd. Hardnius et recentt. literas mutantes blechon Gronov. et vulgg. litera mutata blechonen Chiffi. literas mutantes blechona cod. Dalec.—3 Ita Hardniin. 1. 2. 3. et recentt. In tussi ex perfrictione, &c. Gronov. et vulgg. Tussi inter frictiones fric. ante balinea Chiffi. Mox, horrorem. Convulsis torm. et podagrī Dalec.—4 Dalec. decoctum. Succus æqualiter et vulvas.—5 Dalec. scorpiones

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *Balatum concitat]* Diosc. III. 36. iisdem verbis: Καλοῦσι δέ τινες αὐτὴν βλήχωνα, ἐπειδὴ τὰ γευσάμενα κατὰ τὴν ἄνθησιν τῶν ποιμνίων, βληγῆς ὑποπίμπλανται.

<sup>b</sup> *Unde quidam Græci]* Hesychius: Βλήχων, γλήχων, καὶ οὕτως λέγεται. Apuleius quoque 92. ἀπὸ τῆς βληγῆς, quæ vox balatum sonat.

<sup>c</sup> *Tussi in perfrictione]* Eos, inquit, qui tussi laborant, quam ex perfrictione colgerint, ut Marcellus Empir. loquuntur c. 16. p. 115. sylvestri pulegio fricari ante balnea convenient. Perfrictio, Græcis περίψυξις, vehemens frigus est, a ‘perfrigescō:’ qualis affectio illa est febre laborantium, quæ præcedit horrorem, hoc est, φρίκην. Hoc frigore pars interdum aliqua unatantum corporis laborat, quo et rigescit, torpescitque: unde κατεψυγμένη καὶ παράφορος γλῶσσα, rigens et

balbutiens lingua dicitur.

<sup>d</sup> *Convulsis]* Τοῖς σπωμένοις, cum melle et sale auxiliari ait Diosc. III. 36.

<sup>e</sup> *Podagris]* Diosc. loc. cit.

<sup>f</sup> *Pulmonum vitia]* Cum melle item et sale: Diosc. loc. cit. Vide et Galenum de Fac. Simp. Med. lib. vi. p. 167.

<sup>g</sup> *Ad lienem]* Diosc. loc. cit. Ex aceto propinat Apuleius ad splenis dolorem c. 92. tit. 17.

<sup>h</sup> *Et inflationibus]* Apuleius c. 92. tit. 15. ‘Ad inflationem stomachi, vel intestinorum:’ ‘Pulegium ex aqua calida contritum, vel ex vino, aut per se dato: rem miraberis illico.’

<sup>i</sup> *Vulvas corrigit]* Conversas scilicet, ut dictum est c. 51. Ad inflationes præterea duritiamque vulvae egregie facere scribit Diosc. loc. cit.

piones: privatimque valet contra<sup>s</sup> hominis morsum. Radix contra increscentia<sup>j</sup> ulcera recens potentissima. Arida vero cicatricibus decorem affert.<sup>6</sup>

**LVI.** Item pulegio est nepetaeque societas. Decocta enim in aqua ad tertias discutiunt frigora,<sup>k</sup> mulierumque menstruis<sup>l</sup> prosunt. Et aestate sedant calores. Nepeta quoque<sup>m</sup> vires contra serpentes habet. Fumum ex ea nidoremque fugiunt, quam et substernere in metu obdormituri<sup>n</sup> utile est. Tusa ægilopiis<sup>o</sup> imponitur, et capitis doloribus recens cum tertia parte panis temperata aceto illinitur. Succus ejus<sup>p</sup> instillatus naribus supinis, profluum sanguinis sistit. Item radix, quæ cum myrti semine in passo tepido gargarizata<sup>2</sup> anginis medetur.

**LVII.** Cuminum sylvestre<sup>a</sup> est prætenue, quaternis aut quinis foliis veluti serratis. Sed et sativo magnus usus,



*valet, privatimque contra.—6 ‘Radix c. i. ulcera potentissima, arida v. c. decorem affert] Leggo, levorem affert, quo vocabulo Lucretius aliquæ non raro utuntur.’ Nic. Heins. Vid. Advers. I. 10, p. 94.*

*CAP. LVI. I Chiff. eo dormituri.—2 Cod. Dalec. quæ cum semine in balneo gargarizata.*

#### NOTÆ

<sup>i</sup> *Contra increscentia]* In quibus caro supra modum excrescit.

<sup>k</sup> *Discutiunt frigora]* Quæ febrium horrorem antevertunt.

<sup>l</sup> *Mulierumque menstruis]* Eam vim pulegio vel soli Q. Serenus vindicat, c. 35. p. 148. ‘Pulegii calido purgatur fœmina potu.’

<sup>m</sup> *Nepeta quoque]* Apuleius c. 94. ‘Morsibus serpentum curandis:’ ‘Herbae nepitæ montanæ ex vino tritæ succus expressus cum vino potui datur: cuius etiam folia contrita plagæ utiliter imponuntur.’ Est hæc fortassis Dioscoridis καλαμίνθη.

<sup>n</sup> *In metu obdormituri]* In eo loco obdormituri, in quo serpentes metuendæ.

<sup>o</sup> *Tusa ægilopiis]* Αἴγιλωψ oculi vi-  
tium est, quod in angulo oculi, qui  
est ad nares, fieri omnes testantur:

esseque tumentem abscessum, qui in ea parte suppurret, et fistulae modo distillet: Nostri *Fistule lacrymale* ex ea re vocant: Græci αἴγιλωπας et τὰ αἴγιλωπα, quæ vox oculum caprinum sonat, a vitio scilicet et labe, quæ capris fere propria est et continua. Vide Celsum VII. 7.

<sup>p</sup> *Succus ejus]* Quin et narium morbis medetur, si Theod. Priscianum andimus: ‘Naribus vero specialiter sic medeberis,’ inquit ille I. 11. de narium morbis, ‘succum nepitæ, quam Græci calaminthen vocant, frequenter infunde: aut ejusdem siccatae et contusæ pulverem per canalem exsufflato.’

<sup>a</sup> *Cuminum sylvestre]* Hæc totidem verbis interpres Oribasii, lib. XI. fol. 102. post Diosc. III. 69.

in stomachi præcipue<sup>b</sup> remediis. Discutit pituitas,<sup>c</sup> et inflationes,<sup>d</sup> tritum et cum pane sumtum, vel potum ex aqua vinoque: tormina quoque<sup>e</sup> et intestinorum dolores. Verumtamen omne pallorem<sup>f</sup> bibentibus gignit. Ita certe ferunt Porcii Latronis,<sup>g</sup> clari inter magistros dicendi, assectatores, similitudinem coloris<sup>h</sup> studiis contracti imitatores, et paulo ante Julium Vindicem<sup>i</sup> assertorem illum a Nerone libertatis, captatione testamenti<sup>j</sup> sic lenocinatum. Narium sanguinem<sup>k</sup> pastillis inditum vel ex aceto recens sistit. Et oculorum<sup>l</sup> epiphoris<sup>m</sup> per se impositum, tumenibus<sup>n</sup> cum melle prodest. Infantibus imponi in ventre<sup>o</sup> satis est. Morbo regio<sup>p</sup> in vino albo a balineis datur.

CAP. LVII. 1 Margo edd. Dalec. et Gronov. *palloris*.—2 Chiff. *testamentis*.—3 *Testiculorum* margo edd. Dalec. et Gronov. e Diosc.—4 Dalec. *ven-*

## NOTÆ

<sup>b</sup> *In stomachi præcipue*] Marcellus Empir. c. 20. p. 141. ‘Cuminum teres, et vino mixtum dabis bibendum jejuno, si non febricitabit: si febricitabit, ex aqua tritum dabis: continuo emendabis stomachi dolorem.’ Apud Diosc. III. 68. εὐστομον hodie legitur, hoc est, *ori gratum*, forte προεὐστόμαχον. Nam sylvestre cuminum c. 69. ad stomachi imbecillitatem levandam in primis laudatur.

<sup>c</sup> *Discutit pituitas*] Crassiores humores ac pituitosos per alvum et urinas educit: eosdem a capite evocat.

<sup>d</sup> *Et inflationes*] Hæc deinceps iisdem verbis Diosc. tum de cuminio sativo, tum de sylvestri, III. 68. et 69.

<sup>e</sup> *Tormina quoque*] Diosc. loc. cit. Q. Serenus c. 27. de ventris dolore mitigando, p. 142. ‘Quin etiam ex lymphis tritum potare cuminum conveniet, quod jam nobis documenta probarunt.’

<sup>f</sup> *Pallorem*] Unde ‘cuminum pallens’ Q. Sereno c. 14. et Persio Sat. v. ‘Exangue cuminum’ Horat. I. Epist. 20. Et hoc pariter notat Diosc.

loc. cit.

<sup>g</sup> *Porcii Latronis*] M. Porcius Latro, genere Hispanus, primus clari nominis Professor, ut auctor est Quintil. x. 5. p. 775. Hunc Seneca pater in Præf. Controv. p. 59. tam egregie commendat, ut egregiis declamatoribus, qui Augusti sæculum illustrarunt, præripuisse gloriam videatur.

<sup>h</sup> *Julium Vindicem*] Qui primus aduersus Neronem conspiravit: natione Gallus, stirpe regia, ordinis Senatorii. Vide Dionem lib. LXIII. pag. 724.

<sup>i</sup> *Captatione testamenti*] Cum ejus testamentum et hereditatem Nero captaret, sic ille Principis cupiditati lenocinabatur, ut ejus amicitia summos honores adipisceretur: dum pallido interim colore simularet adversa valetudine se premi, atque adeo brevi interiturum.

<sup>j</sup> *Narium sanguinem*] Diosc. III. 68.

<sup>k</sup> *Et oculorum epiphoris*] Vide Notas et Emend. num. 24.

<sup>l</sup> *Tumentibus*] Oculis. Quem mor-

(xv.) *Aethiopicum* maxime in posca, et in ligmate<sup>5</sup> cum melle. *Africano* privatim<sup>6</sup> urinæ incontinentiam cohiberi putant. *Sativum* datur ad jocineris vitia tostum, tritum in aceto. Item ad vertiginem. Iis vero quos acrior urina<sup>7</sup> mordeat, in dulci tritum vino. Ad vulvarum vitia<sup>8</sup> in vino: præterque, impositis vellere foliis: testium tumoribus,<sup>9</sup> tostum tritumque cum melle, aut cum rosaceo et cera.

*Sylvestre* ad omnia eadem efficacius. Præterea ad serpentes cum oleo, ad scorpiones, ad scolopendras. Sistit et vomitionem nauseasque ex vino, quantum apprehenderint tres digiti. Propter colum quoque bibitur illiniturque, vel penicillis<sup>10</sup> fervens apprimitur<sup>8</sup> fasciis. Strangulationes vulvæ potum in vino aperit, tribus drachmis in tribus cyathis vini. *Auribus* instillatur<sup>11</sup> ad sonitus atque tinnitus

trali.—5 *Vet. Dalec.* *ecligmate*.—6 *Ita codd. Regg. et Editio princeps.* *Brotier. Africano paulatim Elz. Dalec. Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.*—7 *Ita ex codd. Harduin et recenti. acriorum urina Chiff. aciore vi urina Gronov. et vulgg.*—8 *Cod. Dalec. adstringitur.*—9 *Gronov. sevo.*

## NOTÆ

bum ita Serenus expressit c. 14. pag. 133. ‘Si tumor infestat, rufos et gliscit in orbes.’ Vel, ut alii libri habent: ‘Si tumor insolitus typho se tollat inani, Turgentes oculos vili circumline coeno.’

<sup>m</sup> *Morbo regio]* Plinius Valer. II. 59. ad verbum.

<sup>n</sup> *In ligmate]* Vel, ut alii, *in ecligmate.* Ἐκλειγμα arteriaca compositione est, quæ linctu absumitur, non vorando, ut catapotia. Vulgo Elecutaria vocant. Τὰ ἐκλειγματα, quæ ori imposta sensim liquefiunt, ac deinde deglutiuntur: a λέιχειν, hoc est, *lingendo.*

<sup>o</sup> *Ad vulvarum vitia]* Hippocr. de Morb. Mul. lib. I. tex. 56. p. 450.

<sup>p</sup> *Testium tumoribus]* Testium inflammationibus auxiliari Diosc. ait,

cum uva passa, et fabarum lomento, vel cum cerato impositum: Διδύμων δὲ φλεγμοναῖς ἀρήγει σὸν σταφίδηι, καὶ ἐρεγμένῳ ἀλεύρῳ, ή κηρωτῇ ἐπιτεθέν. Theod. Priscianus I. 24. ‘Fervores testuum, vel indignationes, cuminum cum melle et oleo tritum, et appositum curat.’

<sup>q</sup> *Vel penicillis]* Hoc est, linteolis concerptis fervens cuminum imponitur, deinde fasciarum ope ventri apprimitur.

<sup>r</sup> *Auribus instillatur]* Marcellus Empir. c. 9. p. 80. ‘Cuminum sylvestre contritum, et succo ruta immixtum, instillatumque auriculæ, dolorem lenit: ventos quoque interius sonantes removet, atque omne vitium potenter emendat.’

cum sebo<sup>2</sup> vitulino, vel melle. Sugillatis<sup>3</sup> illinitur cum melle, et uva passa, et aceto. Lentigini nigræ<sup>4</sup> ex aceto.

**LVIII.** Est cumino<sup>a</sup> simillimum, quod Græci vocant ammi. Quidam vero<sup>b</sup> Æthiopicum cuminum id esse existimant. Hippocrates<sup>c</sup> regium appellat, videlicet quia efficacius Ægyptio<sup>d</sup> judicavit. Plerique alterius<sup>e</sup> naturæ in totum putant, quoniam sit exilius et candidius. Similis autem et huic usus: namque et panibus Alexandrinis subjicitur, et condimentis<sup>f</sup> interponitur. Inflationes et termina discutit.<sup>g</sup> Urinas<sup>2</sup> et menstrua ciet. Sugillata<sup>h</sup> et oculorum epiphoras mitigat. Cum lini semine scorpionum<sup>i</sup> ictus in vino potum drachmis duabus, privatimque cerasatarum, cum pari portione myrræ.<sup>j</sup> Colorem quoque bibentium similiter mutat in pallorem. Suffitum cum uva passa et resina, vulvam<sup>k</sup> purgat. Tradunt facilius concipere eas, quæ odorentur id per coitum.

**LIX.** De cappari satis diximus<sup>k</sup> inter peregrinos frutices.



**CAP. LVIII.** 1 Ita ex codd. Harduin. et recentt. subigitur et condimentis Vet. Dalec. subditur et condimentis Gronov. et vulgg. subditur et alimentis cod. Dalec.—2 Urinam Gronov.—3 Chiffl. myrræ.—4 Ita Chiffl. Harduin. 1. 2. 3. Miller. et Bipont. vulvas Gronov. al. vett. et Franz.

#### NOTE

<sup>a</sup> *Sugillatis*] Diosc. III. 69. Αἴρει δὲ καὶ ὑπώπτια μαστηθὲν καὶ καταπλασθὲν σὺν μέλιτι καὶ σταφῖδι.

<sup>b</sup> *Lentigini nigræ*] Theod. Priscianus I. 32. Sunt quibus certis ex accidentibus maculae in corporibus frequentius inhaeserunt. Sunt nigræ, sunt albæ, velut elephantiasim annuntiantes . . . Cuminum cum aceto tritum, sæpe profuit.'

<sup>a</sup> *Est cumino*] Hæc totidem verbis interpres Oribasii lib. XI. p. 189. post Diosc. III. 70. Ammi vulgare a Dodoneo pingitur, p. 299. quo officinæ passim utuntur.

<sup>b</sup> *Quidam vero*] Diosc. loc. cit. <sup>c</sup> Αὐτοὶ καὶ τοῦτο Αἰθιοπικὸν, κ. τ. λ.

<sup>c</sup> *Hippocrates*] Κύμινον Αἰθιοπικὸν Ἰπ-

ποκράτης βασιλικὸν ἐκάλεσε, Diosc. III. 68.

<sup>d</sup> *Efficacius Ægyptio*] Vide Notas et Emend. num. 25.

<sup>e</sup> *Plerique alterius*] Diosc. III. 70.

<sup>f</sup> *Tormina discutit*] Diosc. loc. cit.

<sup>g</sup> *Urinas*] Diosc. loc. cit.

<sup>h</sup> *Sugillata*] Diosc. loc. cit. Καὶ ὑπώπτια καταπλασθὲν σὺν μέλιτι αἴρει.

<sup>i</sup> *Scorpionum*] Omnia venenatorum morsibus opitulari ex vino, scribit Diosc. loc. cit.

<sup>j</sup> *Colorem quoque*] Et potu, et illitu similiter colorem pallidiorem efficere, ut cuminum, Diosc. etiam auctor est loc. cit.

<sup>k</sup> *De cappari . . . diximus*] Lib. XIII. c. 44.

Non utendum transmarino:<sup>1</sup> innocentius Italicum est. Ferunt, eos qui quotidie id edunt, paralysi non periclitari, nec lienis doloribus. Radix ejus vitiligines<sup>m</sup> albas tollit, si trita<sup>1</sup> in Sole fricentur. Splenicis<sup>2 n</sup> prodest in vino potus radicis cortex duabus drachmis, demto balinearum usu. Feruntque XXXV.<sup>o</sup> diebus per urinam et alvum totum lienem emitti. Bibitur<sup>p</sup> in lumborum doloribus, ac paralysi. Dentium dolores<sup>q</sup> sedat tritum ex aceto semen decoctum,<sup>3</sup> vel manducata radix. Infunditur<sup>r</sup> et aurum dolori decoctum oleo. Ulcera<sup>s</sup> quæ phagedænas vocant, folia et radix recens cum melle sanant. Sic et strumas<sup>t</sup> discutit radix: parotidas,<sup>u</sup> vermiculosque<sup>4 v</sup> cocta in aqua.

CAP. LIX. 1 Chiffl. si tritæ.—2 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Spleneticis* Gronov. et vulgg.—3 Chiffl. vel

## NOTÆ

<sup>1</sup> *Non utendum transmarino]* Africano scilicet, eo præsertim quod apud Marmaridas nascitur, vel quod ex Arabia, et Rubro mari defertur: nam id in ore pustulas excitat, et gingivæ osse tenuis exedit, &c. Vide Diosc. II. 204. et Galenum de Fac. Simp. Med. lib. VII. p. 185.

<sup>m</sup> *Radix ejus vitiligines]* Diosc. loc. cit. Ἀλφούς τε λευκοὺς ἀποστάχει σὸν ὅξει λεῖα, cum aceto trita lentigines albas exterit. Sic etiam Galenus de Fac. Simp. Med. lib. VII. p. 184.

<sup>n</sup> *Splenicis]* Marcellus Empir. cap. 23. pag. 167. Plinius Valer. II. 18. ‘Corticis ex radice capparum cochlear plenum teres, et dabis bibere cum aqua calida, addens, si volueris, permodicum acetum: hocque per tri-duum facies, et sannis eris.’ Alter Celsus IV. 9. de lienis morbo: ‘Multi modis huic rei cappari aptum est. Nam et ipsum cum cibo assumere, et muriam ejus cum aceto sorbere commodum est. Quinetiam extrinsecus radicem contritam, vel corticem ejus cum furfuribus, aut ipsum cappari

cum melle contritum imponere expediat.’

<sup>o</sup> *Feruntque XXXV.]* Diose. loc. cit. post dies XL. Galenus loc. cit. spatium dierum nullum assignat.

<sup>p</sup> *Bibitur]* Diose. loc. cit.

<sup>q</sup> *Dentium dolores]* Diose. et Galenus locis citatis.

<sup>r</sup> *Infunditur]* Diose. loc. cit. Σκάληκάς τε τοὺς ἐν ὁστὶ χυλὸς ἐγχυματισθές κτείνει. *Aurum vermiculos infusus succus enecat.* Sic etiam Galenus loc. cit. p. 185.

<sup>s</sup> *Ulcera]* Diose. et Galenus locis citatis.

<sup>t</sup> *Sic et strumas]* Galenus, καὶ χοιράδας διαφορεῖ, loc. cit. p. 184. Sic et Diose. loc. cit. Struma, inquit Celsus V. 28. tumor est, in quo subter concreta quædam ex pure et sanguine, quasi glandulæ oriuntur. Latini etiam serofulas appellant: vulgo, *les écrouelles*. Celsus eas maxime in service ait oriri, sed in aliis etiam partibus, inguinibus, lateribusque, et mammis fœminarum.

Jocineris quoque malis medetur. Dant et ad tænias<sup>s</sup> in aceto et melle. Oris exulcerationes in aceto decocta tollit: stomacho inutile<sup>w</sup> esse<sup>6</sup> inter auctores convenit.

LX. Ligisticum (aliqui panacem<sup>a</sup> vocant) stomacho utile<sup>b</sup> est.<sup>1</sup> Item convulsionibus et inflationibus.<sup>c</sup> Sunt et qui cunilam bubulam appellaverint, ut diximus,<sup>d</sup> falso.

LXI. (xvi.) Cunilæ præter sativam<sup>e</sup> plura sunt in medicina genera. Quæ bubula<sup>f</sup> appellatur, semen pulegii habet, utile ad vulnera commanducatum impositumque, ut quinto post die solvatur. Et<sup>1</sup> contra serpentes<sup>g</sup> in vino bhibitur, ac tritum plagæ imponitur. Vulnera ab iis facta

\*\*\*\*\*

*decoctum.*—4 Vet. Dalec. auriumque vermiculos.—5 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *tineas* Gronov. et al. vett.—6 Ita codd. Regg. Brot. Editio princeps et al. vett. *st. inutile* esse Gronov. et vulgg. item Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *st. inutilem esse* Vet. Dalec.

CAP. LX. 1 Ita codd. Harduini, Chiffi. et Vet. Dalec. cum add. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. ‘Ex Diosc. nam coctionem juvat.’ *Dalec. st. inutile est* add. vett. et Gronov.

CAP. LXI. 1 *Et deest in Vet. Dalec.*—2 Ita ex codd. Harduinus et re-

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *Parotidas*] Theod. Priscianus 1. 8. ‘de parotidibus:’ ‘Capparis corticem in aqua elixa: et cum vino commisces, et cataplasma facies.’

<sup>b</sup> *Vermiculosque*] Aurium scilicet, de quibus dictum est proxime.

<sup>w</sup> *Stomacho inutile*] Κακοστόμαχον et caulem et fructum perinde esse, anctor est Diosc. loc. cit.

<sup>a</sup> *Aliqui panacem*] Ut dictum est xix. 50.

<sup>b</sup> *Stomacho utile*] Ita MSS. omnes, et Parm. edit. Diosc. iii. 58. de ligustico: ἵκανως δὲ ἐνστόμαχόν ἔστιν, κ. τ. λ. In libris editis perperam ad hunc diem *inutile*: uti et ex sequentibus liquet.

<sup>c</sup> *Et inflationibus*] Subintellige, utile est. Diosc. loc. cit. Δύναμις καὶ τοῦ σπέρματος καὶ τῆς βλέψης ... ἀρμόζουσα πρὸς ἐμπνευματώσεις, καὶ μάλιστα τὰς περὶ τὸν στόμαχον, κ. τ. λ. Sic etiam Galenus de Fac. Simp. Med. lib. vii.

p. 203. ἄφυσον ait esse, hoc est, *flatus extinguere*.

<sup>d</sup> *Ut diximus*] Lib. xix. c. 50.

<sup>e</sup> *Præter sativam*] Quæ satureia, ut diximus ix. 50.

<sup>f</sup> *Quæ bubula*] Cunila hæc bubula, ut indicavimus viii. 41. origanum sylvestre est, quod ab aliis Heraclei panacis, ab aliis, quos inter Nicander est, teste Dioscor. ii. 34. cunilæ nomen accepit. Extat adhuc certe Nicandri carmen in Theriac. pag. 44. Πανάκτειν τε κονίδην, “Ην τε καὶ Ἡράκλειον ὄρεγανον ἀμφεπόουσι. Non panactea conila, Quam quidam Heracleon origanum indigitarunt. Vulgo Origan. Accurate a Lobelio pingitur in Observ. p. 263. a quo Agrioriganum sive Onitis major vocatur. Vidimus in horto Regio. Est origanum vulgare Matthioli in Diosc. lib. iii. p. 701.

<sup>g</sup> *Et contra serpentes*] Contra venenatorum morsus. Diosc. loc. cit.

perflicantur. Item testudines<sup>b</sup> cum serpentibus pugnaturae hac se muniunt: quidamque in hoc usu panaceam<sup>2</sup> vocant. Sedat et tumores, et virilium mala, sicca, vel foliis tritis, in omni usu mire congruens ex vino.

LXII. Est alia cunila,<sup>i</sup> gallinacea appellata nostris, Græcis origanum heracleoticum.<sup>j</sup> Prodest oculis trita addito sale. Tussim quoque<sup>j</sup> emendat, et jocinerum vitia. Laterum dolores cum farina,<sup>k</sup> oleo et aceto in sorbitonem temperata. Præcipue vero<sup>k</sup> serpentium morsus.

LXIII. Tertium genus<sup>l</sup> est ejus, quæ a Græcis mascula, a nostris cunilago vocatur, odoris foedi,<sup>m</sup> radicis lignosæ,<sup>n</sup> folio aspero. Vires ejus vehementissimas in omnibus generibus<sup>z</sup> earum tradunt. Manipulo<sup>o</sup> quoque ejus abjecto,<sup>p</sup> omnes e tota domo blattas convenire ad eam. Privatum adversus scorpiones ex posca pollere. Tribus foliis<sup>p</sup> ex oleo peruncto homine, fugari serpentes.

LXIV. E contrario quæ mollis<sup>q</sup> vocatur, pilosioribus

\*\*\*\*\*

centt. ob hunc usum panacem Vet. Dalec. in hunc usum panacem edd. vett. et Gronov.

CAP. LXII. 1 Margo edd. Dalec. et Gronov. origanum silvestre et panax heracleus, e Diosc.—2 Chiff. furre.

CAP. LXIII. 1 Chiff. linosæ.—2 Idem codex, his generibus.—3 Vet. Dalec. objecto.

#### NOTÆ

<sup>b</sup> *Item testudines]* Id jam antea indicatum VIII. 41.

<sup>i</sup> *Est alia cunila]* Apuleius cap. 122.

<sup>c</sup> *Origanum a Græcis Heracleoticum*

... Latini cunilam Gallicam, (lege ex Plinio, gallinaceam, sic enim MSS.

omnes,) et origanum nominant.<sup>d</sup> Dioscor.

III. 32. Ὁρίγανος Ἡρακλεωτική, οἱ δὲ κοινὴν καλοῦσι, φύλλον ἔχει ἐμ-

φερὲς ὑσπάρῳ, κ. τ. λ. Delineatum

accurate a Matthiolo in Dioscor, lib.

III. pag. 699, quale nos vidimus. De

eo rursum Plinius xxv. 12.

<sup>j</sup> *Tussim quoque]* Dioscor. III. 32.

cum melle delingi ad tussim jubet.

Apuleius loc. cit. <sup>e</sup> *Tussi medendo:*

<sup>f</sup> *Herbam origanum commanducet,*

&c.

<sup>k</sup> *Præcipue vero]* Dioscor, loc. cit.

<sup>l</sup> *Tertium genus]* Hæc conyza mas-

cula est, de qua rursum dicetur XXI.

32. Eadem conyza major Diosc. III.

136. cuius iconem Lobelius exhibit

in Advers. p. 146. quale nos in hor-

to Regio vidimus.

<sup>m</sup> *Odoris foedi]* Βαρύσσωμος Diosc. l. c.

<sup>n</sup> *In omnibus generibus]* Sive mas-

cula sit, sive fœmina: sive sylvestris,

sive sativa.

<sup>o</sup> *Manipulo]* Substratu suffitique

venenatas fugare bestias, abigere cu-

lices, pulices necare, tradit Diosc. III.

136.

<sup>p</sup> *Tribus foliis]* Folia serpentium

morsibus imponuntur utiliter, inquit

Diosc. loc. cit.

foliis ac ramis aculeatis, trita mellis odorem habet, digitis tactu<sup>1</sup> ejus cohaerentibus. Altera thuris,<sup>2</sup> quam libanotidem appellamus.<sup>2</sup> Medetur utraque<sup>3</sup> contra serpentes ex vino vel aceto. Pulices etiam<sup>4</sup> contritae cum aqua sparsæ necant.

LXV. Sativa quoque<sup>5</sup> suos usus habet. Succus ejus cum rosaceo auriculas juvat. Ipsa ad ictus bibitur. Fit ex ea montana,<sup>1</sup><sup>6</sup> serpylo similis, esficax contra serpentes. Urinam<sup>7</sup> movet: purgat et a partu mulieres. Concoctionem mire adjuvat, et ad cibos aviditatem. Utraque<sup>2</sup> vel in cruditate jejunis in potionē aspersa. Luxatis quoque utilis. Contra vesparum et similes ictus, ex farina hordeacea et posca, utilissima. Libanotidis<sup>8</sup> alia genera suis dicentur locis.

CAP. LXIV. 1 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *tractu* Gronov. et al. vett.—2 Chiff. libanotidem appellaverimus.

CAP. LXV. 1 *Est et altera montana* Vet. Dalec.—2 Ita edd. vett. Gronov. et Harduin. 1. *aviditatem utraque* Dalec. Harduin. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.

#### NOTÆ

<sup>1</sup> *E contrario quæ mollis*] Eadem conyzæ fœmina Theophrasto Hist. vi. 2. Conyzæ minor Diosc. loc. cit. a Lobelio picta accurate in Adversar. pag. 146. Visa a nobis in horto Regio.

<sup>2</sup> *Altera thuris*] Altera conyzæ, inquit, hoc est, mascula, thuris odorem habet: quapropter et ipsa libanotis appellatur, quanquam id nomen et aliæ plantæ verius sortiuntur. Plinius ipse xxii. 32. ‘Folia fœminæ mellis odorem habent. Masculæ radix a quibusdam libanotis appellatur, de qua diximus,’ hoc nimirum loco.

<sup>3</sup> *Medetur utraque*] Diosc. loc. cit.

<sup>4</sup> *Pulices etiam*] Diosc. loc. cit. ut paulo antea diximus. Democritus in Geopon. XIII. 11. p. 370. ubi de culicibus necandis, περὶ κωνώπων. Φεύξονται δὲ, εἰ κόνυκαν ἐψήσεις, καὶ τῷ ξέματι ῥαῖς τὴν οἰκίαν. *Fugient, si conyzam decoxeris, decocto domum resper-*

seris. Et c. 15. de pulicibus, πρὸς ψύλλας, p. 374. necari hos ait, κονύξης ἐψηθείσης, τοῦ ξέματος ἐπιβραυομένου.

<sup>5</sup> *Sativa quoque*] Sativa nempe cunila; nam, ut dictum est initio c. 61. cetera genera hactenus, præter sativam, descripta sunt. Hæc est quam θύμβραν aliqui, rectius alii cunilam nostram et satureiam vocarunt, ut diximus xix. 50.

<sup>6</sup> *Fit ex ea montana*] Satureia montana, quæ Thymbra Dodonæi, pag. 287. visa a nobis in horto Regio.

<sup>7</sup> *Urinam*] Diosc. loc. cit.

<sup>8</sup> *Libanotidis*] Aliarum herbarum, quibus est libanotidis pariter nomen inditum, genera viresque suis locis dicentur: nempe xxiv. 59. ubi rosmarinum tractabitur, quod alio nomine libanotidem appellari dictum est superiore libro, cap. ult. ac genera quidem illius duo afferentur.

LXVI. (xvii.) *Piperitis*, quam et siliquastrum appellavimus,<sup>y</sup> contra morbos comitiales bibitur. *Castor* et aliter<sup>z</sup> demonstrabat, caule rubro et longo, densis geniculis, foliis lauri, semine albo, tenui, gustu piperis, utilem gengivis, dentibus, oris suavitati, et ructibus.

LXVII. *Origanum* quod in sapore cunilam<sup>a</sup> æmulatur,<sup>t</sup> ut diximus,<sup>b</sup> plura genera in medicina habet: onitin<sup>c</sup> vel prasianum appellant, non dissimile hyssopo. Privatum ejus usus<sup>d</sup> contra rosiones<sup>z</sup> stomachi in tepida aqua, et contra eruditates: contra araneos<sup>3</sup> scorpionesque in vino albo: luxata<sup>e</sup> et incussa in aceto, et oleo, et lana.

LXVIII. *Tragoriganum*<sup>f</sup> similius est serpylo sylvestri.

-----  
CAP. LXVI. 1 *Castor taliter* cod. Dalec.

CAP. LXVII. 1 Ita codd. Harduin, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *quod in sapore cunilæ æmulatur* edd. vett. et Gronov. *quod sapore cunilam æmulatur* Vet. Dalec.—2 Cod. Dalec. *torsiones*.—3 Ita codd. Harduini cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *aqua, et eruditates: contra araneas* edd. vett. et Gronov. *aqua, et contra crud. contra araneas* Chiff. *aqua, et crud. contra araneos* cod. Dalec.

NOTÆ

<sup>x</sup> *Appellavimus]* Lib. xix. 62. Il-  
lud est quod piper Indicum appelle-  
lant vulgo, quod quidem<sup>1</sup> quadrigemino  
genere a Dodonæo pingitur, sub  
nomine Capsici, p. 704. et 705. nem-  
pe oblongioribus, recurvis, latis, mi-  
nimisque siliquis. Nostris, *Poivre*  
*d'Inde*.

<sup>z</sup> *Castor et aliter]* Alterum intelligi  
vult piperitidis genus, a Castore de-  
scriptum.

<sup>a</sup> *Origanum quod in sapore cunilam]*  
Sive satureiam.

<sup>b</sup> *Ut diximus]* Lib. xix. 50.

<sup>c</sup> *Onitin]* Diosc. iii. 33. ‘Η δὲ ὄντη-  
τις καλουμένη, λευκοτέρα τοῖς φύλλοις  
ἔστι, καὶ μᾶλλον ἐσικῦνα ὑσσόπῳ, κ. τ. λ.  
Sic etiam interpres Oribasii lib. xii.  
fol. 209. Galeno de Fac. Simp. Me-  
dic. lib. vii. p. 215. ὄντης scribitur.  
Marcellus Empir. c. 30. p. 212. ‘Cu-  
nila, quam Græci onitim vocant.’ Id

ei nomen inditum, quod ab asinis  
præcipue expetatur: Schol. Nicandi:  
‘Οὐτίδα λέγει, ὅπερ οἱ ὄντοι ἔσθλονται.  
Πράσινον a viridi foliorum colore. Vi-  
dimus in horto Regio.

<sup>d</sup> *Privatum ejus usus]* Plinius Valer.  
iv. 36. De origano: ‘Ex vino albo  
tritum, et in potionē sumtum, scor-  
pionum et araneorum venenis resis-  
tit: eruditates discutit: morsus sto-  
machī ex aqua calida datum lenit.’

<sup>e</sup> *Luxata]* Plinius Valer. loc. cit.

<sup>f</sup> *Tragoriganum]* Diosc. iii. 35. Τρα-  
γοργάνος θαμνόςκος ἔστιν ὀριγάνῳ ἡ ἔρ-  
πύλλῳ ἀγρίῳ τὰ φύλλα καὶ τὰ κλωνία.  
Ab hircis, quibus gratum id pabulum  
est, nomen habere, ut ab asinis oniti-  
nus, auctor est scholiastes Nicandri.  
Est Thymbra legitima Clusii, quam  
ille pinxit Hist. Rar. Plant. lib. iii.  
p. 358. nos in horto Regio observavi-  
mus.

Urinam ciet,<sup>g</sup> tumores discutit, contra viscum<sup>h</sup> potum, viperæque ictum efficacissimum, stomachoque<sup>i</sup> acida ructanti, et præcordiis. Tussientibus<sup>j</sup> quoque cum melle datur, et pleuriticis, et peripneumonicis.<sup>k</sup>

LXIX. Heraclium<sup>l</sup> quoque tria genera habet, nigrius,<sup>l</sup> lationibus foliis, glutinosum. Alterum exilioribus,<sup>m</sup> mollius, sampsacho non dissimile, quod aliqui prasion<sup>n</sup> vocare malunt. Tertium est inter hæc medium, minus quam cetera efficax. Optimum<sup>n</sup> autem Creticum.<sup>o</sup> Nam et jucunde olet. Proximum Smyrnæum, odorius.<sup>p</sup> Heracleoticum,<sup>q</sup> ad potum utilius, quod onitin vocant.<sup>r</sup>



CAP. LXVIII. 1 Chiffl. et peripneumonicis. Voces et peripneumonicis desunt in cod. Dalec.

CAP. LXIX. 1 Origanum quoque tria genera habet, Heracleoticum nigrius margo edd. Dalec. et Gronov. e Diose.—2 Ibid. ex eodem, aliqui oniten.—3 Cod. Dalec. efficax autem. Optimum Creticum.—4 Ita Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. Smyrnæum. Deinde Heracleoticum Gronov. et al. vett. Smyrnæum. Dorius Heracl. Chiffl. Mox, Brotier conj. utilius eo, quod,

#### NOTÆ

<sup>g</sup> Urinam ciet] Dioscor. loco citato.

<sup>h</sup> Contra viscum] Hoc est, contra iξιαν, ut diximus c. 51. Dioscor. loc. cit. Nicander in Alexiph. pag. 151. tragoriganum valere ait contra iξιαν οὐλοφόνων.

<sup>i</sup> Stomachoque] Diose. loc. cit. Τοῦς κακοτομάχοις, καὶ διξυρεγμάσι δίδοται καὶ ἐφ ἄν ἀλυσμὸς, καὶ ναυτίᾳ, καὶ θέρμη ὑποχονδρῶν παρακολουθεῖ. Stomachomale affectis, et acida ructantibus exhibetur, et iis quos qualis ex maris agitatione anxietas, nausea, et præcordiorum aestus comitantur.

<sup>j</sup> Tussientibus] Dioscor. loco citato.

<sup>k</sup> Et peripneumonicis] Diose. Βῆσι τε καὶ περιπνευμονίαι σύν μέλιτι ἐν ἔκλεικτῷ δίδοται, in ecligmate.

<sup>l</sup> Heraclium] Sic in Indice hujus loci: *De origano heraclio: Genera tria.* Illud ipsum quod Heracleoticum superius appellatum est c. 62. Hoc tragoriganum genus quoddam lætius

Dioscorides appellat III. 35.

<sup>m</sup> Alterum exilioribus] Alterum tragoriganum genus apud Diose. loc. cit. Ἡ δέ τις τραγορίγανος λεπτόκαρφος, καὶ λεπτόφυλλος, ἦν καὶ πράσιον ἔνιοι καλοῦσιν.

<sup>n</sup> Optimum] Diose. loc. cit. Ἀριστη δὲ ἡ Κιλικίας, καὶ ἡ ἐν Κῷ, καὶ Χίῳ, καὶ Σμύρνῃ, καὶ Κρήτῃ.

<sup>o</sup> Smyrnæum, odorius] Ita MSS. Reg. 2. Colb. 2. Chiffl. &c. ut sit sententia, jucundius Smyrnaeum origanum olere, quam Creticum. Sunt qui smyrnum legant: falso: quanquam esse percommodo hic possit videri σμύρνιον sive σμύρνειον, α σμύρνα, hoc est, a myrrha. Est autem odorius ab odoris, quæ vox cum sæpius in absoluto gradu apud idoneos Latinitatis antores occurrat, tum vero est in comparativo infrequens.

<sup>p</sup> Quod onitin vocant] Hoc est, eo quod onitin vocant. Vide Notas et Emend. num. 26.

Communis autem<sup>4</sup> usus serpentes fugare, percussis esui dare decoctum, potu urinam ciere, ruptis, convulsis mederi<sup>5</sup> cum panacis radice, hydropicis cum fico, aut cum hyssopo, acetabuli mensuris decoctum ad sextam. Item ad scabiem, pruriginem, psoras, in descensione<sup>6</sup> balinearum.<sup>r</sup> Succus auribus infunditur cum lacte. Tonsillis<sup>s</sup> quoque et uvis medetur, et capitis ulceribus. Venena opii<sup>t</sup> et gypsi extinguit decoctum, si cum cinere in vino bibatur. Alvum mollit<sup>u</sup> acetabuli mensura. Sugillatis<sup>v</sup> illinitur. Item dentium dolori, quibus etiam et candorem facit, cum melle et nitro. Sanguinem narium sistit. Ad parotidas decoquitur cum hordeacea farina. Ad arterias asperas cum galla et melle teritur: ad lienem folia cum melle et sale. Crassiores pituitas<sup>w</sup> et nigras<sup>7</sup> extenuat coctum cum aceto et sale, sumtum paulatim. Regio morbo<sup>8</sup> tritum cum oleo in nares<sup>x</sup> infunditur. Lassi perunguntur ex eo, ita ut ne venter attingatur. Epinyctidas cum pice sanat. Furunculos aperit cum fico trita:<sup>9</sup> strumas cum oleo et aceto et farina hordeacea. Lateris dolores cum fico illitum. Fluxiones sanguinis in genitalibus tusum, et aceto illitum. Reliquias purgationum a partu.

<sup>4</sup>c.—5 Vet. Dalec. medetur.—6 Cod. Dalec. in decessione.—7 Vet. Dalec. et nigra.—8 Vet. Dalec. mortuo prodest; et sic Diosc.—9 Ita bene Editio

## NOTE

<sup>4</sup> *Communis autem]* Communes Heraeletici et onitidis vires. Sic Dioscor. III. 32. et 33.

<sup>r</sup> *In descensione balinarum]* Diose. III. 32. Κνησμοὺς δὲ καὶ ψώρας καὶ ἄκτερον τὸ ἀφέψημα αὐτῆς ἐν λοιπρῷ ὀφελεῖ. *Prurigini, psoræ, ac morbo regio decoctum ipsius in balneo prodest.*

<sup>s</sup> *Tonsillis]* Dioscor. loc. cit. Παρίσθμια, καὶ κιονίδας, καὶ ἄφθας θεραπεύει.

<sup>t</sup> *Venena opii]* Diose. loc. cit. iis qui cicutam biberint, opinmve, præbet ex vino dulci, seu passo: ex oxy-melite, seu aceto mulso, iis qui gyp-

sum.

<sup>u</sup> *Alvum mollit]* Diosc. loc. cit. Ξηρὰ δὲ ποθεῖσα ὁξυβάφου πλῆθος σὺν μελικράτῳ, μέλανα κατὰ κοιλίαν ἔγει. *Aridum acetabuli mensura cum aqua mulsa epotum, atros humores per alvum extrahit.*

<sup>v</sup> *Sugillatis]* Marcell. Empir. c. 19. p. 132.

<sup>w</sup> *Crassiores pituitas]* Has per alvum extrahit, inquit Diose. loc. cit.

<sup>x</sup> *Cum oleo in nares]* Cum oleo irino in nares infusum caput purgare, scribit Diose. loc. cit.

LXX. Lepidum<sup>a</sup> inter urentia intelligitur. Sic et in facie<sup>b</sup> cutem emendat exulcerando, ut tamen cera et rosaceo facile sanctur. Sic et lepras,<sup>c</sup> et psoras tollit semper facile, et cicatricum ulcera.<sup>d</sup> Tradunt in dolore<sup>d</sup> dentium adalligatum brachio qua doleat, convertere dolorem.<sup>2 e</sup>

LXXI. Gith ex Græcis,<sup>f</sup> alii melanthium, alii melanspermum<sup>i</sup> vocant. Optimum, quam<sup>g</sup> excitatissimi odoris, et quam nigerrimum. Medetur serpentium plagis et scorponum. Illini ex aceto ac melle reperio, incensoque serpentes fugari.<sup>h</sup> Bibitur<sup>i</sup> drachma una et<sup>j</sup> contra araneos. Distillationem<sup>j</sup> narium discutit tusum in linteolo olfactum. Capitis dolores<sup>k</sup> illitum ex aceto et infusum naribus. Cum

princeps.<sup>l</sup> Brotier. Ita quoque Gronov. et al. ante Harduin. *cum fico trito* Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *cum fico tosta* Vet. Dalec.

CAP. LXX. 1 Vet. Dalec. *hulcerum cicatrices*.—2 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *compescere dolorem* Gronov. et vulgg.

CAP. LXXI. 1 Gronov. *mclaspernon*.—2 Coniunctio et deest ap. Gronov.—

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *Lepidum*] Dioscor. II. 205. Λεπίδιον. Δύναμις δέ ἔστι τῶν φύλλων δριμεῖα ἐλκωτική, κ. τ. λ. *Vis foliorum acris et exulcerans*, &c.

<sup>b</sup> *Sic et in facie*] Inde nomen habet, quod faciei nempe maculas, τὰς λεπίδας, delet. Servi compuncti notas tollebant lepidio: quare, id ubi animadversum est, candenti ferro inuri eos invecta consuetudo est.

<sup>c</sup> *Sic et lepras*] Diose. loc. cit.

<sup>d</sup> *Tradunt in dolore*] Totidem verbis haec Diose. Sed collo lepidum jubar appendi.

<sup>e</sup> *Convertere dolorem*] Sic MSS. omnes, Reg. Colb. Th. Chiffi. In libris editis, *compescere*, male. Excitat enim pustulam, quæ humoris impetum, quo dens vexatur, ad brachium revocet. Sic quidam in eo morbo hodieque aurum radici medicamenta admovent, quæ pustulas gignunt.

<sup>f</sup> *Gith ex Græcis*] Et Celso quoque

lib. II. cap. postremo, *git*. Item Scribonio Largo, Compos. 131. Dioscoridi μελάνθιον, ceteris, a nigritia semenis, μελάνσπερμον, μήκων ἄγριος μέλας, Πωμαλοίς παπάβερ νήγρουμ, ut est in Notis ejusdem, p. 456.

<sup>g</sup> *Optimum, quam*] Dioscor. III. 93. Μέλαν, δριμὺ, εὐώδης.

<sup>h</sup> *Incensoque ... fugari*] Dioscor. loc. cit.

<sup>i</sup> *Bibitur*] Contra phalangiorum etiam araneorum morsus: Βοηθεῖ δὲ καὶ φαλαγγιοῦ γόντοις ὅστον < α' μεθ' ὕδατος ποθέν. Diose. loc. cit.

<sup>j</sup> *Distillationem*] Iisdem verbis Diose. loc. cit. Λευθὴν δὲ καὶ ἐν ἀπόδεσμῳ δεθὲν, καὶ δσφρανθμένον, τὸν καταρροιζομένους ὀφελεῖ. Sic etiam Galen. I. vii. de Facult. Simp. Med. p. 206. Κατάρροντος ἰτάπι, θερμὸν ἐν δθονίῳ προσφερόμενον, κ. τ. λ.

<sup>k</sup> *Capitis dolores*] Diose. loc. cit. Αρμόζει δὲ καὶ κεφαλαλγοῦσι καταπλασ-

irino oculorum epiphoras et tumores. Dentium dolores<sup>1</sup> coctum cum aceto. Ulcera oris tritum aut commanducatum. Item lepras et lentigines<sup>m</sup> ex aceto. Difficultates<sup>n</sup> spirandi addito nitro<sup>3</sup> potum. Duritias,<sup>o</sup> tumoresque veteres, et suppurationes, illitum. Lacte<sup>p</sup> mulierum<sup>r</sup> auget continuis diebus sumtum. Colligitur succus ejus, ut hyoscyami.<sup>s</sup> Similiterque<sup>t</sup> largior,<sup>s</sup> venenum est, quod miremur: cum semen<sup>u</sup> gratissime panes etiam condiat. Oculos quoque purgat: urinam<sup>v</sup> et menses ciet. Quinimmo linneolo deligatis<sup>6</sup> tantum granis XXX. secundas trahi reperio. Aiunt et clavis<sup>w</sup> in pedibus mederi tritum in urina: culices suffitu necare: item muscas.

LXXII. Et anesum<sup>x</sup> adversus scorpiones ex vino bibi-

-----

<sup>3</sup> Vet. Dalec. *vino*.—4 ‘ Ita codd. Regg. Antiquitus dictum *lacte* pro *lac.*’ Brotier. Ita quoque codd. Harduin et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Lac* Gronov. et vulgg.—5 Vet. Dalec. *largius*.—6 Ita codd. Harduin et Dalec. item Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *alligatis* edd. vett. et Gronov.

CAP. LXXII. 1 ‘ Ita codd. Regg. et Editio princeps.’ Brotier. *Et anisum*

#### NOTÆ

σθμενον τῷ μετώφτῳ καὶ τοῖς ἀρκομένοις ὑποχεῖσθαι, ἐγχεύμενον εἰς τὰς βίνας μετὰ ἱρίου λεῖον.

servatum a nobis et in Plauto aliisque, ad Plin. xv. 16.

<sup>q</sup> *Ut hyoscyami*] De quo dicetur xxv. 17.

<sup>r</sup> *Similiterque*] Ut in hyoscyamo evenit, eujus foliis constat mentem corrumpi, ut suo loco dicetur mox appellato, si plura quam quatuor bibantur. De melanthio Diosc. loc. cit. Φασὶ δὲ καὶ ἀναιρεῖν αὐτὸν πλεῖον ποθέν.

<sup>s</sup> *Cum semen*] Libro sup. c. 52.

<sup>t</sup> *Urinam*] Si nempe pluribus diebus continuis sumatur, ut ait Diosc. loc. cit. Vide etiam Galen. de Fac. Simp. Med. lib. viii. p. 206.

<sup>u</sup> *Aiunt et clavis*] Dioscor. loc. cit. Καὶ ἥλοις περιχαραχθέντας ἐκτινάσσει σὺν οὐρῷ παλαιῷ. *Clavos circumscariificatos excutit cum urina vetere impositione*. Vulgati codices habent σὺν οὖν. At Serapio, ut Plinius, σὺν οὐρῷ legit.

<sup>x</sup> *Et anesum [anisum]* Ita Nicander

<sup>1</sup> *Dentium dolores*] Diosc. loc. cit. Ὁφελεῖ δὲ καὶ δόσοντα λγαν μετὰ ὕξους .... ἐψηθὲν καὶ διακλυζόμενον. Theod. Priscianus l. 14. ‘de dentium curationibus’ ‘Quibus putres cavernæ obvenerint, melanthium elixum in aceto commixtum.’

<sup>m</sup> *Item lepras et lentigines*] Diosc. Αἴρει δὲ καὶ φακὸν καὶ λέπρας, κ. τ. λ. Lentigo, φακὸς, macula est subrufa, vel nigricans in facie, ad lentis similitudinem.

<sup>n</sup> *Difficultates*] Diosc. et Galenus, locis citatis. Vide Sarraceni notas in Diosc.

<sup>o</sup> *Duritias*] Diosc. loc. cit.

<sup>p</sup> *Lacte mulierum*] Diosc. loc. cit. Πινδόμενον δὲ πλεῖον ἡμέρας γάλα ἄγει. *Lacte* porro vetusto more MSS. omnes exhibent, pro *lac*, quod et antea ob-

tur, Pythagoræ inter pauca laudatum, sive crudum, sive decoctum. Item viride aridumve, omnibus quæ coniduntur, quæque intinguntur, desideratum. Panis etiam crustis inferioribus subditum. Saccis quoque<sup>b</sup> additur: cum amaris nucibus vina commendat. Quin ipsum<sup>c</sup> oris halitum jucundiorem facit, fœtoremque tollit manducatum matutinis cum smyrnio, et melle exiguo, mox vino collutum.<sup>2</sup> Vultum juniorem præstat. Insomnia levat suspensum in pulvino, ut dormientes olfaciant. Appetentiam ciborum præstat, quando id quoque inter artificia deliciæ fecere, ex quo labor desiit cibos poscere. Ob has causas quidam anicetum<sup>d</sup> id vocavere.

LXXIII. Laudatissimum<sup>e</sup> est Creticum, proximum Ægyptium. Hoc ligustici vicem præstat in condimentis. Dolores capitisi<sup>f</sup> levat suffitum naribus. Epiphoris oculorum Evenor<sup>g</sup> radicem ejus tusam imponit: Iollas ipsum<sup>i</sup> cum croco pari modo et vino, et per se tritum cum polenta ad magnas fluxiones, extrahendisque,<sup>2</sup> si qua in oculos inciderint. Narium quoque carcinodes<sup>h</sup> consumit illitum



Edd. ante Brotier.—2 Vet. Dalec. *colluti*.

CAP. LXXIII. 1 Ita codd. Hardnini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *e vino radicem ejus tusam imponit Iollas. Ipsu* Gro-nov. et vulgg. *Evenoros radicem ejus tusam imponit Iollas. Ipsu* Chiff.—2 Vet.

#### NOTÆ

in Theriac. p. 44. ubi ἄνησον scribitur: quod Atticeæ consuetudinis esse geminato ν scholiastes admonet, pag. 31. Sic etiam Diosc. III. 65. apud quem ἄνησον vulgari more. *De l'Anis. Iconem apud Dodon. vide, pag. 297. In MSS. omnibus, Reg. Colbert. &c. anesum legitur.*

<sup>b</sup> *Saccis quoque]* Quibus vina sacrantur, sive percolantur, ut dictum est XIV. 28. et XVIII. 17. Vide Hieron. Mercurial. Var. II. 17.

<sup>c</sup> *Quin ipsum]* Dioscor. III. 65.

<sup>d</sup> *Anicetum]* Ἀνικῆτον, *invictum*, quod aliis omnibus medicamentis antecellat. Non aniso id nomen, sed

anetho, in Nothis pag. 455. Pseudo-Dioscorides attribuit.

<sup>e</sup> *Laudatissimum]* Sic Diosc. loc. cit. Auctor libri de Simp. Med. ad Paternianum, qui Galeno ascribitur, tom. XIII. pag. 985. <sup>f</sup> *Anisum optimum est Creticum, deinde Ægyptium: Gallicum inertissimum,* &c.

<sup>g</sup> *Dolores capitisi]* Totidem verbis Diosc. loc. cit.

<sup>h</sup> *Evenor]* Ita erimus e vestigijs codicum Reg. Colb. &c. in quibus Evenenor legitur. In editis, *e vino*, perperam. De Evenore et Iolla, in Auctorum Syllabo.

<sup>i</sup> *Narium . . . carcinodes]* Extat ea

ex aqua. Sedat anginas cum melle et hyssopo ex aceto gargarizatum. Auribus<sup>3</sup> infunditur cum rosaceo. Thoracis pituitas purgat tostum: cum melle sumtum melius. Cum acetabulo anesi nuces amaras L. purgatas tere in melle ad tussim. Facillime vero anesi drachmæ tres, papaveris, duæ miscentur melle ad fabæ magnitudinem, et ternis diebus sumuntur. Præcipuum autem est ad ructus:<sup>4</sup> ideo inflationibus<sup>k</sup> stomachi, et<sup>+</sup> intestinorum torminibus, et cœliacis<sup>1</sup> medetur. Singultus et olfactum potumque decoctum inhibet.<sup>5</sup> Foliis decoctis<sup>m</sup> digerit cruditates. Succus decocti cum apio olfactus sternutamenta<sup>6 n</sup> inhibet. Potum somnum concitat:<sup>7</sup> calculos pellit: vomitiones cohibet, et præcordiorum tumores. Et pectorum vitiis, nervis quoque, qaibus<sup>o</sup> succinctum est corpus, utilissimum. Prodest et<sup>8</sup> capitis doloribus instillari succum cum oleo decocti. Non aliud utilius ventri et intestinis putant: ideo dysentericis et in tenesmo<sup>9</sup> datur tostum. Aliqui ad-

---

Dalec. *extrahendaque*.—3 *Fractis auribus* margo edd. Dalec. et Gronov. e Diose.—4 *Conjunctio et deest in Vet. Dalec.*—5 <sup>‘</sup> Ita codd. Regg. et Editio princeps. Brotier. S. et olfactum decoctum, potumque, inhibet Gronov. al. vett. Harduin. I. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.—6 Ita edd. vett. et Gronov. sternumenta ex codd. Harduinus et recentt.—7 Vet. Dalec. *conciliat*.—8 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Prodest ejus et Gronov. et vulgg.*—9 Chiff.

#### NOTÆ

vox apud Celsum lib. vi. de polypo. Καρκινώδης ὄγκος hoc loco intelligitur a Plinio, *tumor cancro similis*, qui absque exesione est. In MSS. Reg. et Colb. *narium cardines*.

<sup>i</sup> *Auribus*] Cum rosaceo tritum, inquit Diosc. III. 65. et instillatum fractis auribus medetur: Καὶ τὰς ρήξεις δὲ τῶν ἀτων λειον σὺν βοδίνῳ ἐνσταχθέμενον λάται.

<sup>j</sup> *Præcipuum... ad ructus*] Ad ructum modice ciendum. Vide quæ de anetho dicenda sunt cap. 74. statim initio.

<sup>k</sup> *Ideo inflationibus*] Diosc. loc. cit. et Galenus de Fac. Simp. Med. cap. 48. pag. 157.

<sup>1</sup> *Et cœliacis*] Alvum enim sistere scribit Diose. loc. cit.

<sup>m</sup> *Foliis decoctis*] Ita fere Galenus et Diosc. locis citatis, cum aniso vim pariter digerendi attribuunt, δύναμις διαφορητικήν.

<sup>n</sup> *Sternumenta [sternumenta] inhibet*] Ita MSS. fere ubique: infrequentius, sternumenta. Aëtius quoque, VI. 99. pag. 249. anisum cohibere sternutationem scribit.

<sup>o</sup> *Nerris quoque, quibus*] Hoc verborum ambitu septum transversum signat, quod alii præcordia, id est, περικάρδια, plures διάφραγμα appellant. Id enim membranis constat, quibus cor et pulmo a jocinere et

dunt et opium, pilulis in die <sup>10</sup> ternis lupini magnitudine in vini cyatho dilutis. Dieuches et ad lumborum dolores succo usus est. Semen hydropicis <sup>P</sup> et cœliacis dedit tritum cum menta: Evenor radicem <sup>q</sup> ad renes.<sup>11</sup> Dalion herbarius parturientibus ex eo cataplasma imposuit cum apio: item vulvarum dolori: deditque bibendum cum anetho parturientibus. Phreneticis quoque illinivit recens <sup>12</sup> cum polenta. Sic et infantibus comitiale vitium, aut contractiones <sup>r</sup> sentientibus. Pythagoras quidem negat corripi vitio comitiali in manu habentes: ideoque quamplurimum domi serendum. Parere quoque facilius olfactantes. Et statim a partu dandum potui polenta aspersa. Sosimenes contra omnes duritias ex aceto usus est eo, et contra lassitudines, in oleo decoquens addito nitro. Semine ejus poto, lassitudinis auxilium viatoribus spopondit. Heraclides ad inflationes stomachi semen tribus digitis cum castorei obolis duobus ex mulso dedit. Similiter ad ventris aut intestinorum inflationes. Et orthopnoicis, quod ternis digitis prehenderit<sup>13</sup> seminis, tantundem hyoscyami cum lacte asinino. Multi vomituris acetabula <sup>14</sup> ejus et folia lauri decem trita in aqua, bibenda inter coenam suadent. Strangulatus vulvae,<sup>15</sup> si maducetur et linatur calidum, vel si bibatur cum castoreo in aceto<sup>16</sup> et melle, sedat. Vertigines a par-

*in tenesmos.*—10 Vet. Dalec. *inde.*—11 Ita Harduinus et recentt. ex codd. *e vino, radicem ad renes* Gronov. et vulgg. *e vino, radicem et ad renes* Chiffl. qui mox Dallon.—12 Ita Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *illinunt vel recens* Gronov. et vulgg. *illevit recens* cod. Dalec.—13 Chiffl. *prenderit.*—14 Vet. Dalec. *acetabulum.*—15 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Strangulationes vulvae* Gronov. et al. vett.—16 Cod. Dalec. *castoreo aceto, omissio in.*

## NOTÆ

liene dispescitur.

<sup>P</sup> *Semen hydropicis]* Potum semen, inquit Diosc. III. 65. hydropicis sitim sedat.

<sup>q</sup> *Evenor radicem]* Ita rursum MSS. omnes: non, ut libri editi, *e rimi.*

<sup>r</sup> *Aut contractiones]* Nervorum σπασ-

μούσ.

<sup>s</sup> *Strangulatus vulvae]* Ita MSS. non *strangulationes.* Uterina suffocatio, que Dioscoridi νότερικη πνήξ, Plinio saepenumero vulvae conversio, et vulva conversa dicitur: Est uteri ad superna decursus, quo fit ut strangulari et suffocari feminæ videantur.

tu cum semine cucumeris et lini pari mensura ternum digitorum, vini albi tribus cyathis discutit. Tlepolemus ad quartanas<sup>t</sup> ternis digitis semenis anesi et foeniculi usus est in aceto et mellis cyatho uno. Lenit articulares morbos, cum amaris nucibus illitum. Sunt qui et aspidum<sup>u</sup> venenatis adversari naturam ejus putent. Urinam ciet.<sup>v</sup> Sitim cohibet. Venerem<sup>w</sup> stimulat. Cum vino sudorem leniter praestat. Vestes quoque a tineis defendit. Efficacius<sup>x</sup> semper recens, et quo nigrius. Stomacho tamen inutile est, præterquam inflato.<sup>y</sup>

LXXIV. (XVIII.) Anethum quoque<sup>a</sup> ructus movet, et tormina sedat. Alvum sistit. Epiphoris<sup>b</sup> radices illinnuntur ex aqua vel vino. Singultus<sup>c</sup> cohibet semen fervens, olfactum. Sumtum ex aqua, sedat cruditates.<sup>d</sup> Cinis ejus<sup>e</sup> uvam in fauibus levat: oculos<sup>f</sup> et genituram hebetat.

## NOTÆ

<sup>t</sup> *Tlepolemus ad quartanas]* Vide Notas et Emend. num. 27.

<sup>u</sup> *Sunt qui et aspidum]* Virulentorum animalium venenis adversari ait Diosc. III. 65.

<sup>v</sup> *Urinam ciet]* Diosc. loc. cit.

<sup>w</sup> *Venerem]* Diosc. loc. cit.

<sup>x</sup> *Efficacius]* Commendat in primis Diosc. loc. cit. quod recens, quod plenum, ac minime fufurosum.

<sup>y</sup> *Præterquam inflato]* Nam prodest ad inflationes, πρὸς ἐμπνευματώσεις, Diosc. loc. cit. et Plinius ipse supra.

<sup>a</sup> *Anethum quoque]* Nempe, ut animus, de quo dictum est paulo ante. Plinius Valer. id paulo uberioris, IV. 27. de anetho: ‘Stomachi querelas,’ inquit, ‘coctum in aquæ cyathis tribus potum, miro modo relevat: indicio est ructus, per quem intelligere datur aperta omnia, quæ clausa torquebant: digestiones adjuvat: ideo ventrem videtur inhibere.’ Diosc. III. 67. ‘Ανήθου ξηροῦ τῆς κόμης καλ τοῦ καρποῦ τὸ ἀφέψημα πινόμενον... στρό-

φους τε καὶ ἐμπνευματώσεις πάνει. A quam anethinam cum melle commendat ad sedanda tormina Marcellus Empir. cap. 27. pag. 176. et cap. 28. pag. 201. Nostris, *Aneth.* Pingitur a Dodonæo, pag. 296.

<sup>b</sup> *Epiphoris]* Plinius Valer. I. 14. ‘Ad epiphoras oculorum, et tumores . . . anethi radix ex vino trita illinitur.’ Et IV. 27. de anetho: ‘Tritæ radices et impositæ fervoribus mendent oculorum.’

<sup>c</sup> *Singultus]* Diosc. III. 67.

<sup>d</sup> *Sedat cruditates]* Plinius Valer. IV. 27. Q. Serenus cap. 19. pag. 137. ‘At male digestis si crapula sœviet escis, Ant cubitum pergens succum cape tristis anethi,’ &c.

<sup>e</sup> *Cinis ejus]* Plinius Valer. IV. 27. de anetho: ‘Cinis ejus suspendit uvam fauibus ingravescentem.’ Q. Serenus cap. 16. pag. 135. ‘Si vero afflictam languor dejecerit uvam: Tunc horas aliquot pronus recubare memento: Aut illam pulvis tosti relevabit anethi, Aut cinis ex cochlea, vel torrida brassica flammis.’

LXXV. Sacopenium, quod apud nos gignitur, in totum transmarino<sup>i</sup> alienatur. Illud enim<sup>b</sup> Hammoniaci lacrymæ simile, sagapenon vocatur. Prodest laterum<sup>i</sup> et pectoris doloribus, convulsis, tussibus vetustis, exscreationibusque, praecordiorum tumoribus.<sup>j</sup> Sanat<sup>k</sup> et vertigines, tremulos, opisthotonicos, lienes, lumbos, perfrictiones.<sup>l</sup> Datur et olfactandum ex aceto in strangulatu vulvæ.<sup>m</sup> Ceteris et potui datur, et cum oleo infriatur. Prodest et contra mala medicamenta.

LXXVI. Papaveris sativi tria diximus<sup>a</sup> genera: et sponte nascentis alia promisimus. E sativis, albi calyx<sup>i</sup><sup>b</sup> ipse teritur, et e vino bibitur somni causa. Semen elephantiiasi medetur. E nigro papavere sopor<sup>z</sup> gignitur<sup>c</sup> scapo

CAP. LXXV. 1 Dalec. *Sacopenio, quod, &c. transmarinum.*—2 Vet. Dalec. excretionibus, praecordiorumque tumoribus.

CAP. LXXVI. 1 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Papaveris sativi diximus . . . promisimus. Sed sativi alibi calix Gronov. et vulgg. Papaveris sativi ita diximus, &c. Chiff. proxime, pro promisimus, cod. Dalec.*—2 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *opinum* Vet. Dalec. *opus* alii ap. Dalec. *sapor* Gronov. et vulgg. Mox, gignitur capite inciso Dalec.

#### NOTÆ

<sup>f</sup> *Oculos]* Dioscor. totidem verbis, III. 57. Ἀμβλύνει τε τὰς ὄψεις, καὶ γονὴν σβέννυσι συνεχῶς πινόμενον. Leon-tius in Gepon. XII. 34. pag. 355. Τὸν ἀνηθον ἐσθίουμενον ἀμβλύνει τὴν ὄψιν.

<sup>g</sup> *Transmarino]* Louge discrepat a transmarino.

<sup>h</sup> *Illud enim]* Transmarinum vide-licet: de quo Dioscor. III. 95. Σαγαπηνὸν δόπος ἔστι πόας ναρθηκειδοῦς, γεννωμένης ἐν Μηδελᾳ. *Sagapenum ferulae herba liquor est, qua quidem in Media nascitur.* Id et frutici et liquori, qui manat ex frutice, nomen esse, Galenus de Fac. Simp. Med. lib. VIII. pag. 226. In officinis Sagapenum, et Serapinum appellatur, quoniam odore pinum refert. Describitur a Charasio, in Pharmac. pag. 298.

<sup>i</sup> *Prodest laterum]* Hæc totidem verbis Dioscor. III. 95.

<sup>j</sup> *Exscreationibusque]* Quoniam crassos humores pulmoni molestos expurgat, inquit Dioscor. loc. cit.

<sup>k</sup> *Sanat]* Diosc. loc. cit.

<sup>l</sup> *Perfrictiones]* Δίδοται κατεψυγμένοις, inquit Diosc. Datur perfrigatis, frigidis, quorum vel pars aliqua corporis, vel totum pariter perfrigescit.

<sup>m</sup> *Datur et . . . vulvæ]* Dioscor. loco citato.

<sup>a</sup> *Papaveris . . . tria diximus]* Lib. XIX. cap. 53.

<sup>b</sup> *E sativis, albi calyx]* Hæc pariter Diosc. IV. 65.

<sup>c</sup> *Sopor gignitur]* Ita MSS. omnes, Reg. I. 2. Colbert. I. 2. 3. &c. tum hoc loco, tum in hujus libri indice: non *sapor*. Soporem poëticæ pro successo soporifero usurpavit, quem opium vocant, ut mox dicetur.

inciso, ut Diagoras suadet, cum turgescit: <sup>d</sup> ut Iollas, cum deflorescit, hora sereni diei,<sup>e</sup> hoc est, cum ros in eo exaruerit. Incidi jubent sub capite et calyce.<sup>f</sup> Nec in alio genere ipsum inciditur caput.

Succus et hic,<sup>g</sup> et herbæ cujuscumque lana excipitur: aut si exiguuus est, ungue pollicis, ut lactucis,<sup>h</sup> et postero die magis quod inaruit. Papaveris vero<sup>i</sup> largus<sup>j</sup> densatur, et in pastillos tritus in umbra siccatur, non vi soporifera modo, verum si copiosior hauriatur, etiam mortifera per somnos:<sup>k</sup> opium vocant.<sup>l</sup> Sic scimus interemtum Postumii Licinii Cæcinæ<sup>m</sup> prætorii viri patrem in Hispania bavili,<sup>n</sup> cum valetudo impatibilis<sup>o</sup> odium vitæ fecis-



—3 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *hora diei sereni* Gronov. et vulgg.—  
4 Dalec. aut *calyce*.—5 *Succus et hujus Dalec.*—6 Margo edd. Dalec. et Gronov. aut *conchyliæ*, e Diose.—7 Vet. Dalec. *largior*.—8 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *sommum* Gronov. et vulgg.—9 ‘Ita codd. Regin. Brotier. *opion* vocant Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—10 ‘Ita Editio principes. Nec aliter in codd. Regin. 1. 2. *Post. Licinii Cæcinæ*’ Brotier. *Licinii Cæcinæ* edd. vett. et Gronov. *P. Licinii Cæcinæ* Chiff. *P. Licinii Cæcinæ* Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.—11 ‘Ita libri omnes scripti et editi. Id nomen exprimere videtur, quod nos dicimus *le Bailli*. Inde forte, ut observat Cl. Harduinus, legendum *bajuli*. Antiquum enim fuit eorum judicum nomen.’ Brotier. *Hispania Bavili* Gronov. Harduin. et recentt. *Hispa-*

#### NOTÆ

<sup>d</sup> *Cum turgescit*] Cum germinat, et florere incipit.

<sup>e</sup> *Hora sereni diei*] Vide Notas et Emend. num. 28.

<sup>f</sup> *Sub capite, et calyce*] Diose. loc. cit. ‘Οπίζοντας δὲ δεῖ, μετὰ τὸ τὰς δρόσους ἀνικασθῆναι, περιγράφειν μαχαιρίψ τὸν ἀστερίσκον, ὃς μὴ εἰς τὰ ἐντὸς διατρῆσαι· καὶ ἐκ τοιασίων δὲ τῆς κωδίας ἐπ’ εὐθείας ἐκτέμενιν ἔξεπιπολῆς, κ. τ. λ. *At opii faciendi ratio hac est: Cum ros exaruerit, stellulam qua in summo papaveris capite visitur, cultello ita scarificare oportet, ut ne penitus intro adigatur: et a capillis lateribus per directum summam cutem incidere, et erumpentem lacrymam digito excipere, &c.*

<sup>g</sup> *Ut lactucis*] Perinde, inquit, ut in lactucis fieri mos est, cum ex iis

incisis succens lacteus excipitur. Sic Diose. iv. 65. δακτύλῳ, digito, hunc succum excipi jubet, et in conchulam deinde abstergi. Hunc idem adjicit succo sylvestris lactucæ sæpe adulterari.

<sup>h</sup> *Papaveris vero*] Hæc pariter Diose. loc. cit.

<sup>i</sup> *Per somnos*] Ita recte Reg. 2. aliquique: non, *per somnum*.

<sup>j</sup> *Opium [opion] vocant*] ‘Οπιον, succus lacteus qui papaveris scapo inciso manat. Οπὸς succum lacteum sonat, qui non sponte, ut lacryma, id est, τὸ δάκρυον, emanat, sed castratione, scarificatione, terebratione, vel alio quovis vulnere effluit.

<sup>k</sup> *In Hispania bavili*] Vel *Bajuli* potius: ut nomen id magistratus fue-

set: item plerosque alios. Qua de causa magna concerto extitit. Diagoras<sup>m</sup> et Erasistratus in totum damnare, ut mortiferum, infundi vetantes. Præterea, quoniam visui<sup>12</sup> noceret. Addidit Andreas,<sup>n</sup> ideo non protinus excœcari eo, quoniam adulteraretur Alexandriae. Sed postea usus ejus non improbatus est medicamento nobili, quod diacodion<sup>o</sup> vocant. Semine quoque<sup>p</sup> ejus trito in pastillos, e laete utuntur ad somnum:<sup>13</sup> item ad capitis<sup>q</sup> dolores cum rosaceo: cum hoc<sup>r</sup> et aurium dolori instillatur. Podagrīs<sup>s</sup> illinitur cum lacte mulierum. Sic et foliis ipsis utuntur. Item ad sacros ignes<sup>t</sup> et vulnera ex aceto. Ego tamen<sup>u</sup> damnaverim collyriis addi: multoque magis<sup>v</sup> quas<sup>14</sup> vocant lexipyretos,<sup>w</sup> quasque pepticas et cœliacas. Ni-

*nia Bilbili Dalec.*—12 *Diagoras*, ut scribit *Erasistratus*, usum ejus in totum damnavit oculorum lippitudini, et aurium vitiis infundi vetans, quoniam visui margo edd. Dalec. et Gronov. e *Diosc.*—13 *Chiffl.* pastillo electo utuntur ad somnum.—14 *Vet.* Dalec. magis confectionibus quas.—15 *Nigri semen margo*

## NOTÆ

rit, quem nos *Bailli* vocamus. Vide Notas et Emend. num. 29.

<sup>1</sup> *Valetudo impatibilis*] In MSS. omnibus, *impetibilis*, quod idem valet: hoc est, non ferenda, nimia, intolleranda.

<sup>m</sup> *Diagoras*] Ex Diagora quoque, et Erasistrato, opii usum damnat Dioscorides IV. 65. tum in aurium doloribus, tum in lippitudine oculorum: quoniam et visus aciem hebetet, et somnum inducat.

<sup>n</sup> *Addidit Andreas*] *Diosc.* loc. cit. <sup>o</sup> *Anδρέας δέ φησιν, ὅτι εἰ μὴ ἐδολοῦτο, ἐτυφλοῦντο ἀν οἱ ἔγχρισμενοι ὑπ' αὐτοῦ.* *Addidit Andreas* protinus excœcum iri, qui illinerentur, nisi adulteraretur.

<sup>p</sup> *Quod diacodion*] Διὰ κωδειῶν, ut dicetur c. 79.

<sup>r</sup> *Semine quoque*] *Diosc.* loc. cit.

<sup>s</sup> *Item ad capitis*] *Diosc.* loc. cit.

<sup>t</sup> *Cum hoc*] Hoc est, cum rosaceo, quod et rosam veteres appellaverunt: ut ceram pro cerato dixerunt Mar-

cellus c. 9. p. 78. ‘Virentis papaveris succus cum rosa, vel amygdalino . . . infusus dolentibus auribus prodest.’ Adhibet *Diosc.* loc. cit. amygdalinum, myrrham, et crocum.

<sup>u</sup> *Podagris*] *Diosc.* loc. cit.

<sup>v</sup> *Item ad sacros ignes*] *Diosc.* loc. cit. Καὶ πρὸς ἐρυσιπέλατα δὲ καὶ τραύματα σὺν ὅξει.

<sup>w</sup> *Ego tamen*] Ita Galenus κατὰ τόπους, III. 1. p. 369. collyria ex apio multis tanto fuisse detimento ait, ut etiam ἀμβλωπία, et βαρηκότα, visus hebetudinem, et aurium gravitatem induxerint. Sunt autem collyria, et medicamenta oculorum, et glandulæ quæ ano, et pessi qui vulvas subduntur, et quæ induntur naribus.

<sup>x</sup> *Multoque magis*] Subintellige, damnaverim addi iis, quas, &c.

<sup>y</sup> *Lexipyretos*] Ληξιπυρέτους. Medicinæ sunt, quæ febres fugant, ἀπὸ τοῦ ληγεῖν. Marcellus Empir. c. 16. p. 114.

‘Prodest et his qui sine horrore cir-

grum tamen<sup>15</sup> cœliacis in vino datur. Sativum omne majus: rotunda ei capita; at sylvestri<sup>x</sup> longa ac pusilla, et ad omnes effectus valentiora.<sup>16</sup> Decoquitur<sup>y</sup> et bibitur contra vigilias: eademque aqua fovent ora.<sup>17</sup> Optimum in siccis, et ubi raro pluat.<sup>18</sup> Cum capita<sup>z</sup> ipsa et folia decoquuntur, succus meconium vocatur, multum opio ignavior.

Experimentum opii est primum in odore:<sup>19</sup> sincerum enim perpeti non est:<sup>a</sup> mox in lucernis,<sup>b</sup> ut pura luceat flamma, et ut extinctum<sup>20</sup> demum oleat: quæ in fucato non eveniunt. Accenditur quoque difficilius, et crebro extinguitur. Est sinceri experimentum et in aqua, quoniam in nubila innat:<sup>c</sup> fictum in pustulas coit. Sed maxime

---

edd. Dalec. et Gronov. e Diosc.—16 Ita ex codd. Harduin et recentt. *Sativum omne magis rotundat capitu. At silvestri longum ac pusillum, et ad omnes effectus valentius* Gronov. et vulgg. *rotundat caput* Vet. Dalec. *longa et pusilla, et ad omni. cf. valentiora* Chiff.—17 Vet. Dalec. *foventur ora.*—18 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. et Bipont. *et ubi raro pluit* edd. vett. et Gronov. *et ubi raro et pluat* Franz.—19 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. et recentt. *primum odore* Gronov. et vulgg.—20 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. et recentt. *flamma, aut extinctum* Gronov. et edd. vett.—21 Ita Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et

#### NOTÆ

cuitu febrium vexantur: quamobrem lexipyretos hæc compositio dicitur.<sup>1</sup> Alexander Iatros III. 66.<sup>2</sup> Lyxoperita epithimata febrentibus:<sup>3</sup> lege, *Lexipyreta epithemata.* Interpres eo loci in margine, ‘fervores apta lénire’ reddit. Πεπτικαὶ sunt quæ abscessuum collections maturant, et quæ stomachi concoctionem adjuvant. Κοιλιακαὶ, quæ cœliacis medentur. Succum papaveris nigri, concoctionem eam juvare, et cœliacorum affectibus auxiliari, scribit Diosc. IV. 65.

<sup>x</sup> *At sylvestri]* Diosc. loc. cit.

<sup>y</sup> *Decoquitur]* Diosc. loc. cit.

<sup>z</sup> *Cum capita]* Μηκάνιον, sive μηκάνειον parari, tuis papaverum capitibus, prelo expressis, tritis in mortario, digestisque demum in pastillos, docet Diosc. loc. cit. Sed priusquam torculari exprimantur, decoqui folia

et capita juvāt.

<sup>a</sup> *Perpeti non est]* Quoniam vel solo odore soporem inducit: ἐν τῇ δσμῇ καρωτικδς, inquit Diosc. loc. cit.

<sup>b</sup> *Mox in lucernis]* Hæc omnia patiter Diosc. loc. cit.

<sup>c</sup> *Quoniam in nubila innat]* Quoniam in nubium morem sparsum diluitur, et in aqua innat: adulteratum contra in grumos coit, instar pustularum. Diosc. loc. cit. *Præstantissimus est ... qui facile aqua diluitur... neque asper, neque grumosus.* Κριτάστος δέ ἔστιν δπδς . . . εὐχερῶς διειμένος θδατι . . . οὐ τραχὺς, οὔτε θρομβοειδῆς, κ. τ. λ. Ita porro MSS. omnes. Aliis magis placet, quoniam in nubecula: qua forma dictum est ab eodem Plinio XXVIII. 19. de urina: ‘Mala, et in qua veluti furfures et nubeculae apparent.’

mirum, æstivo Sole deprehendi. Sincerum enim sudat, et se diluit, donec succo recenti simile fiat. Muesides <sup>22</sup> optime servari putat hyoscyami semine adjecto : alii in faba.

LXXVII. (XIX.) Inter sativa et sylvestria medium genus, quoniam in arvis,<sup>d</sup> sed sponte, nasceretur, rhœam vocavimus<sup>e</sup> et erraticum.<sup>f</sup> Quidam id decerptum protinus cum toto calyce mandunt. Alvum exinaniant<sup>f</sup> capita quinque decocta in vini tribus heminis pota, et somnum faciunt.

LXXVIII. Sylvestrium<sup>g</sup> unum genus, ceratin vocant, nigrum,<sup>i</sup> cubitali altitudine, radice crassa et corticosa, calyculo inflexo,<sup>h</sup> ut cornicula. Folia minora et tenuiora, quam ceteris sylvestribus. Semen exile,<sup>i</sup> tempestivum est<sup>j</sup> messibus : alvum purgat<sup>k</sup> dimidio acetabulo in mulso. Folia trita<sup>l</sup> cum oleo, argema jumentorum sanant. Ra-

Franz. *quia nebula innata* edd. vett. et Gronov.—22 *Mnesicles* Gronov.

CAP. LXXVII. 1 Chiff. empraticum.

CAP. LXXVIII. 1 Margo edd. Dalec. et Gronov. vocant, sive nigrum, e Theophr.

#### NOTÆ

<sup>d</sup> *Quoniam in arvis]* Theophr. Hist. ix. 13. Ἐν ταῖς ἀρούραις, μάλιστα ἐν ταῖς κριθαῖς, maxime inter hordea, quæ cibaria sunt et sativa : sed ipsum tam inter illa sponte, non satu, provenit : idecirco medii generis censeatur.

<sup>e</sup> *Rhœam vocavimus]* Lib. xix. 53.

<sup>f</sup> *Alvum exinaniant]* Paulo aliter Diosc. iv. 64. Ait enim capita papaverum quina vel sena, in vini cyanis tribus decocta, dum ad duos redeant, somnum pota inducere : semen autem acetabuli mensura ex aqua mulsa potum, alvum leniter emollire. Theophr. Hist. ix. 13. hoc tantum, καθαρεῖ δὲ κάτω.

<sup>g</sup> *Sylvestrium]* Haec totidem verbis Theophr. loc. cit. Μήκωνες δ' εἰσὶν ἄγριαι πλεον· ή μὲν κερατίτις καλομένη, ή δὲ μέλανα, lego ή καὶ μέλαινα. Papaver, ut remur, corniculatum violaceum est, quod in horto Regio vi-

dimus, quale depictum est a Clusio Hist. Rarior. Plant. v. 6, p. 92. Aliud præterea corniculatum vidimus luteo, aliud phœniceo flore.

<sup>h</sup> *Calyculo inflexo]* Siliqua longa, in corniculi modam inflexa, unde et nomen accepit, inquit Diosc. iv. 66. Καρπὸν δὲ μακρὸν, καρπόλον ὥσπερ κέρας . . . θεν καὶ ἐπωνύμασται.

<sup>i</sup> *Semen exile]* Diosc. iv. 66. Σπέρμα δὲ μικρὸν, μέλαν, κ. τ. λ.

<sup>j</sup> *Tempestivum est]* Theophr. loc. cit. Συλλέγεται δὲ περὶ πυροτομίας, per messem legitur.

<sup>k</sup> *Alvum purgat]* Theophr. Δύναται δὲ καθαρεῖν κοιλίαν. Diosc. iv. 66. Τὸ δὲ σπέρμα πλῆθος δύνεται πολὺν σὺν μελικράτῳ, κοιλίαν ἐπιεικῶς καθαρεῖ.

<sup>l</sup> *Folia trita]* Theophr. et Diosc. locis cit. Hujus verba sunt: Τὰ δὲ φύλλα καὶ τὰ ἄνθη . . . ἔγχρισθέντα, τὰ ἐπὶ κτηνῶν ἄργεμα καὶ νεφέλια ἀποκαθαιρεῖ.

dix<sup>m</sup> acetabuli mensura cocta in duobus sextariis ad dimidiis, datur ad lumborum vitia et jocineris. Carbunculis<sup>n</sup> medentur ex melle folia. Quidam hoc genus glaucion vocant,<sup>o</sup> alii paralion.<sup>p</sup> Nascitur enim in afflatu maris, aut nitroso loco.<sup>q</sup>

LXXIX. Alterum<sup>a</sup> e sylvestribus genus heraclion vocatur, ab aliis aphron,<sup>r</sup> foliis (si procul intuearis) speciem passerum<sup>b</sup> præbentibus,<sup>s</sup> radice in summa<sup>c</sup> terræ cute, semine spumeo. Ex hoc lina<sup>d</sup> splendorem trahunt æstate.

CAP. LXXIX. 1 Margo edd. Dalec. et Gronov. *aphrodes*, e Diosc.—2 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *repræsentantibus* Vet.

## NOTÆ

<sup>m</sup> *Radix*] Diosc. loc. cit.

<sup>n</sup> *Carbunculis*] Diosc. loc. cit. Τὰ δὲ φύλλα . . . ἐσχάρας περιφρήττει καταπλασθέντα σὺν ἔλαιῳ. Illata ex oleo folia crustas emarginant, crustulas ulcerum erodunt, carbunculos rumpunt.

<sup>o</sup> *Glaucion vocant*] Atque idcirco, ut ait Diosc. loc. cit. glaucion ex eo factitari, (qui succus herbæ est in Syria nascentis, foliis similibus corniculato papaveri, ut idem ait ill. 100,) falso existinarunt, decepti quadam foliorum similitudine.

<sup>p</sup> *Alii paralion*] Diosc. loc. cit. Μήκων κερατίτης, οἱ δὲ παράλιον, οἱ δὲ ἀγρίαν μήκων, οἱ δὲ θαλάσσιον, quod nempe in maritimis præsertim sponte nascitur: nunc ubique satum provenit. Galenus de Fac. Simp. Med. lib. vii. p. 208. Καλεῖται δὲ τὸ τινῶν παράλια μήκων, ἐπειδὴν τὰ πολλὰ πλησίον τῆς θαλάττης φύεται.

<sup>q</sup> *Aut nitroso loco*] Quoniam nitri natura haud multum a sale, marini- que afflatus virtute distat. Ita MSS. Theophr. Hist. vi. 13. addit etiam petroso loco provenire: Φύεται δὲ παρὰ τὴν θάλατταν, οὐ ἀν ἢ πετρώδῃ χώρᾳ.

<sup>a</sup> *Alterum*] Theophrasto, loc. cit.

Delph. et Var. Clas.

Μήκων Ἡράκλεια. Diosc. iv. 67. Μήκων ὑφρώδης, ὅπδ δέ τινων Ἡράκλεια κληθεῖσα, κ. τ. λ. *Papaver spumeum*: ab aliquibus *Heracleum* vocatum, δ. c. Nisi Latino ritu ac sono Græca sæpius pronuntiaret Plinius, rectius sane *aphrodes*, ut xxvii. 93. quam *aphron* diceret. Spumeum porro appellatum est a colore: nam spumam candore refert, inquit Galenus, loc. cit. Peplos est, sive esula rotunda, picta a Joan. Bauhino, tom. iii. p. 669. et a Dodonæo, p. 371. Visa a nobis in horto Regio. Nostris vulgo dicitur *Réveil matin des vignes*. Sic etiam Ruellius, p. 654. et Dalec. lib. xvi. p. 1658.

<sup>b</sup> *Speciem passerum*] Sicuti στρούθιον, hoc est, herba lanaria, sive radicula, de qua xix. 18. cui id nomen quoque inditum a similitudine aliqua cum ea ave. Vide Notas et Emend. num. 30.

<sup>c</sup> *Radice in summa*] Theophr. Hist. ix. 13. Πίζαν δὲ λευκὴν ἐπιπόλαιον. Diosc. iv. 67. Πίζαν δὲ λεπτὴν ἐπιπλέον, lege ex Theophr. ἐπιπόλαιον. Sic ipse Diosc. iv. 66. radicem papaveris corniculati tradidit εξ ἐπιπολῆς φυομένην, per summa cespitum nasci.

<sup>d</sup> *Ex hoc lina*] Supra xix. 4. <sup>e</sup> Est

Plinius.

9 P

Tunditur in pila <sup>e</sup> comitialibus <sup>f</sup> morbis, acetabuli mensura in vino albo: vomitionem enim <sup>g</sup> facit. Medicamento, quod diacodion <sup>g</sup> et arteriace <sup>h</sup> vocatur, utilissimum. Fit autem hujus papaveris aut cuiuscumque sylvestris <sup>i</sup> capitibus cxx <sup>j</sup> in aquæ coelestis sextariis tribus biduo mace-ratis, in eademque decoctis: deinde saccatis,<sup>k</sup> iterumque cum melle decoctis ad dimidias partes vapore tenui. Ad-didere postea drachmas senas<sup>l</sup> croci, hypocisthidis, thuri, acaciæ, et passi Cretici sextarium. Hæc ostentatione: simplex quidem et antiqua illa salubritas papavere et melle constat.

LXXX. Tertium genus <sup>m</sup> est tithymalon,<sup>n</sup> mecona vocant, alii paralion,<sup>o</sup> folio lini,<sup>p</sup> albo, capite magnitudinis fabæ.<sup>q</sup>

.....

Dalec. præsentantibus Gronov. et al. vett.—3 Vet. Dalec. vomitionem autem; Chiff. vomitionem enim, quod receperunt Harduin. et recentt. vomitiones enim edd. vett. et Gronov.—4 “Vet. decoctis: deinde siccatis. Legitur et siccato in Chiff. et mox, decocto ad dimidias.” Dalec.

CAP. LXXX. 1 Dalec. tithymalos.—2 Chiff. arthallion. Mox, pro lini, quod habent edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. e Diosc. lœvi legitur ap. Gronov. et vulgg.

#### NOTÆ

et inter papavera genus quoddam, quo candorem linta præcipuum tra-hunt.”

<sup>e</sup> *Tunditur in pila*] Hoc est, in mortario, ut alibi monuimus.

<sup>f</sup> *Comitialibus*] Acetabuli mensura, inquit Diocor. loc. cit. in aqua mul-sa sumtum, vomitione purgat: priva-timque hujuscemodi purgatio comiti-alibus prodest. Theophr. hoc tantum: Καθάρει ἄνω ταῦτης ἡ βίξα. Χρῶνται δέ τινες πρὸς τὸν ἐπιλήπτους ἐν μελικρά-τῳ, εὐ mulso.

<sup>g</sup> *Diacodion*] Διὰ κωδειῶν, hoc est, ex capitibus papaveris: est enim κώδεια papaveris caput. Compositio-nis hujus concinnandæ modos multi-plices vide apud Galenum κατὰ τό-πους, cap. 2. p. 535.

<sup>h</sup> *Arteriace*] Est arteriace, omne medicamentum ad arterie asperse vi-tia faciens, ut auctor est Aëtius Serm. VIII. c. 51. p. 38.

<sup>i</sup> *Aut cuiuscumque sylvestris*] Vide Notas et Emend. num. 31.

<sup>j</sup> *Capitibus CXIX.*] Sequitur fere in arteriace paranda Heræ medici placitum apud Galenum loc. cit.

<sup>k</sup> *Deinde saccatis*] Id est, colatis. Sic Heras Medicus apud Galen. loc. cit. p. 536. Καὶ διηθῆσας, κ. τ. λ.

<sup>l</sup> *Drachmas senas*] Non singulorum, sed omnium simul generum. Sic Heras, Damocrates, Soranus, apud Galen. loc. cit.

<sup>m</sup> *Tertium genus*] De quo Diosc. IV. 165. Ο δὲ παράλιος τιθμαλος, ὃν ἔνιοι τιθμαλίδα ἢ μήκωνα ἐκάλεσαν. Vi-dimus hoc genus in horto Regio, quale a Dodonæo pingitur, p. 366. Dicitur de eo rursum, XXVI. 41. In Indice quoque Reg. I. &c. paralium vocatur.

<sup>n</sup> *Folio lini*] Vide Notas et Emend. num. 32.

Colligitur<sup>r</sup> uva florente. Siccatur in umbra. Semen potum<sup>s</sup> purgat alvum, dimidio acetabulo in mulso. Cujuscumque autem papaveris caput viride, vel siccum, illitum epiphoras oculorum lenit. Opium ex vino meracula si protinus detur, scorpionum ictibus resistit. Aliqui hoc tantum nigro tribuunt, si capita ejus vel folia terantur.

LXXXI. (xx.) Est et porcilaca,<sup>t</sup> quam peplin<sup>r</sup> vocant, non<sup>2</sup> multum sativa<sup>s</sup> efficacior: cujus memorabiles usus traduntur. Sagittarum venena, et serpentium haemorrhoidum, et presterum<sup>t</sup> restingu: <sup>3</sup> pro cibo sumta, et plagis imposita, extrahi. Item hyoscyami, pota e passo expresso succo. Cum ipsa non est, semen ejus simili effectu prodet. Resistit et aquarum vitiis,<sup>u</sup> capitis dolori,<sup>a</sup> ulceribusque in vino tusa et imposta. Reliqua ulcera commanducata cum melle sanat. Sic et infantium cerebro imponi-

CAP. LXXXI. 1 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. portulaca Gronov. et al. vett.—2 Vox non deest in Vet. Dalec.—3 Vet. Dalec. restringi.—4 Ita edd.

#### NOTÆ

<sup>o</sup> *Magnitudinis fabæ]* Capite, inquit Diosc. loc. cit. in cacumine orbiculato, in quo semen ervi simile continetur: κεφαλὴν δὲ ἐπ' ἄκρου περιφερῆ, ἐν ᾧ δικαρπὸς ὁ ϕροβός. Est autem faba, quemadmodum ervum, plane rotunda, ut diximus XVIII. 30.

<sup>r</sup> *Colligitur]* Theophr. Hist. IX. 12.

<sup>s</sup> *Semen potum]* Diosc. loc. cit. πλῆθος ἡμίσους δέκυνθάφου ποτιζόμενα.

<sup>t</sup> *Est et porcilaca, quam peplin]* Ita MSS. omnes, tum hoc loco, tum in Indice hujus libri. Editi, *Est et portulaca, quam peplin.* Hippocrates tamen peplin vocat, inquit Oribasius lib. XII. p. 211.

<sup>u</sup> *Non multum sativa]* Quod sane mirum: quoniam in reliquis fere herbis generibus, vis efficacior sylvestribus est. Sativa certe, sive hortensis, ac domestica, quae ἀνδράχην Dioscoridis est, II. 150. ut diximus

XIII. 40. vulgatissima est, *le Pourpier*, *le Pourpier doré*. Sylvestris angustifolia, visa a nobis in horto Regio, a Dodonao pingitur, p. 650. De ea Diosc. in Nothis: Ἀνδράχη ἀγρία .... οἱ δὲ τηλέφιον, Ρωμαῖοι πορτονιάκαι, κ. τ. λ.

<sup>v</sup> *Et presterum]* Ad haemorrhoi, dipsadisque morsus, portulacam pariter commendat Diosc. in Theriacis c. 30. Est autem prester serpentis genus haud assimile, de quo Lucan. I. ix. p. 722. <sup>w</sup> *Oraque distendens avidus sputantia Prester.*

<sup>x</sup> *Et aquarum vitiis]* Prohibet ne aquæ potae noceant.

<sup>y</sup> *Capitis dolori]* Impositam cum polenta capitum dolori Diosc. mederi dixit, II. 150. Καταπλασσομένη μετὰ ἀλφίτων κεφαλῆς ἀλγήμασι καὶ δόφθαλμῶν φλεγμονάσι, καὶ ταῖς ἄλλαις, καὶ στομάχου πυρώσεσι, κ. τ. λ.

tur, umbilicoque prociduo. In epiphoris vero omnium, fronte<sup>+</sup> temporibusque cum polenta. Sed ipsis oculis, e lacte et melle. Eadem, si procident<sup>b</sup> oculi, foliis<sup>c</sup> tritis cum corticibus fabæ. Pustulis cum polenta et sale et acetato. Ulcera oris tumoremque gingivarum<sup>c</sup> commanducata cruda sedat: item dentium dolores.<sup>d</sup> Tonsillarum ulcera, succus decoctæ. Quidam adjecere paulum myrræ. Nam et mobiles<sup>e</sup> dentes stabilit commanducata. Cruditates sedat, vocemque firmat, et sitim arcet.<sup>e</sup> Cervicis dolores, cum galla, et lini semine, et melle,<sup>f</sup> pari mensura sedat. Mammarum vitia, cum melle, aut Cimolia<sup>g</sup> creta. Salutaris est suspiriosis, semine cum melle hausto. Stomachum<sup>f</sup> in acetariis<sup>h</sup> sumta corroborat. Ardentibus<sup>g</sup> febribus imponitur cum polenta. Et alias<sup>h</sup> manducata refrigerat etiam

---

vett. Gronov. et Harduin. 1. *fronti* Dalec. Harduin. 2. 3. et recentt.—5 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Müller. Bipont. et Franz. *si procident, prodest, foliis* Gronov. et al. vett.—6 *Nam mobiles* Chiffl. Mox, in eodem: *manducata. Cruda.*—7 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. Hæ voces, *et melle*, desunt in Gronov. et vulgg.—8 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Müller. Bipont. et Franz. *et Cimolia* Gronov. et al. vett.—9 *Stomachum acetariis*, omissa præpositione,

## NOTÆ

<sup>b</sup> *Si procident]* Subintellige, tunc imponitur, ex antecedentibus. Oculorum procidentia, morbus est uvae tuniceæ prociduae, ab erosione aut ruptura corneæ. Celsus vi. 6. ‘Non nunquam,’ inquit, ‘ingens inflammatio erupit tanto impetu, ut oculos sua sede propellat: πρόπτωσιν id, quoniam oculi procident, Græci appellant.’ Scribonius Largus Compos. 27. ‘Vastus tumor, quem quia a loco interdum videtur propellere oculum, πρόπτωσιν vocant.’

<sup>c</sup> *Gingivarum]* Quin ‘si ex gingivis sanguis exit,’ inquit Celsus iv. 4. ‘portulacam manducasse satis est.’

<sup>d</sup> *Dentium dolores]* Stuporem, inquit Diosc. loc. cit. αίμαδίαν, et Galenus de Fac. Simp. Med. vi. 43. pag. 156. post Arist. Problem. i. 38. p. 683.

Marcellus Empir. c. 12. p. 94. ‘Portulaca assidue commanducata, stridorem dentium tollit.’

<sup>e</sup> *Et sitim arcet]* Auctor Geopon. XII. 42. Τὸ δὲ φύλλον αὐτῆς ἐποιθέμενον τῷ γλάστρῃ ἀδιψοτέρους ποιεῖ. Folium ejus linguæ subditum, sitim arcet.

<sup>f</sup> *Stomachum]* Marcellus c. 20. p. 141. ‘Portulaca,’ inquit, ‘coquitur diligentissime: et coctum bene edetur ex aceto ab eo qui stomachum dolebit, vel vitiosum habebit: cito proderit.’

<sup>g</sup> *Ardentibus]* In febribus etiam potu prodesse scribit Diosc. loc. cit. Impositam ventri et hypochondriis, aestuantes juvare plurimum in febribus hecticis, Galenus de Fac. Simp. Med. lib. vi. p. 156.

<sup>h</sup> *Et alias]* Sic etiam Diosc. II. 150.

intestina. Vomitiones sistit. Dysenteriae et vomicis<sup>i</sup> estur ex aceto, vel bibitur cum cumino. Tenesmis autem cocta, et comitialibus cibo vel potu prodest. Purgationibus<sup>j</sup> mulierum, acetabuli mensura in sapa. Podagrī calidis, cum sale illita, et sacro igni. Succus ejus potus renes juvat, ac vesicas. Ventris animalia<sup>k</sup> pellit. Ad vulnerum dolores ex oleo cum polenta imponitur. Nervorum duritias emollit. Metrodorus, qui Ἐπιτομὴν τῶν ἐξοτομουμένων scripsit, purgationibus a partu dandam censuit. Venerem inhibet, Venerisque somnia. Prætorii viri<sup>l</sup> pater est, Hispaniæ princeps, quem scio propter impatibiles<sup>m</sup> uvæ morbos, radicem ejus filo suspensam e collo gerere, præterquam in balineis: ita<sup>n</sup> liberatum incommodo omni. Quin etiam inveni apud auctores, caput illitum ea distillationem anno toto non sentire. Oculos tamen hebetare putatur.

LXXXII. Coriandrum<sup>m</sup> inter sylvestria non invenitur. Præcipuum tamen esse constat Ægyptium. Valet contra serpentium genus unum, quod amphisbænas vocant, potum impositumque. Sanat et alia vulnera. Epinyctidas,<sup>n</sup> pustulas tritum. Sic et omnes<sup>o</sup> tumores collectionesque cum



Chiff.—10 Margo edd. Dalec. et Gronov. *impetibiles*.—11 Ita codd. Hardnini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. et ita Gronov. et vulgg.

#### NOTÆ

<sup>i</sup> *Dysenteriae et vomicis*] Hoc est, cruentis exscretionibus: τρόπος αίματός τε πτύσιν, καὶ δυσεντερίας. Dioscor. II. 150. Celsus IV. 15. inter dysenteriæ remedia, affert et illud: ‘Portulacam vel coctam, vel ex dura muria edisse.’

<sup>j</sup> *Purgationibus*] Profluvio mulierum sistendo, commendat Galenus, loc. cit.

<sup>k</sup> *Ventris animalia*] Diosc. loc. cit. ἔλμινθας στρογγύλας, teretes lumbri- cos.

<sup>l</sup> *Prætorii viri*] Licinii Cæcinæ, de quo superius c. 76.

<sup>m</sup> *Coriandrum*] Non est, inquit, sylvestris coriandri forma dispar a

sativo, nec sunt vires diversæ. Alias enim et sponte sua provenit in pratibus, campestribusque locis. Et Nicander in Theriac. p. 63. adversus serpentes et scorpiones, laudat in primis καρπὸν ὀργενέος κοπλοῦ, montani coriandri semen. Nicandri Schol. sativum a sylvestri quibusdam notis secerunt: sed nemine ipsi, quod quidem sciām, suffragante. Nostris æque, ac Latinis, *Coriandre*. Pingitur a Dodonaœ, p. 300.

<sup>n</sup> *Epinyctidas*] Diosc. III. 71. sanari has ait, coriandro, cum melle et uva passa, imposito.

<sup>o</sup> *Sic et omnes*] Plinius Valer. iis-

melle, aut uva passa. Panos<sup>p</sup> vero ex aceto tritum. Seminis grana<sup>q</sup> tria in tertianis devorari jubent aliqui ante accessionem: vel plura illini fronti. Sunt qui et ante<sup>r</sup> Solis ortum cervicalibus subjici efficaciter putent. Vis magna<sup>s</sup> ad refrigerandos ardores viridi. Ulcera quoque,<sup>t</sup> quae serpunt, sanat cum melle vel uva passa: item testes,<sup>u</sup> ambusta, carbunculos, aures: cum lacte mulieris<sup>v</sup> epiphoras oculorum: ventris<sup>w</sup> et intestinorum fluxiones semen ex aqua potum. Bibitur et in cholericis cum ruta. Pellit animalia<sup>x</sup> interaneorum, cum mali Punici succo et oleo semen otum. Xenocrates<sup>y</sup> tradit rem miram, si vera<sup>z</sup> est: menstrua contineri uno die, si unum granum biberint foeminae: biduo, si duo: et totidem diebus quot grana sumserint. Marcus Varro, coriandro subtrito cum aceto, carnem incorruptam æstate servari putat.

LXXXIII. Atriplex<sup>a</sup> et sylvestre et sativum est. Py-

CAP. LXXXII. 1 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *rem, si vera* Gronov. et vulgg.

#### NOTÆ

dem verbis, iv. 4. et de testium privatim tumoribus, Theod. Priscianus i. 24.

<sup>p</sup> Panos] Diosc. loc. cit. panos ait et strumas discutere cum faba fresca, μετὰ ἐρεγμοῦ.

<sup>q</sup> Seminis grana] Plinius Valer. loc. cit.

<sup>r</sup> Sunt qui et ante] Plinius Valer. loc. cit.

<sup>s</sup> Vis magna] Diosc. iii. 71. Δύναμιν ἔχει ψυκτικήν.

<sup>t</sup> Ulcera quoque] Plinius Valer. loc. cit. ad verbum. Addit hoc loco Dalecampius ex Dioscoride, etiam ignes sacros coriandro sanari, cum pane aut polenta. At eo nomine reprehendi Dioscoridem a Galeno de Fac. Simp. Med. lib. vii. p. 174. bonus Medicus nescivit. Id igitur a Plinio caute prætermissum.

<sup>u</sup> Item testes] Plinius Valer. loco

citato.

<sup>v</sup> Cum lacte mulieris] Plinius Valer. loc. cit. et i. 14. ‘Coriandrum viride tritum, et mixtum laete mulieris, super tumorem oculorum inunges: et statim sanat.’ Habet eadem Marcellus Empir. c. 8. p. 56.

<sup>w</sup> Ventris] Plinius Valer. ad verbum, iv. 4.

<sup>x</sup> Pellit animalia] Lumbricos vide-licet. Ita Dioscor. iii. 71. et Plinius Valer. loc. cit. Apuleius c. 102. tit. 1. infundi clysteribus jubar.

<sup>y</sup> Xenocrates] Haec Plinius Valer. iisdem verbis, loc. cit.

<sup>a</sup> Atriplex] Dioscoridi ii. 145. ‘Ατράφαξις, οἱ δὲ χρυσολάχανον. Cælius Aurel. Chron. v. 11. ‘Atriplex, quam Graeci ἀνδράφαξιν vocant.’ Genera sedecim diversa in horto Regio obser-vata a nobis. Sativam Galli vocant Arroche, et Bonne-Dame. Iconem sa-

thagoras,<sup>1</sup> tanquam saceret hydroscopicos, morbosque regios, et pallorem, concoqueretur<sup>2</sup> difficillime: ac ne in hortis quidem juxta id nasci quicquam, nisi languidum, culpavit.<sup>3</sup> Addidere Dionysius et Diocles, plurimos gigni ex eo morbos. Nec nisi mutata saepe<sup>4</sup> aqua coquendum: stomacho contrarium esse, lentigines et papulas gignere. Miror, quare difficulter in Italia id nasci tradiderit Solon Smyrnaeus. Hippocrates<sup>b</sup> vulvarum vitiis id infundit cum beta. Lycus Neapolitanus contra cantharidas bibendum dedit. Panos, furunculos<sup>c</sup> incipientes, duritas omnes, vel cocto vel crudo utiliter illini putavit. Item ignem<sup>d</sup> sacrum, cum melle, aceto nitroque:<sup>e</sup> similiter podagras. Ungues scabros<sup>f</sup> detrahere dicitur sine ulcere. Sunt qui et morbo<sup>f</sup> regio dent semen ejus cum melle,<sup>g</sup> arterias et tonsillas nitro addito perfricent, alvum moveant, cocto vel per se,<sup>7</sup>

.....

CAP. LXXXIII. 1 Ita ex codd. Harduin et recentt. *Atriplex et sylvestre est, accusatum a Pythagora Gronov. et al. vett. et sativum accusatum a Pythagora codd. Dalec. et Chiffi.*—2 Ita ex codd. Harduin et recentt. *coqueretur* Gronov. et al. vett.—3 Vet. Dalec. *putavit.*—4 Ita codd. Harduni et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *sæpius* edd. vett. et Gronov.—5 <sup>a</sup> Man. *acetoque nigro.* Chiffi. *aceto nigro.*<sup>b</sup> Dalec.—6 Margo edd. Dalec. et Gronov. *cum mulsa,* e Diosc.—7 Vet. Dalec. *cocto per se.*—8 Ita

#### NOTÆ

tivæ apud Lobelium videsis in Observ. p. 127. *Sylvestrium*, apud Matthiolum, p. 460. 461.<sup>c</sup> et 462.

<sup>b</sup> *Hippocrates*] De morbis mul. lib. II. tex. 57. p. 588. Μητρέων ὅδηνης ἔγχυτον ἦν ὅδην μοῦνον ἢ σπερχυνὴ καὶ βλαστός, ἀχλὺς ἐν τῇσι μήτρησιν ἔνι, καὶ οὐκ ἔξειστι τὸ πνεύμα, ἀλλ' αὐτόθι μένει κακόν. Δεῖ οὖν οὕτως θεραπεύειν Ἀνδραφάδιος ἀγρίης καρπὸν, καὶ τεῦτλα τρίψας δμοῦ λεῖα, χλιδῆς τε ἔγχεον ἐς τὰς μήτρας. *Ad dolorem uterorum medicamentum quod infundi debet.* Si dolor solum fuerit vehemens ac violentus, caligo in utebris inest, nec flatus exitum habet, sed manet ibi. Malum. Oportet igitur sic curare: *Atriplicis sylvestris semen, et betas, simul trita ac tepefacta, in uteros infundito.* Hæc vulvarum vicia, quam

falso Dalecampius, et Medicus tam, inflammationem uteri interpretatus sit, ex ipso fonte liquet, unde hausit Plinius.—<sup>c</sup> Ex Hippocrate liquet, cui similia Plinius refert.' Ed. sec.

<sup>c</sup> *Panos, furunculos*] Hæc deinceps verbis iisdem Plinius Valer. IV. 7. Galenus quoque de Fae. Simp. Med. lib. vi. p. 161.

<sup>d</sup> *Item ignem*] Plinius Valer. loc. cit. de atriplice: ' Ignes sacros sedat: podagræ fervorem cum nitro et aceto, cum melle restinguunt.'

<sup>e</sup> *Ungues scabros*] Plinius Valer. loco cit.

<sup>f</sup> *Sunt qui et morbo*] Ut Dioscor. II. 145. Galenus loco mox citato, et Plinius Valer. IV. 7.

vel cum malva aut lenticula, concitantes vomitiones. Sylvestri capillos tinguunt, et ad supra scripta utuntur.<sup>s</sup>

LXXXIV. (xxi.) E contrario in magnis laudibus malva est utraque,<sup>g</sup> et sativa et sylvestris. Duo genera earum<sup>h</sup> amplitudine folii discernuntur. Majorem<sup>i</sup> Græci malopen<sup>j</sup> vocant in sativis. Alteram<sup>j</sup> ab emolliendo<sup>k</sup> ventre<sup>l</sup> dictam putant malachen. E sylvestribus,<sup>m</sup> cui grande folium et radices albæ,<sup>n</sup> althæa vocatur,<sup>m</sup> ab excellentia<sup>n</sup> effectus: a quibusdam plistolocia.<sup>o</sup> Omne solum, in quo se-

codd. Hardnini, Dalec. et Chiff. cum edd. Hardnini. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. dicta utuntur Gronov. et vulgg.

CAP. LXXXIV. 1 Margo edd. Dalec. et Gronov. molochen, ex Athen. lopen Chiff.—2 Chiff. ventrem.—3 Et sylvestribus in quibusdam vett.—4 Chiff.

#### NOTÆ

<sup>g</sup> *Malva est utraque]* Sativa, quæ et hortensis appellatur, flore simplici, in Eystetensi horto: eadem malva major unicaulis, apud Matthiolum, p. 457. Præter istos etiam et a Dodonæo pingitur, p. 641. priore loco: a colore florum roseo nostris dicitur, *Rose d'Outremer, ou de Tremier*. Vivimus in horto Regio. Sylvestris commune retinuit nomen, *Maure*. Pumila, proceriorque pingitur a Dodonæo, p. 642.

<sup>h</sup> *Duo genera earum]* Duo sativæ genera, totidem sylvestris.

<sup>i</sup> *Majorem]* Quæ malva hortensis, multiplice flore, apud Dodon. p. 641. Malva major Mattholi, p. 456.

<sup>j</sup> *Alteram]* E sativis scilicet: quæ malva hortensis prior Dodonæi, pag. 641.

<sup>k</sup> *Ab emolliendo]* Μαλάχην Græci dixerunt, ἀπὸ τοῦ μαλάσσειν, a (ventre) moliendo. Unde Martial. III. 89.

<sup>l</sup> *Utere lactucis, et mollibus utere malvis, Nam faciem durum, Phœbe, cæantis habes.* Forte dictum in Vespasianum, qui erat vultu veluti nitentis, inquit Suetonius in ejus vita c. 20. Schola Salernitana: ‘Dixerunt

malvam veteres, quod molliat alvum,’ &c.

<sup>m</sup> *Et radices albæ]* Intus albæ, βλέπεν λευκήν ἔρδοθεν, inquit Diosc. III. 163. Sed dum is folia althææ attribuit, quæ sint ut cyclamino rotunda, φύλλα περιφερῆ ὥσπερ κυκλάμινος, et ceteris adversatur, nec visam a se althæam prodit.

<sup>n</sup> *Althaea vocatur]* Diosc. loc. cit. Αλθαία, ἔνιοι δὲ ιβίσκον καλοῦστι, μαλάχης ἐστιν ἄγριας εἶδος . . . Ωνόμασται δὲ ἀλθαία, διὰ τὸ πολυναλθὲς, καὶ πολύχρηστον αὐτῆς. Apuleius c. 38. ‘Græcis appellatur althæa: alii althæan rizan, alii elæomolochen, alii molochen agriam . . . Itali Ibiscum vocant.’ Ibisces Dodonæi est, pag. 644. Nostris, *Guimauve*. Capitulare de Villis cap. 70. ‘Bismalvas, hoc est, alteas.’

<sup>o</sup> *Ab excellentia]* Διὰ τὸ πολυναλθὲς, ut ait Diosc. a verbo ἀλθαίων, sive ἀλθέων, medeor, curo, sano.

<sup>p</sup> *Plistolocia [plistolycia]* Πλειστολυκία, forte quod instar Lycii medicamenta præbeat plurimi effectus. Alii πλειστολοχία malunt: quo nomine et altera nominatur herba, xxv. 54. In Reg. 1. 2. Colb. 2. Chiff. plitolicia. In

rantur, pinguius faciunt. Huic contra<sup>p</sup> omnes aculeatos ictus efficax vis,<sup>5</sup> præcipue scorpionum, vesparum, similiumque, et muris aranei. Quin et trita<sup>q</sup> cum oleo qualibet earum<sup>r</sup> peruncti ante, vel habentes eas non feriuntur. Folium impositum scorpionibus torporem affert. Valent et contra<sup>s</sup> venena.<sup>6</sup> Aculeos omnes extrahunt illitæ crudæ cum nitro:<sup>7</sup> potæ vero<sup>t</sup> decoctæ cum radice sua, leporis marini venena restinguunt:<sup>8</sup> et, ut quidam dicunt,<sup>u</sup> si vomatur.

De eisdem mira et alia traduntur. Sed maxime, si quotidie quis succi ex qualibet earum sorbeat cyathum dimidium, omnibus morbis cariturum. Ulcera manantia<sup>v</sup> in capite sanant in urina putrefactæ, lichenas et ulcera oris cum melle. Radix decocta,<sup>w</sup> surfures capitis et dentium



*plitoliciu*; Gronov. et al. ante Harduin. *aristulhaa*. Ille, *plistolycia*.—5 Ita codd. Harduini, Chiff. et Vet. Dalec. cum edd. Harduin. I. 2. 3. et recentt. *efficacior vis* Gronov. et al. vett.—6 ‘Corrupte codd. *contra phystim*; alii, *psilim*, *venena*. Merito opinatur eruditus Harduinus emendandum, *contra psimmithii venena*. Malvam enim decoctam cum radicibus valere contra epotum psimumithium ψιμιθίου δὲ ποθέντος, testatur Diosc. II. 163.’ Brotier. *contra presterum venena* cod. Dalec. *contra phystim venena* Chiff.—7 Codd. Dalec. et Vet. ejusdem, *cum anetho*; Chiff. *cum anistro*.—8 Ita codd. Harduin. et Vet. Dalec. cum edd. Harduin. I. 2. 3. et recentt. Edd. vero vett. et Gronov. *venena restringunt*; codd. Dalec. *venenum restringunt*; Chiff. *cum radice succo, lep.*

#### NOTÆ

Indice, *plistolocia*. Interpolatores *aristulhaa* hic scripsere, nempe ex Diosc.

<sup>p</sup> *Huic contra*] Hæc Diosc. totidem verbis loc. cit. Theod. Priscianus I. 22. de apum percussibus, vel scorpionum, &c.

<sup>q</sup> *Quin et trita*] Habet hoc a Nicandro in Theriae. p. 7. Descripsit ab eodem etiam Dioscor. II. 144.

<sup>r</sup> *Qualibet earum*] Nempe sylvestrium.

<sup>s</sup> *Valent et contra*] Vide Notas et Emend. num. 33.

<sup>t</sup> *Potæ vero*] Plinius Valer. III. 54. Avicenna tomo II. lib. IV. pag. 201. semen althææ laudat, contra vene-

num leporis marini. Alibi juvare ait et malvæ caulinulos, et althææ folia recens elixata. Caules cum radice, Diosc. *Eπτορ.* II. 156. p. 123.

<sup>u</sup> *Et, ut quidam dicunt*] Hos secutus Aëtius Serm. XIII. c. 53. p. 263. de iis qui leporis marini venena sentiunt: ‘His,’ inquit, ‘lac asinum recens muletum cum passo assidue præbeatur: aut si hoc non adsit, bubulum, aut malvæ decoctum: inde que confessim vomant,’ &c. Diosc. quoque II. 144.

<sup>v</sup> *Ulcera manantia*] Diosc. II. 144. Et Marcelius Empiricus c. 4. p. 40.

<sup>‘</sup> *Malva erratica cum urina humana, id est, puerili, trita et imposita, val-*

mobilitates. Ejus, quæ unum<sup>x</sup> caulem habet, radice circa dentem qui doleat pungunt,<sup>y</sup> donec desinat dolor. Eadem strumas et parotidas panosque, addita hominis saliva, purgat<sup>z</sup> citra vulnus. Semen in vino nigro potum a pituita et nauseis liberat. Radix mammarum<sup>y</sup> vitiis occurrit, adalligata in lana nigra. Tussim<sup>z</sup> in lacte cocta, et sorbitonnis modo sumta, quinis diebus emendat. Stomacho inutiles<sup>z</sup> Sextius Niger<sup>a</sup> dicit. Olympias Thebana, abortivas esse cum adipe anseris: aliqui purgari fœminas, foliis earum manus plenæ mensura in oleo et vino sumtis. Utique constat parturientes foliis substratis celerius solvi: protinus a partu revocandum,<sup>b</sup> ne vulva sequatur. Dant et succum bibendum parturientibus jejunis, in vino decoctæ<sup>c</sup> hemina. Quin et semen adalligant<sup>d</sup> brachio, genitale<sup>e</sup> non continentium. Adeoque eæ Veneri nascuntur, ut semen unicaulis<sup>f</sup> aspersum genitali, fœminarum avidi-

*mar. venenum restinguitur.*—9 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. qui doleat punge Gronov. et al. vett. qui doleat punge cod. Dalec. qui doleat perunge Vet. Dalec. qui doleat pungit Chiffl. Dalecampius conj. qui doleat pungito.—10 Chiffl. pungunt.—11 Cod. Dalec. utiles.—12 Vet. Dalec. solvi, sed protinus a partu revocanda; al. ap. eundem, solvi: sed id protinus, &c.—13 Gronov. decocta.—14 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. semen tritum adalligant edd. vett. et Gronov.—

## NOTÆ

de siccatis capitibus humores.<sup>g</sup> De capitis ulceribus ibi sermo.

\* *Radix decocta*] Diosc. loc. cit. Q. Serenus c. 4. p. 127. ‘Porrigini depeplendæ:’ ‘Est insensibilis morbus, sed noxia forma Cum caput immensa pexum porrigine ningit, Copia farris uti freudentibus edita saxis: Hanc poterit malvæ radix decocta levare.’

\* *Ejus, que unum*] Plinius Valer. IV. 5. ‘Radix omnis caulis,’ inquit, ‘admota denti, pellit dolorem.’ Hæc malva major unicaulis Matthioli, de qua superius dictum est.

\* *Radix mammarum*] Plinius Valer. IV. 5.

\* *Tussim*] Malvam in cibo commen-

dat pariter ad tussim Celsus IV. 4.

\* *Sextius Niger*] Et qui Sextium transcribit, etsi eundem in præfatione vituperat, Dioscorides II. 144. Κακοστόμαχος δὲ καὶ εὔκοιλος, κ. τ. λ. Plinius Valer. IV. 5. ‘Olympias Thebana abortivas putat esse malvas cum adipe anseris genitali parti subjectas. Sextius Niger et Dioscorides stomacho inutiles arbitrantur.’

\* *Protinus a partu revocandum*] Removendum statim a partu medicamentum.

\* *Genitale*] Seminis profluvio laborantium. Genitale pro semine accipi monuimus, c. 53.

\* *Semen unicaulis*] Malvæ majoris

tates augere ad infinitum Xenocrates tradat: itemque tres<sup>15</sup> radices juxta adalligatas: tenesmo et dysentericis utilissime infundi: item sedis<sup>e</sup> vitiis, vel si foveantur. Melancholicis quoque succus datur cyathis ternis tepidus: et insanientibus, quaternis.<sup>16</sup> Decoctæ comitilibus heminæ succi. His<sup>17</sup> et calculosis, et inflatione, et torminibus, aut opisthotonico laborantibus, tepidus illinitur. Et sacris ignibus, et ambustis,<sup>g</sup> decocta in oleum<sup>18</sup> folia impomuntur: et ad vulnerum impetus cruda cum pane. Succus decoctæ<sup>h</sup> nervis prodest, et vesicæ, et intestinorum rosionibus. Vulvas et cibo et infusione<sup>19</sup> emollit in oleo: succus decoctæ permeatus<sup>20</sup> suaves facit.

Althææ<sup>k</sup> in omnibus supra dictis efficacior radix: præcipue convulsis ruptisque. Cocta in aqua alvum sistit. Ex vi-

<sup>15</sup> Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Hardnini. 1. 2. 3. et recentt. item tres Gronov. et vulgg.—<sup>16</sup> Vox quaternis deest in cod. Dalec.—<sup>17</sup> Is Vet. Dalec. Mox, aut opisthotono in eodem Vet.—<sup>18</sup> Vet. Dalec. in oleo.—<sup>19</sup> Vet. Dalec. et in sessione.—<sup>20</sup> Ita codd. Reg. 1. Colb. 2. et Editio princeps. In Colb. 1. et recentioribus edd. *pori meatus*. Brotier. *permeatus* etiam Chiffl. *pori meatus* Gronov. et al. vett. *urinæ meatus* Vet. Dalec. *decoctæ potus halitus suaves* alii

#### NOTÆ

unicaulis, de qua dictum est superius. Plinius Valer. iv. 5. de radice malvae unius caulis: ‘Eadem femori alligata stimulat Venerem.’

<sup>e</sup> *Item sedis*] Dioscor. II. 144.

<sup>f</sup> *Et sacris ignibus*] Althææ banc vim Dioscorides attribuit, III. 163. quani et ad hæc morborum genera efficaciem esse reliquis, Plinius ipse mox tradit. Erysipelatis sanandis malvam idem commendat, II. 144.

<sup>g</sup> *Et ambustis*] Plinius Valer. III. 36. ‘Ambustis sanandis’ ‘Malvæ folia ex aqua decoquuntur, et ex ea aqua foventur combusta.’ Diosc. item, II. 144. Theodorus Priscianus I. 17. ‘De ustione calidæ, vel ignis... Malvarum folia elixa, et cum oleo superintrita impones.’

<sup>h</sup> *Succus decoctæ*] Dioscor. II. 144.

Apoleius c. 40. tit. 1. Ad vesicæ dolorem. Et tit. 2. Ad nervorum dolorem.

<sup>i</sup> *Et infusione*] Clysteribus. Alii in sessione legunt, invitis MSS. Diosc. loc. cit. Τὸ δὲ ἀφέψημα αὐτῆς μαλακτικὸν ἐγκάθισμα ὑστέρας· εἴς τε ἐνείματα πρὸς δηγμοὺς ἐντέρων καὶ μήτρας καὶ δακτυλίου ἄρμόδιον. *Ejus decoctum in sessione vulvas emollit: quin et ad intestinorum, vulvæ, sedisque rosiones, commode infunditur.*

<sup>j</sup> *Permeatus [pore meatus]*] Ita libri editi, cum Colb. 1. At Reg. 1. et Colb. 2. cum Chiffl. *Permeatus*. Urinæ credo meatum intelligit: nam vesicæ utiles malvæ caules esse prodidit Diosc. loc. cit. οἱ κανλοὶ κύστει ὀφέλιμοι.

<sup>k</sup> *Althææ*] Plinius Valer. IV. 5.

no albo<sup>1</sup> strumas, et parotidas, et mammorum inflammatio-nes,<sup>21 m</sup> et panos in vino<sup>n</sup> folia decocta et illita tollunt. Eadem arida in lacte decocta, quamlibet perniciosæ tussi citissime medentur. Hippocrates vulneratis, sitientibusque<sup>22</sup> defectu sanguinis, radicis decoctæ succum bibendum dedit: et ipsam vulneribus cum melle et resina: item contusis,<sup>23</sup> luxatis, tumentibus, et musculis, nervis, articulis<sup>o</sup> imposuit: et asthmaticis<sup>p</sup> ac dysentericis<sup>24</sup> in vino bibendum dedit. Mirum, aquam<sup>q</sup> radice ea addita<sup>25</sup> addensari sub dio,<sup>26 r</sup> atque lactescere. Efficacior autem, quo recen-tior.

LXXXV. Nec lapathum<sup>a</sup> dissimiles effectus habet. Est autem et sylvestre,<sup>i b</sup> quod alii oxalidem appellant, saپore

ap. Dalec. *orisque meatus suaves* alii ibid.—21 Chiffl. *inflationes*; al. ap. Dalec. *inflammationes tollit*. Mox, Vet. Dalec. *panos in vi. fol. dec. et illita*. Eadem,—22 Vet. Dalec. *siccacentibusque*.—23 Cod. Dalec. *convulsis*. Mox, *tumentibus musculis* Vet. Dalec.—24 Chiffl. *ut s. spasticis dysentericis*.—25 Vox *addita* deest in cod. Dalec.—26 Chiffl. *sub dio*. Mox, *atque lentescere* Vet. Dalec. Quidam ap. Dalec. *latescere*, id est, in laticem verti.

CAP. LXXXV. 1 *Est autem sylvestre*, omissa conjunctione, cod. Dalec.—

#### NOTE

<sup>1</sup> *Ex vino albo*] Diosc. III. 163. Εψηθείσα γάρ ἐν μελικράτῳ η οἴνῳ . . . ποιεῖ πρὸς τραύματα, παρωτίδας, χοιράδας, ἀποστήματα, μαστοὺς φλεγμαίνοντας, κ. τ. λ.

<sup>m</sup> *Mammorum inflam.*] MSS. *inflatio-nes*, quod fere perinde est: cum ex inflatione inflammatio fere consequi soleat. Theod. Priscianus in Gynæ-cis, sive III. 1. ‘Mamillas cum ten-sione tumentes vel dolentes, quod post partum quam maxime mulieri-bus evenire consuevit, quas ex eo etiam gravis dolor inquietat,’ &c. Et mox: ‘Si indignatio illa his minime potuerit prohiberi, et lactis aggrega-tio maximum fervorem locis incus-serit,’ &c.

<sup>n</sup> *Et panos in vino*] Ita Galenus de Fac. Simp. Med. lib. vi. p. 170. Πεπ-

τικὴ φυμάτων δυσπέπτων, *panos diffici-les concoquit*, sive discutit.

<sup>o</sup> *Nervis, articulis*] Ad nervos articulosque vulneratos althææ radicem Galenus commendat, κατὰ γένη, III. 7. p. 729.

<sup>p</sup> *Et asthmaticis*] MSS. Reg. et Colb. *Imposuit, ut supra: spasticis, dysentericis, &c.* De dysentericis, subscrubunt Diosc. III. 163. et Galenus de Fac. Simp. Med. vi. 5. p. 170.

<sup>q</sup> *Mirum, aquam*] Dioscor. III. 163. Πήγγυσι δὲ η ρίζα καὶ θόρ, μιγεῖσα λεῖα, καὶ συνεξαθριασθεῖσα. Accepit a Theophrasto Plinius, Histor. ix. 19.

<sup>r</sup> *Sub dio*] MSS. omnes, *sub dio*.

<sup>a</sup> *Nec lapathum*] Hortense videlicet, Dodonæi Lapathum sativum, p. 637. Gallis, *la Patience*.

<sup>b</sup> *Est autem et sylvestre*] Id esse

proximum,<sup>2</sup> foliis acutis, colore betæ candidæ, radice minima: nostri vero ruminem,<sup>c</sup> alii lapathum cantherinum,<sup>d</sup> ad strumas<sup>e</sup> cum axungia efficacissimum. Est et alterum genus fere,<sup>f</sup> oxylapathon<sup>g</sup> vocant, sativo idem similius, et acutiora<sup>h</sup> habet folia ac rubriora, non nisi in palustribus nascens. Sunt qui hydrolapathon<sup>h</sup> tradunt in aqua natum. Est et aliud hippolapathon<sup>i</sup> majus sativo, candidiusque, ac spissius. Sylvestria scorpionum<sup>j</sup> ictibus medentur, et ferire<sup>k</sup> prohibent habentes. Radix aceto de-

<sup>2</sup> Ita codd. Hardnini et Chiff. cum edd. Hardnini. 1. 2. 3. et recent. *sativus proximum* Gronov. et al. vett. Mox, Vet. Dalec. *Est alterum genus feri.* —<sup>3</sup> Ita codd. Hardnini et Dalec. cum edd. Hardnini. 1. 2. 3. et recent. *sativus id est,* &c. Vet. Dalec. *sativus id quidem similius, sed acutiora alii vett. ap. Dalec. sativo item,* &c. Gronov. et vulg.—<sup>4</sup> Vet. Dalec. *et feriri.*—

## NOTÆ

quod Gallicum vulgus oxalim adhuc imitatione Græca nuncupat, aliqui ozellam, l’Ozeille: alii vinetam: e recentioribus herbariis plerique asseverant: quibus ut assentiar, vehementer labore: cum absit ab ozellæ foliis color beta: candidæ: sunt enim e nigro viridia. De hoc genere Diosc. II. 140. Ἔστι δὲ καὶ τέταρτον εἶδος, οὐκον δέξαλίδα, η ἀναξυρίδα, η λάπαθον καλοῦσι.

<sup>c</sup> *Nostri vero ruminem]* Cum in hortis seritur. Sed et alii ruminem sylvestre lapathum appellarunt: ut Plinius Valer. I. 38.

<sup>d</sup> *Lapathum cantherinum]* Forte quod cantheriis, hoc est, jumentis, pabulo datur. Sic hordeum cantherinum vocat Columella II. 9. p. 55. ‘quod et alia animalia quæ ruri sunt melius quam triticum, et hominem salubrissus quam malum triticum pascit.’

<sup>e</sup> *Ad strumas]* Vide Notas et E-mend. num. 34.

<sup>f</sup> *Est et alterum genus fere]* Ita libri omnes: nequicquam feri, hoc est, sylvestris, reponere tentante Pintiano. Fere hoc genus alterum recte a Plinio dicitur, quod sit nempe sativo, etiam quam illud quod est proxime

antea memoratum, similius affiniusque: vix ut diversi generis esse putes.

<sup>g</sup> *Oxylapathon]* Id ei nomen ob acutiora folia datum: ob id officinæ nos-trates ‘Lapathum acutum’ nominant. ‘Grandem oxillam’ officinæ dicunt: vulgus Parellam, Pareille. Lapathum sylvestre seu *Oxylapathon* Dodonæi est, p. 637.

<sup>h</sup> *Sunt qui hydrolapathon]* Hanc hippolapatho congenerem herbam esse nemo diffitebitur, cum aquarum vernacula et ea sit, ambæque paludibus exsiliant: sed oleribus repudiatur. Galenus de Fac. Simp. Medic. lib. VII. pag. 201. ‘Ιππολάπαθον, ἐν ἔλεσι γεννᾶται.

<sup>i</sup> *Est et aliud hippolapathon]* A folii amplitudine id nomen sortitur: Ἰππος enim in compositione amplitudinem supra modum designat. Hoc genus plerique Rhabarbarum Monachorum nominant, quod ejus radice rhabarbari loco nonnulli utuntur. Sic Anguillara par. 7. p. 110. Pingitur a Dodonæo, p. 637.

<sup>j</sup> *Sylvestria scorpionum]* Seu semen, seu radix decocta bibatur, Diosc. II. 140.

cocta, si colluatur<sup>s</sup><sup>k</sup> succus, dentibus auxiliatur: si vero bibatur, morbo regio.<sup>1</sup> Semen stomachi<sup>m</sup> inextricabilia vitia sanat. Hippolapathi<sup>n</sup> radices privatim unguis scabros detrahunt. Dysentericos<sup>o</sup> semen duabus drachmis in vino potum<sup>6</sup> liberat. Oxylapathi semen lotum in aqua cœlesti, sanguinem rejicientibus adjecta acacia lentis magnitudine prodest. Praestantissimos pastillos<sup>p</sup> faciunt ex foliis et radice, addito nitro et thure exiguo.<sup>7</sup> In usu aceto diluunt.

LXXXVI. Sed sativum in epiphoris oculorum illinunt frontibus.<sup>r</sup> Radice lichenas<sup>t</sup> et lepras<sup>z</sup> curant. In vino vero<sup>r</sup> decocta, strumas, et parotidas, et calculos: pota

<sup>s</sup> In Ms. Reg. 2. coluatur. Male recentiores editiones, coletur. Emen-dandum fuit, *colluatur*. Sic enim Marcellus Empir. cap. 12. ‘Lapathi radix in aceto acerrimo coquitur, atque eo aceto dentes colluuntur, vel fo-ventur.’ Plinius Valer. I. 38. ‘Agrestis lapathi, quod alii ruminem dicunt, radix . . . cum aceti cyathis quinque cocta, in ore aceto tento, dolorem dentium tollit.’ Brotier. *colluatur* etiam Vet. Dalec.—6 Chiffl. *optimum*.—<sup>7</sup> Ita eodd. Harduini, cum edd. Harduin. I. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. ita quoque Cornarius. et jure exiguo Gronov. et al. vett.

CAP. LXXXVI. 1 Vet. Dalec. *fronti et temporibus*.—2 Radice meliceridas et

#### NOTÆ

<sup>k</sup> Radix . . . si colluatur [coletur] Si per vas aliquod aut linteolum paxillatum stillatimque exprimatur. Vide Notas et Emend. num. 35.

<sup>l</sup> Morbo regio] Plinius Valer. II. 59. et Dioscor. loc. cit. Item Africanus in Geopon. XIII. 38. p. 357.

<sup>m</sup> Semen stomachi] Stomachi tantum fastidia, οσην στομάχου, semine poto depelli Diose. prodidit, loc. cit.

<sup>n</sup> Hippolapathi] Plinius Valer. IV. 8. ‘de lapatho:’ ‘Scabros unguis si-ne injuria detrahit.’ Theod. Priscianus I. 30. ‘Scabiosos, veluti elephan-tiosos, si quis forte unguis habuerit, . . . lapathi agrestis radix in aceto cocta et contrita curat.’ Et Diose. II. 140. λειχῆνας, ὄνυχας λεπρούς.

<sup>o</sup> Dysentericos] Plinius Valer. loc. cit. et Diose. Πίνεται ὡφελήως μεθ' ὕδατος ἢ οἶνον πρὸς δυσεντερίας. Galenus quoque de Fac. Simp. Medic. lib.

vii. p. 201.

<sup>p</sup> Pastillos] Τροχόσκοντος Græci vocant ab orbiculari forma. Pastilli medicis arida sunt medicamenta, con-trita humore non pingui, aut vino vel aceto incocta, quæ a coctione rur-sus inaruerunt: quæ, cum utendum est, subinde ejusdem generis humore diluuntur, deinde vulneribus ilinun-tur: non autem imponuntur, ut em-plastra. Ita Budæus.

<sup>q</sup> Radice lichenas] In MSS. Reg. I. 2. &c. *lichenas male*. Sed unde lichenas erni sincerius a nobis intelligas, quam ab Hermolaō, ceterisque qui sunt deinde subsecuti, *meliceridas*. Impetigines sive lichenas radice la-pathi cum aceto decocta ad tertias, sanari ait Marcellus Empir. cap. 19. p. 129.

<sup>r</sup> In vino vero] Plinius Valer. IV. 8. et Diose. II. 140.

vino<sup>s</sup> et lienes illita, cæliacos<sup>t</sup> æque, et dysentericos, et tenesmos. Ad eademque<sup>†</sup> omnia efficacius jus lapathi: et ructus<sup>‡</sup> facit, et urinam ciet, et caliginem oculorum discutit: item pruritum<sup>§</sup> corporis, in solia balinearum additum, aut prius ipsum illitum sine oleo. Firmat<sup>¶</sup> et commanducata radix dentes. Eadem decocta cum vino, sistit alvum: folia solvunt.<sup>||</sup> Adjecit Solon (ne quid omittamus)<sup>||</sup> bulapathon,<sup>\*\*</sup> radicis tantum altitudine differens, et erga dysentericos effectu,<sup>¶</sup> potæ ex vino.

LXXXVII. (xxii.) Sinapi, cujus in sativis tria genera diximus,<sup>a</sup> Pythagoras principatum habere ex his, quorum sublime<sup>†</sup> vis seratur, judicavit, quoniam non aliud magis in nares et cerebrum penetret. Ad serpentium<sup>b</sup> ictus et scorpionum tritum cum aceto illinitur. Fungorum<sup>c</sup> venena



*lepras* Gronov. et al. ante Harduin.—3 Ita ex codd. Harduinus et recentt. semine *poto e vino*, &c. Cornar. *poto vino et lienes, cæliacos* Gronov. et al. vett. *lienes inita cæliacos* Chiffi.—4 Vet. Dalec. *quod ructus*.—5 Cod. Dalec. *soleuat adjecto sale*. Nèque hic omittemus. Chiffi. *Solo pro Solon*.—6 Cod. Dalec. *efficacius*. Mox, pro *potæ*, quod servant codd. Harduini, cum edd. Harduin. et recentt. *potum* legitur in edd. vett. et Gronov.

CAP. LXXXVII. 1 Vet. Dalec. *in sublime*.—2 <sup>¶</sup> Ita bene Editio princeps.

### NOTÆ

<sup>s</sup> *Pota vino*] Ita Colb. 1. recte: non *poto*. Marcellus Empir. c. 27. p. 194.  
<sup>t</sup> *Herba oxylapathos* cum semine suo arida, contrita et ex vino arido pota, magnum incontinentia ventris præstat remedium.' Plinii Valer. loc. cit. 'Radices ex aceto coctæ et positiæ, duritiem lienis confringunt.' Idcirco scilicet et potari Plinius et illini voluit.

<sup>†</sup> *Ad eademque*] Plinius Valer. ad verbum, iv. 8.

<sup>‡</sup> *Item pruritum*] Ita Diosc. loc. cit. Πραττει δὲ καὶ κυησμοὺς τῶν ἀφέψημα αὐτῶν ἐπαντλούμενον, ἢ λούτρῳ μιγνύμενον. Radicum decoctum pruritus corporis sedat, vice fatus affusum, aut in solia blia balinearum additum.

<sup>§</sup> *Firmat*] Ita fere Marcellus Empir. c. 12. p. 92.

<sup>¶</sup> *Folia soleunt*] Lapathi folia pariter alvum solvere, semen vero sistere, scribit Galenus, lib. de theriaca ad Pison. c. 4. p. 935.

<sup>||</sup> *Bulapathon*] Quod idem cum hipopolapatho videtur, aut affine certe: nam βόῦς et ἵππος apud Græcos in compositione solam magnitudinem indicant: non similitudinem ullam cum bove, nisi ea forte utraque compositæ vocis parte designetur: ut in βούγλωσσον, et βουκέρως, linguae cornuque bubuli notatur effigies.

<sup>a</sup> *Sinapi ... tria genera diximus*] Lib. xix. 54.

<sup>b</sup> *Ad serpentium*] Haec Plinius Valer. ad verbum, iv. 28.

<sup>c</sup> *Fungorum*] Plinius Valer. loc. cit. et Diosc. Εὐπορ. II. 160. p. 124. et in Alexiph. c. 23.

discutit. Contra pituitam<sup>d</sup> tenetur in ore, donec liquecat, aut gargarizatur cum aqua mulsa. Ad dentium dolorem manditur: ad uvam<sup>e</sup> gargarizatur cum aceto et melle. Stomacho<sup>f</sup> utilissimum contra omnia vitia, pulmonibusque. Exscrectiones faciles facit in cibosum tum: datur et susprirosis. Item comitialibus<sup>g</sup> tædiis<sup>2</sup> cum succo cucumerum. Sensus, atque<sup>h</sup> sternutamentis caput purgat, alvum mollit, menstrua et urinam ciet. Hydropicis<sup>i</sup> imponitur, cum fico et cumino<sup>j</sup> tusum ternis partibus. Comitali morbo, et vulvarum<sup>k</sup> conversione suffocatos<sup>5</sup> excitat odore, aceto mixto: item lethargicos.<sup>k</sup> Adjicitur tordylion.<sup>l</sup> Est autem id semen ex seseli. Et si vehementior<sup>m</sup> somnus lethargi-

-----

In MSS. Reg. 1. et 2. *comitialibus tædis*. Male emendatum in recentioribus editionibus, *comitialibus tepidum.*<sup>l</sup> Brotier. *comitialibus tepidum* Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—3 Margo edd. Dalec. et Gronov. *imponitur cum fico, cum cumino.*—4 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *ternis partibus comitali*

#### NOTÆ

<sup>d</sup> *Contra pituitam*] Marcellus Empir. c. 5. p. 45. <sup>e</sup> Mellis et sinapis triti æqualiter mixtae partes tepeſſunt: et humor multus e capite post longam gargarizationem deducitur. Sic Diosc. II. 184. <sup>f</sup> Αποφλεγματίζει διαμαστηθέν, commanducatum ad pituitam capitum eliciendam valet.

<sup>g</sup> *Ad uvam*] Plinius Valer. I. 43.

<sup>h</sup> *Stomacho*] Marcellus Empir. cap. 20. p. 150.

<sup>i</sup> *Item comitialibus*] Diosc. II. 184. In MSS. non *tepidum*, sed *comitialibus tædis* legitur: unde *tædiis* forsitan legendum, ut Pelicerius in Notis MSS. monet.

<sup>j</sup> *Sensus, atque*] Plinius Valer. IV. 28.

<sup>k</sup> *Hydropicis*] Celsus quoque III. 21. et ad hydropises crebrius imponi ventri sinapi jubet, donec cunctem erodat. Vide Notas et Emend. num. 36.

<sup>l</sup> *Comitali morbo, et vulvarum*] Diosc. II. 184. Ἐπιληπτικοῖς τε βοηθεῖ, καὶ ὑστερικῶς πυργομένας διεγέρει.

<sup>m</sup> *Item lethargicos*] Celsus III. 20.

Præcipueque proficit, et ad excitandum hominem, naribus admotum, et ad morbum ipsum depellendum, capiti frontive impositum sinapi. Quin et in sopore qui ex vulvæ conversione oritur, sinapi jubet idem, IV. 20. super innum ventrem tertio quoque aut quarto die imponi, donec corpus rubeat.

<sup>l</sup> *Adjicitur tordylion*] Diosc. III. 63. Τορδύλιον, ἔνιοι δὲ σέσελι Κρητικὸν καλοῦσι. Ejusdem nominis fuerit cum ipsa herba semen id quod ex ea prodit. De Cretico seseli sive tordylion, dictum est superius c. 18. Ὁρδυλον a Nicandro dicitur in Theriae. p. 60: Additum a Diosc. articulum, ut Τόρδυλον diceret, a Nicandro neglectum, ait Anguillara par. 5. pag. 91.

<sup>m</sup> *Et si vehementior*] Diosc. II. 184. Καὶ ἐπὶ ληθαργικῶν καταπλάττεται ἔηρηθείσης τῆς κεφαλῆς. Quin et lethargicorum capiti deraso illinitur. Plinius Valer. IV. 28. Aiunt et lethargos excitari, si pedes eorum simul tritis sinapi et sicu arida perficentur.

cos premat, cruribus aut etiam capiti illinitur cum fico ex aceto. Veteres dolores<sup>n</sup> thoracis, lumborum, coxendicum, humerorum, et in quacumque parte corporis<sup>6</sup> ex alto vitia<sup>o</sup> extrahenda sunt, illitum caustica vi emendat, pustulas faciendo. At in magna duritia<sup>7</sup> sine fico impositum: vel si vehementior ustio<sup>8</sup> timeatur, per duplices<sup>p</sup> pannos. Utuntur ad<sup>q</sup> alopecias cum rubrica, psoras, lepras, phthiriases,<sup>r</sup> litanicos,<sup>s</sup> opisthotonicos. Inungunt quoque<sup>t</sup> scabras genas, aut caligantes oculos cum melle. Succusque tribus modis<sup>u</sup> exprimitur in fictili, calescitque in eo Sole modice. Exit et e caulinculo<sup>v</sup> succus lacteus, qui

morbo. *Et vulvarum Gronov. et al. vett. Ex vulvarum Vet. Dalec.—5* ‘Ita bene MSS. Reg. 1. et 2. Comitialis morbus maxime ad homines pertinet, vulvarum conversio ad feminas. Reete ergo dictum, suffocatos. Nec sicut emendandum, suffocatos.’ Brotier. suffocatos Gronov. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.—6 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. in quacumque corporis Gronov. et al. vett.—7 *Ad magnam duritiam* cod. Dalec.—8 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. urigo edd. vett. et Gronov.—9 ‘Ita quidem codd. Regg. et Editio princeps. In recentioribus, litanicos. Quid sint litanici incomperatum. Videtur emendandum esse, ut multis placet, tetanicos. Tetanum, le spasme des muscles, saepe memorat Plinius, ut et tetanicos.’ Brotier. tetanicos

## NOTÆ

<sup>n</sup> *Veteres dolores]* Et hic quoque ficos admisceri vult Dioscor. loc. cit. Μηγὲν δὲ σύκοις, καὶ ἐπιτεθὲν ἔχρι φοινίκεως, ἀμρόδέει ἵσχειδας, σπλῆνας, καὶ καθόλου εἰς πᾶν χρόνιον ἄλγημα. Plinius quoque tacite sicum subintelligit hic adhibendam: cum proxime sequatur, ‘At in magna duritia sine fico.’ MSS. omnes paulo post ustio, non, ut editi, urigo, exhibent.

<sup>o</sup> *Ex alto vitia]* Cum ex alto in summam cunctum evocare humores animus est, translato scilicet in extimam partem morbo interius latente: ὅπου μετάγειν τι ἐκ τοῦ βάθους εἰς τὴν ἐπιφάνειαν βούλομεθα, τῷ τῆς ἐτεροπάθειας λόγῳ. Diosc. II. 184. Hanc curationem Medici sinapismum vocant: cuius vis hujusmodi est, ut, quemadmodum Cælius Aurel. loquitur, II. 1. ‘corpus valeat papulare lacessendo,’

hoc est, pusulas facere.

<sup>p</sup> *Per duplices]* Supra, ‘vel per duplicatum pannum.’

<sup>q</sup> *Utuntur ad]* Diosc. loc. cit.

<sup>r</sup> *Phthiriases]* Q. Serenus c. 6. de phthiriasi arcenda, p. 128. ‘Sæpius ergo decet mordax haurire sinapi.’

<sup>s</sup> *Litanicos [litanicos]* Ita libri omnes. Alii tetanicos: ego lichenas malim.

<sup>t</sup> *Inungunt quoque]* Dioscorides II. 184.

<sup>u</sup> *Succusque tribus modis]* E semine, radice, caulinculo. De succo eo, qui debet in fictilia Sole calescere, Diosc. loc. cit.

<sup>v</sup> *Exit et e caulinculo]* Plinius Valer. ad verbum, IV. 28. ‘Est et alias succus qui caule colligitur: hic cum expressus fuerit, lacteam facit guttam, utilem dentibus, si in dolore illinatur.’

ita<sup>10</sup> cum induruit, dentium dolori medetur. Semen ac radix<sup>w</sup> cum immaduere musto, conteruntur, manusque plenaë mensura sorbentur ad firmandas<sup>11</sup> fauces, stomachum, oculos, caput, sensusque omnes: mulierum etiam lassitudines, saluberrimæ<sup>12</sup> genere medicinæ. Calculos quoque discutit potum in aceto.<sup>13</sup> Illinitur et livoribus<sup>y</sup> sugillatisque cum melle et adipe anserino, aut cera Cypria. Fit et oleum<sup>z</sup> ex eo semine<sup>14</sup> madefacto in oleo expressoque, quo utuntur ad nervorum rigores, lumborumque et coxendicum perfrictiones.

LXXXVIII. Sinapis naturam effectusque eosdem habere traditur adarca, inter sylvas tacta,<sup>a</sup> in cortice calamorum sub ipsa coma nascens.

LXXXIX. Marrubium<sup>b</sup> plerique inter primas herbas commendavere, quod Græci prasion vocant, alii linostrophon, nonnulli philopæda, aut philochares, notius quam ut indicandum sit. Hujus folia semenque contrita prosunt contra serpentes,<sup>c</sup> pectorum et lateris dolores, tussim<sup>d</sup> ve-



etiam margo edd. Dalec.—10 <sup>e</sup> *Caligantes oculi succo cum melle, qui tribus modiis* (sub. ‘seminis’) *exprimitur, et in fustili deinde Sole molice crassescit. Exit et e caulin. suc. lactescens, qui ita partim ex Manusc. partim e conjectura. Manusc. habent, oculos melle, succoque tribus modiis, &c. deinde, succus latens ei ne cui ita,’ &c.* Dalec. *calescitque eo in Sole* Gronov. et al. vett.—11 Chiff. ad confirmundus.—12 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *saluberrimo* Gronov. et vulgg.—13 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *ex aceto* Gronov. et al. vett.—14 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *ex semine* Gronov. et al. vett.

#### NOTÆ

\* *Semen ac radix]* Plinius Valer. loc. cit. totidem verbis.

<sup>x</sup> *Saluberrimæ]* Sic MSS. omnes.

<sup>y</sup> *Illinitur et livoribus]* Iisdem verbis Plinius Valer. III. 47.

<sup>z</sup> *Fit et oleum]* Plinius Valer. ad verbom, IV. 28.

<sup>a</sup> *Adarca, inter sylvas tacta]* Hoc est, lib. XVI. quo sylvestrium arborum naturæ pertractantur, obiter indica- ta ibi, c. 66. in arundinum tractatio- ne, circa quas adarca nascitur.

<sup>b</sup> *Marrubium]* Diosc. in Nothis, p. 457. Πράσιον οἱ δὲ εὐπατώριον, οἱ δὲ φιλοχαρὲς . . . Ρωμαῖοι μαρβούνθιον. Nos- tris, du Marrube.

<sup>c</sup> *Contra serpentes]* Et sane in the- riacæ compositionem asciscitur mar- rubium virens, ab Andromacho apud Galen, de theriaca ad Pison. I. 7. pag. 939.

<sup>d</sup> *Lateris dolores, tussim]* Sic Diosc. III. 119. Apuleius cap. 45. tit. 1. ‘ad tussim gravem:’ ‘Herbam marru-

terem. Et iis qui sanguinem<sup>e</sup> rejecerint,<sup>f</sup> eximie utile, scopis ejus<sup>f</sup> cum panico aqua decoctis, ut asperitas succi mitigetur. Imponitur strumis<sup>g</sup> cum adipe. Sunt qui viridis semen quantum duobus digitis capiant, cum farris pugillo decoctum, addito exiguo olei et salis, sorberi jejunis<sup>h</sup> ad tussim jubeant. Alii nihil comparant<sup>h</sup> in eadem causa marrubii et foeniculi succis ad sextarios ternos expressis, decoctisque ad sextarios duos, tum addito<sup>i</sup> mellis sextario, rursus decocto<sup>j</sup> ad sextarios duos, si cochlearii mensura in die sorbeatur in aquæ cyatho. Et virilium vitiis<sup>k</sup> tusum cum melle mire prodest. Lichenas purgat ex aceto. Ruptis, convulsis, spasticis nervis<sup>j</sup> salutare. Potum alvum solvit cum sale et aceto. Item menstrua<sup>k</sup> et secundas mulierum. Arida farina<sup>l</sup> cum melle ad tussim siccam efficacissima est. Item ad gangraenas, et pterygia.<sup>m</sup> Suc-

---

CAP. LXXXIX. 1 Cod. Dalec. rejiciunt.—2 ‘Ita codd. Regg. et Editio princeps.’ Brotier. Ita quoque codd. Dalec. et Chiffi. sorbere jejunos Gronov. et al. vett. item Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.—3 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. cum addito Gronov. et vulgg.—4 ‘Ita codd. Regg. et Editio princeps.’ Brotier. rursus decocta Gro-

## NOTÆ

bium decoquex ex aqua, et dabis bibere eis qui graviter tussiunt: mire sanat.’ Et Q. Serenus c. 35. p. 148. Praevit omnibus Celsus iv. 4. qui ad tussim veterem jnbet ‘porri vel marrubii succum assumi.’

<sup>e</sup> Et iis qui sanguinem] Plinius Valer. 1. 64. ‘Ad exscretement cruentam ... Marrubii quoque scopæ cum pane (ex Plinio nostro scribe, cum panico) decoquuntur: æque ex aqua bibuntur.’ Marcellus Empir. c. 16. p. 119. ‘Marrubii viridis fasciculum, et ambrosiae fasciculum ... postea decoque ad crassitudinem mellis: ex eo uteris jejonus ... ad sanguinis refectionem sedandam et stomachum confirmandum.’

<sup>f</sup> Scopis ejus] Mammalibus fasciculis.

<sup>g</sup> Imponitur strumis] Marcellus Empir. c. 15. p. 109. Apuleius c. 45. tit.

8. ‘Ad omnem duritiam:’ ‘Herba marrubium tusa cum axungia, et imposita, mire sanat.’

<sup>h</sup> Alii nihil comparant] Ita fere Marcellus Empir. c. 16. p. 116. et 117.

<sup>i</sup> Et virilium vitiis] Ulceribus soridis genitalium. Diosc. iii. 119.

<sup>j</sup> Spasticis nervis] Contractis ac rigentibus. Apuleius c. 45. tit. 9. ‘Si quis ab opere lassus inciderit in languorem, et nervorum habuerit dolorem et spasmus:’ ‘Herbae marrubii succo cum oleo rosaceo permixto perungenes eum: sine mora sanabitur.’

<sup>k</sup> Item menstrua] Diosc. loc. cit. et Q. Serenus cap. 35. pag. 148. ex edit. Pithœi.

<sup>l</sup> Arida farina] Diosc. loc. cit.

<sup>m</sup> Et pterygia] Celsus vi. 19. ‘In digitis recedere ab ungue caruncula

cus vero<sup>n</sup> auriculis, et naribus, et morbo regio, minuendæque bili cum melle prodest. Item contra venena<sup>o</sup> inter pauca potens. Ipsa herba<sup>p</sup> stomachum et excreciones pectoris purgat, cum iride et melle. Urinam<sup>s</sup> ciet: cavanaugh tamen<sup>q</sup> exulceratae vesicæ, et renum vitiis. Dicitur succus<sup>r</sup> et claritatem<sup>6</sup> oculorum adjuvare. Castor marrubii duo genera<sup>s</sup> tradit: nigrum, et, quod magis probat, candidum. In ovum inane<sup>t</sup> succum addit is, ipsumque



nov. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.—5 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recent. *et excreciones pectoris purgat. Cum iride et melle urinam* Gronov. et al. vett.—6 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et re-

#### NOTE

cum magno dolore consuevit: πτερύγιον Græci appellant.<sup>7</sup> Sunt ab his diversa πτερύγια τὰ ἐν δόφθαλμοῖς, ungues in oculis orientes: de quibus idem Celsus VII. 7. ‘Unguis vero, quod πτερύγιον Græci vocant, est membranula nervosa, oriens ab angulo, quæ nonnunquam ad pupillam quoque pervenit, eique officit. Sæpius a narium, interdum etiam a temporum parte nascitur,’ &c. De priore πτερυγίῳ genere, τοῦ ἐν δάκτυλοις, hic locus accipiens est. Concinit Plinio Diosc. III. 119.

<sup>8</sup> Succus vero] Diosc. loc. cit. Galenus quoque, de Fac. Simp. Med. lib. VIII. pag. 221.

<sup>9</sup> Item contra venena] Contra aconita, Nicander in Alexiph. p. 130. Diosc. Εὐτρ. II. 137. p. 120. Apuleius cap. 45. tit. ‘Contra venenum, si quis sumsit:’ ‘Herbae marrubii succum dabis ex vino vetere,’ &c.

<sup>10</sup> Ipsa herba] Vide Notas et Emend. num. 37. Et Apuleium adi, cap. 45. tit. 2. ‘Ad stomachi dolorem:’ ‘Herbae marrubii succus potus,’ &c.

<sup>11</sup> Cavanaugh tamen] Dioscor. III. 119. Κύστει μέντοι καλ νεφροῖς ἀθετεῖ.

<sup>12</sup> Dicitur succus] Cum vino scilicet ac melle inunctus. Diosc. loc. cit. et

Galenus de Fac. Simp. Med. lib. VIII. pag. 221. Oleo quoque in quo marrubii folia maduerint, Theod. Priscianus I. 10. ‘de oculorum causis.’

<sup>13</sup> Castor marrubii duo genera] Hoc etiam Diosc. I. c. hoc et ante Dioscoridem Theophr. Hist. VI. 2. hoc alii faciunt. Πράσιον candicans a Diosc. describitur III. 119. Μέλαν πράσιον, quod nigrum est Castoris marrubium, βαλλάρτη etiam Græce dicebatur: de qua Diosc. idem, lib. cit. cap. 117. Βαλλάρτη, οἱ δὲ μέλαν πράσιον καλοῦσσι. Nigri marrubii formam ac vires persequitur uberioris paulo Plinius XXVII. 30. Hujus iconem Dodonæus exhibet, pag. 90. Candidi, Matthiolus in lib. III. Diosc. pag. 828. Utrumque in horto Regio vidimus.

<sup>14</sup> In orum inane] Marcellus Empir. hoc medicamentum ita digerit, cap. 17. pag. 125. ‘Ovum incoctum in calicem defunditur, et testa ejus succo marrubii impletur, et in ipsum calicem defunditur, et mellis optimi despumati tantundem: omnia haec in se permiscentur, ac tepefacta hauriuntur: miro modo vomicas rumpunt, et ad sanitatem laborantem stomachum perducunt.’

ovum infundit melle æquis portionibus, tepesfactum: vomicas rumpere, purgare, persanare promittens: illitis etiam "vulneribus a cane factis tuso<sup>7</sup> cum axungia veteri.

xc. Serpyllum a serpendo<sup>a</sup> putant dictum. Quod in sylvestri<sup>b</sup> evenit, in petris maxime. Sativum non serpit,<sup>c</sup> sed ad palmæ<sup>d</sup> altitudinem increscit. Pinguius voluntarium,<sup>e</sup> et candidioribus foliis ramisque, adversus serpentes<sup>f</sup> efficax, maxime cenchrin,<sup>g</sup> et scolopendras terrestres ac marinas, et scorpiones, decoctis ex vino<sup>h</sup> ramis foliisque. Fugat et odore<sup>i</sup> omnes, si uratur.<sup>j</sup> Et contra marinorum<sup>k</sup> venena præcipue valet. Capitis doloribus<sup>l</sup> decoctum in

---

centt. succus claritatem Gronov. et vulgg.—7 Vet. Dalec. ipsumque infuso melle, &c. persanare promittit: illinit etiam vulnera a cane facta tuso. Chissl. tu- sum cum ax. vetere.

CAP. XC. 1 Ita Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *palmi* Gronov. et al. vett.—2 Ita codd. Harduini et Chissl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et re-

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *Illitis etiam*] Ad verbum hæc Plinius Valer. III. 51. alii MSS.

<sup>b</sup> *Serpyllum a serpendo*] Et Græce ἔρπυλλος ἀπὸ τοῦ ἔρπεων, inquit Diosc. III. 46. quoniam radicatur, quacumque sui parte terram attingit.

<sup>c</sup> *Quod in sylvestri*] Est illud serpyllum vulgare repens, quod Clusio pingitur, Hist. Rarior. Plant. lib. III. pag. 359. visum a nobis in horto Regio.

<sup>d</sup> *Sativum non serpit*] Ut Theophrasti Hist. VI. 7. sic etiam Plinii sativum serpyllum, sive hortense, non aliud est quam sylvestre Dioscoridis in hortis satum, ut ante nos Matthioli, etsi paulo obscurius, animadver- sit, in lib. III. Diosc. p. 725. Ut in- telligas temere Dalecampium Censo- riam animadversionem hoc loco in Plinium distinxisse, perinde ac si sativi sylvestrisque serpylli formam imprudenter miscuerit.

<sup>e</sup> *Sed ad palmæ*] Ita recte Colb. 2. non *palmi*, ut editi: vel *palmum*, ut

<sup>e</sup> *Pinguius voluntarium*] Illud ip- sum, quod in hortis seritur, cum sponte provenit: quamobrem sylves- tre, ut diximus, a Dioc. appellatur.

<sup>f</sup> *Adversus serpentes*] Dioc. III. 46. Καὶ πρὸς ἔρπετὰ πινόμενός τε καὶ κατα- πλαστόμενος.

<sup>g</sup> *Maxime cenchrin*] Genus id ser- pentis est, quod et κεγχρίδιον Dioc. in Theriac. nominat, cap. 32. Pluri- bus hunc maenlis variatam tingere alvum Lucanus docet, IX. 713. quæ quoniam *milii* seminibus similes sunt, quæ frugem Græci κέγχρον vocant, nomen hoc serpenti fecerunt.

<sup>h</sup> *Fugat et odore*] Plinius Valer. IV. 38.

<sup>i</sup> *Et contra marinorum*] Leporis ma- rini, draconis, pastinacæ.

<sup>j</sup> *Capitis doloribus*] Dioc. III. 46. Plinius Valer. loc. cit. et Apuleius cap. 99. tit. 1. ambo iisdem verbis. Scribonius Largus Compos. Medic. cap. 1. Ad capitum dolorem.

aceto illinitur temporibus ac fronti cum rosaceo. Item phreneticis,<sup>k</sup> lethargicis: contra tormina,<sup>l</sup> et urinæ difficultates,<sup>m</sup> anginas, vomitiones, drachmis quatuor datur. Ex aqua bibitur et ad jocinerum desideria.<sup>s m</sup> Folia obolis<sup>n</sup> quatuor dantur ad lienem ex aceto. Ad cruentas<sup>o</sup> exscreciones teritur in cyathis duobus aceti et mellis.

XCI. Sisymbrium<sup>p</sup> sylvestre a quibusdam thymbraeum<sup>q</sup> appellatum, pedali non amplius altitudine. Quod in riguis<sup>r</sup> nascitur, simile nasturtio<sup>r</sup> est. Utrumque efficax<sup>s</sup> adversus aculeata animalia, ut crabrones et similia. Quod in sicco<sup>t</sup> ortum, odoratum est, et inseritur coronis, angustiore



centt. decoctis vino Gronov. et al. vett.—3 Chiffl. uretur.—4 Ita Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. difficultatem Gronov. et vulgg.—5 Chiffl. desiderium; Vet. Dalec. dolores; margo edd. Dalec. et Gronov. ardores, phlegmonas, e Diosc.

CAP. XCI. 1 Margo edd. Dalec. et Gronov. serpyllum, e Diosc.—2 Ita

#### NOTÆ

<sup>k</sup> *Item phreneticis]* Diosc. loc. cit.

<sup>l</sup> *Contra tormina]* Diosc. et Plinius Valer. loc. cit. Marcellus Empir. cap. 27. pag. 196. ‘Serpulum ad pondus victoriati argentei tritum bene valenti ex vino, febriculento ex aqua potni datum, omnes ventris dolores sedat.’

<sup>m</sup> *Ad jocinerum desideria]* Ad ea omnia quæ jecur desiderat, quæ opus habet. Sie oris desideria dicit idem XXII. 50. Thoracis præcordiorumque desideria, XXVII. 109. Corporum desideria superius, XI. 111. Ad jocineris inflammations prodesse serpyllum scribit Dioscorides, loc. cit.

<sup>n</sup> *Folia obolis]* Plinius Valer. IV. 38.

<sup>o</sup> *Ad cruentas]* Plinius Valer. loc. cit.

<sup>p</sup> *Sisymbrium]* A quibusdam serpyllum sylvestre appellatum, inquit Diosc. II. 155. Σισύμβριον, οἱ δὲ ἐρπυλλον κάγριον καλοῦσσιν. Theophrastum, credo, indicat, qui Hist. VI. 7.

ἐρπυλλον κάγριον in montibus ait θυμβρώδη nasci, thymbrae similem: atque inde thymbræ appellatio sisymbrio indita. Sisymbrium est hortense Matthioli in Diosc. lib. II. pag. 485.

<sup>q</sup> *Quod in riguis]* Hoc sisymbrium Dioscoridis alterum, II. 156. Σισύμβριον ἔτερον . . . ἔννθρός ἐστι πόα. Prius enim in culto solo oritur, ἐν χέρσοις φύεται. Aquaticum a Dodonæo pinguit, pag. 97. idem sisymbrium sylvestre Matthioli in Diosc. lib. II. pag. 486. *Mente sauvage*, quoniam sylværis mentæ genus est.

<sup>r</sup> *Simile nasturtio]* Nasturtium gustu repræsentat, atque idcireo cardaminen vocant, inquit Diosc. II. 156. Καρδαμίνην ξνιοι λέγουσι, διὰ τὸ ἐουκέναι καρδάμῳ τὴν γεῦσιν.

<sup>s</sup> *Utrumque efficax]* Hoc de solo priore, quod in sicco nascitur, Dioscorides prodidit, qui concise nimium brevitatè studens multa prætermisit.

<sup>t</sup> *Quod in sicco]* Hortense Matthioli sisymbrium, ut diximus: quod, quem-

folio.<sup>w</sup> Sedant utraque<sup>v</sup> capitum dolorem: item epiphoras, ut Philinus tradit.<sup>z</sup> Alii panem addunt: alii per se decoquunt in vino. Sanat<sup>w</sup> et epinyctidas, cutisque vitia in facie mulierum, intra quartum diem noctibus impositum, diebusque detractum. Vomitiones,<sup>x</sup> singultus, tormina, stomachi dissolutiones cohibet, sive in cibo sumtum, sive succo potum. Non edendum gravidis, nisi mortuo conceptu. Quippe etiam impositum ejicit. Movet urinam<sup>y</sup> cum vino potum: sylvestre<sup>z</sup> et calculos.<sup>3</sup> Quos vigilare<sup>a</sup> opus sit, excitat infusum capiti cum aceto.

XCI. Lini semen cum aliis quidem in usu est: et per se<sup>b</sup> mulierum cutis vitia<sup>c</sup> emendat in facie. Oculorum aciem succo adjuvat. Epiphoras<sup>d</sup> cum thure et aqua, aut cum myrrha ac vino sedat: parotidas<sup>e</sup> cum melle, aut adipe,<sup>f</sup> aut

codd. Harduini, cum edd. Harduin. et recentt. ‘Epiphoras, ut Philin. tradit Vet. epiph. ut Plinius tradit Chiff. corrupta, sed ex qua lectione illa Veteris confirmetur.’ Dalec. ut Philinus tradit desunt in edd. vett. et Gronov.—  
3 Vet. Dalec. ejicit calculos.

CAP. XCII. 1 Ita Gronov. al. vett. Harduin. 1. et Bipont. cum melle,

#### NOTÆ

admodum Diosc. ait, loc. cit. foliis latioribus est, quam menta hortensis, ordoratus idem, et coronis inseritur.

<sup>w</sup> Angustiore folio] Quam quod in riguis nascitur.

<sup>x</sup> Sedant utraque] Hoc de solo priore rursum Diosc. II. 155. sed negligenter, ut opinor: Τὰ δὲ φύλλα ἐπιπλάσσεται πρὸς κεφαλαλγίαν κατὰ τῶν προτάφων καὶ τοῦ μετώπου.

<sup>y</sup> Sunat] Hoc vero de solo posteriore, sive aquatico, Diosc. II. 156. Ἀποκαθαίρει δὲ καὶ φάκοὺς καὶ ἔφηλιν καταπλασθέντα δι' ὄλης τῆς νυκτὸς, ἔωθεν δὲ ἀποκλυσθέν.

<sup>v</sup> Vomitiones] Hæc de priore pariter, quod in sicco oritur, Diosc. II. 155. Galenus de Fac. Simp. Med. lib. VIII. pag. 229.

<sup>y</sup> Movet urinam] Hoc de utroque etiam Diosc. prodit, II. 155. et 156.

Marcellus item Empir. cap. 26. pag. 180. et Apuleius cap. 105. tit. 1. ‘Ad vesicæ dolorem, et stranguriam:’ ‘Herbæ sisymbrii contriti exceptos succos unciiis duabus....ex vino potui dato,’ &c.

<sup>z</sup> Sylvestre] Illud sylvestre, quod in sicco oritur. Diosc. II. 155.

<sup>a</sup> Quos vigilare] Somnolentos, tertios, lethargicos.

<sup>b</sup> Et per se] Sine ulla admixtione rei cuiuscunq; quo sensu ‘per se’ usurpatur a Scribonio Largo Compos. 2. 10. 19. 23. 189. Etiam et Compos. 108. ‘Vomitus per se factus,’ id est, sponte.

<sup>c</sup> Cutis vitia] Ἐφήλεις etiam, hoc est, vitia cutis in facie ab insolatione. Diosc. II. 125.

<sup>d</sup> Epiphoras] Omnem inflammacionem. Diosc. loc. cit.

<sup>e</sup> Parotidas] Iisdem verbis Plinius

cera: stomachi solutiones<sup>2</sup> inspersum polentæ modo: anginas in aqua<sup>f</sup> et oleo decoctum, et cum aneso<sup>3</sup> illitum. Torretur, ut alvum sistat. Cœliacis,<sup>g</sup> et dysentericis imponitur ex aceto. Ad jocineris dolores estur cum uva passa. Ad phthisin<sup>h</sup> utilissime e semine fiunt ecligmata. Musculorum, nervorum, articulorum, cervicum<sup>i</sup> duritias,<sup>j</sup> cerebri membranas<sup>j</sup> mitigat farina seminis, nitro aut sale aut cinere additis. Eadem cum fico idem<sup>k</sup> concoquit ac maturat. Cum radice vero<sup>k</sup> cucumeris sylvestris extrahit quæcumque corpori inhærent.<sup>l</sup> Sic et fracta<sup>m</sup> ossa. Serpere ulcus in vino decocta<sup>n</sup> prohibet, eruptiones pitui-

=====

*adippe* Harduin. 2. 3. Miller. et Franz.—2 Dalec. *dissolutiones*, ut paulo ante. —3 ‘Forte emendandum, anetho. Sic enim ad hunc morbum habent Marcellus Empir. c. 15. et Plinius Valer. 1. 52. Brotier. Vide ad c. 94. n. 2. —4 Vet. Dalec. *cervicis*.—5 Vet. Dalec. *totidem*; cod. Dalec. et *idem*; Dalecampius, *item*.—6 *Sic effracta* Chiffl.—7 Ita codd. Harduini et Dalec. cum

#### NOTÆ

Valer. 1. 13. At pro melle lixivium Dioscorides adhibet, loc. cit. σὸν κονία.

<sup>l</sup> *Anginas in aqua*] Vide Notas et Amend. num. 38.

<sup>g</sup> *Cœliacis*] Diosc. II. 125.

<sup>h</sup> *Ad phthisin*] Plinius Valer. I. 63. Quid sit phthisis, ex Celso disces, III. 22. ‘Tertia est,’ inquit, ‘longeque periculosisima species tabis, quam Græci φθορῶ nominaverunt. Oritur fere a capite: inde in pulmonem destillat: huic exulceratio accedit: ex hac febricula levis fit: quæ etiam cum quievit, tamen et repetit. Frequens tussis est, pus exscreatur, interdum cruentum aliquid. Quicquid exscreatum est, si in ignem impositum est, mali odoris est.’ Educi ea quæ pectori intus hærent, eo eccligmate etiam Diosc. affirmat, loc. cit. Et Theod. Priscianus II. 2. 10. de empyricis: ‘Eclegmate utor, quod ex lini semine friso, cum nucleis et melle despumato conficitur.’

<sup>1</sup> *Cervicum duritias*] Rigorem. Mar-

cellus Empir. cap. 18. pag. 127. ‘Farina lini seminis addito nitro ex vino calido, in modum malagmati temperatur, et imponitur: cervicum dolori statim medetur.’

<sup>j</sup> *Cerebri membranas*] Inflammatas. Inde est quod ad dolores capitis puerorum lini semen tritum ex aqua commendat Marcellus Empir. cap. 1. pag. 88. Et phreneticorum, quibus ‘jugis insomnietas est ex meningis tensione, succo lini seminis irrigari articulos’ præcipit Theod. Priscianus II. 1. 2.

<sup>k</sup> *Cum radice vero*] Ad verbum hæc Marcellus Empir. cap. 34. pag. 233. et Plinius Valer. III. 49.

<sup>l</sup> *Quæcumque corpori inhærent*] Auleos, spicula.

<sup>m</sup> *Sic et fracta*] MSS. Reg. Colb. Chiffl. *sic effracta*.

<sup>n</sup> *Serpere ulcus in vino decocta*] Plinius Valer. III. 22. pariter *in vino decocta*. Marcellus Empir. cap. 4. pag. 42. ‘ex melle apposita.’

tæ<sup>o</sup> cum melle. Emendat unguis scabros cum pari modo nasturtii :<sup>p</sup> testium<sup>7</sup> vitia<sup>q</sup> et ramicos cum resina et myrra:<sup>s</sup> et gangraenas ex aqua. Stomachi dolores<sup>r</sup> cum fœno Græco sextariis utriusque decoctis in aqua mulsa. Intestinorum et thoracis perniciosa vitia, clystere in oleo, aut melle.<sup>9</sup>

**XCIII.** Blitum iners<sup>s</sup> videtur ac sine sapore, aut acrimonia ulla. Unde convitium<sup>t</sup> foeminas apud Menandrum faciunt mariti. Stomachο<sup>u</sup> inutile est. Ventrem adeo<sup>v</sup> turbat, ut cholera faciat aliquibus. Dicitur tamen<sup>w</sup> adversus scorpiones potum e vino prodesse, et clavis pedum illini: item lienibus, et temporum dolori,<sup>x</sup> ex oleo. Hippocrates menstrua sisti<sup>y</sup> eo cibo putat.

edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. et testium Gronov. et al. ante Harduin.—8 Gronov. et al. vett. murra.—9 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. oleo et melle Gronov. et vulgg.

**CAP. XCIII.** 1 Margo edd. Dalec. et Gronov. cieri, ex Hipp. de Diæt. lib. II. ita quoque Chiff.

#### NOTÆ

<sup>o</sup> *Eruptiones pituitæ*] Marcellus Empir. et Plinius Valer. loc. cit.

<sup>p</sup> *Cum pari modo nasturtii*] Adjicit Diosc. II. 125. et parem etiam mellis mensuram.

<sup>q</sup> *Testium vitia*] Marcellus Empir. cap. 33. pag. 228. ‘Farina lini seminis, cum resina et myrra pari pondere permixta, et imposita testiculis, dolori ac tumori eorum subvenit.’ Sic etiam Plinius Valer. II. 42. Adde et Theod. Priscianum I. 25. ‘ad veteri dolores.’

<sup>r</sup> *Stomachi dolores*] Plinius Valer. iisdem verbis, II. 15.

<sup>s</sup> *Blitum iners*] Ad verbum haec Plinius Valer. IV. 9. Gallis, *Blettes*, ou *Bettes*. Iconem apud Lobelium vide, in Observat. pag. 125. In Narbonensi Gallia *Turgon* vocant, inquit Ruellius lib. II. pag. 356.

<sup>t</sup> *Unde convitium*] Plautus in Tru-  
cul. IV. 4. ‘Blitea et lutea est mere-  
trix, nisi quæ sapit in vino ad rem  
suam.’ Viles, abjectas, fatnasque

mulieres βλιτάδας antiqui vocabant. Suidas: βλιτάδας οἱ παλαιοὶ τὰς εὔτε-  
λεῖς γυναῖκας ἔλεγον. Quod nomen adhuc in nostrum vulgus manavit, socordes ignavosque homines *Belite-*  
*ros* Græca imitatione nominans, in-  
quit Ruellius lib. I. pag. 75. Festus:  
‘Blitum, genus oleris a saporis stu-  
pore appellatum esse ex Græco pu-  
tatur, quod ab his βλάξ dicatur stu-  
pidus.’ At Græcis quoque βλίτον est.  
Hesych. βλίτον, λαχάνου εἶδος. Schol.  
Aristoph. βλίτον μωρὸν εἶναι δοκεῖ  
λαχάνον. Blitum videtur olus esse in-  
sipidum.

<sup>u</sup> *Stomacho*] Tamen bonam alvum facere Diosc. vere dixit, II. 143.

<sup>v</sup> *Ventrem adeo*] Hæc totidem ver-  
bis Plinius Valer. IV. 9.

<sup>w</sup> *Dicitur tamen*] Plinius Valer. loc.  
cit.

<sup>x</sup> *Temporum dolori*] Sic Apollonius  
apud Galenum κατὰ τόπους, II. 1. p.  
368. βλίτον τρίψας σὸν ἐλατφ διέλ, χρῶ.

<sup>y</sup> *Hippocrates menstrua sisti*] Ita li-

XCIV. (XXIII.) Meum<sup>1 a</sup> in Italia non nisi a medicis scritur, et iis admodum paucis. Duo genera ejus. Nobilius Athamanticum vocant, illi tanquam ab Athamante inventum, hi quoniam laudatissimum in Athamante reperiatur, foliis aneso<sup>2 b</sup> simile, et caule aliquando bicubitali,<sup>3 c</sup> radicibus multis, obliquis, nigris,<sup>4 d</sup> quibusdam altissimis: Minus rufum, quam illud alterum.<sup>e</sup> Ciet urinam<sup>f</sup> in aqua potum, radice trita vel decocta. Inflationes<sup>5</sup> stomachi mire discutit.<sup>g</sup> Item tormina, et vesicæ<sup>h</sup> vitia: vulvarumque articulis<sup>i</sup> cum melle, infantibus<sup>j</sup> cum apio illitum imo ventri urinas movet.

---

CAP. XCIV. 1 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. et recentt. Meon cod. Dalec. Meu Gronov. et vulgg.—2 Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *aniso*; margo edd. Dalec. et Gronov. *anetho*, e Diosc. et sic Vet. Dalec. Vide ad c. 92. n. 3.—3 Chiffi. *bipedali*.—4 ‘Ita bene Editio princeps.’ Brotier. *multis oblongis, nigris* cod. Dalec. *multis et obnigris* edd. vett. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.—5 Vet. Dalec. *potum*. *Radice tr. vel decocta inflationes*.—6 ‘Vet. art. cum

## NOTÆ

bri omnes. Et Plinius quoque Valer. 1v. 9. ‘Hippocrate,’ inquit, ‘præcipiente ad sistenda omnia menstrua fœminarum in cibo dandum.’ Hippocrates sane de diæta, II. 26. Βλῆτον θερμὸν, οὐ διαχωρητικόν. *Blitum calidum est, non movens alcum.*

<sup>a</sup> *Meum*] Diosc. I. 3. Μῆσον τὸ καλούμενον Ἀθαμαντικὸν γεννᾶται πλεῖστον ἐν Μακεδονίᾳ καὶ Ἰσπανίᾳ. Galeno de Antidotis I. 7. p. 878. Μέσον Ἀθαμαντικόν. Vidimus in horto Regio, quale depingitur a Dodonæo, p. 302. Meum in Italia reperiri, et in Calabria quidem ab incolis Imperatrice appellari, in montibus Nursinis *Spicura*, alibi aliter, scribit Anguillara de Simp. par. I. p. 20. Etiam et in Gallia obvium. Describitur a Charasio in Pharmac. p. 134. nostris officinis, inquit Ruellius lib. II. pag. 284. anethum sylvestre hodie vocatur, quod anethum plane videatur imitari foliis, et umbella, et caule: unde quidam herbarii tortuosum anethum appellata-

vernunt.

<sup>b</sup> *Foliis aneso*] Vide Notas et E-mend. num. 39.

<sup>c</sup> *Bicubitali*] Sic Diosc. I. 3. Δίπηχό πον ἀναβάσινον. Sic Oribasii interpres lib. XI. fol. 206. Sic rerum ipsa natura postulare videtur. Tamen MSS. omnes, Reg. Colb. Chiffi. *bipedali*.

<sup>d</sup> *Obliquis, nigris [et obnigris]* In MSS. Reg. Colb. &c. *obolis, nigris*. Forte, *oblongis, nigris*. Diosc. μακρᾶς. Oribasii interpres, *longis*.

<sup>e</sup> *Quam illud alterum*] In Italia natum.—<sup>f</sup> *Quam illud*] Quam Athamanticum? Ed. sec.

<sup>g</sup> *Ciet urinam*] Dioscor. loc. cit. Galenus de Fae. Simp. Med. lib. VII. p. 209.

<sup>h</sup> *Inflationes . . . discutit*] Diosc. loc. cit. Galenus quoque loc. cit. sed hanc exceptionem iste adjicit, quod simul caput lædat: si tamen largius bibatur, inquit Diosc.

<sup>i</sup> *Et vesicæ*] Diosc. loc. cit.

<sup>j</sup> *Vulvarumque articulis*] Subintel-

**XCV.** Fœniculum<sup>k</sup> nobilitavere serpentes gustatu, ut diximus,<sup>l</sup> senectam exuendo, oculorumque aciem succo ejus reficiendo: unde intellectum<sup>m</sup> est, hominum quoque caliginem præcipue eo levari.<sup>n</sup> Colligitur hic caule turgescente,<sup>o</sup> et in Sole<sup>p</sup> siccatur, inungiturque ex melle. Ubique hoc est. Laudatissimus<sup>q</sup> in Iberia<sup>r</sup> e lacrymis fit, et e semine recenti.<sup>s</sup> Fit et e radicibus<sup>t</sup> prima germinatione incisis.

**XCVI.** Est et in hoc genere sylvestre, quod alii hippomarathron, alii myrsineum<sup>u</sup> vocant, foliis majoribus, gusto acriore, procerius, brachiali crassitudine,<sup>v</sup> radice

\*\*\*\*\*

*melle prodest. Infantibus; alii vett. articulis dolentibus prodest: thoracis itea fluxionibus cum melle. Infantibus.*<sup>w</sup> Dalec.

**CAP. XCV.** 1 Chiff. hominem...levare; cod. Dalec. hominum...relevari.—2 ‘Ita codd. Regg. et Editio princeps.’ Brotier. turgescente. In Sole Gronov. et al. vett. item Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.—3 Laudatissimus tamen in Iberia Vet. Dalec.—4 ‘Ita codd. Regg.’ Brotier. et ex semine recenti Gronov. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.—5 ‘Ita codd. Regg. 1. 2.’ Brotier. Fit etiam et e radicibus Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. Fit etiam e radicibus Gronov. et vulgo.

**CAP. XCVI.** 1 ‘Murrhineum, quod murrham oleat radix; vel murrhinum.’ Dalec.—2 Codd. Regg. Brott. 1. 2. braccioli crassitudine.—3 Medicinae in-

### NOTÆ

lige ex sequentibus, illitum urinas movet.

<sup>j</sup> *Infantibus*] Diosc. 1. 3. apium prætermisit.

<sup>k</sup> *Fœniculum*] Hæc iisdem verbis Plinius Valer. IV. 24.

<sup>l</sup> *Ut diximus*] Lib. VIII. 41. Habet et istud Diosc. III. 81.

<sup>m</sup> *Unde intellectum*] Plinius Valer. loc. cit. Q. Serenus c. 14. p. 133. ‘Si tenebras oculis obducit pigra senectus, Expressæ marathro guttæ cum melle liquenti Detergere malum poterunt: vel vulturis atri Fella, chelidonæ fuerint quis gramina mixta.’ Adde et Galen de Fac. Simp. Med. lib. VII. p. 206.

<sup>n</sup> *Caule turgescente*] Quod fit cum primo germinat, κατὰ τὴν πρώτην ἐκβλάστησιν, inquit Dioscor. III. 81.

<sup>o</sup> *Laudatissimus*] Diosc. loc. cit. Caulem, inquit, medium, dum floret herba, demetunt indigenæ, ignique admovent: quo facilius vi caloris veluti exudans, lacrymam seu gummi remittat.

<sup>p</sup> *Fit et e r.*] Iisdem verbis Diosc. loc. cit.

<sup>q</sup> *Alli myrsineum*] Mallem trajecta literula smyrneum legi. Nam Anacreon in libro rei herbariæ, seu περὶ φυτομηκῆς, hippomarathron a quibusdam σμυρνεῖον vocari scribit, teste Nicandri Scholiaste, in Theriac. pag. 28. Smyrnium porro dici potuit, quod, uti de altero smyrnio Plinius refert, xix. 62. myrrham radice resipit. Vidimus in horto Regio, quale describitur a Lobelio in Advers. p. 347.

candida. Nascitur in calidis, sed saxosis. Diocles et aliud<sup>b</sup> hippomarathri genus tradit, longo et angusto folio, semine coriandri. Medicinæ in sativo,<sup>c</sup> ad scorpionum ictus et serpentium, semine in vino poto. Succus et auribus<sup>d</sup> instillatur, vermiculosque in his necat. Ipsum condimentis prope omnibus inseritur: oxyporis etiam apertissime. Quin et panis crustis subditur. Semen stomachum<sup>e</sup> dissolutum astringit, vel in febribus sumtum. Nauseam<sup>f</sup> ex aqua tritum sedat. Pulmonibus<sup>g</sup> et jocineribus laudatissimum. Ventrem sistit,<sup>h</sup> cum modice sumitur, urinam<sup>i</sup> ciet,<sup>j</sup> et tormina mitigat decoctum, lactisque defectu<sup>k</sup> potum mammas replet. Radix cum<sup>l</sup> ptisana sumta renes purgat, sive decocto<sup>m</sup> succo, sive semine sumto. Prodest<sup>n</sup> et hydropicis radix ex vino

\*\*\*\*\*

sitivo Chiffi.—4 ‘Ita cod. Reg. 2.’ Brotier. *urinam exciet* edd. vett. et Gronov. item Harduin. I. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *urinam excitat, et t. m. totum decoctum* Vet. Dalec. *urinam exciet ad tormina totum decoctum* Chiffi. Mox, *mammas replet radice cum ptisana sumpta. Renes* Vet. Dalec.—5 Chiffi.

#### NOTÆ

<sup>b</sup> *Diocles et aliud]* Hæc Dioscorides III. 82. totidem verbis, tacito modo Dioclis nomine. Galenus item, de Fac. Simp. Med. lib. vii. p. 206. Sed id fœniculi genus a nemine adhuc cognitum ait Matthiol. in Diosc. lib. III. p. 777.

<sup>c</sup> *Medicinae in sativo]* Iisdem verbis hæc Plinius Valer. iv. 24. Quæ de fœniculo scilicet accipienda sunt.

<sup>d</sup> *Succus et auribus]* Plinius Valer. loc. cit.

<sup>e</sup> *Semen stomachum]* Iisdem hæc iterum verbis Plinius Valer. loc. cit. Q. Serenus c. 19. de digestione et stomacho medendo, p. 136.

<sup>f</sup> *Nauseam]* Plinius Valer. loc. cit. has vires semini pariter, Diosc. III. 82. foliorum decocto attribuit.

<sup>g</sup> *Pulmonibus]* Plinius Valer. loc. cit.

<sup>h</sup> *Ventrem sistit]* Plinius Valer. loc.

cit.

<sup>i</sup> *Urinam]* Diosc. III. 81. Apuleius c. 124. ‘Urinam movet cibo datum, lac provocat,’ &c. Galenus item, de Fac. Simp. Med. lib. vii. p. 206.

<sup>j</sup> *Lactisque defectu]* Id vero de hippomarathro Diosc. III. 82. De marathro sativo, seu fœniculo, Apuleius loc. cit. et Galenus de Fac. Simp. Medic. lib. vii. p. 206. Et de semine quidem fœniculi, Plinius Valer. iv. 24. cum Hippocrate de Nat. Mul. tex. 88. p. 405. qui parem hippomarathro queque vim ac dotem asserit.

<sup>k</sup> *Radix cum]* Plinius Valer. iv. 24. et II. 37. ‘Radix fœniculi cum ptisana decocta, et in cibo data, renum densitates relaxat: et ejusdem radicis succus ad cyathos duos in vino potu datus mirabiliter vitia sanat.’

<sup>l</sup> *Prodest]* Plinius Valer. iv. 24.

cocta. Item convulsis. Illinuntur<sup>m</sup> folia tumoribus ardentibus ex aceto. Calculos vesicæ pellunt. Genituræ abundantiam quoquo modo haustum facit. Verendis amissimum, sive ad fovendum radice cum vino cocta, sive contrita in oleo illitum. Multi tumoribus et sugillatis cum cera illinunt. Et radice<sup>n</sup> in succo<sup>6</sup> vel cum melle contra canis morsum utuntur, et contra<sup>7</sup> multipedam ex vino.

Hippomarathron ad omnia vehementius. Calculos præcipue<sup>o</sup> pellit. Prodest vesicæ<sup>p</sup> cum vino leni, et foeminarum menstruis hærentibus. Efficacius in eo semen, quam radix. Modus in utroque, quod duobus digitis tritum additur in potionem. Petrichus,<sup>8</sup> qui Ophiaca scripsit, et Micton,<sup>9</sup> qui Rhizotomumena, adversus serpentes nihil hippomarathro efficacius putavere. Sane et Nicander<sup>r</sup> non in novissimis posuit.

XCVII. Cannabis<sup>a</sup> in sylvis primum nata est, nigrior foliis, et asperior.<sup>i</sup> Semen ejus<sup>b</sup> extinguere genituras virorum dicitur. Succus ex eo<sup>c</sup> vermiculos aurium, et

*decocti.*—6 *Et radicis succo* Vet. Dalec.—7 *Vet. Dalec. vel contra.*—8 *Petri-dius Gronov. et al. vett.*—9 *Mictio Gronov. et vulgg.* *Myccon Chiff.*

CAP. XCVII. 1 Ita ex codd. Harduin et recentt. *nigrior et foliis asperior*

#### NOTÆ

<sup>m</sup> *Ilinuntur]* Plinius Valer. loc. cit. <sup>‘</sup> Tumores, et quæ ictu vel repentina indignatione commota sunt, follia ex aceto trita dissolvuntur.’

<sup>a</sup> *Et radice]* Plinius Valer. loc. cit. hoc ipsum refert de semine: de radice, Diosc. II. 81.

<sup>o</sup> *Calculos præcipue]* Diosc. II. 82. Galenus loc. cit.

<sup>p</sup> *Prodest vesicæ]* Diosc. loc. cit. Στραγγονπλας λαται.

<sup>q</sup> *Micton]* In MSS. Reg. Colb. et Chiff. *Miccon:* male. Vide Auctorum Indicem. Mictoni interim Dioscorides suffragatur, loc. cit.

<sup>r</sup> *Sane et Nicander]* In Theriacis, p. 43. adversus serpentes: Ἡὲ καὶ ἵππειον μαράθρου πολυνεκέα βίξαν. Aut

*magnas grandis radices hippomarathri.*  
<sup>α</sup> *Cannabis]* Diosc. III. 166. Κάνναβις ἄγρια . . . τὰ φύλλα ἔχει δύοια τῷ ημέρῳ, τραχύτερα δὲ καὶ μελάντερα.

<sup>b</sup> *Semen ejus]* Dioscor. III. 165. de sativa cannabis: Galenus quoque, de Facult. Simp. Medic. lib. VII. pag. 184.

<sup>c</sup> *Succus ex eo]* Ex recenti semine, inquit Diosc. et post eum Galenus, locis citatis, sunt qui succum exprimant, ad aurium dolores, ex obstruktione, ut mihi quidem videtur, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, natos, accommodatum maxime. At Plinius Valer. I. 10. et Marcellus Empir. cap. 9. p. 76. et 80. hunc Plinii locum summa fide transcribunt, et suo defendant calculo.

quodcumque animal intraverit, ejicit, sed cum dolore capit. Tantaque vis<sup>d</sup> ei est, ut aquæ infusa, coagulare eam dicatur. Et ideo<sup>e</sup> jumentorum alvo succurrit pota in aqua. Radix contractos<sup>f</sup> articulos emollit in aqua cocta: item podagras, et similes impetus.<sup>g</sup> Ambustis cruda illinitur, sed saepius mutatur priusquam arescat.<sup>h</sup>

**XCVIII.** Ferula semen anetho simile habet. Quæ ab uno caule dividitur in cacumine, fœmina putatur. Caules eduntur<sup>h</sup> decocti, commendanturque<sup>i</sup> musto ac melle, stomacho utiles. Sin plures<sup>j</sup> sumti, capitis dolorem<sup>k</sup> faciunt. Radix denarii<sup>j</sup> pondere in vini cyathis duobus, bibitur adversus serpentes. Et ipsa radix imponitur. Sic et torminibus<sup>l</sup> medetur. Ex oleo<sup>m</sup> autem et aceto, contra sudores immodicos, vel in febribus proficit. Succus ferulæ alvum solvit<sup>n</sup> fabæ magnitudine devoratus. E viridi medulla<sup>o</sup> vulvis utilis, et ad omnia ea vitia.<sup>p</sup> Ad sanguinem<sup>o</sup> sistendum decem grana seminis bibuntur, in



Chiffl. nigriore folio et asperiore edd. vett. et Gronov.—2 Vet. inarescat.

CAP. XCVIII. 1 Vet. Dalec. conduntur.—2 Sed plures Vet. Dalec.—3 Gronov. dolores—4 Semen torminibus margo edd. Dalec. et Gronov. e Diuse.—5 Vet. Dalec. sistit.—6 Ita ex codd. Harduinus et recentt. Et viridi medulla vultui utilis est, et ad omnia ejus vitia cod. Dalec. vultui utilis etiam codd. Regg. Brot. et Editio princeps. Et viride merulla vultuis utile est, &c. Chiffl. Et viridi

#### NOTÆ

<sup>d</sup> *Tantaque vis]* Quam ipse vim experimento non didicit, timide profert, nec audet asseverare. Cauta id quidem.

<sup>e</sup> *Et ideo]* Alvum sistit jumentorum, cum est concitator: quoniam vim spissandi habeat, et desiccandi.

<sup>f</sup> *Radix contractos]* Diosc. III. 166.

<sup>g</sup> *Similes impetus]* Επιφορὰς, inflammations et tumores.

<sup>h</sup> *Caules eduntur]* Vide quæ dicta sunt xix. 56.

<sup>i</sup> *Sin plures]* Sic pariter Dioscor. III. 91.

<sup>j</sup> *Radix denarii]* Q. Serenus cap. de serpentium morsibus: ‘Aut ferulae radix potatur in imbre Lyæi.’

Diosc. loc. cit. non radicem adversus serpentes, sed medullam commendat. Nicander quoque in Theriac. p. 43.

<sup>k</sup> *Sic et torminibus]* Hoc de poto semine, Diosc. loc. cit.

<sup>l</sup> *Ex oleo]* Plinius Valer. III. 11.

<sup>m</sup> *Radix item ferulæ ex oleo et aceto perunctione sudorem minuit.*

<sup>n</sup> *Succus ferulæ alvum solvit]* Sistere congruentius forsitan diceret: nam cœliacis medullam epotam prodesse scribit Diosc. loc. cit. nisi succus expressus e ferula, medullaque ipsa, dispare habent facultates.

<sup>o</sup> *E viridi medulla]* Vide Notas et Emend. num. 40.

<sup>o</sup> *Ad sanguinem]* Hæmoptoicis mo-

vino trita, vel medulla. Sunt qui comitialibus morbis dandum putant<sup>7</sup> Luna quarta, sexta, septima, lingulæ mensura.<sup>8 p</sup> Natura ferularum murænis infestissima est: tactæ siquidem ea moriuntur. Castor radicis succum et oculorum claritati conferre multum putavit.

**XCIX.** Et de carduorum satu inter hortensia diximus:<sup>9</sup> quapropter et medicinam ex iis non differamus. Sylvestrium genera sunt duo, unum fruticosius<sup>1</sup> a terra statim: alterum unicaule<sup>5</sup> crassius. Utrique folia pauca, spinosa, muricatis cacuminibus. Sed alter florem purpureum mittit inter medios aculeos, celeriter canescentem, et abeuntem cum aura: scolymon Græci vocant. Hic antequam floreat<sup>1</sup> contusus atque expressus, illito succo alopecias replet. Radix ejuscumque ex aqua decocta potoribus<sup>1</sup> sitim<sup>10</sup> facere narratur. Stomachum corroborat:<sup>v</sup> et vul-

\*\*\*\*\*

*ramusculus, utilis est ad, &c.* Gronov. Vid. Nott. Varr.—7 Chiff. *bis dandum* patent.—8 ‘ Ita codd. Regg. et Editio princeps.’ Brotier. Ita quoque Chiff. Regg. Hard. et Colb. *ligulæ mensura* Dalec. Gronov. Elz. Harduin. Miller. Bipont. et Franz.

CAP. XCIX. I Cod. Dalec. potionibus; Chiff. potoribus.—2 Chiff. sic credi-

### NOTÆ

dullam epotam prodesse scribit Dioscor. III. 91. Galenus similiter, de Fac. Simp. Medic. lib. VIII. p. 213.

<sup>p</sup> *Lingulæ [ligulæ] mensura*] MSS. Reg. Colb. Chiff. *lingulæ*. Sed utrumvis dixeris, perinde est.

<sup>7</sup> *Et de carduorum . . . . diximus]* Lib. XIX. c. 43.

<sup>1</sup> *Unum fruticosius]* Scolymos est Theophrasti, de quo XXII. 43. Eryngium idem luteum Monspeliensium, visum a nobis in horto Regio, quale a Lobelio delineatur, in Observ. pag. 478.

<sup>5</sup> *Alterum unicaule]* Cinara hæc hortensis aculeata, Dioscoridis σκόλυμος, III. 16. Forte Theophrasti κάκτος, Hist. VI. 4. *L'Artichaut.* Astipulatur etiam Anguillara par. VIII. pag. 136.

<sup>1</sup> *Hic antequam floreat]* Plinius Valer. IV. 16. et Marcellus Empir. c. 6. p. 46. iisdem verbis: ‘Herbam cardui agrestis in mortario usque ad levitatem terito: succoque ejus expresso locum alopeciæ novem diebus oblinito: sed bis per dies singnlos perunctione renovata.’

<sup>v</sup> *Potoribus sitim]* Plinius Valer. IV. 16. de carduo: ‘Radix ex aqua cocta, cupiditatem bibendi potoribus subministrat.’ Columella de cultu hortorum, lib. x. p. 353. ‘Hispida ponatur cinara, quæ dulcis Iaccho Potanti veniat, nec Phœbo grata ca-

nenti.’

<sup>v</sup> *Stomachum corroborat]* Si non avidius sumatur, inquit Plinius Valer. IV. 16.

vis<sup>w</sup> (si credimus)<sup>z</sup> etiam conferre aliquid traditur, ut mares gignantur. Ita enim Chæreas Atheniensis scripsit, et Glaucias, qui circa carduos diligentissimus videtur. Mastiche cardui<sup>x</sup> odorem commendat oris.

c. (XXIV.) Ante discessum ab hortensiis,<sup>y</sup> unam compositionem ex his clarissimam subtexemus, adversus venenata animalia, incisam lapide versibus<sup>a</sup> in limine aedis<sup>b</sup> Æsculapii. Serpylli<sup>c</sup> duum denariorum pondus: opopanacis, et mei,<sup>d</sup> tantundem singulorum, trifolii pondus denarii: anesi,<sup>e</sup> et fœniculi seminis, et ammi,<sup>f</sup> et apii, denariorum senum singulis generibus, ervi farinæ duodecim. Hæc tusa cibrataque vino quam possit<sup>g</sup> excellenti, digeruntur in pastillos, victoriati pondere. Ex his singuli

\*\*\*\*\*

*mus.*—3 Gronov. et al. ante Harduin. *manducatus carduus*.

CAP. c. 1 'In codd. Regg. 1. 2. Et discessum. In Editione principe, *Et ante discessum. Recentiores, Sed discessuri.*' Brotier. *Sed discessuri ab hortensiis Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. Sed discessuri ab hortensibus. Gronov. et al. vett. 'Sed discessuri non legitur in Chiffl.' Dalec. Vide Nott. Var.—2 Gronov. et vulgg. ante Harduin. et milii.—3 Gronov. et vulgg. anethi.—4 'Ita bene codd. Regg. 1. 2.' Brotier. 'Αρπα Græce. Vide Lex. Gr. Schneider. et Galen. ab Harduino citatum. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *ammii*; Brotier in Not. *amni. Amnium quoque ex hoc Plinii loco exhibent omnes fere Lex. Latt. Gronov. et al. ante Harduin. *seminis*, et *anisi*, et *ammii*.* In Vet. Dalec. desunt, *et anisi.*—5 Margo edd. Dalec. et*

#### NOTÆ

<sup>w</sup> *Et vulvis]* Transcripsit et istud Plinius Valer. loc. cit. ubi Glauciam pariter laudat auctorem.

<sup>x</sup> *Mastiche cardui]* Vide Notas et Emend. num. 41. Mastiche cardui, tenuior ille est et quodam modo lacteus succus, quem cinaræ radix, ubi defloruit ac durescit, scarificata emitit, ut et experientia docet, et Theophrastus conceptis verbis admonuit, Hist. vi. 4.

<sup>a</sup> *Versibus]* Quos recitat Galenus de Antidotis II. 14. p. 922. ex Eudem. medico. Sunt omnino sedecim.

<sup>b</sup> *In limine aedis]* Apud insulam Coum in templo Æsculapii, inquit Plinius Valer. III. 57.

<sup>c</sup> *Serpylli]* Galenus loc. cit. reci-

tatis Endemi versibus, medicamenta quæ iis continentur, ita breviter colligit: Μήνοι βίζης, ἐρυύλλου, δροπάνακος, ἀνὰ < β'. Τριφύλλου σπέρματος, < α'. Ανίσουν, μαράθουν, ἄμμεως, σελίνου σπέρματος, ἀνὰ δέξιβαφον. Ἀλεύρου δροβίνου λεπτοτάτου δέξιβαφα β'. Οίνου παλαιοῦ εἰς ἀνάληψιν όσον ἔχερκει. Ἀνάπλασσε τροχίσκους, καὶ ξύραινε ἐν σκιᾷ· καὶ δίδου τριάβολον μετ' οἴνῳ κυάθω γ'. Quæ totidem ferme verbis Plinius habet: modo tantum medicamentorum paululum discrepante.

<sup>d</sup> *Et mei]* Ita ex Galeno modo lantato rescripsimus: cum prius milii perperam legeretur. Plinius Valer. III. 57. insulse mel pro meo desiderat: et pro ammi amyrum, IV. 38.

dantur ex vini mixti cyathis ternis. Hac theriaca magnus  
Antiochus<sup>e</sup> rex adversus omnia venenata<sup>6</sup> usus traditur.

.....

Gronov. *quantum possit*.—6 ‘Ita codd. Regg. et Editio princeps.’ *Brotier*.  
Ita quoque Chiff. *omnia venena* Gronov. et al. vett. item Harduin. 1. 2. 3.  
Miller. Bipont. et Franz.

#### NOTÆ

<sup>e</sup> *Magnus Antiochus*] Eo nomine tertius, Syriae Rex. Hunc Philometora Endemus vocat iis versibus, quibus hæc theriacæ compositio continetur: ‘Ιησιν μάθε τήνδε πρὸς ἐρπετὰ,

ἢν Φιλομῆτωρ Νικήσας πείρᾳ κέκρικεν  
'Αντίοχος. *Hoc cape præsidium ad ser-*  
*pentia, quod Philometor Usu præcipuum*  
*reperit Antiochus.*

## NOTÆ ET EMENDATIONES

### AD LIBRUM XX.

### NATURALIS HISTORIÆ

### C. PLINII SECUNDI.

---

---

1. CAP. I. *Et alio rursus abigente a sese]* Alio nempe lapide, ut diximus, abigente ferrum. Ita MSS. omnes, ipsaque loci sententia legi ita postulat. Frustra sunt Majolus, Cæsius, aliquique, qui *allo hic scriptum a Plinio autumant*, quo ejus viri auctoritate magnetis et allii dissensionem et antipathiam stabiliant: quasi magnes allio confricatus ac perunctus ferrum non trahat. Albertum tamen Magnum scimus ita sensisse, Mineral. II. 2. 11. et ante eum, Zoroastrem in Geopon. xv. 1. et Jo. Tzenzen, Chiliad. iv. Histor. 140. vs. 407. Sed illud hand dubie nunc Plinius spectat, quod alibi planius expressit, nempe xxxvi. 25. ‘Alius rursus,’ inquit, ‘in eadem Æthiopia non procul mons gignit lapidem theameden, qui ferrum omne abigit, respuitque. De utraque natura sæpius diximus.’ Et quidem nunc primum de utraque dicit.

2. CAP. VI. *Eadem contrahit vomitiones: siccatur, &c.]* Contraria plane sententia prius legebatur: *Eadem contra vomitiones siccatur.* Quid igitur

illa sibi volunt, quæ proxime sequuntur, *Cortex quoque vomitionem moveat?* An non ea aperte significant eandem modo cortici assignari vim, quæ radici fuerant prius attributa? Adde Diosc. II. 164. ubi de peponis facultatibus: ‘Η δὲ βίζα ξηρὰ, inquit, ποθεῖσα τὸν ὑδρομέλιτι < δλκῆ, ἐμέρους κινεῖ. Sicca radix ex multa drachmæ pondere bibita, vomitum ciet.

3. CAP. VIII. *Necnon ramentis corticis recentes podagras refrigerat, &c.]* In MSS. recens. Plinius Valer. recentis legisse videtur, hoc est, viridis. Sic enim ille, IV. 6. de cucurbita: ‘Dioscorides,’ inquit, ‘ramenta corticis viridis in cucurbita laudat, earumque effectus sic tradit: Phthiriasim (lege ex Diosc. II. 162. Siriasim) infantium, cuti imposita depellunt cum polenta: podagræ vestuant, et ignibus sacris cum pane subveniunt.’ Verba sunt hæc Graeci scriptoris: Τὸ δὲ ξέσμα αὐτῆς παιδοῖσι σιρᾶσιν ὀφελίμως κατὰ τοῦ βρέγματος καταπλάσσεται. Item Marcellus Empir. c. I. p. 35. ‘Cucurbitæ viridis ramenta cerebro imposita, infantibus

quoque, qui ex dolore capitis nauseam patiuntur, validissime prosumt.'

4. CAP. IX. *Tosta quoque*] Rapa videlicet. Prius *costa* legebatur: ab aliis *cocta*: a Salmasio, *Cuto quoque*: nos *Tosta*, tum ex MSS. Reg. Colb. &c. tum ex Plinio Valer. IV. 34. hæc totidem verbis describente, defendimus.

5. CAP. X. *Mixta farina, pari mensura, ervi, hordei, tritici, et lupini. Radix ad omnia inutilis*] Naporum videbilect sylvestrium radix inutilis. Insigniter corruptus hic locus ad hunc diem fuit: sic quippe legebatur: *mixta urina pari mensura. Ervi, hordei, tritici, et lupini radix ad omnia inutilis.* Quid causæ est, amabo, cur de ervi, hordei, ceterorumque radice agat, ubi tota in ratis oratio habitat? Et lupini radicem, ut ceteras omittam, commendat primis ad pellen-dam urinam, xxii. 74. Detexit errorem Dioscor. qui ex iisdem fontibus areolas suas aspersit, ex quibus Plinius rigavit hortos. Sic enim ille II. 135. de rapo sylvestri: Μίγνυται δὲ σμήγμασι προσάπου καὶ τοῦ ἄλλου χρωτὸς, θσα δι' ἀλεύρων γίγνεται θερμίνων, η πυρίνων, η αἰρίνων, η ὁροθίνων. Admiseretur in smegmata, quibus ad detergendarum cutem in facie, reliquoque corpore utuntur: quæ quidem ex lupini, tritici, lolii, aut ervi farina fiunt. Et de ervo sane diserte Plinius xxii. 73. ‘Farina ejus maculas toto corpore emendat.’ De lupinorum et ervi farina, ad eosdem usus Hippocr. de Morb. Mulier. II. 67. p. 596.

6. CAP. XII. *Cetero aestivo usus in Italia, et armoracium vocant. Et sativi vero, prater ea quæ circa eos dicta sunt, stomachum purgant, pituitam extenuant, urinam concitant, bilem detrahunt. Præterea cortices in vino decocti, mane poti ad ternos cyathos, &c.]* Hunc locum ita restituimus ex fide Reg. 2. codicis, cum omnia mire perturbata prius, depravataque, sic legerentur: *Cetero bilem detrahunt. Præterea cortices in*

*tino. Præterea, quæ circa eos dicta sunt, stomachum purgant, pituitam extenuant, urinam concitant. Est et sativi usus in Italia, et armoraciam vocant. Et sativi vero decocti, mane poti ad ternos cyathos, &c. Proh Superi! Tantumne in bonos auctores aut criticis aut librariis licuit, ut miscerent omnia ac pessimum darent? Ineamus, si fieri potest, mendorum quæ scatent, numerum, Cetero bilem detrahunt. Orationis structura detrahit legi postulabat: antecedit enim, Laudatissimus in Arcadia . . . alibi nascitur . . . utilior urinæ. Mox, præterea cortices . . . præterea quæ circa eos. Geminata tam repente ea vox præterea, Pliniine stylum et ingenium sapit? Est et sativi usus in Italia, et armoraciam vocant. At armoracium constat esse sylvestris generis, quod ipse Plinius diserte confirmavit superiore lib. cap. 26. Deinde, quam frigida rursum repetitio earundem vocum, Est et sativi usus, statimque, Et sativi vero. In MSS. Cetero aestivosus, Pintianus legi volebat, Cetero aestivosus ipse. Nos, uti speramus, paulo felicius, Cetero aestivo usus in Italia, &c.*

7. CAP. XIII. *Cerastis et scorpiônibus adversatur]* Legebatur ante, Cetero et scorpiônibus. In MSS. Reg. 1. 2. &c. Ceteruscis. At emendatione locum egere Dioscorides admonuit, II. 137. de raphano: ubi contra cerastæ morsum ex vino potum auxiliari tradit: Καὶ πρὸς κερδοτον δῆγμα σὺν οἴνῳ πιθίμενον βοηθεῖ. Haud penitus tamen improbanda prior scriptura.

8. Ibid. *Ex aceto et melle sumti, intestinorum animalia detrahunt]* Num locus hic mutius sit, considerandum amplius. Nam Plinius Valer. qui totum fere opus suum ex Plinii nostri verbis contexuit, IV. 1. de raphani virtutibus, ita habet: ‘Semine raphani cum melle trito et sumto, spirum mitigatur, et tussis arcetur. Solus cum sale sumitus ventris animalia extinguit.’ Nihil tamen sine

vade movere ausim. Quod vero ad periodum proxime insequentem attinet, quæ hactenus ita legebatur perpetua serie, *Item ad tertias decocto eorum poto cum vino enterocelis prosunt:* in duas distrahendam esse partes ex Plinio Valeriano, Marcelloque Empirico constat: ut prior illa, *ad tertias decocto eorum poto, cum vino,* ad superiorem morbum spectet, nempe ad intestinorum animalia detrahenda. Posterior, nova ibi instituta periodo, ad enterocelas. Marcelli hæc verba sunt, c. 28. p. 200. ‘Raphanus ex aqua ad tertias decoquitur, eaque vino mixta, ad extirpandas tineaſ utiliter bibitur.’ Plinii vero Valer. II. 21. ‘Tineis purgandis:’ ‘Raphani decoquuntur ex aqua ad tertias, et ea aqua vino miscetur.’

9. CAP. XVII. *Stomachum excitat, fastidium absterget, ex aceto . . . vel ex garo. Urinam ciet, &c.]* Præpostera interpunctione locus hic ante labrabat, in hunc modum: *Stomachum excitat, fastidium absterget.* Ex aceto . . . vel ex garo urinam ciet. Ut sic restitueremus, auriculam vellit Galenus, et admonuit, de Alim. Facult. II. 55. p. 364. de gingidio: Προσφέρονται δὲ αὐτῷ τίνες δι' ἔλαιον, καὶ γάρον τίνες δὲ καὶ οἶνον ή ὅξος ἐμβάλλοντες καὶ πολύ γε μᾶλλον εὐστόμαχόν τ' ἔστι, καὶ τοὺς ἀποστότους προτρέπει μετ' ὅξον ἐσθιόμενον. Sunt qui ipsum cum oleo et garo mandant: alii autem vinum etiam, vel acetum injiciunt: multoque magis ita stomachum juvat, collapsamque cibi appetentiam, si cum aceto sumatur, excitat.

10. CAP. XX. *Sic et attrita sanant]* Prius legebatur, sic et tritæ sanant. In MSS. trita. Emendandi Dioscorides auctor fuit, qui II. 181. contra calceamentorum attritus utiles cepas esse prodidit: πρὸς ἐκτρίμωτα ὑποδεμάτων χρήσιμος.

11. CAP. XXIII. *Suspiriosis coctum, aliqui crudum id tritum dedere]* Vocem hauc tritum adjecimus, tum ex exem-

plarium MSS. fide, tum ex vetustis scriptoribus geminis, quorum alter a Plinio nostro, ab altero Plinus ipse noster hausit. Nam Plinius Valer. IV. 17. de allio: ‘Suspiriosis quidam,’ inquit, ‘per se crudum, aliqui et cum lacte tritum dedere.’ Celsus IV. 4. ‘de difficultate spirandi:’ ‘Datur etiam utiliter frictum allium, deinde contritum, et cum melle mixtum.’

12. Ibid. *Et porriginæ]* Prius et pruriginæ legebatur. At erroris admonuit Marcellus Empir. c. 4. p. 40. ‘Ad pityriasin,’ inquit, ‘et porriginæ capitis . . . prodest ungere caput allio trito ex aceto et nitro.’ Necnon Dioscorides, qui II. 182. τὰ πίτυρα alio quoque eximi prodidit. Adde consensum exemplariorum manu scriptorum, Reg. Colb. Chiffl. &c. in quibus porriginæ, non pruriginæ, scribitur.

13. Ibid. *Etiā arundines cum pice]* Subintellige, allium extrahit. Ita libri omnes, etiam MSS. Plane ut suspecta sit fides antiqui exemplaris, ex quo Pintianus hirudines, hoc est, sanguisugas, reponere conatus est. Præsertim Marcello Empirico, Plinioque Valeriano, huic lectioni mire suffragantibus: scriptoribus quidem non eruditissimis, sed quibus tamen concedendum in hac parte plurimum, cum opus ambo suum ex Plinii fere sententiis verbisque concinnarint. Et ille quidem, c. 34. p. 233. ‘Allium elixum,’ inquit, ‘cum pice impositum, arundines extrahit corpori affixas. Filix radix trita arundinem extrahit: rursum arundinis radix,’ &c. Iste III. 49. ‘Ad extrahenda ea quæ corpori infixa sunt:’ ‘Allium elixum cum pice, arundines extrahit,’ &c.

14. CAP. XXVIII. *Est et beta . . . foliis, undecim sæpe, caule liliij* Libri hactenus editi, undecim sæpe caulinum. Repugnat ipsa plantæ natura, quam nos in horto Regio vidimus: ipseque Dioscorides, qui ex iisdem fontibus, unde Plinius noster hausit, ea quæ de

limonio prodidit, mutnatus, librarium in hac parte vitium retegit. Sic enim ille **iv. 16.** Λειμάνιον, οἱ δὲ νευροειδὲς, τὰ μὲν φύλλα ἔχει θμοια σεντλω, λεπτότερα δὲ, καὶ μικρότερα, δέκα η πλείω. Κανλὸν λεπτὸν, υρθιον, τσον ὄσπερ κρίνου. *Limonium*, aliis neuroides dictum, folia habet βετα, verum tenuiora et minora, decem aut plura. Caulem tenuem, rectum, liliaceo aqualem, &c.

**15. Ibid.** *Gustantium os astringunt*] Prius legebatur, guttanta astringunt, nulla plane sententia. In Reg. 1. et Colb. 1. 2. *gustantia musali stringant*. In Reg. 2. *gustum os atistriugant*. Dioscor. lib. **iv. c. 16.** rem decidit, cum semen limonii prodit gusto astringere, στύφοντα καρπὸν τὴν γεῦσιν.

**16. CAP. XXXIII.** *Sic etiam fistulas, et luxata, et humores evocari*] Recepta hactenus lectio fuit ejusmodi, *sic etiam fistulas eluxatas, et tumores evocari*. At quae fistulae eluxatae auditæ unquam fuerint, aut vero esse possint, quive tumores evocandi, non satis intelligo. Locum sanavimus ex auctore gemino: altero, qui ex Plinio: altero, ex quo Plinius ipse han- sit. Ille enim, qui Plinius Valerianus dictus est, **iv. 29.** de brassica: ‘*Fistulas*,’ inquit, ‘atque luxata dis- cutit, humores aut evocat, aut spar- git imposita, insomnia ac vigilias com- pescit,’ &c. Cato vero, **c. 157.** p. 85. ‘*Si cancer ater est, is olet, et saniem spurcam mittit. Si albūs, purulentus est. Sed si fistulosus, subtus suppu- rat sub carne. In ea vulnera hujus- cemodi tere brassicam, sanum faciet* ... Et luxatum si quod est, bis die calida fovento, brassicam tritam appo- nito, cito sanum faciet.’

**17. CAP. XL.** *Prosunt per se, aut, ut Damion, ex mulso*] Plinium Valeria- num miror, qui et Medicus haberet et dici voluit, dum hunc scriptoris nostri locum exscriberet, tam fœdo er- rore prolapsum, ut pro mulso, mus- cum legerit, et suum nobis deinde er- oreum intrepide obtruserit. Sic enim

ille de *Re Med.* **iii. 20.** ‘Efficaces,’ inquit, ‘sunt et bulbi triti per se ad vulnera glutinanda. Adjiciebat ta- men illis Damon medicus museum qui in aqua gignitur, et die quinto solvebat.’ At multo cautius *ex mulso* legit Marcellus Empiric. **c. 33.** pag. 228.

**18. CAP. XLVI.** *Semine recto, cu- mino simili]* Non, ut prius editum erat, *simile*: ad ipsum enim semen vox ea refertur, cuius similitudo no- tatur cum cumini semine. *Diosc. iii. 76.* Ὁρεοελινον, κανλὸς ἐστι σπιθα- μαῖος εἴς ἐκ βίζης λεπτῆς ... δικαρπὸς ἐπιμήκης, δριμὺς, λεπτὸς, εὐώδης, ἐοικὼς κυμίνῳ.

**19. CAP. XLIX.** *Nam de Venere stimulanda diximus: tria folia sylvestris erucae sinistra manu decerpta, et trita in aqua mulsa si bibantur]* Non ad stimulandam Venerem, sed ad regium morbum pellendum hoc medicamen- to Florentinus utitur in *Geopon.* **xii. 26.** p. 349. Ἀγρόν δὲ εὐζώμου φύλλα τὸν ἀριθμὸν γ', τῇ ἀριστερῷ χειρὶ ληφθέν- τα, ἕκτερον ἕταται. Quin et Plinius al- ter Valerianus, qui suum opus ex Plinii nostri verbis sententiisque con- cinnavit, **ii. 59.** ad morbum regium sanandum hæc refert. Capitis lem- ma est, ‘*Regio morbo pellendo*’: at- que inter medicamenta illud accense- tur: ‘*Erucae sylvestris tria folia si- nistra manu decerpta ex aqua mulsa bibuntur*.’ Nihil hic porro manu scripti codices juvant: nihil conjectura: quanquam aut mutilatione ali- qua verborum, aut trajectione sen- tentiæ laborare hunc locum haud le- vis suspicio est. Ad Venerem non folia, sed semen ipsum erucae adhibet auctor libri, qui falso Kiranus inser- bitur, p. 24.

**20. CAP. LI.** *Idem oculis noxiā ru- tam putavit. Fulsum: quoniā scalp- tores et pictores hoc cibo utuntur oculo- rum causa, cum pane vel nasturtio: ca- præ quoque sylvestres propter risum, ut aiunt. Multi succo ejus cum melle Atti-*

*co inuncti discusserunt caligines, &c.]* In libris hactenus editis sic legebatur: *Idem oculis noxiā putavit falso, quoniam . . . oculorum causa.* Cum pane quoque vel nasturtio sativæ atque sylvestris propter visum. Ut aiunt, multi succo ejus, &c. Quo in loco mire grasa interpolatorum audacia est: nam ut omittam falso pro falso, quod levissimum est, primum voculam quoque suo loco movere: adjecere deinde alteram sativæ, quæ nusquam in libris conditivis apparere: ac de sativa sylvestrique ruta locum hunc accepere: quem errorem Ruellius, Dalecampius, et alii, qui Plinium exscripsere, secuti sunt. Denique et inepta constructione verborum, cui nulla legitima sententia subest, et prepostera interpunctione omnia corrupere. In MSS. omnibus sic plane legitur: *Falso . . . cum pane vel nasturtio, atque quoque sylvestres propter visum, ut aiunt. Multi, &c.* Unde nos ex conjectura, quam esse certissimam fidenter asseveramus, *capræ quoque sylvestres*, legi oportere pronuntiamus, quod uti nunc de ruta Pythagoram, sic ipse Plinius c. 47. Chrysippum in ocimo coaguit, quod iste oculorum claritati inimicum aiebat, secuta deinde atas cum Plinio falso esse deprehendit, ‘nam id esse capras.’ Mox paulo eadem cap. ubi prius legebatur: *Epiphoras cum polenta imposito. Lenit autem capitum dolores, ex MSS. fide rescripsimus: Epiphoras cum polenta imposita lenit. Item capitum dolores.*

21. Ibid. *Sic et sanguinem sistit interiorem, et narium inditam*] Ita libri omnes, etiam manu exarati. Mirum est laborasse nonnullos uti hanc vomem, interiorem, vel omnino expungent, vel in deterius immutarent. Alii sanguinem interioribus inditu: ali trita et naribus indita, legi volvere. At interiorem sanguinem Plinii sedulus imitator Marcellus Empir. c. 17. p. 123. eruptionem sanguinis ex interioribus partibus vocat. Et Plinius Valer. 1.

64. cui titulum fecit, ‘Sanguinem rejicientium curatio?’ ‘Aqua,’ ait, ‘in qua rosa, et ruta, et hyssopum decocta sunt, vino miscetur, et ita potui propinatur.’

22. CAP. LII. *Ruptis, conculis, sed parcius: orthopnoicis, torminibus, cholericis, &c.]* Prioribus verbis pretermisis recepta hactenus lectio id solum exhibuit, *orthopnoicis, torminibus colericis.* Lacunam intrepide supplevimus, tum ex fide codicum MSS. Reg. Colbert. et vet. Dalec. tum ex Dioso. qui easdem calamithæ sue vires aseribit, quas mentastro Plinius. Sic enim ille III. 43. Βοηθεῖ δὲ καὶ ρήγμασι, σπάσμασι, ὄρθοπνοις, στρόφοις, χολέρᾳ, καὶ ρήγει.

23. CAP. LIV. *Dignior e pulegio corona Varroni, quam e rosis, cubiculis nostris pronuntiata est]* Sincera hæc lectio est Reg. 2. cod. et Chiffi. In aliis, *contra turtini.* In editis *corona vertigini* legitur, satis insulse. Et certe *dignior corona cubiculis* cum dicitur, ad cubiculorum magis ornatum, quam ad remedium vertiginis, suggerendum spectat haud dubie hæc loquendi forma. Deinde, ne quis temere Varronem a nobis huc insertum putet, in ipso hujus libri Indice, inter primos appellatur. Et justum hoc loco ac verum fuit, auctorem eum qui digniorem e pulegio coronam, quam e rosa pronuntiasset, appellasse. Id vero obiter quoque animadvertisendum, non ‘pulegium’ veteres, sed, exrita litera g, ‘puleum’ ubique scripsisse. Martialis XII. 32. ‘Quadrima nigri nec corona puleii.’

24. CAP. LVII. *Et oculorum epiphoris . . . tumentibus cum melle prodest]* Ex Dioscoride, *Testicularum epiphoris*, hoc est, inflammationibus, reponere Dalecampius omni ope nititur: vocemque *tumentibus*, quæ mox sequitur, de hernia nescio quia flatuosa accipit: qua in re vereor magnopere ut suffragatores habeat Medicæ rei magistros. Nos, qui nihil

astutius meditamus, pertinacem omnium codicum consensionem secuti, de oculorum epiphoris, ac tumore accipimus: cum præsertim de testium tumore mox ex ipso cumino medicina præscribatur, quam proinde hoc loco ante delibare, non fuit operæ pretium.

25. CAP. LVIII. *Quia efficacius Ægyptio judicavit*] In libris haec tenus editis, *quia efficacius in Ægypto judicavit*. Quid porro istud rei est? id circione cuminum Æthiopicum Hippocrates regium appellaverit, quoniam illud in Ægypto efficacius judicarit? An cohaerent ista inter se satis apte? In MSS. Reg. Colb. &c. *quia efficacius Ægyptio judicavit*. Nos ex indubitate conjectura Ægyptio reponimus: cui post Æthiopicum Dioscorides pariter III. 68. secundas partes ac vires assignat: Κύμιον τὸ ἡμέρων εὔστομον καὶ τόντου μᾶλλον τὸ Αἴθιοπικὸν, ὅπερ Ἰπποκράτης βασιλικὸν ἐκάλεσε δεύτερον τὸ Ἀγύπτιον, κ. τ. λ.

26. CAP. LIX. *Heracleoticum ad potum utilius, quod onitis vocant*] Sincearius, credo, legas, eo quod onitis vocant; vel, *quam quod onitis vocant*. Discrepat enim onitis, de quo cap. 67. ab Heracleotico, de quo cap. 62. Galenum adde, cuius eadem fere sententia est, de Fac. Simp. Med. lib. VII. pag. 215. Ὁρίγανος ἡμὲν Ἡρακλεωτικὴ δραστικωτέρα τῆς ὀντίδος, *efficacior est onitide*. Subscrabit et Dioscor. III. 33. Atque hanc esse Pliniū mentem, vel ex verbis, quæ proxime subsequuntur, perspicuum est: subjicit enim statim, 'Communi sautem usus,' utriusque scilicet origani, Heracleotici, onitisisque: quorum forma dispar, ad potum dissimilis usus, cædem in medicina vires.

27. CAP. LXXXIII. *Tlepolemus ad quartanam ternis digitis sceninis anisi et faeniculi usus est in aceto, et mellis cyatho uno*] Hoc medicamentum dum Q. Serenus a Tlepolemo, Pliniove, transcriberet, pro *aniso*, *anethum* repor-

suit. Sic enim ille cap. de quartana medicanda: 'Sume tribus digitis apprensum semen anethi, tantudem marathri, mulsum nec desit acetum: In cujus cyatho praedicta salubriter hauris.' Nisi forte amanuensium id incuria factum est, qui pro *aneti*, ut vetustiores libri omnes manu exarati habent, *anethi* de suo inseruerint.

28. CAP. LXXVI. *Hora sereni diei*] Sie libri omnes, etiam conditivi, quos vidimus: Reg. Colb. Th. &c. Rectius forsitan, ut in suis membranis vidisse Gronovius contestatur, *hora sereni diei tercia*: si probatae admodum fidei forent. Certe hora diei tercia, hoc est, medio inter Solis exortum et meridiem intervallo, ros inarescere solet, æstusque incipere: quare Columella XI. 2. in Augusto monet: 'Quascumque vineas culturi sumus, ne per æstum, sed mane usque in tertiam; et a decima usque in crepusculum fodiamus.' Sextam horam, meridiem intelligi oportet.

29. Ibid. P. Licinii Cæcinæ Praetorii viri patrem in Hispania Barili] In MSS. Reg. 1. 2. &c. Postlicini. Forte pro Postumii Licinii. Sed quod ad vocem *Barili* attinet, quam libri omnes pertinaciter retinent, ea si mutari debet, non in *Bilibili*, quod nomen oppidi quidem in Hispania est, sed quod a veteris scripturæ vestigiis recedat sane longinus, (quoniam ea fuit Dalecampii conjectura, quam Salmasius avide arripuit, in Solin. pag. 876.) sed in *Bajuli* potius, quod multo affinius est, cum totidem plane vox ea constet apibus, converti crediderim oportere. Fuisse enim jam tum videtur in Hispania, ut modo in Gallia, id Praetoris nomen: nam quos Ballivos dicimus, a voce 'Bajulus' dictos omnino constat, ut egregie observavit V. Cl. D. Du-Cange in Glossario, pag. 436. apud quem et *Bajuli* vocem pro *Ballivo* usurpari sæpe, et

pro Mercatorum Prætore, et pro aliis magistratibus, videre licet. Stabilitate egregie conjecturam nostram, quod is ipse qui nunc in Hispania Ba-julus appellatur, idem paulo mox cap. 81. Hispaniæ Princeps vocatur.

30. CAP. LXXXIX. *Foliis . . . speciem passerum præbentibus. Ex hoc lina splendorem]* Quoniam Theophr. Hist. ix. 13. de papavere Heraclio ita prodidit: Τὸ μὲν φύλλον ἔχουσα οὖν στρωθὸς, φὰ τὰ δθόνια λευκανονοσί. Hoc est, folium habet simile struthio, quo linteum dealbantur. Idcirco geminum errorem a Plinio nunc admissum clamat Salmasius, in libello quem inscripsit, ‘Præfatio in Plinium,’ pag. 110. Primum, quod vocis στρωθὸς ambiguitate deceptus, de passeribus interpretatus est, quod de struthio herba dicere debuit, qua de egimus xix. 18. Alterum, quod virtutem eam dealbandi lina, quia ad passerem non poterat, ad heraclion papaver transluit, quod struthii herbæ proprium ac peculiare est. Sed ne hoc primum a Salmasio animadversum putas, id antea Hermolaus Barbarus, et Leonicensus Pliniomastix, id deinde Matthiolus, in Diosc. lib. iv. pag. 1061. id Dalecampius in Notis, auctori nostro jampridem objecerant. Sed frustra omnes: est enim ille tum Plinii mos, tum herbariorum omnium, ut non herbas modo, sed et animalia, resque surdas interdum, ac diversissimas in exemplum afferant. Quod si, ut nominis, ita et formæ similitudinem aliquam cum passere στρούθιον herba habet, quid causæ demum esse potest, cur non et cum eadem ave affinitatem habeat papaver heraclium, quod ei herbæ simillimum ultro agnoscitur, quæ cum ea ave quandam cognationem formæ ac nominis habeat? Sic et in sylvestris quoque papaveris genere, corniculatum unum dici Theophrastus ipse scribit, quod fructus inflexi, ut cornicula, figurantur.

Sic cum psyllium describunt herbarii, flores caninis capitibus similes pingunt: cum echion, vipereis: cum antirrhini fructum, vitulinis naribus: cum myosotin, auribus murinis: cum alectorolophon, cristicis gallinaceis, &c. Plura apud Collinutum vide, in defensione Plinii adversus Leonicum, unde hæc fere decerpsumus. Sunt et apud nos quæ ab hujusmodi affinitate nomen vernaculum habent, *Pied d'alouette, Gueule de loup, &c.*

31. Ibid. *Fit autem hujus papaveris, aut cuiuscunq[ue] sylvestris]* Hic falli Plinii Dalecampius iterum asseverat: quod Dioscorides ex sativo tantum papavere diacodium concinnari dicat. Bene se res habet. Exhauisse naturam omnem, viresque singularum rerum attigisse, Dioscoridem unum putat. Quid igitur fiet Critoni Medico, et, qui Critonem sequitur, Galeno, qui κατὰ τόπους, vii. 7. pag. 535. ad arteriacen parandam κωδεῖας ἄγρας desiderat? Quid Damocreti, cuius hæc carmina apud eundem extant, pag. seq. Μήκωνος, ἦν λέγουσιν οἱ γεηπόνοι Μήκωνα ἄγριαν, οὐδὲ γάρ πω σπείρεται, Κεφαλὰς ἔτι χλωρὰς, οὐ λέγομεν καὶ κωδέας. Quid denique Scribonio Largo, ut et Latinos afferam, qui Compos. Medic. 18. ‘Ad tumorem et rauicitatem arteriæ, et vocis abscessionem,’ num. 73. ‘Ad tumorem arteriæ,’ inquit, ‘papaveris sylvatici jam maturi, viridis tamen adhuc, capita quam plurima vase fictili conjiciuntur, aquaque superfunduntur, &c. Hoc medicamentum ad arteriæ tumorem, et ad tuessim facit.’

32. CAP. LXXX. *Alii paralion, folio lini]* Prius legebatur, *folio lavi*. In MSS. Reg. Colb. &c. *folio leni*. Nos intrepide *lini* describimus, a Dioscoride admoniti, cuius hæc oratio est in describendo tithymalo parilio, iv. 165. φύλλα ἐοικότα λίνῳ.

33. CAP. LXXXIV. *Valent et contra venena]* Sic libri omnes editi. In

Mss. Reg. 1. Colb. 1. 2. *Valent et contra phystin venena. In Reg. 2. et contra psitum venena. Ut legi videatur oportere, Valent et contra presterum venena.* Est enim prester e serpentium genere, quarum de venenis in praesenti agitur. Vel certe, *Valent et contra psimmithii venena, hoc est, cerussae : nam contra cerussam epotam valere malvae cum radicibus decoctum, auctor est Diosc. Εὐπορ., II. 163. pag. 125. Ψιμιθίου δὲ ποθέντος . . . μολόχης ἀφέψημα σὸν ταῖς βίσαις.*

34. CAP. LXXXV. *Lapathum cantherinum, ad strunas cum axungia efficacissimum. Est et alterum genus fere, oxylapathon vocant]* Num mutata interpunctione legi in hunc modum oporteat : *Lapathum cantherinum. Ad strumas cum axungia efficacissimum est et alterum genus fere, &c. scrupulum Apuleius, injicit. Is enim cap. 33. tit. 1. ‘Si qua duritia in corpore :’ ‘Herba oxylapathon,’ inquit, ‘cum axungia vetere pisata, et cum pane domestico facta quasi malagma, et imposita mirifice sanat.’ Sed oxylapathon is pro oxalide accepit haud dubie, quam et oxylapalin appellari prodidit Scholiastes Nicandri, in Theriac. p. 39. ‘Οξαλίς, καὶ ὁξυλάπαλις, καὶ ἀναξνῆς καλεῖται.*

35. Ibid. *Radix aceto decocta si colletur, succus dentibus auxiliatur]* Si colluatur aliqui legi malunt, ad differentiam bibiti. Sequitur enim, ‘Si vero bibatur, morbo regio.’ Favere ei conjecturæ Marcellus Empir. videtur, cap. 12. pag. 95. ‘*Lapathi radix,’ inquit, ‘in aceto acerrimo coquitur, atque eo aceto dentes colluntur, vel foventur.*’ Plinius Valer. I. 38. ‘*Agrestis lapathi, quod alii rumicem dicunt, radix . . . cum acetum cyathis quinque cocta, in ore aceto tento, dolorem dentium tollit.*’ Diosc. quoque, II. 140. ‘*Παρηγορῶστ δὲ . . . δονταλγίαν ἐψηθεῖσαι ἐν οὖν φ., καὶ διακλυζόμεναι.* Nihilominus omnium exemplarium, quæ videre licuit, fidem

secentus, nihil muto. Colavi enim radicis succum oportere Plinius ait ad utrumque medicamentum: sive ad dentium dolorem leniendum, quos eo collui necesse est: sive ad potum, regio morbo pellendo. Plinius Valer. II. 59. ‘*Lapathi radices conteres ex vino austero, colabisque, et potui dabis: mire auruginem tollit.*’

36. CAP. LXXXVII. *Hydropicis imponitur cum fico et cunino tsum ternis partibus. Comitiali morbo, et vulvarum conversione suffocatus excitat odore, aceto mixto]* Prepostera interpunctione perturbata hactenus omnia hoc loco fuere, et que hydropicis adhibita remedia, eadem epilepticis attributa. Sic enim legebatur: *Hydropicis imponitur: cum fico et cumino tsum ternis partibus comitiali morbo: vulvarum conversione suffocatus excitat odore, aceto mixto.* Erroris admonuere scriptores duo: alter qui de hydropicis, alter qui de epilepticis et vulvarum conversione suffocatis eadem prodidere. Plinius Valer. III. 12. de hydropisi: ‘*Sinapi,*’ inquit, ‘et fici, et cuminum, æquis partibus tusa, ventri imponuntur.’ Cælius Aurel. Chron. I. 4. de epilepsia: ‘*Articulos quoque omnes,*’ inquit, ‘ligatione constringentes, sternutamento commoto ex aceto, naribus interius flato, cum sinapi, . . . vel iis quæ ad matricis præfocationes incendenda posuerunt.’

37. CAP. LXXXIX. *Ipsa herba . . . exsecretiones pectoris purgat cum iride et melle. Urinam ciet]* Prius legebatur: *pectoris purgat. Cum iride et melle urinam ciet.* Vitiosam hanc interpunctionem esse Dioscorides admonuit, cuius haec verba, III. 119. de marrubio agentis: ‘*Ανάγει καὶ πάχος ἐκ θώρακος, ιριδος ξηρᾶς μυγέλσης. Crassam quoque pituitam pectore contentam, admixta iride sicca, exsecretione purgat.*’

38. CAP. XCII. *Anginas . . . et cum aniso illitum]* In MSS. ubique, uti

monuimus, hoc loco *aneso* pro *aniso* scribitur. Sed *anethum* legerunt, Marcellus Empir. cap. 15. pag. 106. ‘*Lini semen,*’ inquit, ‘et *anethum*, cum sale: et oleo, et aceto decoctum, bene contra faucium dolores gargarizabitur:’ et pag. 108. ad fauces curandas rursum *anethum* adhibet: et Plinius Valer. 1. 52. cui lemma inscriptum, ‘*Anginæ medendo:*’ ‘*Lini semen,*’ inquit, ‘et *anethum* in oleo et aqua decoctum ad tertias, imponitur: acetum item et sal gargarizatur.’ Et cap. 45. de tonsillarum *vitio*: ‘*Lini semen,*’ inquit, ‘et *anethum* in oleo et aqua decoctum imponitur, et acetum gargarizatur.’

39. CAP. XCIV. *Foliis aniso simile]* Et hic rursum in MSS. omnibus, Reg. Colb. &c. ut proxime ante monuimus, *aneso* legitur. Verum haud dubie *anetho* legendum, res ipsa et similitudo mei *anethique* foliorum admonet. Adde Diosc. 1. 3. Μῆνον, . . . ὅμοιον κανθλῷ καὶ τοῖς φύλλοις ἀνήθῳ παχύτε-

*pov δὲ τοῦ ἀνήθου.* Habet eadem quoque interpres Oribasii lib. xi. fol. 206.

40. CAP. XCVIII. *E viridi medulla, vulvis utilis, et ad omnia ea vitia]* Libri hactenus editi, *Et viridi ferula ramculus utilis est ad omnia ea vitia.* Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. &c. *Et viride medulla vulnī utile est ad omnia ea vitia.* In Chiffi. *vulnis:* unde nos satis feliciter, ut remur, *vulvis effinximus.* Vocibus deinde istis, *omnia ea vitia,* quæ MSS. omnes editique conspirante consensu exhibent, ante dicta morborum genera signari intelligimus.

41. CAP. XC. *Mastiche cardui odorem commendat oris]* Interpolatores sic prius ediderant, *Manducatus carduus.* At in MSS. Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. &c. *Mastethe carduis.* Errorem, auctore Plinio altero Valeriano, corrigimus, ita scribente iv. 16. ‘*Mastiche carduorum odorem oris commendabilem reddit.*’

# C. PLINIT SECUNDI NATURALIS HISTORIÆ LIBER XXI.

---

*Natura florum et coronamentorum.*

I. (1.) **I**n hortis seri et coronamenta<sup>1</sup> jussit Cato, incenarrabili florum maxime subtilitate: quando nulli potest facilius esse loqui, quam rerum naturæ pingere, lascivienti præsertim, et in magno gaudio fertilitatis tam variæ<sup>2</sup> ludenti. Quippe reliqua usus alimentique gratia genuit: ideoque sæcula annosque tribuit iis. Flores vero odoresque in diem gignit: magna, ut palam est, admonitione hominum, quæ spectatissime florent, celerrime<sup>3</sup> marcescere. Sed ne pictura quidem sufficiente<sup>4</sup> imagini colorum redendæ, mixturarumque varietati,<sup>5</sup> sive alterni<sup>a</sup> atque mul-

---

CAP. I. 1 'Ita codd. Regg. Editio princeps, et Cl. Rezzonicus.' *Brotier.*  
Ita quoque Dalec. Elz. Gronov. et Franz. *In h. seri coronamenta Harduin.* 1.  
2. 3. Miller. et Bipont.—2 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin.  
1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *varie* Gronov. et al. vett.—3 Chiff. *celerius.*  
—4 Vet. Dalec. *sufficit.*—5 Ita codd. Harduini et Vet. Dalec. *mixturarum*

## NOTÆ

<sup>a</sup> *Sive alterni*] Sive alterni flores atque multiplies nectantur in corona: sive singulorum generum diversi funiculi modo in orbem ducantur, modo in obliquum: etiam quandoque toto corona ambitu, ut corona complures in una corona ductæ videantur.

tiplices inter se nectantur, sive privatis generum<sup>6</sup> funiculis in orbem, in obliquum, in ambitum, quædam coronæ per coronas currunt.

II. (11.) Tenuioribus<sup>b</sup> utebantur antiqui, struppos<sup>c</sup> appellantes:<sup>c</sup> unde nata strophiola. Quin et vocabulum ipsum tarde communicatum est,<sup>2</sup> inter sacra tantum et bellicos honores coronis suum nomen vindicantibus. Cum vero e floribus fierent sarta, a serendo serieve<sup>d</sup> appellabantur:<sup>3</sup> quod apud Græcos<sup>e</sup> quoque non adeo antiquitus placuit.

III. Arborum enim ramis coronari in sacris certaminibus,<sup>f</sup> mos erat primum. Postea variari<sup>1 g</sup> cœptum mixtura versicolori florum, quæ invicem odores coloresque accenderet, Sicyone,<sup>2 h</sup> ex ingenio Pausiæ pictoris atque Glyce-

*varietati Gronov. et vulgg.—6 Salmas. conj. privati generis.*

CAP. II. 1 ‘Ita codd. Regg. 1. 2. et Camerac. Vide Festum verbo ‘stropus,’ Brotier. struppos codd. Harduini, Chiff. et Laet. item edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. stropos Turneb. strophia Gronov. et al. vett.—2 Margo edd. Dalec. et Gronov. tarde inde communication est.—3 ‘In codd. Reg. 1. Camerac. et Lang. serive appellabantur. Emendandum fuit, scriere appellabantur, ut conjecterat eruditus Harduinus.’ Brotier. Ita ante Harduinum conj. Salmasius. fierent, sarta a serendo appellabantur Turneb. Edd. ante Brotier, servic app. Cod. Dalec. et Chiff. serivæ.

CAP. III. 1 Margo edd. Dalec. et Gronov. variare.—2 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. versicolori florum quæ in od. col. accenderet, Sicione Turneb. et Chiff. versicolori. Florumque invicem . . . Sicyonii

#### NOTE

<sup>b</sup> *Tenuioribus]* Coronis videlicet, non e floribus quidem, sed e duabus tribusve tæniis, sive corollis invicem tortis: sic ut e pluribus una fieret. Στρόφια dicebantur, hoc est, fasciæ capitinis. Nomen ex eo, quod essent eæ tortiles. Virg. in *Copa*: ‘Et gravidum roseo necte caput strophio.’

<sup>c</sup> *Struppos appellantes]* Hoc est, strophia. Vide Notas et Emend. num. 1.

<sup>d</sup> *A serendo serieve [servie]* Vide Notas et Emend. num. 2. Serere porro intellige ‘ligare’: unde et conserere.

<sup>e</sup> *Quod apud Græcos]* Σπάρτα recentiores Græcos, a σπέλω, quod et sero seu necto significat, pro sertis dixisse innuit. Quod et stabilire Hesychius videtur, cum σπάρτα interpretatur δάματα, et βοστρύχια.

<sup>f</sup> *In sacris certaminibus]* Vide Archæ Epigramma allatum a nobis, xv. 5.

<sup>g</sup> *Postea variari]* ‘Pancarpiae,’ inquit Festus, ‘dicuntur coronæ ex vario genere florum factæ.’

<sup>h</sup> *Sicyone]* Sic MSS. Reg. Colb. &c. De *Glycea*, *Pansiaque*, haec multo tradentur uberioris, XXXV. 40.

ræ coronariae, dilectæ admodum illi, cum opera ejus pictura imitaretur, et illa provocans variaret, essetque certamen artis ac naturæ: quales etiam nunc extant artificis illius tabellæ, atque in primis appellata Stephanoplocos,<sup>3</sup> i qua pinxit ipsam. Idque factum est post Olympiadem<sup>4</sup> centesimam. Sic coronis e floribus receptis, paulo mox subiere, quæ vocantur *Ægyptiae*,<sup>j</sup> ac deinde hybernae,<sup>k</sup> cum terra flores negat, ramento e cornibus tineto. Paulatimque et Romæ surrepsit appellatio, corollis inter initia propter gracilitatem nominatis: mox et corollaris, postquam e lamina<sup>l</sup> ærea tenui inaurata aut inargentata dabantur.

IV. (III.) Crassus dives, primus argento auroque folia imitatus, ludis suis coronas dedit. Accesseruntque et lemnisci,<sup>l</sup> quos adjici ipsarum coronarum honos erat, propter Etruscas,<sup>m</sup> quibus jungi nisi aurei non debebant. Puri diu fuere ii. Cælare eos primus instituit P. Claudius Pulcher,<sup>n</sup> bracteasque<sup>o</sup> etiam philyrae<sup>p</sup> dedit.

---

Gronov. et vulgg.—3 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. ex codd. *Stephanoplocos*  
Gronov. et vulgg.—4 *Olympiada* Chiff.—5 Chiff. *corrollatis postquam e lamna.*  
CAP. IV. 1 Vet. Dalec. *bractearumque etiam philyras.*

#### NOTÆ

*Stephanoplocos]* Ita MSS. laudati, non *stephanoplocos*. Στεφανηπλόκος, ut apud Theophr. legitur Hist. vi. 7. qui vel quæ nequit, et texit coronas. De hac pictura seu tabula dicetur fusius loco cit.

<sup>j</sup> *Ægyptiae]* Ex hedera, narciso, mali punicæ floribus, aliisque quas Athenæus enumerat, lib. xv. pag. 679. et 680.

<sup>k</sup> *Hybernae]* Quales nunc sunt e charta picta atque concisa, flores multiplices repræsentante.

<sup>l</sup> *Lemnisci]* Festus: ‘ Lemnisci sunt fasciae colorie dependentes ex coronis, quod antiquissimum fuit genus coronarum lancearum.’ Hesychius: Λημνίσκους, τὰς στενὰς Συρακούσιοι ταινίας. Capitolinus in Vero, pag. 37. ‘ Coronas quin etiam datas, lemniscis

aureis interpositis, et alieni temporis floribus.’ Nempe ad imitationem veterum, ex lauro foliisque nexæ coronæ: quibus lemnisci aurei additi. Antiquitus ex auro, nunc e serico fasciolæ sunt, quibus lemniscorum possit appellatio tribui, *des rubans*. Non coronis modo, sed et palmis, quæ præmia Circensis victoriæ, lemnisci addebat: unde utræque lemniscata dicta.

<sup>m</sup> *Etruscas]* Tertullianus de Cōrona Mil. anteponi ait reliquis coronis Etruscas: subjicitque, ‘ Hoc vocabulum esse coronarum, quas gemmis et foliis ex auro queruginis, ob Jovem insignes, ad deducendas tensas cum palmatis togis sumebant.’ Plinius ipse xxxii. 4. ‘ Corona ex auro Etrusca.’

v. Semper tamen auctoritas vel ludicro quæsitarum fuit.<sup>c</sup> Namque ad certamina in Circum per Iudos et ipsi descendebant, et servos suos quique<sup>1</sup> mittebant. Inde illa XII. tabularum<sup>p</sup> lex: ‘Qui coronam parit ipse, pecuniae ejus, virtutis ergo duitor ei.’<sup>2</sup><sup>q</sup> Quam servi equive meruisserent, pecunia partam lege dici, nemo dubitavit. Quis ergo homines? ut ipsi mortuo, parentibusque ejus,<sup>r</sup> dum intus positus esset, forisve ferretur,<sup>s</sup> sine fraude esset imposita. Alias in usu promiscuo ne ludicrae<sup>t</sup> quidem erant.

vi. Ingensque et hinc severitas.<sup>u</sup> L. Fulvius argentarius,<sup>s</sup> bello Punico secundo, cum corona rosacea interdiu e

<sup>a</sup> *Semper magna fuit auctoritas coronarum, etiam earum quæ ludo parabantur.*

CAP. v. 1 Salmasius, et servos suos equosque.—2 Ita Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. virtutis ergo arduitor Lipsius; virtutis sua ergo dividitor ei Turneb. virtutisve ergo dividitor ei Vet. Dalec. virtutisve ergo dividitur ei Chiffl. virtutis ergo arguitur Gronov. et edd. vett.—3 Vet. Dalec. efferetur.

—4 Turneb. e vet. cod. *Iudic.*

CAP. vi. 1 ‘Ita codd. Regg. 1. 2.’ Brotier. et hic severitas codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. et his severitas

#### NOTÆ

<sup>n</sup> *P. Claudius Pulcher]* Is qui Consulatum Romæ gessit, anno U. C. DLXX. L. Porcio Licinio collega, ex Fastis.

<sup>o</sup> *Bracteasque]* Tenuisque jam, philyrae instar, ex auro argenteo laminis, quibus lemisci constabant, adjecit tenuiores bracteas alias, quæ tæniarum instar attextæ ac pendulæ forent.

<sup>p</sup> *Illa XII. tabularum]* Sic ab Urzino emendata: **QUEI. CORONAM. PARRET. IPSIUS. PECUNIAEVE. EJUS. VIRTUTISVE. DIDITOR. IPSEIQUE. MORTUO. PARENTALIBUS. EJUS. QUOMENTUS. POSITOS. EST. QUOMQUE. FORIS. EXFERTOR. IMPOSITAD. SE: FRAUDE. ESTOD.** Sententia est: ut qui coronam vel ipse virtute peperisset, vel servorum ministerio et quadrigis, eidem ea donaretur: eique etiam mortuo aequisita corona sine fraude imponeretur: non tantum illis sep-

tem diebus, quibus intus, id est, domi, positus esset: sed eo etiam die, quo cum pompa et ornatu in forum ad Rostra efferretur.

<sup>q</sup> *Duitor ei]* Ἀρχαῖκῶς pro dator ei. In MSS. Reg. 2. &c. dividitur: non, ut editi, arguitur.

<sup>r</sup> *Parentibusque ejus]* Haud legisse satis diligenter eam legem Ursinus, vel ex eo loco intelligitur, cum PARENTALIBUS, pro PARENTIBUSQUE scripsit. Nam præter Plinium accedit Tullii ipsius auctoritas, ita legem referentis, de Legibus lib. II. ‘Illa jam significatio est, laudis ornamenta ad mortuos pertinere, coronam virtute partam, et ei qui peperisset, et ejus parenti sine fraude esse lex impositam jubet.’ Vide et Suidam, verbo Κατάγειν.

<sup>s</sup> *Argentarius]* Τραπεζίτης, un Banquier.

pergula sua in forum prospexit dictus, ex auctoritate senatus in carcerem abductus,<sup>2</sup> non ante finem belli emissus est. P. Munatius, cum demit Marsyæ coronam<sup>t</sup> e floribus capiti suo imposuisset, atque ob id duci eum in vincula triumviri jussissent, appellavit tribunos plebis. Nec intercessere<sup>u</sup> illi: aliter quam<sup>v</sup> Athenis, ubi comissabundi<sup>3</sup> juvenes ante meridiem conventus sapientium quoque doctrinæ frequentabant.<sup>4</sup> Apud nos exemplum licentiae hujus non est aliud quam filia Divi<sup>w</sup> Augusti, cujus luxuria noctibus coronatum Marsyam, literæ illius Dei<sup>x</sup> gemunt.

vii. Florum quidem populus Romanus honorem Scipioni tantum habuit.<sup>1</sup> Serapio<sup>a</sup> cognominabatur, propter si-

---

cod. Dalec. et hunc severitas Gronov. et vulgg.—2 Pintian. *adductus*.—3 Chiff. *commissabundi*.—4 Dalec. *conventus quoque sapientium doctrinæ causa frequentabant*.

CAP. VII. 1 Cod. Dalec. *adhibuit*.—2<sup>b</sup> Supra vii. 12. (10.) *mancipi suarii*.<sup>c</sup>

#### NOTÆ

<sup>t</sup> *Marsyæ coronam*] Capiti ejus Dei impositam. Marsyas minister Liberi Patris per civitates liberas in Foro positus, libertatis indicium est, qui erecta manu testatur nihil urbi deesse, inquit Servius, in Æneid. iv. 58.

<sup>u</sup> *Nec intercessere*] Sed castigandum censuere.

<sup>v</sup> *Aliter quam*] Contrario Atheniensium more, apud quos juvenes comissabundi Iudum Philosophicum pe-tabant.

<sup>w</sup> *Filia Divi*] Julia, de qua diximus vii. 46. Ut ad statuam Marsyæ in Foro positam, meletriculæ con-venirent, impudicitiaque suæ testem corollam alieni minorum gentium Deo imponerent, malo te a Lipsio, si pu-dor suadet, ediscere, Antiq. Lect. lib. iii. pag. 120. quam immorari me in ista tenebris Stygiis digna fœdi-tate. De Julia Seneca de Benef. vi. 32. ‘Augustus flagitia principalis do-mus in publicum emisit, admissos

gregatim adulteros, pererratam nocturnis comissionibus urbem . . . quotidianum ad Marsyam concursum, cum ex adultera in quæstuarium ver-sa,’ &c.

<sup>x</sup> *Literæ illius Dei*] Ita MSS. omnes. Sic dolenter scriptas literas eas in-nuit, ut ingemiscere quodammodo viderentur. Deum autem vocat, ut vii. 46. ‘In summa Deus ille, cœ-lumque nescio adeptus magis, an me-ritus,’ &c.

<sup>a</sup> *Serapio*] Diversus hic videtur ab eo Scipione Nasica, quem Serapionem quoque cognominatum vidimus vii. 10. Neque enim Nasicam Tri-bunum fuisse plebis, aut quisquam prodidit, ant simile veri est: nec fuit is ex Africanorum familia, sed ex Cornelio tantum Scipionum gente, in qua familiæ duæ diversæ Nasicarum, et Africanorum fuerunt. Nec tam angusta re fuit, Pontifex Max. cum esset, et agrum publicum tene-ret, ut Plutarchus refert in Gracchis,

militudinem suarri<sup>2</sup> cuiusdam negotiatoris. Ob id erat in tribunatu plebi<sup>3</sup> admodum gratus, dignusque Africanorum familia. Nec erat in<sup>4</sup> bonis funeris impensa. Asses ergo<sup>b</sup> contulit populus, ac funus elocavit, quaque præferebatur,<sup>5</sup> flores e prospectu<sup>c</sup> omni sparsit.

VIII. Et jam tunc coronæ Deorum honos<sup>d</sup> erant, et Larium publicorum<sup>e</sup> privatorumque, ac sepulcrorum,<sup>f</sup> et Ma-



Dalec.—3 Gronov. et al. ante Harduin. *plebei*.—4 *Defuit in cod. Dalec.*—5 Cod. Dalec. *et qua parte ferebatur*.

#### NOTÆ

uti funeri deesset impensa: nec denique is Romæ, sed Pergamii in Asia diem extremum obiit, uti ex Plutarcho loc. cit. p. 834. aliisque didicimus. Aliquem unum a Nasicae liberris fuisse hunc necesse est, qui quam esset similis suario negotiatori pater, tam ipse vultu referret patrem.—‘*Serapio*] Is quem Serapionem quoque cognominatum vidimus VII. 10. Quem cum et Tribunum fuisse plebis, et dignum Africanorum familia, Plin. dicit, servili origine fuisse eum, sed manumissum ab aliquo e Scipionibus, propterea que Scipionem cognominatum, oblique significat.’ Ed. sec.

<sup>b</sup> *Asses ergo*] Factitatum id et alias, ut in funere Valerii Publicolæ regum exactoris: Menenii Agrippæ, qui populum cum Senatu in gratiam adduxerat: Q. quoque Fabii Maximi, ut Valerius Max. prodidit, v. 2. pag. 253. His ære collato a populo Rom. justa sunt peracta. Huc pertinet vetus inscriptio, apud Gruter. pag. 488.

M. VINICIO. P. F.  
POST. MORTEM  
MUNICIPES. SUI  
AERE. CONLATO  
PIETATIS. CAUSA  
PP.

<sup>c</sup> *Flores e prospectu*] E pergulis, e fenestris, unde prospectus in vicum.

Supra xix. 19. ‘Præfigi prospectus,’ hoc est, obstrui fenestras. Has ἀνθέων βολὰς, *florum sparsiones*, receptas in eos, quos honore volebant affectos, Lipsius ad Taciti Ann. xv. jam olim ex variis Auctoribus annotavit. Id observatum quoque in Bruti funere, auctor est Dionys. Halic. lib. v. In funere etiam filiæ Virginii, lib. xi.

<sup>d</sup> *Deorum honos*] Vetus inscriptio in thesauro Goltzii, pag. 272. CORONAE. CENTENAE. FORTUNAE. PRIMIGENIAE. DEDICATAE.

<sup>e</sup> *Larium publicorum*] Compitalium scilicet, de quibus diximus in Notis et Emend. ad lib. III. num. 46. Adi quoque Notas et Emend. ad hunc librum, num. 2. De privatis atque domesticis, Cato de Re Rust. cap. 143. ‘Villica focum purum circumversum quotidie, priusquam cubitum eat, habeat. Kalendis, Idibus, Nonis, festus dies cum erit, coronam in focum indat, perque eos dies Lari familiari pro copia supplicet.’ Plautus in *Trinummo* I. 2. ‘Larem corona nostrum decorari volo.’ Juvenalis Sat. ix. ‘O parvi nostrique Lares, quos thure minuto, Aut farre, aut tenui soleo exornare corona.’

<sup>f</sup> *Ac sepulcrorum*] Idem Tibullus II. 4. ‘Atque aliquis senior veteres veneratus amores, Anna constructo serta dabit tumulo.’ Aram sepulcra-

nium: summaque auctoritas pactili<sup>1</sup> coronæ.<sup>2</sup> Sutiles<sup>3</sup> Saliorum sacrī<sup>2</sup> invenimus, et solennes cœnis. Transiere deinde ad rosaria:<sup>4</sup> eoque luxuria processit, ut non esset gratia nisi mero folio:<sup>5</sup> sutilibus mox petitis ab India, aut ultra Indos. Lautissimum quippe habetur e nardi folio eas dari, aut veste serica versicolores unguentis madidas. Hunc habet novissime exitum luxuria fœminarum.

IX. Et apud Græcos quidem de coronis privatim scripsero Mnesitheus<sup>1</sup> atque Callimachus medici, quæ nocerent capiti:<sup>1</sup> quoniam et in hoc est aliqua valetudinis portio, in



CAP. VIII. 1 Chiff. fictili.—2 Ita ex codd. Harduin et recentt. *coronæ*. *Sutiles aliorum sacris* Gronov. et vulg. *coronæ*, uti *Saliorum sacrī* Salmas. *coronæ* ut in *Saliorum sacrī* *invenimus solennes et cœnis* Turneb.

CAP. IX. 1 Ita codd. Harduini, Chiff. Laet. et Turneb. item Harduin.

#### NOTÆ

Iem coronari solitam ex vetere inscriptione scito, quæ apud Gruterum extat, p. 715.

<sup>2</sup> *Pactili coronæ*] Seu plectili, quod idem est. E multipli flore folioque textæ. ‘Plexa,’ inquit Festus, ‘colligata significat, ex Græco’ πλέκω, id est, concinno, texo, necto. Πλεκτὸν Græci dicunt, et πηκτὸν, a πηγγύω, compono.

<sup>3</sup> *Sutiles*] Hæ pactilibus opponuntur: e rosarum foliis consutæ. Martial. v. 65. ‘Pinguescat nimio madidus mihi crinis amomo, Lassenturque rosis tempora sutilibus.’ Et ix. 91. ad Flaccum: ‘Perfundas glaciem triente rubro: Frontem sutilibus ruber coronis,’ &c. Et Epigr. 94. ‘Sutilis aptetur decies rosa crinibus.’ Sic et ‘lapillos sutiles’ Prudentius appellat, Hymno VII. vs. 158. et hyacinthos sutiles, in Hamartigenia, vs. 268.

<sup>4</sup> *Saliorum sacrī*] Salii sacerdotes Romæ fuere, a saliendo dicti, quod ancilia per urbem gestantes salire soliti. Varro de Ling. Lat. lib. iv.

*Delph.*, et *Var. Clas.*

‘Salii a saltando, quod facere in Comitio in sacrī quotannis et solent, et debent.’ Inde saliares epulæ, pro lautiis et opiparis, quia tales erant Saliorum. Vide Festum.

<sup>5</sup> *Ad rosaria*] Ut e solis rosis coronæ necterentur.

<sup>6</sup> *Nisi mero folio*] Rosarum foliis, e quibus sutiles coronæ: cum antiquitus totæ rosæ sutilibus insererentur. Sed eo tandem luxuria processit, ut fastidita gratia floris pulcherrimi, ejus tantum folia retenta sint, quæ ut alia aliis veluti squamatim insererentur, inventa est condituaræ ratio, qua sic macerarentur, ut manus artificis, et puncturas quibus necterentur, pati possent. Traditæ rationem Apicius de Re Culinar. cap. 1.

<sup>7</sup> *Quæ nocerent capiti*] Aristoteles ἐν τοῖς φυσικοῖς προβλήμασι, inquit Athen. lib. xv. p. 692. hoc querit, cur magis canescant, qui unguento magis caput illidunt? causasque alias affert, quæ in Problematum libro hodie non leguntur.

*Plinix.*

98

potu atque hilaritate præcipue odorum vi subrepente falaciter, scelerata<sup>2</sup> Cleopatræ solertia. Namque in apparatu<sup>3</sup> belli Actiaci gratificationem ipsius reginæ Antonio timente, nec nisi prægustatos cibos sumente, fertur pavore ejus lusisse, extremis coronæ floribus veneno illitis, ipsaque capiti imposta, mox procedente hilaritate invitavit Antonium, ut coronas biberent. Quis ita timeret insidias? Ergo concerpta in scyphum incipienti haurire opposita manu: ‘En ego sum,’ inquit, ‘illa, Marce Antoni,<sup>4</sup> quam tu nova prægustantium diligentia caves: adeo mihi,<sup>5</sup> si possim sine te vivere, occasio aut ratio deest.’ Inde eductum<sup>6</sup> custodia bibere jussit, illico expirantem. De floribus supra dictos<sup>7</sup> scripsit Theophrastus<sup>8</sup> apud Græcos. Ex nostris autem inscripsere aliqui libros Anthologicon:<sup>9</sup> flores vero persecutus<sup>7</sup> est nemo, quod equidem inveniam. Nec nos nunc scilicet coronas nectemus: id enim frivolum est: sed de floribus, quæ videbuntur digna, memorabimus.

x. (iv.) Paucissima nostri genera coronamentorum inter hortensia novere, ac pæne violas rosasque tantum. Rosa nascitur spina verius, quam frutice, in rubo quoque<sup>a</sup> pro-

<sup>a</sup> *Præter dictos ante scriptores.*



1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Mnestheus* Gronov. et vulgg.—2 Chiff. *scelerata*.—3 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Namque apparatu* Gronov. et vulgg.—4 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *charæ Antoni* Gronov. et vulgg.—5 Cod. Dalec. *ideo mihi*; Vet. Dalec. *At mihi, si possim sine te vivere, occidendi ratio adest*. Cod. Dalec. *ratio adest*. *Inde ductum in custodiā bibere jussit, illico expirantem*. Turneb. *ratio adest*. *Inde eductum custodiā, &c.* Chiff. *Inductum custodiā, &c. expirantem*. Gronov. et al. ante Harduin. *illico expirante*; codd. Harduini, *illico expirantem*.—6 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *supradictis* Chiff. *extra supradictos* Gronov. et vulgg.—7 Cod. Dalec. *prosecutus*.

#### NOTÆ

<sup>m</sup> *Adeo mihi*] Εἰρωνικῶς.

<sup>n</sup> *Inde eductum*] Reum unum aliquem.

<sup>o</sup> *Theophrastus*] Maxime Hist. Plant. vi. 6. et 7.

<sup>p</sup> *Anthologicon*] Ἀνθολογικῶν. Vox ea *florilegium*, seu librum Collecta-

neorum sonat: non quod de floribus hortorum hi libri tractarent, sed quod sententiārum flores ex variis scriptoribus collectos continerent.

<sup>q</sup> *In rubo quoque*] In cynosbato, de quo xvi. 71.

veniens, illic etiam jucundi odoris, quamvis angusti.<sup>r</sup> Germinat omnis primo inclusa granoso cortice.<sup>s</sup> Quo mox intumescente, et in virides alabastros<sup>t</sup> fastigato,<sup>u</sup> paulatim rubescens dehiseit, ac sese pandit, in calycis<sup>v</sup> medio sui stantis<sup>w</sup> complexa luteos apices. Usus ejus in coronis prope minimus<sup>x</sup> est.<sup>y</sup> Oleo maceratur, idque jam a Trojanis temporibus, Homero teste.<sup>z</sup> Præterea in unguenta transit, ut diximus.<sup>a</sup> Per se medicas artes præbet. Emplastris atque collyriis inseritur mordaci subtilitate.<sup>b</sup> Mensarum etiam deliciis perungendis<sup>c</sup> minime noxia.

Genera ejus nostri fecere celeberrima, Prænestinam<sup>d</sup> et Campanam.<sup>e</sup> Addidere alii Milesiam, cui sit ardentissimus colos, non excedenti<sup>f</sup> duodena folia. Proximam ei Trachi-

CAP. X. 1 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. fastigiato Gronov. et vulgg.—2 Vet. Dalec. stanteis.—3 Vet. Dalec. nimius est.—4 Alii ap. Dalec. utilitate.—5 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. integendis Vet. Dalec. inungendis Gronov. et vett.—6 Ita codd. Harduini et Chiff. cuius... excedentis Gronov. et vulgg.

#### NOTÆ

<sup>r</sup> *Quamvis angusti]* Nec late sese spargentis.

<sup>s</sup> *Granoso cortice]* Intus veluti quibusdam granis scabro. Nodium enim, seu globulum eum quo semen continetur, corticem Plinius nuncupat, non semel. Nam infra, ‘Tardissime proveniunt semine, quod in ipso cortice est.’ Μῆλον Theophrastus appellat, Hist. vi. 6. *Umbilicum, ὄμφαλὸν*, Arist. Problem. XII. 8.

<sup>t</sup> *In virides alabastros]* Alabastrum vocat rosæ calycem, antequam ea sit expansa : a similitudine nimirum eum alabastro, vase unguentario, cuius est longitudo fastigata, in pleniorum orbem desinens, ut Plinius ipse ait, ix. 56. Poëta quidam pyramides vocat, quos Plinius alabastros : et calathos, quos ille calyces : ‘Prima dies ostendit spicula florum, Altera pyramides nodo majore tumentes : Tertia jam calathos.’

<sup>u</sup> *In calycis]* Forte sincerius, sese pandit in calyces, medio sui stantes complexa luteos apices. Calyx vocatur, qui lutea stamina seu apices, et floris folia continet.

<sup>v</sup> *In coronis prope minimus]* Praeceteris utilitatibus, quas rosa præbet: nam et oleo præterea maceratur, et in unguenta transit, et emplastris inseritur, &c. Hunc locum Barbarus prave intellexit: dum nimius, contra codicum fidem, et mentem Scriptoris reposuit.

<sup>w</sup> *Homero teste]* Iliad. Ψ. 186. ubi oleum rosaceum memoratur: Ροδόευτι δὲ χρῖεν ἐλαῖφ.

<sup>x</sup> *Ut diximus]* Lib. XIII. cap. 2.

<sup>y</sup> *Prænestinam]* Ea est quam vulgus Provincialem appellat, *Rose de Provins*, ut quidem Clusius arbitratur, Hist. Rar. Plant. i. 114.

<sup>z</sup> *Campanam]* Ubi nimirum biferi, ut Maro cecinit, rosaria Pæsti.

niam<sup>a</sup> minus rubentem. Mox Alabandicam viliorem, albicantibus foliis. Vilissimam<sup>7 b</sup> vero plurimis, sed minutissimis, spineolam.<sup>8</sup> Difierunt<sup>c</sup> enim multitudine foliorum, asperitate, laevore, colore, odore. Paucissima quina folia, ac deinde numerosiora: cum sit genus ejus, quam centifoliam<sup>d</sup> vocant: quae est in Campania Italiae, Græciae vero<sup>e</sup> circa Philippo: sed ibi non suæ terra proventu. Pangæus<sup>f</sup> mons<sup>10</sup> in vicino fert, numerosis foliis ac parvis: unde<sup>11</sup> accolæ transferentes conseruant, ipsaque<sup>12</sup> plantatione proficiunt. Non autem talis<sup>f</sup> odoratissima est, nec<sup>13</sup> cui latissimum maximumque folium. Breviterque<sup>g</sup> indicium est odoris, scabritia corticis. Cæpio Tiberii Cæsaris principatu, negavit centifoliam in coronas addi, præterquam extrebas velut ad cardines.<sup>14</sup> Nec odore, nec specie<sup>h</sup> probabilis est, quæ Graeca appellatur a nostris, a Græcis lychnis,<sup>i</sup> non nisi in humidis locis proveniens, nec unquam ex-

*excedenteis* Vet. Dalec.—7 Ita codd. Harduini, Dalec. Laet. et Chiff. item edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Utilissimam* Gronov. et vulgg.—8 ‘In cod. Reg. 2. et Editione principe, *spinosa*.’ Brotier.—9 *Gracia* vero Vet. Dalec.—10 Cod. Dalec. *namque mons*.—11 Vet. Dalec. *parvis*. Inde.—12 Vet. Dalec. *ipsæque*.—13 Margo edd. Dalec. et Gronov. sed, e Theophr. Mox, cod. Dalec. *maximumve folium*.—14 ‘Ita codd. Regg. et Editio princeps. Sic Graianus apud Nonium dixit, ‘Sonat impulsa cardo regia.’’ Brotier. *extremos velut ad cardines* Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *extremos velut ad cardines*. Nec odore, nec specie probabilem, et quæ *Gracia* Gronov.

## NOTÆ

<sup>a</sup> *Trachiniam*] Ab Heracleæ agro, quæ Trachin appellata est, ut vidi-  
mus *iv. 14.*

<sup>b</sup> *Vilissimam*] Ita MSS. Reg. Colb. Chiff. non *utilissimam*. Reete: ante-  
cedit enim *viliorem*. Spineola vero a spinarum densitate, quibus est obsi-  
ta, traxisse nomen videtur.

<sup>c</sup> *Differunt*] Hæc accepta a Theophr. Hist. *vi. 6.*

<sup>d</sup> *Centifoliam*] Et nos trecentifoli-  
lam maximam in horto Regio vidi-  
mus, flore, ut aiunt, incarnato: eam-  
que odoris perjucundi. Centifoliam quoque Batavicam, qualis a Clusio

delineatur, Hist. Rarior. Plantar. lib.  
1. pag. 113.

<sup>e</sup> *Pangæus*] Theophr. ἐκ τοῦ Παγ-  
γαλοῦ.

<sup>f</sup> *Non autem talis*] Theophr. loc.  
cit.

<sup>g</sup> *Breviterque*] Theophr. Ἐν δὲ τοῖς  
μεγάλοις εὐάθη μᾶλλον, ὥν τραχὺ τὸ  
κάτω. *Odoratiores sunt inter amplas,*  
*quibus pars ima secura.*

<sup>h</sup> *Nec odore, nec specie*] Vide Notas  
et Emend. num. 3.

<sup>i</sup> *Lychnis*] Dioscoridis hæc corona-  
ria lychnis est, sive sativa, de qua  
concisa brevitate Græcus auctor, *iii.*

cedens quinque folia, violæque magnitudine,<sup>15</sup> odore nullo. Est et alia Græcula appellata, convolutis foliorum paniculis,<sup>j</sup> nec dehiscens nisi manu coacta, semperque nascenti similis, latissimis foliis. Alia funditur e caule malvaceo,<sup>k</sup> folia oleæ<sup>16</sup> habente, moscheuton<sup>17</sup> vocant. Atque inter has media magnitudine autumnalis, quam coroneolam vocant.<sup>18</sup> Omnes sine odore, præter coroneolam et in rubo natam: tot modis adulterantur. Et alias vera quoque<sup>19</sup> plurimum solo prævalet. Cyrenis<sup>m</sup> odoratissima est: ideoque ibi unguentum pulcherrimum. Carthagine Hispaniæ, hyeme tota præcox. Resert et cœli temperies. Quibusdam enim annis minus odorata provenit. Præterea omnis<sup>20</sup> siccis quam humidis odoratior. Seri nec pinguis vult, nec argillosis<sup>21</sup> locis, nec riguis, contenta rariss, proprieque ruderatum agrum<sup>o</sup> amat. Præcox Campana est, sera<sup>22</sup> Milesia. Novissime tamen desinit Prænestina. Fodiuntur altius quam fruges, levius quam vites. Tardissime proveniunt semine, quod in ipso cortice<sup>p</sup> est, sub ipso

et al. ante Harduin.—15 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. I. 2. 3. et recentt. *violæque magnitudinem* codd. Dalec. *violæ magnitudine* Gronov. et vulgg.—16 Vet. Dalec. *ulni*.—17 <sup>‘</sup> Ms. *acetum*. Lege, *moscheuton*.<sup>’</sup> Dalec.—18 Chiff. *appellant*.—19 Vet. Dalec. *quæque*.—20 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. I. 2. 3. et recentt. *locis omnis* Gronov. et vulgg.—21 Chiff. *neque ping. neque argillosis*.—22 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. I. 2. 3. et recentt. *Campana, sera* Gronov. et vulgg.

## NOTÆ

114. Λυχνὶς στεφανωματικὴ, ἔνθος ἐστὶν ὅμοιον λευκοῖ φ., ἐμπόρφυρον δὲ, πλεκόμενον εἰς τὰ στεφάνια. Pingitur a Dodonaeo, pag. 170. Galli vocant *Œillet-Dieu, ou Passeroe*.

<sup>j</sup> *Foliorum paniculis*] Quicquid sublonga et subrotunda forma tumet, ut hic rosæ foliorum globulus, panicula appellatur.

<sup>k</sup> *Alia . . . e caule malvaceo*] Forte althæa rosea, *rose d'outremer*, sed peregrina, ab unicauli malva, de qua diximus superiore libro, diversa, etsi commune nomen utriusque vulgus imposuit. Vidimus in horto Regio.

<sup>1</sup> *Moscheuton*] In quibusdam MSS. *muceuton*. In aliis, *acetum*.

<sup>m</sup> *Cyrenis*] Theophr. Hist. vi. 6. Εὐσομάτα δὲ τὰ ἐν Κυρήνῃ διὸ καὶ τὸ μύρον ἥδιστον.

<sup>n</sup> *Præterea omnis*] Omnis rosa scilicet. Didymus in Gepon. xi. 19. pag. 315. Εἰδέναι δὲ χρῆ, ὡς ἐν τοῖς ἀνύδροις ρόδα, δμολῶς δὲ καὶ τὰ κρίνα εὐωδέστερα ἔσται.

<sup>o</sup> *Ruderatum agrum*] In quo ruderata, veterumque ædificiorum materies plurima inest.

<sup>p</sup> *Quod in ipso cortice*] Ex Theophr. loc. cit. Φύεται μὲν οὖν ἡ ροδωνία

flore,<sup>23</sup> opertum lanugine: ob id potius caule conciso<sup>q</sup> inseruntur: et ocellis<sup>24</sup> radicis, ut arundo,<sup>r</sup> unum genus inseritur pallidæ, spinosæ, longissimis virgis, quinquefoliæ, quæ e Græcis<sup>25</sup> altera<sup>s</sup> est. Omnis autem<sup>t</sup> recisione atque ustione proficit: translatione quoque, ut vitis, optime<sup>26</sup> ocyssimeque provenit, surculis quaternum digitorum longitudine, aut ampliore, post Vergiliarum occasum sata: dein per Favonium translata, pedalibus intervallis crebroque circumfossa. Qui præcocem<sup>u</sup> faciunt, pedali circa radicem scrobe aquam calidam infundunt, germinare incipiente calyce.

XI. (v.) *Lilium rosæ nobilitate proximum est, et quadam cognitione unguenti oleique, quod lirinon<sup>a</sup> appellatur. Et impositum<sup>1b</sup> etiam maxime rosas decet, medio proventu earum incipiens. Nec ulli florum excelsitas major, interdum<sup>2</sup> cubitorum trium, languido semper collo, et non sufficiente capitisi oneri. Candor ejus eximius, foris striati, et ab angustiis in latitudinem paulatim sese laxantis<sup>3</sup> effigie*



—23 ‘Ms. fere. Lege, quod sub ipso cortice est fere, opertum.’ Dalec.—24 Vet. Dalec. *at ocellis*.—25 ‘Mss. quæ Græcula. Lego, a Græculis altera est.’ Dalec.—26 Chiff. *ut vitis optima*.

CAP. XI. 1 Vet. Dalec. *Et appositum*.—2 Vet. Dalec. *caule interdum*.—3 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *foliis foris striatis . . . laxantibus* Gronov.

#### NOTÆ

*καὶ ἐκ τοῦ σπέρματος ἔχει δὲ ὑπὸ τὸ δύνθος ἐν τῷ μήλῳ . . . ἔχον δέ τινα χροῦν. Quid cortex sit, superius diximus.*

<sup>q</sup> *Caule conciso*] Malleolis a caule decisus. Theophr. Hist. vi. 6. *Kata-kόπτοντες τὸν καυλὸν φυτεύουσιν.*

<sup>r</sup> *Et ocellis r. ut arundo*] Quid sint in arundine oculi, diximus xvi. 67. Quod genus illud sit rosæ pallidæ, spinosæ, Græculæ, quinquefoliæ, non satis compertum.

<sup>s</sup> *E Græcis altera*] Quæ paulo ante Græcula appellata.

<sup>t</sup> *Omnis autem*] Hæc a Theophr. loc. cit.

<sup>u</sup> *Qui præcocem*] Palladius lib. iii. in Februar. tit. 21. ‘Si rosam tempe-

rius habere volueris, duobus palmis ab ea in gyrum fodies, et aqua calida bis rigabis in die.’ Sic Didymus in Gepon. loc. cit.


<sup>a</sup> *Quod lirinon*] Λειρινὸν, nam Græci λείριον lilium appellant. Idem et σούσιον nuncupavere, ut diximus xiii. 2. Diosc. iii. 16. de lilio: ‘Αφ' οὐ καὶ τὸ χρόσμα κατασκευάζεται, ὃ τινες λειρινὸν, οἱ δὲ σούσιον καλοῦσι.

<sup>b</sup> *Et impositum*] Mallem *interpositum*. Intelligit enim, opinor, gratiam hortorum, vel coronarum, esse non levem, quemadmodum Maro cecinit Æneid. xii. ‘Mixta rubent ubi lilia multa Alba rosa.’

calathi, resupinis per ambitum labris, tenuique filo, et semine,<sup>4</sup> stantibus in medio crocis. Ita odor, colorque duplex, et alias calycis, alias staminis, differentia angusta. In unguenti vero oleique usu, et folia non spernuntur.

Est flos non dissimilis illi in herba, quam convolvulum<sup>c</sup> vocant, nascens<sup>5</sup> per fructa, nullo odore, nec crocis intus: candorem tantum referens, ac veluti naturae rudimentum lilia facere condiscens. Alba lilia<sup>d</sup> iisdem omnibus modis seruntur, quibus rosa: et hoc amplius lacryma sua,<sup>e</sup> ut hippocelinum:<sup>f</sup> nihilque est secundius, una radice quinquagenos saepe emitte bulbos. Est et rubens<sup>g</sup> lilium, quod Græci crinon vocant.<sup>6</sup> Alii florem ejus cynorrhodon.<sup>7 h</sup> Laudatissimum in Antiochia, et Laodicea Syriae, mox in Phaselide.<sup>i</sup> Quartum locum obtinet in Italia nascens.

XII. Sunt et purpurea<sup>j</sup> lilia,<sup>k</sup> aliquando gemino caule, carnosiore tantum radice, majorisque bulbi, sed unius:



et vulgg.—4 Chifl. pilo et semine; Vet. Dalec. filo et staminis; alii ap. Dalec. filo et staminum.—5 Vet. Dalec. vocant. Nascitur.—6 Vet. Dalec. crinon agrion vocant.—7 Vet. Dalec. crinorrhodon.

CAP. XII. 1 Sunt et præterea leiria margo edd. Dalec. et Gronov. e Theophr.

#### NOTÆ

<sup>c</sup> *Convolvulum*] Gallis, *Lizeret*. Smilax laevis minor a Dodonæo vocatur, apud quem iconem ejus vide.

<sup>d</sup> *Alba lilia*] Ex Theophr. Histor. II. 2. Ροδωνιά δὲ καὶ κρινωνία, κ. τ. λ.

<sup>e</sup> *Lacryma sua*] Theophr. Hist. VI. 6. Ποιεῖ δέ τινα καὶ δακρυώδη συρροήν, ἥν καὶ φτεύουσι. Reddit lillum lacrymarum confluxum quendam, quem et serunt. Et lib. II. ejusdem operis cap. 2. Ἰδιωτάτη δὲ γένεσις ἡ ἀπὸ δακρύων καὶ γὰρ οὕτω δοκεῖ τὸ κρίνον φύεσθαι, ὅταν ἔηρανθῇ τὸ ἀπορρέεν φασὶ δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ ἵπποσελίνου καὶ γὰρ τοῦτο ἀφῆσι δάκρυον. Peculiaris generatio, quæ ex lacryma fit: quippe lillum ita exire videtur, cum id quod defluxit, Sole exaruerit, &c.

<sup>f</sup> *Ut hippocelinum*] De quo xix.

48.

<sup>g</sup> *Est et rubens*] Lilium illud purpureum majus Dodonæi est, pag. 198. quod in horto Regio vidimus: Galli vocant, *Lis orangé*. Diosc. III. 116. Πορφυρὰ ἄνθη κρίνου.

<sup>h</sup> *Cynorrhodon*] Ita libri omnes: et Hesychius: Κυνόβροδον, κρίνον ὅμοιον νακίνθῳ.

<sup>i</sup> *'Phaselide*] Convallis est Judææ, ut Plinius admonet, XIII. 9. unde lillum Phaselidis olim appellatum est 'lillum convallium,' Cant. II. 1.' Ed. sec.

<sup>j</sup> *Sunt et purpurea*] Cave accepta hæc putes a Theophr. Hist. VI. 6. ut visum iis, qui censoriam animadversionem distingere in Plinium, ponunt in lucro.

narcissum vocant.<sup>k</sup> Hujus alterum genus flore candido, calyce purpureo.<sup>l</sup> Differentia a liliis est et haec, quod narcissis folia in radice sunt,<sup>m</sup> probatissimis in Lyciae montibus. Tertio generi cetera eadem, calyx herbaceus.<sup>n</sup> Omnes serotini.<sup>n</sup> Post Arcturum enim florent, ac per æquinoctium autumnum.<sup>o</sup>

XIII. Inventa est et in his ratio inserendi,<sup>o</sup> monstrificis hominum ingeniis. Colliguntur namque mense Julio scapi<sup>z</sup> arescentes, liliaque suspenduntur in fumo. Dein nudantibus se nodulis,<sup>p</sup> in fæce nigri vini, vel Græci, mense Martio macerantur, ut colorem percipiant,<sup>q</sup> atque ita in scrobiculis seruntur, heminis fæcis circumfusis. Sic fiunt purpurea lilia: mirumque, tingui<sup>r</sup> aliquid, ut nascatur infectum.

XIV. (VI.) Violis honos proximus.<sup>s</sup> Earumque plura<sup>t</sup> genera. Purpureæ,<sup>r</sup> luteæ, albæ: plantis<sup>z</sup> omnes,<sup>s</sup> ut olus,

—2 Salmasins conj. *helvaceus*. Margo edd. Dalec. et Gronov. *Alteri*, &c. *croceus*, e Diosc.—3 Vet. Dalec. *autumnii*.

CAP. XIII. 1 Elz. *inficiendi*. ‘Ita Vet. In edd. *inserendi*, quod et servari posset.’ *Luet.*—2 Vet. Dalec. *bulbique*. Margo edd. Dalec. et Gronov. *scapi* *florescentes* *liliaque*, e Cassiano.—3 Vet. Dalec. *accipiant*.—4 Ita ex codd. Harduin et recentt. *merumque ita tingi* Gronov. et vulgg.

CAP. XIV. 1 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et

#### NOTÆ

<sup>k</sup> *Narcissum vocant*] Purpureus hic Maronis narcissus, Ecl. v. 38. Non dum id a nobis genus animadversum.

<sup>l</sup> *Calyce purpureo*] Calyceum id vocat, quod in medio flore, circuli instar, et stamina et apices continet. Narcissum medio purpureum Dodonaeus vocat, et delineat, pag. 223. Nascitur plerisque Galliae locis, in pratis. *Narcisse*. Diosc. commendat eum qui ἐν δρεποῖς τόποις gignatur, iv. 161.

<sup>m</sup> *In radice sunt*] Bulbo, non cauli, hærent. Quare narcissi caulem Theophrastus Histor. vi. 6. οὐ φύλλον vocat.

<sup>n</sup> *Omnes serotini*] Ex Theophr. loc. cit. de narciso universim: “Οψιον δὲ

σφόδρα μετὰ γὰρ Ἀρκτουρον ἡ ἔνθησις, καὶ περὶ ἵσημερίαν. Post Arcturi occasum, de quo XVIII. 74.

<sup>o</sup> *Ratio inserendi*] Hoc est, nova se-rendi ratio excogitata est, non e bulbo, sed e radicula quam caulis emit-tit, ut mox dicemus. Ita MSS. omnes: nullus Pintiano favet, qui *inficiendi* manvult. Hunc porro modum totidem fere verbis expressit Anatolius in Gepon. xi. 21, pag. 317.

<sup>p</sup> *Nodulis*] E singulis enim nodis radiculae quædam tum enascuntur, quæ seri debent. Anatolius loc. cit.

<sup>q</sup> *Violis honos proximus*] A rosis et liliis.

<sup>r</sup> *Purpureæ*] Sic anctor libri de Simp. Med. ad Paternian. tomo XIII. operum Galeni, pag. 1002. ‘Viola,’

satae. Ex iis vero,<sup>t</sup> quæ sponte apricis et macris locis proveniunt, purpureæ, latiore folio, statim ab radice carnosæ,<sup>3</sup> exeunt: soleque Græco nomine a ceteris discernuntur, appellatae ia, et ab his ianthina vestis.<sup>u</sup> E sativis<sup>4</sup> maxima auctoritas luteis. Genera iis<sup>5</sup> Tusculana, et quæ marina appellatur, folio<sup>6</sup> aliquanto latiore,<sup>v</sup> sed minus odorato. In totum vero sine odore, minutoque folio Calatiana,<sup>7</sup><sup>w</sup> munus autumni, ceteræ veris.

xv. Proxima ei caltha<sup>a</sup> est concolori amplitudine.<sup>r</sup>

recentt. Earum plura Gronov. et vulgg.—2 Vet. Dalec. plantæ.—3 Gronov. carnosæ. Mox Græco deest in Chiffi.—4 Ita ex codd. Harduin et recentt. appellata Ia, ut ab h. I. restis. Sed sativis edd. vett. et Gronov. appellatae Ia, et ab, &c. cod. Dalec. appellatae etiam Vet. Dalec. et ab his iacinthina Chiffi. Sed sativarum cod. Dalec.—5 Genera autem Chiffi.—6 Dalec. flore.—7<sup>‘</sup> Ita Ms. Reg. 1. et Editio princeps. Calatiana autem dicta est a Calatia, oppido Italæ. Nec est viola; sed videtur esse digitalis lutea, magno flore, C. B. la grande Digitalis à fleurs jaunes.<sup>y</sup> Brotier. Calathiana ceteræ edd.

CAP. XV. 1 Vet. Dalec. similitudine. Salmas. conj. et concolor: amplitu-

#### NOTÆ

inquit, ‘ species habet tres: est enim alba, et purpurea, et aureo colore: floresque de radice ejus excrescent: quibus melior habetur, quæ est purpurea.’ Purpurea, quæ Theophrasto Hist. VI. 6. nigra dicitur, τὸ μελάνιον, Virgilio quoque, Ecl. x. ceteris θον et θον πορφυροῦν, a Dodonæo pingitur, pag. 156. Violette. Candida, quæ Græcis λευκόδιον, visa a nobis in horto Regio, ab eodem Dodonæo delineatur, pag. 159. Luteam Clusius exhibet, Hist. Rarior. Plant. lib. III. pag. 309. quam violam montanam’ vocat. Galli, Girofle jaune. Adde his et tricolorum, quæ hos simul colores in se una colligit, purpureum, luteum, candidumque, apud eundem Clusium, pag. 310. saepius a nobis observatum in horto toties appellato, cum generibus violarum aliis fere duodecim.

\* *Plantis omnes*] In nostris regionibus nec lutea, nec alba, plantis propagatur, sed semine: nigra vero, seu purpurea, etiam plantis.

<sup>t</sup> *Ex iis vero*] Hæc a Theophr. loc. cit. ubi viola nigra dicitur πλατύφυλλος, καὶ ἐγγείθφυλλος, καὶ σαρκόφυλλος.

<sup>u</sup> *Et ab his ianthina vestis*] Hoc est, purpurea et violacea. *Violet pourpre*. Martialis II. 39. ‘ Coccina famosæ donas et ianthina mœchæ,’ &c. Hinc ‘ violarii’ apud Plautum in Aulul. III. 5. qui vestes violacea purpurea infectas distraherent.

<sup>v</sup> *Folio . . . latiore*] Folia intellige, quibus flos constat.

<sup>w</sup> *Calatiana* [*Calathiana*] A calathi effigie. Alii *calthiana* legunt, a similitudine calthæ. Pintianus, et ex illo Salmasius in Solin. p. 1160. *Calatina*, a Calatia oppido Italæ. His favet codex Reg. 2.

<sup>a</sup> *Proxima ei caltha*] Et hæc e violarum lutearum genere est, non, ut a Ruellio primum, deinde a Salmasio creditum est, loc. cit. flos ille, quem solsequium dicimus, *le souci*, plane diversi generis. Nam et in Indico

Vincit numero foliorum marinam, quinque non<sup>2</sup> excedentem. Eadem odore superatur: est enim gravis calthæ.<sup>3</sup> Non levior<sup>b</sup> ei, quam scopam regiam appellant: quanquam folia ejus olen, non flores.

XVI. Bacchar<sup>i</sup> quoque<sup>c</sup> radicis tantum odoratæ est, a quibusdam<sup>d</sup> nardum rusticum appellatum. Unguenta ex ea radice fieri solita apud antiquos, Aristophanes<sup>e</sup> priscæ

dine vincit et numero.—2 Cod. Dalec. quinque folia non.—3 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. caltha Gronov. et vulg.

CAP. XVI. 1 Baccharis margo edd. Dalec. et Gronov. e Diosc. Mox,

#### NOTE

Injus loci sic legitur: *Violæ colores III. Luteæ genera V. De caltha: Regius flos.* Genera porro violæ luteæ tria duntaxat appellantur hoc loco, Tusculana, marina, calathiana; nisi ad eum numerum caltha quoque, et regius flos, seu regia scopa, accesserint. Et sane inferius cum singulorum florum medicinæ narrantur, quorum modo tractantur naturæ, de violis universim, sigillatimque de luteis, atque purpureis, longissima habetur oratio: de caltha, scopaque regia, ne γρῦ quidem: satis probabili arguento eas scilicet idcirco taceri, quod lutearum nomine censeantur, quod et fecisse Columella videtur in Hortulo, duo violarum genera carmine uno complexus: candidum, luteumque: ‘Candida lencoia, et flaventia lumina calthæ.’ Caltham nos suspicamus esse, aut ei certe affinem, quæ viola lutea multiplex a Dalec. appellatur Hist. Plant. I. VII. p. 803. quæ cultu mangonioque evadit in florem densissimis foliolis stipatum atque congestum, præstantissimi ac suavissimi odoris.

<sup>b</sup> Non levior] Perinde gravis, atque calthæ, odor est ei luteæ violæ generi, quam scopam regiam, sive, ut est in Indice, regium florem vocant: qui quo nomine hodie appelletur,

certo statui non potest. Porro cum gravis odor dicitur, cave injucundum dici continuo putes: nam, ut Plinius ait, c. 18. quorundam florum suavitati etiam gravitas inest, ut lilio.

<sup>c</sup> Bacchar quoque] Dioscoridi III. 51. Βάκχαρις, βωτάνη ἐστὶ θαμνώδης, εὐώδης, καὶ στεφανωματικὴ, κ. τ. λ. Idem et Cratevas habet, cuius fragmēntum antea ineditum recitat Aloys. Anguillara, par. I. p. 26. etsi de asaro sermonem ibi esse falso contendit, cum et asaron στεφανωματικὸν esse Plinius paulo post neget: et quæ vides ei herbæ tribuuntur a Crateva, eas ipsas idem inferius c. 77. bacchari adjudicet.

<sup>d</sup> A quibusdam] Lib. XII. cap. 27. ‘Baccharis vocatur nardum rusticum, de quo dicemus inter flores.’ Rura apud nos, inquit Ruellius lib. III. p. 517. ‘Divæ Mariæ chirothecas’ appellant, *Gant Notre Dame*, hancque nectunt in coronas. Dodonæus, a quo delineatur, p. 169. et Fuchsius, Digitalem: Galli interdum etiam *Digitale*. Vidimus in horto Regio, purpureo, luteo, rubente, candido, ferrugineoque colore conspicuum.

<sup>e</sup> Aristophanes] In fabula cui titulum fecit, Θεσμοφορίδουσαι, teste Athen. I. xv. p. 690. hæc poëtae carmina recitante, quæ ad propositum

comœdiae poëta testis est. Unde quidam errore falso barbaricam<sup>f</sup> eam<sup>z</sup> appellabant. Odor est ei<sup>g</sup> cinnamomo proximus. Gracili solo<sup>h</sup> nec humido provenit. Simillimum ei, combretum<sup>i</sup> appellatur, foliorum exilitate usque in fila attenuata, et procerius quam bacchar: haec sunt tantum.<sup>j</sup> Sed<sup>k</sup> eorum quoque error corrigendus est, qui bacchar rusticum nardum appellavere. Est enim alia herba sic cognominata, quam Graeci asaron<sup>k</sup> vocant, cuius speciem figuramque diximus in nardi generibus. Quin immo asaron invenio vocitari, quoniam in coronas<sup>s</sup><sup>l</sup> non addatur.

## XVII. Crocum<sup>a</sup> sylvestre optimum: serere<sup>t</sup> in Italia

---

*est, que a quibusdam, &c. ibid. Vid. xxi. 77.—2 Salmas. baccharida ea. Mox, appellant cod. Dalec.—3 Margo edd. Dalec. et Gronov. radicis, e Diosc.—4 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. bacchar. Nec haec sunt tantum, sed Gronov. et vulgg. Mox, error regendus est Chiffi.—5 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. coronis Gronov. et al. vett.*

CAP. XVII. 1 Vet. Dalec. *Crocum et sylvestre est, serere. Mox, cod. ap.*

### NOTÆ

attinent: <sup>τ</sup>Ω Ζεῦ πολυτύπητ', οἶνον ἔπεινεν  
σε ὁ μιαρὸς Φάσκωλος εὐθὺς λυόμενός μοι  
τοῦ μύρου, Καὶ βάκχαρίδος. Ο venerande  
Jupiter, ut oboluit soluta confestim pera  
unguentum mihi, et baccharim. Adde  
Galenum tom. II. in Explic. vocum  
Hippocr. p. 88. Βάκχαρις, Λύδιόν τι  
μύρου. Hippocr. ipse de Nat. Mul.  
text. VI. p. 362. βάκχαριον ἔλαιον νο-  
cat. Erotianum ibidem p. 115. Βάκ-  
χαρις, εἴδος βοτάνης καὶ μύρου, οὗ καὶ  
Ἀριστοφάνης μέμνηται. Adde Hesychium,  
Jul. Pollucem VI. 19. pag. 296. Simonidem poëtam apud Clem.  
Alexand. Pædag. I. II. p. 177. &c.

<sup>f</sup> *Barbarican]* Ita MSS. omnes: hoc est, exoticam et peregrinam, nec in orbe Romano natam. Medicamenti meminit Marcellus Empir. cap. 8. p. 65. et 66. quod barbaricum similiter vocat: nempe ex rebus conflatum extra hunc orbem Romani imperii natis. Error falsus veterum in eo fuit, quod barbaricam radicem voca-

rent, quæ foret domestica. Hunc locum ut interpolet, explicetque, Salmasius frustra desudat, in Solin. pag. 1068. cum *baccharida* pro *barbaricam* reponit.

<sup>g</sup> *Odor est ei]* Radici scilicet. Diosc. III. 51. Πίξαι δὲ θμοιαι ταῖς τοῦ μέλανος ἐλλειβόρου, ἐουκίαι τῇ δοσμῇ κινναμώρῳ.

<sup>h</sup> *Gracili solo]* Diosc. loc. cit. Φιλεῖ δὲ τραχέα χωρία, καὶ ἄνικα.

<sup>i</sup> *Combretum]* In Indice, *Combretum.* In Tuscia, Herba Luzula, inquit An-  
guillara, par. XI. p. 179.

<sup>j</sup> *Haec sunt tantum]* Hac re solum, inquit, affinitatem habet combretum cum bacchare: cetera absunt: odor, unguentique in radice dos. Vide Notas et Emend. num. 4.

<sup>k</sup> *Graci asaron]* De quo XII. 28.

<sup>l</sup> *Quoniam in coronas]* Quoniam co-  
ronas non ornet. <sup>s</sup>Ασαρος, non orna-  
tus. Vide Lexicon Constantini, et Voss. in Etymol.

<sup>a</sup> *Crocum]* Mauritanorum appella-

minime expedit, ad scripula<sup>b</sup> usque singula areis decoquentibus. Seritur radicis bulbo. Sativum latius,<sup>c</sup> majusque,<sup>2</sup> et nitidius, sed multo lenius, degenerans ubique, nec fœcundum<sup>3</sup> etiam Cyrenis,<sup>d</sup> ubi semper flores<sup>e</sup> laudissimi. Prima nobilitas<sup>f</sup> Cilicio, et ibi in Coryco monte: dein Lyciae monte Olympo:<sup>g</sup> mox Centuripino Siciliæ. Aliqui Phlegræo<sup>h</sup> secundum locum dedere. Adulteratur<sup>i</sup> nihil aequi. Probatio sinceri, si imposta manu crepat,<sup>j</sup> veluti fragile.<sup>i</sup> Humidum enim, quod evenit adulteratione, cedit.<sup>k</sup> Altera probatio: si manu prolata ad ora leniter faciem oculosque mordeat. Est per se genus sativi blandissimum vulgo, cum sit mediocre,<sup>l</sup> dialeucon vocant. Contra Cyrenaico vitium, quod omni croco nigrius est, et

---

Laet. *scripula*, quod recepit Brotier. Ceteræ edd. *scrupula*.—2 Vet. Dalec. *Sativum latius*, optimum, majusve.—3 Ita ex codd. Harduinus et recent. sed multo levius degenerans. Sed nec ubique fœcundum edd. vett. et Gronov.—4<sup>4</sup> Ita Ms. Reg. 1. In Ms. Reg. 2. et Editione principe, *Lycia Olympo*. Frusta in recentioribus emendatum, deinde *Lycio*, monte *Olympo*. Fuit enim et *Olympus mons in Lycia*. Brotier. *Lycio monte Olympo* Gronov. et al. vett. item Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.—5 Turneb. *Ægeo*; al. ap. Laet. *Theræo*.—6 Cluffl. *crepit*; al. ap. Dalec. *crepitat*.—7 Turneb. *silet*; Salmas, *sedit*.—8 Ita Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *cum*

## NOTÆ

tione Zaffurano vocamus: du *Safran*, inquit Ruellius l. II. p. 294.

<sup>b</sup> Ad *scripula* [*scrupula*] Sive, ut MSS. *scripula*. Decoquunt areae, inquit, quod acceperunt: ut vix reddant singulae singula *scripula*. *Scripulum* est pars quarta et vicesima unciae, assis ducentesima octagesima octava. As est area, vel totum quod seritur in area. Ea area decoquit ad singula *scripula*, id est, ad quartam et vicesimam partem unciae: ut vix ea supersit ex tota area.

<sup>c</sup> *Sativum latius*] Ita MSS. *Forte latius*. Depictum vide in Eystetensi horto.

<sup>d</sup> *Etiā Cyrenis*] Haec a Theophr. Hist. vi. 6. cuius oratio ex Athenæo corrigenda est, l. xv. p. 682.

<sup>e</sup> *Ubi semper flores*] Reliqui flores, præterquam croci. Athen. loc. cit.

<sup>f</sup> *Prima nobilitas*] Diosc. I. 25. Transcripsit haec Solinus c. 38. p. 68.

<sup>g</sup> *Aliqui Phlegræo*] Cave hic Plinius ex Diosc. corrigas, quod Turnebus tentavit, Adv. XVI. 16. p. 642.

<sup>h</sup> *Adulteratur*] Vide Galenum de Antidotis I. 14. p. 886.

<sup>i</sup> *Veluti fragile*] Cum inaruit. Sic Dioscoridi, ex optima edit. Ald. κρόκος εὐθανάτος laudatur: improbatur ιεράζων, humidus.

<sup>j</sup> *Cum sit mediocre*] Ita MSS. omnes, Reg. I. 2. Colb. 1. 2. Th. et alii: non, ut editi hactenus, *cum sit medio can-didum*. Quin etiam in Reg. I. cod. dileacon. In Colb. 3. *dileacon* legitur, forte pro *Deliacon*.

celerrime marcescit. Optimum ubicumque quod pinguis-  
simum, et brevis capilli:<sup>9</sup> pessimum vero, quod situm  
redolet. Mucianus auctor est, in Lycia anno septimo aut  
octavo transferri<sup>10</sup> in locum subactum, atque ita degene-  
rans renovari. Usus ejus in coronis nusquam.<sup>11</sup> Herba  
enim<sup>12</sup> est folio angusto paene in capillamenti modum. Sed  
vino<sup>13</sup> mire congruit, praecipue dulci: tritum ad theatra  
replenda.<sup>14</sup> Floret<sup>15</sup> Vergiliarum occasu paucis diebus, fo-  
lioque florem<sup>16</sup> expellit. Viret bruma.<sup>17</sup> Colligitur; sic-  
catur<sup>18</sup> umbra, melius etiam hyberna. Carnosa<sup>19</sup> et illi<sup>20</sup>  
radix, vivaciorque, quam ceteris. Gaudet calcari<sup>21</sup> et at-  
teri pede, quo melius<sup>22</sup> provenit. Ideo juxta semitas<sup>23</sup> ac

---

<sup>s</sup>it medio candidum Gronov. et al. vett. quod sit medio candidum Dalec.—  
<sup>9</sup> Ita codd. Harduini et Chiff. enm edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.  
et brevibus capillis Gronov. et vulgg.—<sup>10</sup> Cod. Dalec. bruma. Collectum  
siccatur, &c. est illi; Gronov. et al. vett. item Harduin. 1. 2. 3. Miller.  
Bipont. et Franz. bruma et colligitur. Siccatur, &c. et illi.—<sup>11</sup> ‘Ita Editio  
princeps, nec aliter cod. Reg. 1. licet habeat pedoque. In cod. Reg.  
2. et edd. recentt. pereundoque.’ Brotier. Cod. Dalec. etiam, alteri pedc,

## NOTÆ

<sup>k</sup> Transferri] Ita fit et in Gallia  
passim. Nullibi vegetins est, quam  
in Agenneusi agro et Narbonensi  
provincia.

<sup>l</sup> Usus ejus in coronis nusquam] Nisi  
in conviviis ad arcendam ebrietatem,  
ut dicetur c. 81.

<sup>m</sup> Herba enim] Hæc totidem ver-  
bis Theophr. Hist. vi. 6.

<sup>n</sup> Sed vino] Hoc illud est fortassis  
quod idem paulo explanatus, c. 81.  
‘Qui crocum prius biberint, crapu-  
lam non sentiunt: ebrietati eo resis-  
tunt.’ Vel potius, dilui croco trito  
commode vinum innuit, ad theatra  
replenda.

<sup>o</sup> Ad theatra replenda] Subintellige,  
congruit. Lucr. ii. 416. ‘Et cum sce-  
na croco Cilici perfusa recens est.’  
Spartianus in Hadriano p. 9. ‘In ho-  
norem Trajanii balsama et crocum per  
gradus Theatri fluere jussit.’ Et aqua  
crocata, qua veteres uti pro rosacea

soliti, et vinum crocatum, et crocus  
per se spargebatur, in theatris. Vide  
Martial. viii. 33.

<sup>p</sup> Floret] Hæc a Theophr. Hist.  
vi. 6.

<sup>q</sup> Folioque florem] Cum folio florem  
emittit: Εὐθὺς δ' ἄμα τῷ φύλλῳ καὶ ἄνθος  
ωθεῖ, δοκεῖ καὶ πρότερον. Theophr. Sic  
etiam Florentinus in Gepon. l. xi. c.  
27.

<sup>r</sup> Viret bruma] Theophr. loc. cit.

<sup>s</sup> Siccatur] Diophanes in Gepon.  
xi. 27. Διοφανῆς δέ φησιν θτι τὸν κρό-  
κον ἐν σκιᾷ χρὴ ψύχειν. Hunc ipsum  
Diophanem Plinius in hujus libri In-  
dice laudat antorem.

<sup>t</sup> Carnosa] Theophr. loco citato.  
Πίξα δὲ πολλὴ, καὶ σαρκώδης, καὶ τὸ δόλον  
εὔξωσ.

<sup>u</sup> Gaudet calcari] Vide Notas et  
Emend. num. 5.

<sup>v</sup> Ideo juxta semitas] Theophr. loc.  
cit.

fontes lætissimum. Trojanis temporibus jam erat honos ei. Hos certe flores Homerus<sup>w</sup> tres laudat, loton, crocon, hyacinthum.

XVIII. (vii.) Omnium autem odoramentorum, atque adeo herbarum differentia est in colore, et odore, et succo. Odorato<sup>i</sup> sapor raro ulli non amarus: e contrario<sup>a</sup> dulcia raro odorata. Itaque et vina<sup>b</sup> mustis odoratiiora, et sylvestria<sup>c</sup> magis omnia sativis. Quorundam odor<sup>d</sup> suavior e longinquo, propius admotus hebetatur, ut violæ. Rosa recens<sup>e</sup> a longinquo olet, sicca propius. Omnis autem<sup>f</sup> verno tempore<sup>z</sup> acrior, et matutinis: quicquid ad meridianas horas diei vergit, hebetatur. Novella quoque<sup>g</sup> vetustis minus odorata. Acerrimus tamen odor omnium æstate media. Rosa et crocum odoratiiora, cum serenis diebus leguntur: et omnia in calidis,<sup>h</sup> quam in frigidis. In Ægypto<sup>i</sup> tamen minime odorati flores, quia nebulosus et roscidus aër est a Nilo flumine.<sup>j</sup> Quorundam suavitati gravitas inest. Quædam, dum virent,<sup>k</sup> non olent, propter

quo melius; Vet. Dalec. *atteri pede pereundoque melius*; Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *atteri pereundoque melius*. ‘Ms. pedoque. Legendum *atteri pede, quo?* Laet.

CAP. XVIII. 1 *Odoratis* cod. Dalec.—2 Chiffl. *tepore*.—3 Ita codd. Har-

#### NOTÆ

<sup>w</sup> *Homerus*] Iliad. Μ. 348. Δωτὸν θέρσηεντα, ἵδε κρόκον, ἡδὲ νάκινθον.

<sup>a</sup> *E contrario*] Ex Theophr. de Causis c. vi. 22. p. 377. Τῶν δὲ γλυκέων οὐδεὶς ὡς εἰπεῖν (εὔσομος) οὐ ἐπὶ μικρόν. Ἐπεὶ καὶ τὰ μῆλα τὰ γλυκέα πάντων ἥκιστα εὔσομα, καὶ δισφέντων γλυκύτερα, ἥπτον. Rationem ejusce rei ibi diligenter investigat.

<sup>b</sup> *Itaque et vina*] Theophr. loc. cit. p. 378.

<sup>c</sup> *Et sylvestria*] Theophr. de Causis vi. 24. p. 349. Διὰ τὸ δὲ οἱ ἄγριοι καρποὶ τῶν ἡμέρων εὔσομότεροι τῶν δμογενῶν, οἷον μῆλα τέ, καὶ ἀχράδες, κ. τ. λ.

<sup>d</sup> *Quorundam odor*] Theophr. c. 23. p. 378.

<sup>e</sup> *Rosa recens*] Theophr. loco proxime cit.

<sup>f</sup> *Omnis autem*] Theophr. de Causis vi. 25. p. 382.

<sup>g</sup> *Novella quoque*] Theophr. loc. cit.

<sup>h</sup> *Et omnia in calidis*] Theophr. de Causis vi. 22. p. 377.

<sup>i</sup> *In Ægypto*] Theophr. de Causis vi. 27. p. 384. *In Ægypto flores, corona mentaque deterrima fere omnium generantur: quia calum caliginosum ac roscidum est.* Ἐν Αἴγυπτῳ γάρ χειριστα τὰ ἄνθη, καὶ τὰ στεφανώματα ὡς εἰπεῖν δτι δ ἀηρ διμιχλώδης καὶ δροσοβόλος.

<sup>j</sup> *A Nilo flumine*] In Reg. 1. *a multo flumine*. Reg. 2. *a multo flumine*. Nullus *a Nilo*.

humorem nimium: ut buceros, quod est fœnum Græcum. Acutus odor non omnium sine succo est, ut violæ, rosæ, croco. Quæ vero ex acutis succo carent, eorum omnium<sup>4</sup> odor gravis, ut in lilio utriusque generis.<sup>1</sup> Abrotonum<sup>m</sup> et amaracus acres habent odores. Quorundam flos<sup>n</sup> tantum jucundus, reliquæ partes ignavæ, ut violæ, ac rosæ. Hortensiorum<sup>s</sup> odoratissima quæ sicca, ut ruta, menta, apium, et quæ in siccis nascantur. Quædam vetustate<sup>p</sup> odoratiora, ut cotonea: eademque decerpta,<sup>q</sup> quam in suis radicibus. Quædam non nisi refracta, aut ex attritu olent: alia non nisi detracto cortice: quædam vero non nisi usta: sicut thura myrrhaeque.<sup>6</sup> Flores triti<sup>r</sup> omnes amariores, quam intacti. Aliqua arida<sup>s</sup> diutius odorem continent, ut melilotos. Quædam locum ipsum<sup>t</sup> odoratiorem faciunt,

---

dñini, Dalec. et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. cum virent edd. vett. et Gronov.—4 Vet. Dalec. omnibus; alii vett. ap. eundem, omnino.—5 Ita ex codd. Harduin. et recentt. Hortensium Gronov. et vulg.—6 Vet. Dalec. myrrhaeque.—7 Chiffl. tritu.

#### NOTÆ

<sup>k</sup> Quædam, dum virent] Theophr. de Causis vi. 22. p. 378. Συμβαίνει δὲ καὶ τῶν ποωδῶν ἔνια, χλωρὰ μὲν ὄντα μὴ δέειν διὰ τὴν ὑγρότητα ἔηρανθέντα δὲ, καθάπερ ἄλλα καὶ τὸ βούκερα.

<sup>l</sup> Ut in lilio utriusque generis] Albo, quod λείριον Græci, et rubente, quod κρίνον vocant, ut diximus cap. 11. Theophr. de Causis vi. 21, pag. 376. Οσα δὲ αὐτῶν μὴ εὔχυλα, καὶ ἐν ταῖς δσμαῖς ἐμφαίνει γέ τινα βαρύτητα, καθάπερ τὸ κρίνον, καὶ τὸ λείριον, καὶ παραπλήσια τούτοις.

<sup>m</sup> Abrotonum] Theophr. de Causis vi. 22. p. 378.

<sup>n</sup> Quorundam flos] Theophr. de Causis vi. 15. p. 369.

<sup>o</sup> Hortensiorum] Iisdem verbis Theophrast. de Causis vi. 22. p. 377.

<sup>p</sup> Quædam vetustate] Theophr. loc. cit.

<sup>q</sup> Eademque decerpta] Theophr. loc. cit. p. 378.

<sup>r</sup> Flores triti] Theophr. lib. de odoribus, p. 443. Τὰ δ' ἄνθη μαλακῶστερα τριβόμενα.

<sup>s</sup> Aliqua arida] Theophr. de Causis vi. 23. p. 378. Ο δὲ μελιώτος καὶ εἰς πλείω χρόνον. εὔσημος διαιμένει, κ. τ. λ.

<sup>t</sup> Quædam locum ipsum] De iride herba qui hoc proderet, nemo veterum adhuc occurrit. De iride seu arcu cœlesti, Theophr. ad verbum, de Causis vi. 25. p. 382. Καὶ γὰρ τὸ περὶ τὴν Ἱριν λεγόμενον, ὡς ὅπου ἐν κατέχῃ, ποιεῖ τὰ δένδρα καὶ τὸν τόπον εὐώδη, τοιοῦτον ἔστι. Ποιεῖ γὰρ οὐ πάντως, ἀλλ᾽ ἐν ὅλῃ τις ἦν νεόκαυστος: οὐδὲ Ἰστις καθ' αὐτὴν, ἀλλὰ τρόπον τινὰ κατὰ συμβεβηκός ἐφύει γὰρ ὅπον ἀν ἐφίστη. Nam et quod de arcu cœlesti referunt, arbores et loca reddere odorata, ubicumque constiterit, tale est. Reddit enim non omnibus modis odorata: sed si qua materia recenter sit adusta: nec id forsitan per se agit, sed quodammodo per accidens:

ut iris: quin et arborem totam, cuiuscumque radices attingit. Hesperis<sup>u</sup> noctu magis olet, inde nomine invento. Animalium<sup>v</sup> nullum odoratum, nisi si de pantheris, quod dictum est,<sup>w</sup> credimus.

XIX. Illa quoque omittenda differentia est, odoramento-  
rum multa nihil pertinere<sup>1</sup> ad coronamenta, ut irin, atque  
saliuncam, quanquam nobilissimi odoris utramque. Sed  
iris<sup>a</sup> radice tantum commendatur, unguentis et medicinæ  
nascens. Laudatissima<sup>b</sup> in Illyrico, et ibi quoque non in  
maritimis, sed in sylvestribus Drilonis, et Naronæ.<sup>2</sup> Prox-  
ima in Macedonia,<sup>c</sup> longissima hæc et candicans, et exilis.  
Tertium<sup>3</sup> locum habet Africana,<sup>d</sup> amplissima inter omnes,  
gustuque amarissima. Illyrica quoque duorum generum  
est: raphanitis<sup>e</sup> a similitudine: et quæ melior,<sup>f</sup> rhizoto-

---

CAP. XIX. —1 Cod. Dalec. *odoratorum m. n. attinere*; Chiff. *habet etiam attinere*.—2 *Naronis* Vet. Dalec.—3 *Macedonia*. *Laudatissima hæc candicans*. *Ex ilis tertium cod. Dalec.*—4 Ita ex codd. Harduin et recent. *similitudine*, *quæ et melior Gronov. et al. vett.* ‘‘*quæ melior rhizotomos,*’’ *xxi. 20.*’

#### NOTÆ

*impluit enim iis locis in quibus consti-  
rit, &c.* Hoc ipsum antea Plinius de-  
libavit, *xii. 53.*

<sup>u</sup> *Hesperis*] Theophr. loco proxime  
allato: “Ωσπερ καὶ ἔστιν ἐπὶ τῆς ἔσπερι-  
δος καλουμένης” αὗτη γὰρ τῆς νυκτὸς  
δέσει μᾶλλον ἡ καθ' ἡμέραν, κ. τ. λ.

<sup>v</sup> *Animalium*] Ad verbum ex Theophrast. de Causis *vi. 26.* pag. 383.  
Arist. *pantheras jucunde oleore plane* affirmit, Problem. *xiii. 4.* p. 748.

<sup>w</sup> *Quod dictum est*] Lib. *viii. cap. 23.* Vide quæ diximus in Notis et  
Emend. ad eundem librum, num.  
48.

<sup>a</sup> *Sed iris*] Ex qua unguentum iri-  
num, de quo nos obiter *xiii. 2.* plura  
prolixè Diosc. *i. 66.*

<sup>b</sup> *Laudatissima*] Theophr. Hist. *ix.*  
7. “*Ipis δὲ ἀριστὴ ἐν Ἰλλυρίοις οὐκ ἐν τῷ πρὸς θάλατταν χώρᾳ ἀλλ’ ἐν τῇ ἀνακε-  
χωρηκίᾳ, κειμένῃ δὲ μᾶλλον πρὸς ὄρκτον.*  
*Iris optima, quæ apud Illyrios exit, non*

*tamen prope maritima, sed mediterranea  
magis et deserta regione, &c.* Nicander in Theriac. p. 43. “*Ipsι θ' ἦρεψε  
Δρίλων καὶ Νάπορος ὕχθη.*” Naronam  
coloniam Plinius maluit, quam proximum  
ammem, signare. Porro in offi-  
cinis retinuit iris appellationem: ru-  
ra nostra partim *Flambe*, partim *Glaieul* vocant, a similitudine florum  
cum gladio, lilioque, ut *Lobelins*  
animadvertisit, in *Adversar.* pag. 31.  
Incolis Drilonis et Naronæ *Macinaci*  
appellari ait *Anguillara de Simp.* par.  
1. pag. 17. Vide *Ruellium* II. 1. pag.  
282.

<sup>c</sup> *Proxima in Macedonia*] Theophr.  
de Causis *vi. 28.* p. 386.

<sup>d</sup> *Tertium . . . Africana*] Diosc. *i. 1.*  
et Galenus de Antid. *i. 12.*

<sup>e</sup> *Raphanitis*] A similitudine radicis  
cum raphano. Galenus *κατὰ τόπους*,  
cap. 1. *ἀστραγαλῖτιν* vocat.

mos subrufa.<sup>f</sup> Optima, quæ<sup>g</sup> sternutamenta<sup>h</sup> tactu movet.<sup>i</sup> Caulem habet cubitalem, erectum.<sup>j</sup> Floret diversi<sup>k</sup> coloris specie, sicut arcus cœlestis, unde et nomen. Non improbatur et Pisidica. Et fossuri<sup>j</sup> tribus ante mensibus mulsa aqua circumfusa, hoc veluti placamento terra blandiuntur, circumscripta<sup>l</sup> mucrone gladii oblique triplici: et cum legerint eam, protinus in cœlum attollunt. Natura est<sup>k</sup> servens, tractataque pusulas ambusti modo facit. Præcipitur ante omnia, ut casti legant. Teredines non sicca modo, verum et in terra celerrime sentit. Optimum antea<sup>l</sup> irinum Leucade et Elide ferebatur:<sup>m</sup> jampridem enim et seritur: nunc e Pamphylia: sed Cilicum maxime laudatur, atque e Septemtrionalibus.<sup>n</sup>

XX. Saliunca<sup>o</sup> folio quidem subbrevi, et quod neci<sup>p</sup>

-----

Dalec.—5 Ita Gronov. et al. vett. *sternumenta* Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. Mox, tractatu movet Vet. Dalec.—6 Vet. Dalec. et *rectum*.—7 *Effos-suri...* mulsam aquam circumfundunt hoc vel. plac. ter. blandientes circumscriptæ Vet. Dalec.—8 Vet. Dalec. afferebatur.—9 Ita ex codd. Harduinus et recentt. laudatur. At Septemtrionalibus saliunca, &c. Vet. Dalec. laudatur atque Septemtrionale Gronov. et vulgg.

CAP. XX. 1. Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. Saliunca foliosa quidem est, sed brevis et quæ neci Gronov. et vulgg. Mox, ra-

#### NOTÆ

<sup>f</sup> *Et quæ melior ... subrufa]* Plinius infra c. 38. ‘Iris rufa melior quam candida.’ Quam sententiam Diosc. probat loc. cit. et Anguillara, qui non foris, sed intus rufam esse radicem, recte admonet, p. 18.

<sup>g</sup> *Optima, quæ]* Auctor libri de Simp. Med. ad Patern. tom. XIII. operum Galeni, pag. 992. ‘Optima,’ inquit, ‘est iris Illyrica, et Macedonia: est enim spississima ... et dum tundit, sternutare facit.’

<sup>h</sup> *Tactu movet]* In MSS. Reg. 1. tractu. Reg. 2. tractatu. Ego tritu malim: tum ex auctore proxime appellato, tum Diosc. lib. 1. ubi de iride, πταρμούς τε ἐν τῷ κόπτεσθαι κινοῦσα. Mox tamen ipse Plinius tractatu videtur agnoscere, dum ait, ‘Tractata

*Delph. et Var. Clas.*

pustulas ambusti modo facit.’

<sup>i</sup> *Floret diversi]* Sic Dioscorides loc. cit.

<sup>j</sup> *Et fossuri]* Hæc quoque Theophr. ad verbum Hist. IX. 9. de sylvestri iride, quæ et ξυρίς vocatur.

<sup>k</sup> *Natura est]* Theophr. de odoribus pag. 189. Θερμὴ δὲ καὶ στυπτικὴ ἡ Ἰρις· Καθ' ὑπερβολὴν δὲ πικρὰ νέα οὖσα, καλ· τὸν χρωτά τῶν ἐργαζομένων αὐτὴν ἐφελκοῖ.

<sup>l</sup> *Optimum antea]* Vide quæ diximus XIII. 2.

<sup>m</sup> *Atque e Septemtrionalibus]* Hoc est, ex iride concinnatum, quæ in septemtrionalibus locis nata sit. Vide Notas et Emend. num. 6.

<sup>n</sup> *Saliunca]* Quæ saliunca sit hodierno die, haud facile est statuere.

*Plinius.*

9 T

non possit, radici numerosæ cohæret, herba verius quam flos, densa veluti manu pressa, breviterque cespes sui generis. Pannonia hanc gignit et Norici, Alpiumque aprica: urbium, Eporedia: <sup>2</sup> tantæ suavitatis, ut metallum <sup>°</sup> esse cœperit. Vestibus interponi eam gratissimum.

xxi. Sic et apud Græcos <sup>p</sup> polion herbam, inclytam Musæi et Hesiodi laudibus, ad omnia utilem prædicantium, superque <sup>1</sup> cetera ad famam etiam ac dignitates, <sup>2</sup> prorsusque miram, si modo (ut tradunt) <sup>q</sup> folia ejus mane candida, meridie purpurea, Sole occidente cœrulea aspiciuntur. Duo genera ejus: <sup>r</sup> campestre, majus: sylvestre, quod minus est. Quidam teuthrion vocant. Folia <sup>3</sup> canis hominis <sup>s</sup> similia, a radice protinus, nunquam palmo altiora.

*dice numerosa* Vet. Dalec.—2 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Eporrhedia* Gronov. et vulgg.

CAP. XXI. 1 Cod. Dalec. laudibus. *Ad omnia utilem prædicant vim superque.*  
—2 Cod. Dalec. etiam dignitatis.—3 Capitula margo edd. Dalec. et Gronov. e Diosc.

#### NOTÆ

Neque Lavendula nostra est, neque nardus Celtica, ut recte Matthiolus animadvertisit, in lib. 1. Diosc. p. 34. et ea est quam Virgilius breviter indicavit in Eclogis, ‘Puniceis humilis quantum saliuncæ rosetis.’

° *Metallum*] Ut in vesticigli reditu que publico esse cœperit, haud secus ac metalli fodina.

<sup>p</sup> *Sic et apud Græcos*] Ut Romanis, inquit, saliuncam, sic et apud Græcos polion vestibus intersetri mos est, ad tineas necandas. Hæc iisdem verbis Theophr. Hist. ix. 21. Kal ὥς δῆ φασι, τὸ πόλιον, καθ' Ἡσίοδον καὶ Μουσαῖον, εἰς πᾶν πρᾶγμα σπουδῶν χρήσιμον εἴναι· διὸ καὶ ὀρύττουσιν αὐτὸν νύκτωρ, κ. τ. λ. Et Hist. 1. 16. Πόλιον δὲ καὶ πρὸς τὸν σῆτας τοὺς ἐν τοῖς ἴματοις ἀγαθόν. Est autem σῆς, ut Glossa admonet, tinia, seu tinea vestes corrodens. Unde herba tiniaria appellata, teste Scribonio Largo, Compos. 83. ‘Ad san-

guinis eruptionem, sive ex arteriis, sive a pulmone, . . . prodest et herbæ quam πολιὸν vocant, nos, ut opinor, tiniariam, fasciculum,’ &c.

<sup>q</sup> *Ut tradunt*] Famæ, opinionisque vulgi, vadem se præbere non audet: quod eruditæ nonnulli eam dotem non polio, sed tripolio, assignarent: quos inter Dioscorides censendus, iv. 135.

<sup>r</sup> *Duo genera ejus*] Utrumque a Dodonæo pingitur pag. 282. Utriusque Dioscorides meminit III. 124. Πόλιον, τὸ μέν ἐστιν ὄρεινδν, δ καὶ τεύθριον καλεῖται, κ. τ. λ.

<sup>s</sup> *Folia canis hominis*] Polium Salmasius non vidit, qui negat in Præfat. ad Plinium, p. 10. et 11. ea canescere: quoniam id Dioscorides sileat, affirmetque hoc tantum, capitula in summo esse, quadam corymbi specie, cæsaricie canæ simili. Vel si Dodonæum legisset, Plinium erroris insimulando, suum non proderet.

xxii. (viii.) Et de odoratis floribus satis dictum: in quibus unguento viciisse naturam gaudens<sup>1</sup> luxuria, vestibus quoque provocavit eos flores qui colore commandantur. Hos animadverto tres esse principales. Rubentem, in coco,<sup>2</sup> qui a rosis migrante gratia, idem trahitur suspectu<sup>2 b</sup> et in purpuras Tyrias,<sup>c</sup> dibaphasque, ac Laconicas. Alium in amethysto, qui a viola,<sup>d</sup> et ipse<sup>3</sup> in purpureum, quemque ianthinum appellavimus.<sup>e</sup> Genera enim tractamus, in species multas sese spargentia. Tertius est,<sup>f</sup> qui proprie conchylii intelligitur, multis modis: unus in heliotropio, et in aliquo ex his plerumque<sup>4</sup> saturatior: alias in

\*\*\*\*\*

CAP. XXII. 1 Cod. Dalec. *dictum*, in quibus unguenta viciisse naturam gaudeamus: moxque alterum caput sic inchoat, *Luxuria vestibus*, &c.—2 Ita Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *principales*: *unum in coco*, qui in rosis micat. *Gratus nihil traditur aspectu* Gronov. et vulgg. *nihil aspectu*. *Trahitur is in purpuras* Vet. Dalec. et in *purpura Tyria*, dibaphaque ac *Laconica* Bayfius.—3 Ita Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. qui in *viola*: et *ipse* Gronov. et vulgg. ‘*Vet. viola. Trahitur et ipsa*; Bayf. *viola*, et *ipsum purpureum*. Ego vero lego, qui *ipse et in viola purpurea*’ Dalec. Mox, quemque *iacinthinum* Chiffi.—4 *Vet. Dalec.* aliquando exiliior, plerumque.—5 *Vet. Serrana*; et sic Columel.

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *Rubentem, in coco*] Rubens, inquit, color in coco micat, (est enim coecum rubens granum, ut dictum est ix. 65.) cuius coloris gratia omnis a rosa profecta, sive a rosæ similitudine: inde trahitur et in purpuras, dibaphasque, et Laconicas, in quibus idem colos deprehenditur suspectu, hoc est, cum in sublimi positæ spectantur. Vide Notas et Emend. n. 6.

<sup>b</sup> *Suspectu*] Usus iterum ea voce Plinius xxxvii. 40. ‘*Præcellens*, inquit, ‘debet esse in suspectu, velut ex carbunculo refulgens, quidam in purpura leviter roseus nitor.’ Vim vocis aperit egregie Seneca, in hoc ipso purpuræ arguento habitans, Quæst. Natur. 1. 5. ‘Sunt etiam quidam colores, qui ex intervallo vim suam ostendunt. Purpura Tyria, quo melior saturiorque est, eo oportet alius teneas, ut fulgorem suum ostendat.’

dat, &c.

<sup>c</sup> *Tyrias*] De his egimus ix. 60, 62. et 63.

<sup>d</sup> *Qui a viola*] Subintellige ex antecedentibus, qui a viola migrante gratia et ipse trahitur in purpureum colorem. Est enim quidam purpuræ fulgor, non ex toto igneus, sed qui in violam desinat, et vini colorem, ut ait Plinius xxxviii. 40. Hujus coloris veste qui indutus sit, ‘amethystinus’ Martiali dicitur ii. 57.

<sup>e</sup> *Quemque ianthinum appellavimus*] Ubi vestis ianthinæ facta mentio est, cap. i. I. Utrinsque coloris nomen in Notis quæ falso Tironi ascribuntur, apud Gruterum pag. 159. ‘Amitextinum. Iantinum.’ Lege, *Amethystinum. Ianthinum*.

<sup>f</sup> *Tertius est*] Locum hunc jam superius explicuimus, ix. 53.

malva,<sup>5</sup> ad purpuram inclinans: alius in viola serotina,<sup>5</sup> conchyliorum vegetissimus.<sup>6</sup> Paria nunc componuntur, et natura atque luxuria depugnant. Lutei video honorem antiquissimum, in nuptialibus flammeis<sup>7 h</sup> totum fœminis concessum: et fortassis ideo non numerari<sup>8</sup> inter principales, hoc est, communes maribus ac fœminis, quoniam societas principatum dedit.<sup>a</sup>

**xxiii.** Amarantho<sup>i</sup> non dubie vincimur. Est autem spica purpurea verius, quam flos aliquis, et ipse sinc odore. Mirum in eo, gaudere decerpi et laetius renasci. Provenit Augusto mense: durat in autumnum. Alexandrino palma, qui decerptus asservatur. Mireque,<sup>i</sup> postquam defecere cuncti flores, madefactus aqua revivescit,<sup>2</sup> et hybernas coronas facit. Summa ejus natura<sup>j</sup> in nomine est, appellato, quoniam non marcescat.

<sup>a</sup> Quoniam qui colores societatem habent, ut communes maribus fœminisque sint, *ti principatum obtinent.*

—6 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. vegetissima Gronov. et vulgg. vegetissime alii ap. Dalec. Mox, Vet. Dalec. natura atque luxuria depugnante.—7 Margo edd. Dalec. et Gronov. *flameis*, e Verrio.—8 Vet. Dalec. *numeratum*.

**CAP. xxiii.** 1 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et

#### NOTÆ

<sup>5</sup> *Alius in malva]* Græcis malva μολοχίη est, ut omnes probe norunt. Hinc ii qui colorem tingebant ad purpuram inclinantem, qualis in malvæ flore spectatur, molochinarii a Plauto nuncupati, in Aulol. III. 5. 40. Qui violaceum, violarii: et auctore Festo, ‘Flamearii, infectores flamei coloris,’ de quo mox dicemus.

<sup>6</sup> *In nuptialibus flammeis]* Sive *flameolis*. Petronius in Satyr. pag. 70. ‘Consurrexi ad officium nuptiale. Jam Psyche puellæ caput involverat flammæolo.’ Amiculum fuit, quo amiciebatur nubens, inquit Festus, verbo ‘Flameo,’ boni ominis causa: quod eo Flaminica, hoc est, Flaminis Diazilis uxor, cui divertitum facere nefas erat, assidue utebatur: atque hinc

nomen traxit, non a flammæ colore: nam erat luteum. Lucanus II. 361.

‘Lutea demissos velarunt flammæ vultus.’ Flammæm vocat Sulpitius Severus Hist. Sacrae lib. II. de Neronne. Nonius Marcellus XIV. 41. ‘Flammens, vestis vel tegmen, quo capita matronæ tegunt.’ Flammæ Juvenali Sat. VI. 224. ubi vetus Schol. ‘Genus amicti, quo se cooperiunt mulieres die nuptiarum.’ Vide alia multa de flameo, apud Brissonium de Ritu Nupt. p. 178. et 179.

<sup>7</sup> *Amarantho]* Amaranthus spicatus vocatur in Eystetensi horto, qualem in Regio vidimus: *Amarante, ou Passevelours: amarante à creste de coq, ou crestée. Italisch, Fior di yelluto.*

xxiv. In nomine et cyani colos:<sup>k</sup> item holochrysi.<sup>11</sup> Omnes autem hi flores<sup>2</sup> non fuere in usu Alexandri Magni ætate, quoniam proximi a morte ejus auctores siluere de illis: quo manifestum est postea placuisse. A Græcis tamen repertos quis dubitet: non aliter Italia usurpante nomina illorum?

xxv. At Hercules petilio<sup>m</sup> ipsa nomen imposuit,<sup>n</sup> autumnali, circaque vepres nascenti, et tantum colore commendato, qui est rosæ sylvestris. Folia parva, quina. Mirumque in eo flore, inflecti cacumen, et non nisi retorto<sup>2</sup> folia nasci, parvo calyce, ac versicolori, luteum semen includente.

Luteus et bellio<sup>o</sup> pastillicantibus<sup>o</sup> quinquagenis quinis barbulis<sup>+</sup> coronatur. Pratenses hi flores, ac sine usu plerique, et ideo sine nominibus. Quin et his ipsis alia alii vocabula imponunt.

xxvi. Chrysocome,<sup>p</sup> sive chrysitis, non habet Latinam

<sup>b</sup> *Italia nomen petilio flori dedit.*



recentt. Mirumque Gronov. et vulgg.—2 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. reviviscit Gronov. et vulgg.

CAP. XXIV. 1 Eliechrysi margo edd. Dalec. et Gronov. e Diosc.—2 ‘ Ita codd. Regg. et Editio princeps.’ Brotier. Ita quoque al. vett. et Gronov. *Omnes autem flores Harduin. 1. 2. 3. et recentt.*

CAP. XXV. 1 Chiff. petillio ipsa nomen posuit. Cod. ap. Laet etiam *petillio*.—2 Chiff. et nodis intorto.—3 Vet. Dalec. et *bellis*.—4 Idem Vet. *quinquagenis quinis foliolis*.

#### NOTÆ

<sup>j</sup> *Summa ejus natura]* Ita MSS. recte: non, ut vult Salmasius in Solin. p. 966. *Summa ejus naturæ.* Ἀμάραντον porro dici affirmat, ἀπὸ τοῦ μὴ μαραίνεσθαι, et vere id quidem.

<sup>k</sup> *Et cyani colos]* Cyanus vulgaris, in Horto Regio, qualis a Lobelio pingitur, in Observ. p. 226. Nostris, Bluet, ou Aubifoin.

<sup>l</sup> *Holochrysi]* Ita MSS. omnes, tum hoc loco, tum in Indice, tum denique libri hujus c. 85. Inter ignotas herbas censenda.

<sup>m</sup> *Petilio]* MSS. Reg. Colb. Th. pe-

*tellio.* At in Indice, *petilium*, in recto casu. Genus esse rosæ sylvestris videtur, cui a Petilia forte nomen inditum, magnæ Græciæ oppido.

<sup>n</sup> *Luteus et bellio]* Lutei coloris, inquit, et bellio est. Ipsa Bellis lutea est, quam Chrysanthemum segetum Lobelius vocat, in Observat. p. 298. et in Advers. p. 237. Eadem poëtarum caltha, *le Souci*.

<sup>o</sup> *Pastillicantibus]* Pastilli rotundam figuram repræsentantibus.

<sup>p</sup> *Chrysocome]* Χρυσοκόμη Diosc. IV. 55. Et in Nothir, p. 465. Χρυσοκόμη,

appellationem. Palmi altitudine<sup>9</sup> est,<sup>1</sup> comantibus fulgore auri corymbis, radice nigra, ex austero dulci, in petrosis opacisque nascens.

**XXVII.** (ix.) Et fere peractis colorum quoque celeberrimis, transeat ratio<sup>1</sup> ad eas coronas, quæ varietate sola placent. Duo earum genera, quando aliæ flore constant, aliæ folio. Florem esse dixerim genistas: (namque et iis<sup>2</sup> decerpitur luteus:) item rhododendron: item zizipha, quæ et<sup>3</sup> Cappadocia vocantur: his odoratus, similis olearum floribus. In vepribus nascitur cyclaminum, de quo plura alias.<sup>r</sup> Flos ejus colossinus<sup>s</sup> in coronas admittitur.

**XXVIII.** Folia in coronamentis smilacis et hederæ, corymbique<sup>1</sup> earum obtinent principatum, de quibus in fructum loco abunde diximus.<sup>t</sup> Sunt et alia genera nominibus Græcis indicanda, quia nostris majore ex parte hujus nomenclatura<sup>2</sup> defuit cura. Et pleraque eorum in exteris terris nascuntur, nobis tamen consecienda,<sup>3</sup> quoniam de natura sermo, non de Italia est.

**XXIX.** Ergo in coronamenta folio venere melothron,<sup>a</sup> spi-



**CAP. XXVI.** 1 Verbum est deest in cod. Dalec. Mox, aureis corymbis Vet. Dalec.

2 CAP. XXVII. 1 Alii ap. Dalec. oratio.—2 Vet. Dalec. ex iis.—3 Conjunctio et deest in Vet. Dalec.

**CAP. XXVIII.** 1 Vet. Dalec. smilacis et ederæ in coronamenta se dedere, coronaque.—2 Cod. Dalec. his nomen dare.—3 Cod. Dalec. consecdata.

#### NOTÆ

οἱ δὲ χρυσῖτις, οἱ δὲ χρυσάνθεμον, κ. τ. λ. Galenus de Fac. Simp. Med. lib. VIII. p. 242. Χρυσοκόμη, καλεῖται δὲ καὶ χρυσίτης, . . . . Ρωμαῖοι, Ἰόβις βάρβα. Nec vidisse se, nec nosse quæ sit, scribit Anguillara par. 14. pag. 264. Forte Stœchias citrina Dodonæi, p. 267.

<sup>9</sup> *Palmi altitudine]* Diosc. loc. cit. Χρυσοκόμη θαυμίον ἐστὶ σπιθαμιῶν, ἔχον κέρμην κορυμβοειδῆ, δμοίαν ὑσσώπῳ, κ. τ. λ.

<sup>r</sup> *De quo plura alias]* Lib. xxv. c. 67. 68. et 69.

<sup>s</sup> *Flos ejus colossinus]* Purpureus, a

Colossis urbe Troadis, ubi simile pigmentum paratur. Vide Strabon. lib. XII. p. 578. Etsi id Scaliger negat, Exercit. 325. in Card. p. 1044. Plinius XXV. 67. de cyclamino: ‘Caule exiguo, inani, floribus purpureis,’ &c.

<sup>t</sup> *Abunde diximus]* Lib. XVI. 62. et 63.

<sup>a</sup> *Melothron]* Ex his hæc recenset Theophrastus Hist. VI. 1. μήλωθρον, σπειραία, κνέωρον, ὀρύγανον, κόνυζα, μελισσόφυλλον, καὶ ἔτερα τοιαῦτα. Melothron, vitem albam esse arbitramur, de qua XXIII. 16. Origanon illud est,

ræa, origanon,<sup>1</sup> cneoron, quod casiam<sup>b</sup> Hyginus vocat: et quod cunilaginem,<sup>c</sup> quæ conyza: melissophyllum quod apiastrum:<sup>d</sup> meliloton,<sup>e</sup> quod sertulam Campanam vocamus. Est enim in Campania Italiae laudatissima, Græcis in Sunio: mox Chalcidica<sup>f</sup> et Cretica:<sup>g</sup> ubicumque vero asperis et sylvestribus nata. Coronas ex ea<sup>h</sup> antiquitus factitatas, indicio est nomen sertulæ, quod occupavit. Odor<sup>i</sup> ejus<sup>j</sup> croco vicinus est, et flos, ipsa cana. Placet maxime foliis brevissimis atque pinguissimis.

XXX. Folio coronat et trifolium.<sup>k</sup> Tria ejus genera. Mi-

\*\*\*\*\*

CAP. XXIX. 1 Ita Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *spireon, trigonon* Gronov. et vulgg. *spira, trigonon* codd. Dalec. *origanum margo* edd. Dalec. et Gronov. e Theophr. *spira thryganum* Chiff. *melophron, smereea, origanum, cneorum, quod, &c.* Salmas. Mox, Vet. Dalec. et *conyza, quam cunilaginem, mel quod ap. melilotos, quam.*—2 *Chaledonica et e Cyzico* margo edd. Dalec. et Gronov. e Diosc.—3 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. ex hac Gronov. et vulgg.—4 *Color* margo edd. Dalec. et Gronov. e Diosc.

CAP. XXX. 1 *Folia coronant et trifolii* cod. Dalec.—2 Dalec. quo non utuntur.

#### NOTÆ

de quo xx. 69. Spiræa, si Dalecampio credimus, et Rob. Constantino in Lexico, verbo Σπειραία, ea est, quam pro viburno Matthiolus, rei herbariae alioqui peritissimus, accepit: vulgo, *Blanche-putain*. Alia est Spiræa Clusii Hist. Rarior. Plant. lib. i. p. 84. quam ipse vicinorem Theophraste, seu Plinianæ, putat: et nos in horto Regio vidimus.

<sup>b</sup> Quod casium] Non aromaticam quidem illam, de qua XII. 43. sed alteram, de qua mox, cui id nomen inditum ab Hygino, quod juxta casas agricolarum nascitur.

<sup>c</sup> Quod cunilaginem] De qua xx. 63.

<sup>d</sup> Quod apiastrum] Non ab apio illud quidem, sed ab apibus dictum, quibus id pabulum suave est. Vide quæ de eo diximus xx. 45.

<sup>e</sup> Meliloton] Diosc. III. 48. Μελίλωτος, κράτιστος δ' Ἀττικὸς, καὶ δὲν Κυζί-

κῷ, καὶ δὲν Καλχηδόνι γεννάμενος, κροκίζων καὶ εὐώδης<sup>g</sup> φύεται καὶ δὲν Καμπανίᾳ. Græco nomine Gallis, ipsisque adeo officinis, notior, quam Latino: *Melilot*. Lobelii *Melilotus Germanica* est, in Observat. p. 501.

<sup>f</sup> Mox Chalcidica] Forte *Chaledonica*, ex Diosc.

<sup>g</sup> Coronas ex ea] *Melilotinæ coronæ*, apud Athenæum perquam odoratae, lib. XIV. p. 678. Unde nunc etiam in Campania Romana, retinet nomen, *Coronello*. *Anguillara par.* 12. p. 205. Reperitur frequens in Marsis.

<sup>h</sup> Odor ejus] Auctor libri de Simp. Medic. ad Patern. tom. XIII. operum Galeni, p. 1001. ‘Sertula herba est humili, odore suavi, exalbida, flosculum habens subrufum,’ &c. Et Diosc. loc. cit. ex quibusdam libris, ὅσμῃ κροκίζων dixit.

nyanthes<sup>i</sup> vocant Græci, alii asphaltion,<sup>j</sup> majore folio, quo utuntur<sup>k</sup> coronarii. Alterum acuto,<sup>k</sup> oxytriphyllo. Tertium ex omnibus minutissimum. Inter haec<sup>l</sup> nervosi<sup>l</sup> caulinuli quibusdam, ut marathro, hippomarathro, myophono.<sup>m</sup> Utuntur e ferulis<sup>n</sup> et corymbis, et hederæ flore<sup>o</sup> purpureo. Est et in alio<sup>p</sup> genere earum sylvestribus rosis similis. Et in iis quoque colos tantum delectat, odor autem abest.

(X.) Et cneori<sup>q</sup> duo genera, nigri atque candidi. Hoc

—3 *Præter hæc* Vet. Dalec.—4 Vet. Dalec. *et ferulis, et cderæ corymbis et flore.*

#### NOTÆ

<sup>i</sup> *Minyanthes*] Scholiastes Nicandri, in Theriac. p. 25. Τὸ τρίσφυλλον Διονύσιος μὲν ἐν τοῖς Ριζοτομικοῖς, μιννανθὲς καλεῖ. Tria genera complectitur Diosc. his verbis, III. 123. Τρίσφυλλον, οἱ δὲ δέξηφυλλοι, οἱ δὲ μιννανθὲς, οἱ δὲ ἀσφάλτιον, οἱ δὲ κυκίουν καλοῦσι. Vulgo *Trefle*. *Oxytriphyllo officioæ Allelia* et *Trifolium* vocant.

<sup>j</sup> *Alii asphaltion*] Quoniam, ut Nicander cecinit, in Theriac. p. 36. Οἶνον τ' ἀσφάλτου ἀπερεύγεται, asphaltο fragrat gravis, inquit interpres Gorraeus. Colum. VI. 17. p. 227. ‘Simonianum trifolium, quod invenitur confragosis loci<sup>q</sup>, efficacissimum traditur, (ad ictus serpentis videlicet, et noxiiorum animalium,) odoris gravis, neque absimilis bitumini, et idcirco Græci eam ἀσφάλτιον appellant: nostri autem propter figuram vocant acutum trifolium: nam longis et hirsutis foliis viret, caulemque robustorem facit, quam pratense.’ Simonianum dicitur, fortassis a Simo medico, quem in Indice hujus libri Plinius laudat auctorem.

<sup>k</sup> *Alterum acuto*] Seribonius Largus Compos. 163. ‘Trifolium acutum, quod δέντριφυλλον Græci appellant. Nascitur et hoc Siciliæ plurimum: nam in Italiae regionibus nusquam

eam vidi herbam, nisi in Lunæ portu . . . plurimum super circumdatos montes. Est autem foliis, et specie, et numero, similis communi trifolio: nisi quod hujus pleniora sunt, et quasi lanuginem quandam super se habent, et in extrema parte velut aculeum eminentem. Sed hujus frutex duorum pedum interdum, aut etiam amplior, conspicitur, et odorem gravem emitit, qnorum nihil circa prætense trifolium invenitur.’

<sup>l</sup> *Inter hæc nervosi*] Theophr. Hist. VI. 1.

<sup>m</sup> *Myophono*] Quod et μυοκτόνον vocant, sive aconitum, de quo XXVII. 2. Theophr. loc. cit. μυοφόνον.

<sup>n</sup> *Utunture ferulis*] Utuntur, inquit, ad coronamenta et corymbis sive umbellis ferularum. Αεροβατεῖ Sealigner Epist. I. 17. an Vertunianum, cum, libris invitatis omnibus, sphærulis hoc loco reponit.

<sup>o</sup> *Et hederæ flore*] De quo dictum est XVI. 62.

<sup>p</sup> *Est et in alio*] Vide quæ diximus I. XVI. c. proxime appellata.

<sup>q</sup> *Et cneori*] Sive easiae, ut dictum est. Theophr. Hist. VI. 2. Δένο δὲ εἴδη καὶ τοῦ κνεώρου δὲ μὲν γάρ λευκός, δὲ μέλας, . . . έστι δὲ σπιάδης δὲ μέλας δοσμός . . . καὶ τοὺς ἀκρέμονας πολλοὺς

et odoratum: ramosa ambo. Florent post æquinoctium autumnum.<sup>s</sup> Totidem et origani<sup>r</sup> in coronamentis species. Alterius enim nullum semen. Id, cui odor<sup>ss</sup> est, Creticum vocatur.

XXXI. Totidem et thymi:<sup>a</sup> candidum, ac nigricans. Floret autem<sup>b</sup> circa solstitia, cum et apes decerpunt, et augurium mellis est. Proventum enim sperant apiarri large florescente eo. Læditur<sup>c</sup> imbribus, amittitque florem. Semen thymi<sup>d</sup> non potest deprehendi, cum origani per quam minutum, non tamen fallat. Sed quid interest occultasse id naturam? In flore ipso intelligitur,<sup>i</sup> satoque eo nascitur. Quid non tentavere homines? Mellis Attici in toto orbe summa laus existimatur. Ergo translatum<sup>e</sup> est ex Attica thymum, et vix flore (uti docemus)<sup>z</sup> satum. Sed alia ratio naturæ obstat, non durante Attico thymo, nisi in afflatu<sup>f</sup> maris. Erat quidem hæc opinio antiqua in omni thymo, ideoque non nasci in Arcadia.<sup>g</sup> Tunc oleam

--5 Vet. Dalec. *autumni*.--6 Margo edd. Dalec. et Gronov. *candor*, e Theophr. CAP. XXXI. 1 Vet. Dalec. *integitur*.--2 Vet. Dalec. *diximus*; al. vett. ap.

## NOTÆ

.... βλαστάνει δὲ καὶ ἀνθέῖ μετ' ισημερόν  
μεσοπαρυῆν. De hac casia Virgilinus  
Georg. IV. 304. 'Thymum, casiasque  
recentes.' Non est autem ea Lavendula, *la Lavende*, ut Dalecampio vi-  
sum, post Anguillaram par. I. p. 32.  
reclamante merito Dodonæo, p. 273.  
et Matthiolo p. 45. et 56. Nigrum  
vero cneorum forte thymelæa est, ut  
Dodonæus suspicatur, p. 360. et post  
eum Salmasius p. 405.

<sup>r</sup> *Totidem et origani*] Subintellige  
genera, ut cneori, nigri atque candi-  
di: hujus quidem fructuosi, illius in-  
fæundi. Theophr. loc. cit. Καὶ τῆς  
ἐργάνου δὲ ἡ μέλαινα ὄκαρπος· ἡ δὲ λευ-  
κὴ κάρπιμος.

<sup>s</sup> *Id, cui odor*] Plinius xx. 69. de  
origano: 'Optimum autem Creticum,  
nam et jucunde olet.'

<sup>a</sup> *Totidem et thymi*] Hæc iisdem  
verbis Theophr. loco citato.

<sup>b</sup> *Floret autem*] Ad verbum hæc  
iterum ex Theophr. loc. cit.

<sup>c</sup> *Læditur*] Theophr. loc. cit.

<sup>d</sup> *Semen thymi*] Theophr. loc. cit.  
Et de Causis I. 5. p. 203. Κατὰ μὲν  
ὄψιν οὐ φανερὰ, κατὰ δὲ τὴν δύναμιν  
φανερά σπειρομένων γάρ τῶν ἀνθῶν γεν-  
νᾶται, κ. τ. λ.

<sup>e</sup> *Ergo translatum*] Theophr. loco  
citato.

<sup>f</sup> *Nisi in afflatu*] Nisi quo flatus e  
mari possit pertingere: Οὐ γάρ φασι  
δύνασθαι φύεσθαι καὶ λαμβάνειν, ὅπου μὴ  
ἀναπνοὴ δικνεῖται ἡ ἀπὸ τῆς θαλάσσης.  
Theophr.

<sup>g</sup> *In Arcadia*] Theophrastum carpit  
ita de thymo et olea sentientem, loc.  
cit.

non putabant gigni, nisi intra ccc.<sup>h</sup> stadia a mari. Thymis quidem nunc etiam lapideos campos in provincia Narbonensi refertos scimus: hoc pæne solo reditu, e longinquis regionibus pecudum millibus convenientibus, ut thymo vescantur.

XXXII. Et conyzæ<sup>i</sup> duo genera in coronamentis, mas ac foemina. Differentia in folio. Tenuius foeminæ, et constrictius, angustiusque: imbricatum<sup>j</sup> maris, et ramosius. Flos quoque<sup>k</sup> magis splendet ejus, serotinus utrique post Arcturum. Mas odore gravior, foemina acutior:<sup>z</sup><sup>k</sup> et ideo contra bestiarum morsus aptior. Folia foeminæ<sup>l</sup> mellis odorem<sup>m</sup> habent. Masculæ radix a quibusdam libanotis appellatur, de qua diximus.<sup>n</sup>

XXXIII. Et tantum folio coronant.<sup>p</sup> Jovis flos, amarus, hemerocalles, abrotонum, helenium, sisymbrium, serpyllum, omnia surculosa,<sup>o</sup> rosæ<sup>r</sup> modo. Colore tantum<sup>r</sup>



eund. docemur; al. vett. dicemus.

CAP. XXXII. 1 Cod. Dalec. *imbricatus mar. et ramosior. Flos ejus quoque.*—2 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *acrior* Gronov. et vulgg.—3 Alii ap. Dalec. *meliorem odorem*; margo edd. Dalec. et Gronov. *suaviorem odorem*, e Diosc.

#### NOTÆ

<sup>h</sup> *Nisi intra CCC.]* Vide quæ diximus xv. 1.

<sup>i</sup> *Et conyzæ:]* Et hanc quoque Theophrastea sunt, ex Hist. vi. 2. De ntroque genere jam diximus, xx. 63. et 64.

<sup>j</sup> *Imbricatum]* Imbricis modo curvum et obtortum. Imbrex tegula curva est, per quam imber defluit.

<sup>k</sup> *Fœmina acutior]* Theophr. Δρυμ-τέρα δὲ θηλεῖας. Hesychius: Δρυμὸς. Ita porro MSS. non, ut editi prius, *acrior*. Aliud enim odor acris est, aliud acutus.

<sup>l</sup> *Folia fœminæ]* Scilicet, dum teruntur, ut dictum est xx. 64.

<sup>m</sup> *De qua diximus]* Lib. xx. cap. 64.

<sup>n</sup> *Et tantum folio coronant]* Nempe conyzæ duo genera proxime memorata: nam quæ subsequuntur, etiam flore coronant, rosæ modo. Theophr. Hist. vi. 1. Ἐν τοῖς στεφανωτικοῖς ἔστι, ροδωνίᾳ, ἴωνιᾳ, Διὸς ἄνθος, ἀμάρακος, ἡμεροκαδές ἔστι δὲ ἔρπυλλος, σισύμβριον, ἐλένιον, ἀβρότονον ἄπαντα γὰρ ταῦτα ξυλώδη, καὶ μικρόφυλλα. Ut de ceteris sileam, Catullus certe, Carm. LXII. ‘Cinge tempora floribus Suaveolentis amaraci.’

<sup>o</sup> *Surculosa]* Ξυλώδη, lignosa. Theophr. loc. cit. et cap. 6.

<sup>p</sup> *Colore tantum]* Theophr. Hist. vi. 6. Ἀνοσμα, ὥσπερ Διὸς ἄνθος, φλόξ.

Jovis florem, inquit Ruellius lib. II. pag. 448. *rura nostra cocoulardas*, Co-

placet Jovis flos, odor abest: sicut et illi, qui Græce phlox vocatur. Et ramis autem et folio odorata sunt, excepto serpyllo.<sup>2</sup> <sup>q</sup> Helenum e lacrymis <sup>r</sup> Helenæ dicitur natum, et ideo in Helene<sup>3</sup> insula laudatissimum. Est autem frutex humi se spargens dodrantalibus ramulis, folio simili serpyllo.

XXXIV. Abrotonum<sup>a</sup> odore jucunde gravi floret: est autem flos<sup>i</sup> aurei<sup>b</sup> coloris. Vacuum sponte<sup>c</sup> provenit. Cacumine suo se propagat. Seritur autem semine<sup>d</sup> melius, quam radice aut surculo: semine quoque<sup>e</sup> non sine negotio: plantaria transferuntur. Sic et Adonium.<sup>e</sup> Utrumque

CAP. XXXIII. 1 Margo edd. Dalec. et Gronov. *thymi vel ruta*.—2 Margo edd. Dalec. et Gronov. *helenium, sisymbrium, serpyllum*, e Theophr.—3 *Helene* Chiff. *Helena* Gronov.

CAP. XXXIV. 1 Ita Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *gravi floret*

#### NOTÆ

quelourdes nominant. Φλόγα, sive φλόγιον, seu flammeam, nos violæ inodoræ genus esse remur, quam vulgus Galliæcum Penseam, Pensée, vocat, suffragante nobis Ruellio pag. 449. et Dodonæo pag. 358. a quo viola tricolor assurgens appellatur.

<sup>a</sup> Excepto serpyllo] Serpyllum tamen Theophrastus, ut cetera, et ramis et folio esse odoratum scribit Hist. vi. 6. Τῶν δὲ καὶ οἱ κλῶνες, καὶ τὰ φύλλα, καὶ ὄλως ἡ πᾶσα φύσις εὔστομος<sup>f</sup> οἷον ἐρπύλλου, ἐλενίου, σισυμβρίου.

<sup>r</sup> Helenum e lacrymis] Fabulam apud Nicandrum in Theriacis vide, et apud Phavorinum. Ælianum quoque, si lubet, adi, Hist. Anim. ix. 21. Helenum istud Ægyptium est, orbi huic nostro incognitum, de quo eadem fere Diosc. i. 28. ex Crateva recitat. In Etymologico Phavorini: Ἐλένειον, βοτάνη ἡ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ γυνομένη. Εἴρηται ὅτι ἐκ τῶν δικρών τῆς Ἐλένης ἀνεφένη ὅτε ἐπὶ Κανώβῳ τῷ κυβερνήτῃ Μενέλαος ἐδάκρυσεν ὑπὸ αἰμορροΐδων ἀποθανόντι. Hoc et nectarion appellavere, ob suavitatem

succi, quam dotem Plinius animadvertis inferius cap. 91. Hinc nectarites vinum, de quo xiv. 19.

<sup>a</sup> Abrotonum] Ἀβρότονον. Galli nunc vocant, Latinos imitati, Aurone: aliqui vestiarium custodem, Garderobe, quod armariis sparsum vestes a tineis vindicet. A Lobelio pingitur mas et fœmina, duo enim sunt ejus genera, in Observ. pag. 443. Diosc. iii. 29. Ἀβρότονον . . . . πλῆρες ἄνθους . . . . θερείας γεννώμενον, εὐώδες μετὰ ποσοῦ βάρους, πικρὸν τῇ γεύσει.

<sup>b</sup> Flos aurei] Ita Diosc. loc. cit.

<sup>c</sup> Vacuum sponte] Hoc est, ut quidem interpretor, semine vacuum, vel sine semine sponte provenit. Causa subjungitur, quoniam cacumine suo se propagat, dum vertex suo pondere delapsus terra excipitur, et radices agit. Libris omnibus adversantur, qui vel vacuis sponte, vel, ut Pellicerio placuit in Notis MSS. vasculis depositum legunt.

<sup>d</sup> Seritur autem semine] Vide Notas et Emend. num. 8.

<sup>e</sup> Sic et Adonium] In Indice pari-

æstate. Alsiosa<sup>f</sup> enim admodum sunt: et Sole tamen nimio læduntur. Sed ubi convaluere, rutæ vice<sup>g</sup> fruticant.<sup>3</sup> Abrotono simile odore leucanthemum<sup>h</sup> est, flore albo foliosum.<sup>4</sup>

XXXV. (xi.) Amaracum<sup>i</sup> Diocles medicus et Sicula gens appellavere, quod Ægyptus et Syria sampsuchum. Seritur utroque<sup>j</sup> genere, et semine et ramo, vivacius<sup>i</sup> supradictis,<sup>k</sup> et odore melius. Copiosum amaraco æque, quam abrotono, semen. Sed abrotono radix una et alte descendens: ceteris in summa terra<sup>l</sup> leviter hærens. Reliquorum satio autumno fere incipiente, necnon et vere quibusdam locis, quæ umbra<sup>m</sup> gaudent, et aqua, ac simo.

æstate. Flos edd. vett. et Gronov.—2 Margo edd. Dalec. et Gronov. vivardice ac surculo melius, quam semine: et semine quoque, &c. e Theophr.—3 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. ritu ritis Gronov. et vulgg. transferuntur in Adonidis hortos æstate. Alsiosum enim adm. est: et so. ta. ni. læditur. Sed ubi convaluit, rutæ vice fruticat margo edd. Dalec. et Gronov. e Theophr.—4 Vet. Dalec. folioso.

CAP. XXXV. 1 Margo edd. Dalec. et Gronov. feracius, e Theophr.—2 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *prædictis* Gronov. et vulgg.—3 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *summo terræ* Gronov. et vulgg.—4 Margo edd. Dalec. et Gronov. e Theophr. locis omnia umbra, &c.

#### NOTE

ter, *De Abrotono: Adonium*. Quid Adonium sit Plinio, satis ex Theophrasti verbis potest colligi, id esse abrotoni genus, quod in turbinibus eadorum, aut testa, vivardice comprehendit, in quem modum Adonidis hortulos pangebant. Sic enim Græcus auctor, Hist. vi. 7. de abrotono: Προμοσχεύμενον ἐν δοτράκοις, ώσπερ οἱ Ἀδώνιδος κῆποι τὸν θέρους δὲ σπείρεται, κ. τ. λ. Hic tragicē, pro suo more, infeliciter tamen, in Plinium Salmasius invehitur, in Præfat. pag. 100. et 101. errorisque insimulat, quem ut Plinio objiceret, a Dalecampio, quem tamen non laudat, est mutuatus.

<sup>f</sup> *Alsiosa*] Facile læduntur a frigore. Theophr. loc. cit. de abrotono: Τὸν θέρους δὲ σπείρεται δύστριγον γὰρ

σφόδρα, καὶ ὅλως ἐπίκηρον, ὅπου καὶ δῆλος σφόδρα λάμπει.

<sup>g</sup> *Rutæ vice*] Vide Notas et Emend. num. 9.

<sup>h</sup> *Leucanthemum*] Differt ab ea quæ anthemis appellatur, et leucanthemon, xxii. 26. De ea nobis nihil compertum.

<sup>i</sup> *Amaracum*] Diosc. iii. 47. Σάμψυχον . . . καλέται δὲ ὑπὸ Κυζικηνῶν, καὶ τῶν ἐν Σικελίᾳ, ἀμάρακον. Majorana nostra, la Marjolaine, vulgus officinarum existimat esse veterum sampsuchum, amaracumve: sed falso errore: σάμψυχον enim, ut cetera argumenta sileam, per terram reptit, πόλι ἔρπουσα ἐπὶ τῆς γῆς, teste Diosc. Majorana in altum assurgit.

<sup>j</sup> *Seritur utroque*] Theophr. Hist. vi. 7. 'Ο δὲ ἀμάρακος ἀμφοτέρως φύε-

**XXXVI.** Nyctegreton<sup>1</sup> inter pauca miratus est Democritus: coloris hysgini,<sup>m</sup> folio spinæ,<sup>2</sup> nec a terra se attolentem, præcipuam in Gedrosia, narrat. Erui post æquinoctium vernum radicibus, siccarique ad Lunam triginta diebus, ita lucere noctibus. Magos Parthorumque reges uti hac herba ad vota suscipienda. Eandem vocari chenomychon,<sup>3</sup> quoniam anseres a primo conspectu ejus expavescant: ab aliis nyctalopa,<sup>4</sup> quoniam e longinquu noctibus fulgeat.

**XXXVII.** Melilotos<sup>p</sup> ubique nascitur: laudatissima tamen in Attica: ubicumque vero recens nec candicans, et croco quam simillima: quanquam in Italia odoratior candida.<sup>r</sup>

**XXXVIII.** Floram prima<sup>a</sup> ver nuntiantium viola alba. Tepidioribus<sup>b</sup> vero locis etiam hyeme emicat. Postea quæ ion appellatur, et purpurea.<sup>t</sup> Proxime flammea,<sup>c</sup> quæ et

**CAP. XXXVI.** 1 Ita eod. Reg. 2. Nyctegreton est lunaria, *la lunaire*, de qua multæ semper traditæ sunt fabulæ.<sup>f</sup> Brotier. *Nyctegrelum* edd. ante Brotier.—2 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *colores ignei, foliis spiræ* Gronov. et vulgg.—3 Vet. Dalec. *chenomyon*; Chiffi. *cherambycen*.—4 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *nyctilampada* Vet. Dalec. *nycti lampada* Vet. ap. Laet. *nyctilopa* Gronov. et vulgg.

**CAP. XXXVII.** 1 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *odoratior et candida* Gronov. et vulgg.

**CAP. XXXVIII.** 1 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *quæ appellatur purpurea*

#### NOTÆ

*ται, καὶ ἀπὸ περισπάδος, καὶ ἀπὸ σπέρματος.*

<sup>k</sup> *Vivacius supradictis*] Abrotono et adonio.

<sup>l</sup> *Nyctegreton*] *Νυκτήγρετον*, quasi nocturnas agens excubias. Sunt qui hanc esse censeant, quam Chimistæ Lunariam nominant, noctibus cum Luna lacentem: inde nomen, inquit Ruellius lib. II. pag. 457.

<sup>m</sup> *Coloris hysgini*] Ita MSS. Reg. Colb. &c. non *ignei*.

<sup>n</sup> *Chenomychon*] *Χηνόμυχον*, quod anseres, *χῆνες*, ea visa in recessus locaque abdita, *εἰς τὸν μυχὸν*, fugiunt.

<sup>o</sup> *Nyctalopa*] Ita MSS. Reg. Colb.

Th. tum hoc loco, tum in Indice, non, ut olim, *nyctilopa*. *Νυκτάλωπας* similiiter quos Græci vocent, dicemus **XXVIII. 47.**

<sup>p</sup> *Melilotos*] Hæc verbis iisdem interpres Oribasii lib. XI. fol. 205. post Dioscor. III. 48.

<sup>a</sup> *Florum prima*] Transcripta hæc ad verbum e Theophr. Hist. VI. 7. Transcripsit et Athenæus lib. XV. pag. 680.

<sup>b</sup> *Tepidioribus*] Theophr. loc. cit.

<sup>c</sup> *Proxime flammea*] Flos ille nimis, quem et φλόγα et φλόγιον appellari diximus cap. 33. Theophr. <sup>d</sup> Αμάδε τῷ λῃ, ἡ μικρότερόν τι ὕστερον, τὸ φλό-

phlox<sup>2</sup> vocatur, sylvestris duntaxat. *Cyclaminum*<sup>3 d</sup> bis anno, vere et autumno: æstates hyemesque fugit. Seriores<sup>4</sup> supra dictis aliquando narcissus et lily<sup>5 e</sup> trans maria: in Italia quidem, ut diximus,<sup>f</sup> post rosam. Nam in Græcia tardius<sup>6</sup> etiamnum anemone. Est autem hæc<sup>g</sup> sylvestrium bulborum flos, aliaque quam quæ dicetur in medicinis.<sup>7 h</sup> Sequitur œnanthe,<sup>i</sup> melianthum:<sup>8 j</sup> ex sylvestribus heliochrysos. Deinde alterum genus anemones,<sup>k</sup> quæ limonia vocatur. Post hanc gladiolus comitatus hya-

Gronov.—2 Margo edd. Dalec. et Gronov. *phloginon*, e Theophr.—3 Ita codd. Pintiani, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recent. *Codiaminon* edd. vett. et Gronov. ‘*Bulbi codion* Th. vulgo *Porrion*. Chiff. *Clielaminum*’ Dalec.—4 *Serior margo* edd. Dalec. et Gronov. e Theophr.—5 *Margo* edd. Dalec. et Gronov. *leirium*, e Theophr.—6 *In Græcia vero tardius* cod. Dalec.—7 Chiff. *medicis*.—8 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. ita quoque in Indice, lib. 1. *melanion* Gronov. et al. ante Harduin. Mox, Vet. Da-

## NOTÆ

γιον καλούμενον τὸ ἄγριον. Jovis flamma eadem appellatur **xxvii.** 27. Hic Plinium immerito Salmasius carpit, in Solin. pag. 1361.

<sup>d</sup> *Cyclaminum*] Ita MSS. veteres, ipso Pintiano teste. In Reg. 1. et Colb. 1. *Cocliaminum*. In Reg. 2. *Clyclaminum*. In Thuanæo, *Ciliaclamignum*. In editis, insulse, *Codiaminum*. Hoc vero Plinius, ut alia plurima, iis interserit, quæ mutuatur a Theophrasto.

<sup>e</sup> *Seriores . . . lilyum*] Album scilicet, quod λείριον appellavimus, cap. 11. Theophr. Hist. vi. 7. Μετὰ δὲ ταῦτα δὲ νάρκισσος, καὶ τὸ λείριον, καὶ τὸν βολβὸν κώδιον.

<sup>f</sup> *Ut diximus*] Cap. 11. ubi lilyum medio rosarum proventu incipere dicitur.

<sup>g</sup> *Est autem hæc*] Theophrasti oratio ex Athenæo refingenda est, a quo ea transcripta accuratis est, quam in libris nunc editis legitur: Καὶ λείριον, inquit lib. xv. pag. 680. καὶ ἐκ τῶν τριῶν ἀνεμάνης γένος τὸ κα-

λούμενον ὄφειον, καὶ τὸ τὸν βολβὸν κώδιον. Postea lilyum, et ex tribus anemones generibus genus illud, quod montanum vocant, et bulbi codion. Sic legisse hunc locum, sic accepisse Plinium liquet: sed quod sit genus illud anemones, nec se nosse quidem, quod ingenui viri est, palam præ se fert.

<sup>h</sup> *Dicetur in medicinis*] Infra, c. 94.

<sup>i</sup> *Sequitur œnanthe*] Ea quæ describetur inferius, cap. 95. Theophr. Hist. vi. 7. et ex illo Athenæus, loc. cit. Ἐπὶ δὲ τούτοις ἡ οἰνάνθη, καὶ τὸ μελάνιον, καὶ τῶν ἄγριων ὃ τε ἔλειόχρυσος, καὶ τῆς ἀνεμάνης ἡ λειμωνία καλουμένη, καὶ τὸ ξίφιον, καὶ νάκινθος.

<sup>j</sup> *Melianthum*] Vide Notas et E-mend. num. 10.

<sup>k</sup> *Genus anemones*] Et hoc coronarium: <sup>l</sup> *Anemone*: diversum a medicis anemones generibus, de quibus cap. 94. Centum et quinquaginta anemones genera in horto Regio vidimus. Hanc Theophrastus λειμωνίαν vocat, quasi pratensem.

cinthis. Novissima<sup>9</sup> rosa :<sup>1</sup> eademque prima deficit, excepta sativa : et ceteris hyacinthus<sup>10</sup> maxime durat, et viola alba, et oenanthe : sed haec ita,<sup>2</sup> si divulsa crebro prohibetur in semen abire. Nascitur locis tepidis. Odor idem ei, qui germinantibus uvitis, atque inde nomen.

Hyacinthum comitatur fabula duplex,<sup>3</sup> luctum<sup>11</sup> præferrens ejus quem Apollo dilexerat, aut ex Ajacis crux editi, ita discurrentibus venis,<sup>12</sup> ut Græcarum literarum figura A I legatur inscripta.<sup>13</sup>

Heliochrysos<sup>4</sup> florem habet auro similem, folium tenuem, caulinum quoque gracilem, sed durum. Hoc coronare<sup>5</sup>

lec. ex s. elilichrysos.—9 Novissime Chiffi. —10 Dalec. vel luctum.—11 Vet. Dalec. notis.—12 Chiffi. inscriptum.—13 Alii ap. Dalec. coronant se Magi, et si. —

#### NOTÆ

<sup>1</sup> Novissima rosa] Et haec a Theophr. loc. cit.

<sup>2</sup> E ceteris hyacinthus] Theophr. loc. cit.

<sup>3</sup> Sed haec ita] Ita diutissime floret, inquit, si crebro florem vellas auferasque, nec seminescere sinas, nec solum apricum desit : Theophr. ‘Ωσαντως δὲ καὶ ἡ οινάθητος καὶ γὰρ τοῦτο ἀνθικὸν μὲν . . . ἔαν τις ἀποκνίζῃ καὶ ἀφαιρεῖ τὸ ἄνθος, καὶ μὴ ἔῃ σπερματοῦσθαι καὶ θαντόπον εὔηλον ἔχει.

<sup>4</sup> Fabula duplex] Alteram describit Ovidius Met. x. 162. ad 220. ubi Hyacinthi pueri, quem Apollo adamarat, in florem sui nominis conversionem enarrat. Alteram xiii. 135. ubi Ajacem in eundem quoque florem mutatum scribit : in quo ‘Litera communis mediis puerisque, viroisque, Inscripta est foliis : haec nominis, illa querelæ.’ Nam in illo flore inscripta diphthongus Graeca A I, querimonie simul index est occisi ab Apolline pueruli, dum simul disco ludenter : et Ajaci eadem, nominis nota. De Apolline puerum lugente, Ovidius : ‘Ipse suos gemitus foliis inscribit, et A I A I Flos habet inscriptum, funes-

taque litera ducta est.’ Prudentius quoque περὶ στεφάνων, Hym. x. in S. Romanum vs. 191. ‘Mox flevit impuratus occisum gravi Disco, et ducavit florulentum succubam : nempe Hyacinthum Apollo. De nomine Ajacis lugubri, ipse Ajax apud Sophoclem : Αἴ αἰ, τίς λύν ποτ’ φεδρὸν ἀδέπτωνυμον Τούμπὸν ξυνοίσειν ὅνομα τοῖς ἔμοῖς κακοῖς ; Νῦν γὰρ πάρεστι καὶ δις αἰάξειν ἔμοι, Καὶ τρίς.

<sup>5</sup> Heliochrysos] Theophr. Hist. ix. 21. ‘Ἐχει δὲ ὁ ἐλειόχρυσος τὸ μὲν ἄνθος χρυσοειδὲς, φύλλον δὲ λεπτὸν (non λευκὸν) καὶ τὸν κανθάρον δὲ λεπτὸν καὶ σκληρὸν. Nomen ei a gemina causa : et ab aureo flore, et a paludibus in quibus oritur. Hanc amaranthi nomine Galenus intellexit, nec aliter vocavit. Rura nostra, inquit Ruellius lib. iii. pag. 604. vocant ‘Chanesum majus.’ Hujus corymbos rustici, ut qui non facile marcescant, ad hybernas reservant coronas. A Dodonæo pingitur pag. 267. Dicemus de ea iterum cap. 96.

<sup>6</sup> Hoc coronare] Theophr. loc. cit. Εὐδοξεῖ δὲ καὶ ἔαν τις τοῦ ἐλειοχρύσου τῷ ἄνθει στεφανοῦται, μύρφ ράλνων ἔκ

se Magi, si et <sup>13</sup> unguenta sumantur ex auro, quod apyron<sup>r</sup> vocant, ad gratiam quoque vitae gloriamque pertinere <sup>14</sup> arbitrantur. Et verni quidem flores hi sunt.

XXXIX. Succedunt illis aestivi, lychnis,<sup>a</sup> et Jovis flos, et alterum genus lilii.<sup>1b</sup> Item tiphyon,<sup>2c</sup> et amaracus, quem Phrygium cognominant. Sed maxime spectabilis pothos. Duo genera<sup>d</sup> hujus: unum, cui flos hyacinthi est: alterum candidius,<sup>3</sup> qui fere nascitur in tumulis,<sup>e</sup> quoniam<sup>f</sup> fortius durat.<sup>f</sup> Et iris<sup>g</sup> aestate floret. Abeunt<sup>h</sup> et hi, marcescuntque. Alii rursus subeunt autumno: tertium genus lilii:<sup>6h</sup> et crocum in utroque genere: unum hebes,



<sup>14</sup> Margo edd. Dalec. et Gronov. et vita gloriam pertinere.

CAP. XXXIX. 1 Margo edd. Dalec. et Gronov. et cerithus, e Theophr.—2 Ibid. ex eodem, iphyon.—3 Margo edd. Dalec. et Gronov. decolor: ἔχρου Theophr.—4 Margo edd. Dalec. et Gronov. quodque.—5 Chiff. flores abeunt.—6 Alterum genus leirii margo edd. Dalec. et Gronov. e Theophr.

#### NOTEÆ

χρυσίον ἄπυρον.

<sup>a</sup> Quod apyron] Quod ignem non sit expertum.

<sup>a</sup> Lychnis] Theophr. Hist. vi. 7. Τὰ δὲ θερινὰ μᾶλλον, ἢ τε λυχνὸς, καὶ τὸ Διὸς ἄνθος.

<sup>b</sup> Et alterum genus lilii] Rubens scilicet, quod Græci κρίνον vocant, ut dictum est cap. 11. Candidum enim inter vernos flores sup. cap. recentissimum est.

<sup>c</sup> Item tiphyon] Theophr. loc. cit. et ex eo Athenæus lib. xv. pag. 679. Καὶ τὸ ίφυον, καὶ ὁ ἀμέρακος ὁ Φρύγιος. In MSS. Reg. et Colb. Tiphon. In Indice, tiphyon. In Thuan. ipyon. Theophr. ipse Hist. vii. 12. τὸ τίφυον scripsisse videtur. Et de Causis 1. 10. τὰ τίφυα. Quid sit porro tiphyon, nescit Anguillara par. 12. pag. 212. neque nos exploratum habemus.

<sup>d</sup> Sed maxime . . . pothos. Duo genera] Expressa hæc quoque a Theophrast. Hist. vi. 7. Πόδον nos arbitramur esse, quem modo florem Constantinopolitanum vocant, Galli

Croix de Hierusalem, in horto Eystetensi pictum apprime, et apud Dodon, pag. 178.

<sup>e</sup> Qui fere nascitur in tumulis] Forte, qui fere jacitur in tumulis: nam ita Theophr. Hist. vi. 7. cuius verba videtur exscribere: φέρεται πρὸς τάφους. Sic enim legit Athenæus lib. xv. pag. 697.—<sup>f</sup> Quid si ambo, Theophrastus et Athenæus, Latinum hic quempiam auctorem transcripserent, et inconsiderato tumulos, τάφους, pro βαμούς, verterent? Ed. sec.

<sup>f</sup> Fortius dural] Χρονιώτερος Theophr. diutius vivit.

<sup>g</sup> Et iris] Theophr. loc. cit. Ἀνθεῖ δὲ καὶ ἡ ἵρις τοῦ θέρους.

<sup>h</sup> Tertium genus lilii] Purpureum videlicet, sive narcissum, de quo superius cap. 12. quod Theophrasto Hist. vi. 6. alterum λειρὸν genus est, δὲ νάρκισσος, ἢ τὸ λειριον. Quare rursus secundum lili genus appellat cap. 7. unde haec Pliniana manant: Τὸ δὲ λειριον τὸ ἔπερον, καὶ ὁ κρόκος, ὃ τε ὄρεινὸς εὔσημος, καὶ ὁ ἥμερος εὐθὺς

alterum odoratum: primis omnia imbribus emicantia. Coronarii quidem et spinæ flore<sup>i</sup> utuntur: quippe cum spinæ albae caulinuli inter oblectamenta gulæ quoque condiantur. Hic est trans maria ordo florum. In Italia violis succedit rosa: huic intervenit lily: rosam cyanus excipit, cyanum amaranthus. Nam vincapervinca<sup>j</sup> semper viret, in modum lineæ<sup>k</sup> foliis geniculatim circumdata, topiaria herba.<sup>l</sup> Inopiam tamen florum aliquando supplet. Haec a Graecis chamædaphne vocatur.

XL. Vita longissima<sup>m</sup> violæ albæ trimatu.<sup>i</sup> Ab eo tempore degenerat. Rosa<sup>n</sup> et quinquennium perfert, nec recisa, nec adusta. Illo enim modo juvenescit. Diximus<sup>o</sup> et terram reserre plurimum. Nam et in Ægypto<sup>p</sup> sine odore hæc omnia: tantumque myrtis<sup>q</sup> odor præcipuus. Alicubi etiam binis mensibus antecedit germinatio omnium. Rosa-

CAP. XL. 1 'Ita Reg. 2. et Editio princeps.' Brotier. *violæ albæ est trimatu*

#### NOTÆ

*γὰρ ἀνθοῦσι τοῖς πρότοις ὕδασι, subintel-*  
lige ex antecedentibus, μεταφώρου.

<sup>i</sup> *Coronarii . . . et spinæ florē*. Dum spinæ florem audis, acanthi duplex genus intellige, de quo xxii. 34. <sup>‘</sup> *Brancam Ursinam* vocant. Plinius in indice hujus loci id satis perspicue admonet, cum ea appellat ex ordine, quæ nunc explanat uberioris: ‘Pothi genera duo: Orsinæ genera duo: Vincapervinca,’ &c. De spina alba dicetur xxiv. 66.

<sup>j</sup> *Vincapervinca*] Retinet in officinis nomen *Pervenche*. Delineatur a Dodonæo pag. 401, ubi ab eo Clematis daphnoides major appellatur. Vidi-  
mus in horto Regio.

<sup>k</sup> *In modum lineæ*] Alii, *in modum lini*. Dodonæus loc. cit. *in modum lauri*. Utrique male. Linea hoc loco est, quam formidinem alii in venatione appellitant, vario plumarum nexus discolorem, qua terrentur apri, cervique. Hanc, foliorum congerie,

plane repræsentat vincapervineæ.

<sup>l</sup> *Topiaria herba*] Topiarium intelligitur opus, quod ex arbore, frutice, vel herba, ad decorum componebatur in testudines, aut cameras forniciatum: hinc topiariæ dici merentur arbores, vel herbæ, quæ nimurum huic operi, quod flexiles sunt, et suo lentore sequaces, accommodantur.

<sup>m</sup> *Vita longissima*] Theophr. Hist. vi. 7.

<sup>n</sup> *Rosa*] Theophrast. loc. cit. ‘Πο-  
δωνίας δὲ πέντε τὰ πρὸς τὴν ἀκτὴν μῆ-  
ἐπικαιομένης δηλονότι, μηδ' ἐπιτεμομέ-  
νης.

<sup>o</sup> *Diximus*] Cap. 10.

<sup>p</sup> *Nam et in Ægypto*] Theophr. loc. cit.

<sup>q</sup> *Tantumque myrtis*] Theophr. loc. cit. Cur porro myrtus in Ægypto odoratissima sit, reliquæ inodoratæ dignautur, causam idem investigat, de Causis vi. 27. pag. 385.

ria a Favonio fossa oportet esse, iterumque solstitio. Et id agendum, ut intra id tempus purgata ac pura sint.<sup>2</sup>

**XLI.** (XII.) Verum hortis coronamentisque maxime alvearia et apes convenient, res præcipui quæstus compendiique, cum favit.<sup>1</sup> Harum ergo causa<sup>r</sup> oportet serere thymum, apiastrum,<sup>s</sup> rosam, violas, lilyum, cytisum, fabam, erviliam,<sup>z</sup> cunilam,<sup>t</sup> papaver, conyzam, casiam,<sup>u</sup> melilotum, melissophyllum,<sup>v</sup> cerinthen. Est autem cerinthe<sup>w</sup> folio candido, incurvo, cubitalis, capite concavo, mellis succum habente. Horum floris<sup>3</sup> avidissimæ sunt, atque etiam sinapis, quod miremur, cum olivæ<sup>x</sup> florem ab his non attungi constet. Ideoque hanc arborem procul esse melius sit: cum aliquas quam proxime<sup>y</sup> seri conveniat, quæ et evolantum examina invitent, nec longius abire patiantur.

**XLII.** Cornum quoque arborem caveri oportet: flore ejus degustato,<sup>a</sup> alvo cita<sup>r</sup> moriuntur. Remedium, sorba con-

Gronov. et al. vett. *trimatus* cod. Dalec.—2 ‘Ita codd. Regg. et Editio princeps.’ Brotier. Ita quoque Gronov. et al. vett. *perpurgata ac pura sint ex codd. Harduinus et recent.*

CAP. XLI. 1 Chiff. *compendio cum fave*; cod. Dalec. etiam *fave*.—2 Ita codd. Harduini, Dalec. et al. item Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *ervillam* Chiff. *ervillum* Gronov. et vulgg.—3 Cod. Dalec. *florum*.

CAP. XLIII. 1 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.

#### NOTÆ

<sup>r</sup> *Harum ergo causa*] Accepta hæc fere ex Varrone de Re Rust. III. 9. pag. 320.

<sup>s</sup> *Apiastrum*] Hoc est, agreste apium, ἀγροσέλινον, non melissophyllum, de quo mox. Colum. IX. 8. pag. 328. ‘Sunt qui per initia veris apiastrum, atque (ut ille vates ait) trita meliphylla, et cerinthæ ignobile gramen, aliasque colligant similes herbas, quibus id genus animalium delectatur, et ita alvos perficent, ut odor et succus vasis inhæreat.’

<sup>t</sup> *Cunilam*] Sive satureiam, de qua XIX. 50.

<sup>u</sup> *Casiam*] Seu cneorum, de quo cap. 30.

<sup>v</sup> *Melissophyllum*] Quod et apias-trum Hyginus vocavit, cap. 29.

<sup>w</sup> *Est autem cerinthe*] Ea est quæ cerinthe quorundam major versicolore flore appellatur a Clusio, delineaturque Hist. Rar. Plant. lib. v. p. 167. visa a nobis in horto Regio. Cave Ruellio credas qui Pasquetam putat esse lib. II. p. 446.

<sup>x</sup> *Cum olive*] Vide quæ diximus XI. 8.

<sup>y</sup> *Cum aliquas quam proxime*] Ut palmam, et oleastrum. Virgil. Georg. IV. 20. ‘Palmaque vestibulum, aut ingens oleaster obumbret: Ut cum prima novi ducent examina reges, Vere suo, ludetque favis emissâ juventus, Vicina invitèt decadere ripa calori, Obviaque hospitiis teneat frontibus arbos.’

tusa e melle præbere his, vel urinam<sup>b</sup> hominum, vel boum, aut grana Punici<sup>c</sup> mali, aminæo vino conspersa. At genistas circumseri<sup>z</sup> alveariis gratissimum.

**XLIII.** Mirum est dignumque memoratu, de alimentis quod comperi. Hostilia<sup>d</sup> vicus alluitur Pado. Hujus inquilini pabulo circa deficiente imponunt navibus alvos,<sup>e</sup> noctibusque quina millia passuum contrario<sup>z</sup> amne naves subvehunt. Egressæ luce apes pastæque, ad naves quotidie remeant,<sup>3</sup> mutant locum, donec pondere ipso pressis navibus plenæ alvi intelligantur, revectisque eximantur<sup>4</sup> mella. Et in Hispania mulis provehunt, simili de causa.

**XLIV. (xlii.)** Tantumque pabulum refert, ut mella quoque venenata fiant. Heracleæ<sup>e</sup> in Ponto, quibusdam annis perniciosissima existunt, ab iisdem apibus facta. Nec dixere auctores, e quibus floribus ea fierent. Nos trademus, quæ comperimus. Herba est ab exitio et jumentorum quidem, sed præcipue caprarum, appellata ægolethron.<sup>f</sup> Hujus flores concipiunt noxiū virus, aquoso vere marcescentes. Ita fit, ut non omnibus annis sentiatur hoc malum. Venenati signa sunt, quod omnino non densatur, quod color



*flore . . . alvo concita* Gronov. et vulgg. *Nam flore Pintian.*—2 Chiff. *At genistas conseri.*

**CAP. XLIII.** 1 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *alvearia* cod. Dalec. *alveos* Gronov. et al. vett.—2 Cod. Dalec. *contra ortum*.—3 Chiff. *remaneant.* Mox, *mutant ii locum* Vet. Dalec. Paulo post, *pressis deest* in cod. Dalec.—4 Cod. Dalec. *plena alvearia intelligantur revect. eximuntur.*

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *Flore ejus degustato*] Et floribus tithymalli, ulmique samera degustatis, alvi profluvio apes interire Columella prodidit, **IX. 13.**

<sup>b</sup> *Vel urinam*] Sic etiam Hyginus apud Columellam loc. cit.

<sup>c</sup> *Aut grana Punici*] Columella loc. cit. et Palladius in Martio **IV. 15.** pag. **106.**

<sup>d</sup> *Hostilia*] Hostilia vicus Veronesium, inquit Tacitus Hist. **III. pag. 63.** Nunc est Ferrariensis agri, et

nomen servat: *Ostiglia.*

<sup>e</sup> *Heracleæ*] Sic Diosc. **II. 103.** et *Eὐπορ.* **II. 138.** pag. **121.**

<sup>f</sup> *Ægolethron*] Quod sit αἰγῶν ὄλεθρος, caprarum pernicies.—<sup>g</sup> D. de Tournefort, in Hist. Acad. Reg. Scient. an. 1704. pag. 351. hunc Plinii locum insignter laudat; et ægolethron putat esse plantam, quam ipse Chamærhododendron Ponticam appellat, delineatque pag. 348.<sup>h</sup> Ed. sec.

magis rutilus est, odor alienus, sternutamenta<sup>i</sup> g protinus movens, quod ponderosius innoxio. Qui edere, abjiciunt se humi, refrigerationem querentes: nam et sudore<sup>h</sup> diffluunt. Remedia sunt multa, quæ suis locis dicemus.<sup>j</sup> Sed quoniam statim repræsentari aliqua in tantis insidiis oportet, mulsum vetus<sup>j</sup> e melle optimo et ruta: salsamenta etiam, si rejiciantur sumta crebro. Certumque est id malum per excrementa<sup>z</sup> k ad canes etiam pervenire, similiterque torqueri eos. Mulsum tamen ex eo inveteratum, innocuum esse constat: et foeminarum cutem nullo melius emendari cum costo, sugillata cum aloë.<sup>3</sup> l

XLV. Aliud genus<sup>i</sup> m in eodem Ponti situ, gente Sannorum,<sup>z</sup> mellis, quod ab insania, quam gignit, mænomenon<sup>n</sup> vocant. Id existimatur contrahi flore rhododendri, quo scatent sylvae. Gensque ea, cum ceram in tributa Romanis præstet, mel (quoniam exitiale est) non vendit.<sup>o</sup> Et in Perside, et in Mauretaniæ Cæsariensis Gætulia, contermina Massæsylis,<sup>3</sup> venenati favi gignuntur: quidamque a parte, quo nihil esse fallacius potest, nisi quod livore deprehendit.

CAP. XLIV. 1 Ita edd. vett. et Gronov. *sternumenta Harduinus et recentt. ex codd.*—2 Chiff. *per excreamenta.*—3 Vet. Dalec. *sale.*

CAP. XLV. 1 Aliud genus mellis Dalec.—2 Ita codd. Harduinus et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. in eodem Ponto gente Sannorum Gronov. et vulgg.—3 *Mauritania Cæsariensi, Getulie ac Massæsylis cod. Dalec. Massy-*

#### NOTÆ

<sup>g</sup> *Sternumenta*] Diosc. loc. cit.

<sup>h</sup> *Nam et sudore*] Diosc. loc. cit.

<sup>i</sup> *Suis locis dicemus*] Lib. xxix. cap.

31. &c.

<sup>j</sup> *Mulsum vetus*] De mulso et salsamentis, concinit Plinio Diosc. loc. cit. sed ita ut salsamenta vomitione rejiciantur, quæ Plinii quoque mens est.

<sup>k</sup> *Per excreamenta*] Sic libri vulgati, cum Reg. 1. cod. At Reg. 2. et Chiff. *per excreamenta.* An excreations intelligunt, quas lambere canes solent? De excreimento seu stercore, Diosc. Epiop. II. 138. accepit. Τινὲς ἀφοδον δι

τῶν φαγόντων τὸ μέλι σύες ἢ κύνες φαγόντες, τὸ αὐτὸν πάσχουσι.

<sup>l</sup> Cum aloë] Sic etiam MSS. Diosc. loc. cit. cum sale, μετὰ δὲ ἄλδος, πελματα.

<sup>m</sup> *Aliud genus*] De eo melle insano, vide Diodor. Sicul. Bibl. lib. xiv. pag. 260. Ælianus Hist. Anim. v. 42. et auctor libri de Mirab. Auscult. e buxo legi mel istud ainnt.

<sup>n</sup> *Mænomenon*] Malvores Graece insanio.

<sup>o</sup> *Non vendit*] Forte rectius, non pendit.

duntur. Quid sibi voluisse naturam iis arbitremur insidiis, ut ab iisdem apibus, nec omnibus annis fierent, aut non totis favis? Parum erat<sup>4</sup> genuisse rem, in qua venenum facilime daretur: etiamne hoc ipsa in melle tot animalibus dedit? Quid sibi voluit, nisi ut cautiorem minusque avidum faceret hominem? non enim et ipsis<sup>5</sup> jam apibus<sup>6</sup> cuspides dederat, et quidem venenatas? remedio adversus has utique non differendo. Ergo malvæ succo,<sup>7</sup> aut foliorum hederæ perungi<sup>8</sup> salutare est, vel percussos ea bibere. Mirum tamen<sup>9</sup> est, venena portantes ore, singentesque ipsas non mori: nisi quod illa domina rerum omnium hanc dedit repugnantiam apibus: sicut contra serpentes Psyllis Marsisque<sup>10</sup> inter homines.

**XLVI.** (XIV.) Aliud in Creta miraculum mellis. Mons est Carma<sup>1</sup> IX.<sup>2</sup> M. passuum ambitu: intra quod spatium muscae non reperiuntur, natumque ibi mel nusquam attingunt. Hoc experimento singulare medicamentis eligitur.<sup>2</sup>

**XLVII.** Alvearia orientem<sup>3</sup> æquinoctialem spectare convenit. Aquilonem evitent: nec Favonium minus. Alvos optimas<sup>4</sup> e cortice, secundas ferula, tertias<sup>5</sup> vimine. Mul-

lis Chiffi.—4 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Param enim erat* Gronov. et vulg.—5 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Non enim ipsi melli, sed apibus jam* Gronov. et vulg.—6 Chiffi. ungui.

**CAP. XLVI.** 1<sup>4</sup> Ita codd. Regg. 1. 2. et Colb. 2.<sup>5</sup> Brotier. *Carma VIII.* Chiffi. *Carina IX.* Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—2 Chiffi. exigitur.

**CAP. XLVII.** 1 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.

#### NOTÆ

<sup>4</sup> *Non enim et ipsis]* Hoc est, quasi non apes ipsæ haberent, quo lædere possent, et hominem esse cautiorem cogent.

<sup>5</sup> *Ergo malvæ succo]* Diosc. *Eπτορ.* II. 121. pag. 116.

<sup>6</sup> *Mirum tamen]* Mirari subit, cur apes ipsæ non moriantur, quæ venena portant ore, et venena singunt.

<sup>7</sup> *Psyllis Marsisque]* De quibus dictum est *vii. 2.*

<sup>8</sup> *Mons est Carma [Carina]* Sic MSS.

*Sic MSS.* Reg. Colb. 2. &c. Quidam *Carma*. Colb. 1. *Narina*. Forte *Carnia*: ejus nominis montem in Arcadia esse auctor est Callimachus Hym. in Dian. vs. 109. Montem Cretæ, melle nobilem, ut Atticæ Hymettum, auctor Geopon. xv. 7. *Ἀκραμαμμάριον* vocat.

<sup>9</sup> *Alvearia orientem]* Deflecti in orientem brumalem præcipit Colum. ix. 7. p. 315. Palladius quoque I. 38. p. 33.

<sup>10</sup> *Alvos optimas]* Colum. ix. 6. pag.

ti eas<sup>c</sup> et speculari lapide fecere, ut operantes intus spectarent. Circumlini<sup>d</sup> alvos fimo bubulo utilissimum, operculum a tergo esse ambulatorium,<sup>e</sup> ut proferatur intus, si magna sit alvus,<sup>2</sup> aut sterilis operatio, ne desperatione curam abjiciant: id paulatim reduci,<sup>3</sup><sup>f</sup> fallente operis incremento. Alvos hyeme<sup>g</sup> stramento operiri, crebro suffiri, maxime fimo bubulo.<sup>h</sup> Cognatum hoc iis,<sup>i</sup> innascentes bestiolas necat, araneos, papiliones, teredines: apesque ipsas excitat. Et araneorum quidem exitium facilius est: papilio pestis major.<sup>4</sup> Tollitur vere,<sup>5</sup><sup>j</sup> cum maturescit malva, noctu, interlunio, caelo sereno, accensis lucernis ante alvos. In eam flammam sese ingerunt.

---

*Alvearia optima e c. secunda f. tertia* edd. vett. et Gronov.—2 Cod. Dalec. si magna sint alvearia; Chiff. si magna sit alvos; Gronov. et al. ante Harduin. si magnus sit alveus.—3 Vet. Dalec. ac paulatim reducatur; Dalec. in paulatim reduci.—4 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. papilionum pestis major Gronov. et vulgg.—5 Tollitur vero Gronov. et al. ante Harduin. Mox, cum florescit Col. cum maturescat Chiff.

#### NOTÆ

323. ‘Igitur ordinatis sedibus, alvearia fabricanda sunt pro conditione regionis: sive illa ferox est suberis, haud dubitanter utilissimas alvos faciemus ex corticibus, quia nec hyeme rigent, nec cudent æstate: sive ferulis exuberat, iis quoque, cum sint naturæ corticis similes, e quibus comode vasa texuntur. Si nentrum aderit, opere textorio salicibus connectuntur,’ &c. Sic etiam Palladius loc. cit. Praevit omnibus Varro de Re Rust. III. 16. p. 110.

<sup>c</sup> *Multi eas]* Et e vitro, et e cornu laternæ condita alvearia vidimus XI. 16.

<sup>d</sup> *Circumlini]* Varro loc. cit. ‘Vitiles fimo bubulo oblinunt intus et extra, ne asperitate absterreantur.’

<sup>e</sup> *Ambulatorium]* Mobile, ut proferatur intus, cum opus, et sic coangustetur alveare, si majus aequo sit, ne in vasto loco et inani despondeant

animum. Varro, loc. cit.

<sup>f</sup> *Id paulatim reduci]* Subintellige, utilissimum. Quod autem sequitur, ‘fallente operis incremento,’ simili forma loquendi Seneca usus, Nat. Quæst. III. 27. ‘Natura parce uititur viribus, dispensatque se incrementis fallentibus.’

<sup>g</sup> *Alvos hyeme]* Sic MSS. omnes ubique: sic Varro, et alii, alvos fæminco genere pro alveari dixerunt.

<sup>h</sup> *Fimo bubulo]* Colum. IX. 14. pag. 336.

<sup>i</sup> *Cognatum hoc iis]* Colum. loc. cit. et Pallad. in Martio, lib. IV. tit. 15. p. 107.

<sup>j</sup> *Tollitur vere]* Colum. IX. 14. pag. 338. ‘Quo tempore florent . . . si vas æneum simile miliario vespere ponatur inter alvos, et in fundum ejus lumen aliquod demittatur, undique papiliones concurrunt: dumque circa flammulam volitant, aduruntur.’ Ita

**XLVIII.** Si cibus<sup>b</sup> deesse censeatur<sup>a</sup> apibus, uvas passas siccavse, ficosque tusas, ad fores earum posuisse conveniet:<sup>c</sup> item lanas tractas<sup>1</sup> madentes passo, aut defruto, aut aqua mulsa: gallinarum etiam crudas carnes.<sup>3</sup><sup>m</sup> Quibusdam etiam æstatibus iidem cibi præstandi, cum siccitas continua florum alimentum abstulit.<sup>4</sup> Alvorum, cum mel eximitur,<sup>5</sup> illini oportet exitus, melissophyllo aut genista tritis: aut medias<sup>6</sup> alba vite præcincte, ne apes diffugiant. Vasa mellaria aut favos<sup>7</sup> lavari aqua præcipiunt: hac decocta, fieri saluberrimum acetum.

**XLIX.** Cera fit<sup>a</sup> expressis favis, sed ante purificatis aqua, et triduo in tenebris siccatis, quarto die liquatis igni in novo fictili, aqua favos tegente, tunc sporta colatis. Rursus in eadem olla coquitur cera cum eadem aqua, excipiturque alia frigida, vasis melle circumlitis. Optima, quæ Punica<sup>b</sup> vocatur. Proxima quam<sup>c</sup> maxime fulva,



**CAP. XLVIII.** I Codd. Regg. 1. 2. et Editio princeps, *deesse sentiatur*.—2 ‘Ita Editio princeps.’ Brotier. Ita quoque Gronov. et al. ante Harduin. *carum p. convenient* codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *alveorum p. convenient* Vet. Dalec.—3 Chiff. *nudas carnes*.—4 Vet. Dalec. negat.—5 Chiff. *eximatur*.—6 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *aut medios* Gronov. et vulgg. *aut medias al. vite præcincti*, ne a. *defugiant* Chiff.—7 Idem codex, *et favos*.

#### NOTÆ

Pallad. in Aprili, lib. v. tit. 8. pag. 113. Sic porro MSS. omnes: non, ut editi, *Tollitur vero*.

<sup>a</sup> *Si cibus*] Varro de Re Rust. III. 16. p. 110. ‘Præparandus his cibus, ne tum melle cogantur solo vivere .... Igitur ficorum pinguium .... in offas prope apponunt .... Alii aquam mulsam in vasculis prope ut sit, currant: in qua addunt lanam purpuream, per quam sugant: uno tempore, ne potu nimium impleantur, aut ne incident in aquam .... Alii uvam passam, et sicum cum pinserunt, affundunt sapam,’ &c. Vide etiam Colum. loc. cit. pag. 339.

<sup>b</sup> *Item lanas tractas*] Carminatas, pexas.

<sup>m</sup> *Crudas carnes*] Ita libri vulgati, cum Colb. 1. Rectins forte, cum Reg. 1. 2. Colb. 2. Th. et Chiff. *nudas carnes*, hoc est, a pelle exutas, ac pingui, ut exhiberi ægris solet.

<sup>a</sup> *Cera fit*] Eleganter Colum. IX. 16. p. 344. ‘Expressæ favorum reliquæ, posteaquam diligenter aqua dulci perlutæ sunt, in vas æneum conjiciuntur: adjecta deinde aqua liquantur ignibus: quod ubi factum est, cera per stramenta vel juncos defusa colatur: atque iterum similiter de integro coquitur, et in quas quisque volvit formas, aqua prius dejecta, defunditur.’

<sup>b</sup> *Quæ Punica*] Candoris eximii.

<sup>c</sup> *Proxima quam*] Sic Diosc. II. 105.

odorisque mellei, pura, natione autem Pontica, quam constare equidem miror inter venenata mella: <sup>d</sup> deinde Cretica, <sup>e</sup> plurimum enim ex propoli habet, de qua diximus <sup>f</sup> in natura apum. Post has Corsica, quoniam ex buxo fit, habere quandam vim medicaminis putatur. Punica fit <sup>g</sup> hoc modo. Ventilatur sub divo <sup>h</sup> saepius cera fulva. Deinde fervet in aqua marina, ex alto petita, addito nitro. Inde lingulis <sup>b</sup> hauriunt <sup>z</sup> florem, id est, candidissima quæque, transfunduntque in vas, quod exiguum frigidæ <sup>3</sup> habeat. Et rursus marina decoquunt separatim: dein vas ipsum refrigerant. Et cum hæc ter fecere, juncea crate sub dio siccant Sole, Lunaque: hæc enim candorem facit. Sol siccat: et ne liquefaciat, <sup>4</sup> protegunt tenui linteo. Candidissima vero fit, post insolationem etiamnum recocita. Punica medicinis <sup>s</sup> utilissima. Nigrescit cera addito chartarum cinere, sicut anchusa admixta rubet. Variosque in colores pigmentis traditur, ad edendas <sup>6</sup> similitudines, et in numeros mortalium usus, parietumque <sup>i</sup> etiam et armorum tutelam. Cetera de melle apibusque in natura earum dicta sunt. Et hortorum quidem omnis fere ratio peracta est.

L. (xv.) Sequuntur herbæ sponte nascentes, quibus pleæque gentium utuntur in cibis, maximeque Ægyptus, frugum quidem fertilissima, sed ut prope sola iis carere pos-



CAP. XLIX. 1 Ita ex codd. Harduin et recentt. sub dio Gronov. et vulgg.  
—2 Ita codd. Harduni, Chiff. et Laet. ligulis hauriunt Gronov. et al. vest.  
ligulis eligunt cod. Dalec.—3 Cod. Dalec. marinae frigidæ.—4 Ita ex codd.  
Harduin et recentt. facil. Siccantes ne liqueficiant Gronov. et vulgg. liqueficiat  
Vet. Dalec.—5 Ita codd. Harduni et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3.  
et recentt. medicis Gronov. et vulgg.—6 Ita codd. Harduin et Chiff. cum  
edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. reddendas Gronov. et vulgg.

#### NOTÆ

<sup>d</sup> *Inter venenata mella]* Quæ in eodem Ponti situ nascuntur, ut dictum est cap. 44. et 45.

<sup>e</sup> *Deinde Cretica]* Diosc. loc. cit.

<sup>f</sup> *De qua diximus]* Lib. xi. c. 6.

<sup>g</sup> *Punica fit]* Hunc fere modum candidissimæ cere concinnandæ tradit Diosc. loc. cit.

<sup>h</sup> *Inde lingulis]* Ita MSS. sive, pt editi, ligulis, hoc est, cochlearibus.

<sup>i</sup> *Parietumque]* Ad tutelam picturæ, qua parietes, clypeosque, et arma reliqua ornabant, quasi ejusdem tectorii vice, cerea tenuissimæ crustum coriumve inducere, mos veterum fuit, nunc antiquatus.

sit: tanta est ciborum ex herbis abundantia. In Italia paucissimas novimus, fraga, tamnum,<sup>1</sup> ruscum,<sup>2</sup> batin<sup>3</sup> marinam, batin hortensiam,<sup>2</sup> quam aliqui asparagum Gallicum vocant. Praeter has pastinacam<sup>m</sup> pratensem, lupum<sup>n</sup> salictarium, eaque verius oblectamenta, quam cibos.

**L1.** In Ægypto nobilissima est colocasia,<sup>a</sup> quam cyamon aliqui<sup>b</sup> vocant. Hanc e Nilo metunt, caule, cum coctus est, araneoso<sup>c</sup> in mandendo: thyrso autem, qui inter folia

---

**CAP. L.** 1 Ita codd. Harduini, Laet, et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *tamum* Vet. Dalec. et Turneb. *thannum* Salmas. *tanum* Gronov. et vulgg.—2 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *battin hortensiam* Chiffl. *batin hortensianam* Gronov. et edd. vett.

#### NOTÆ

<sup>j</sup> *Tamnum*] Ita MSS. omnes, Reg. Colb. Th. Chiffl. tum hoc loco, tunn in Indice: non *tanum*, ut editi. Vitis sylvestris Dodonæi est, p. 396. Vitis nigra Matthioli, pag. 1285. cuius fructus uva taminia appellatur. Hæc Martio mense mittit asparagos seu prima germina: quæ digesta in fasciculos venalia circumferunt, et asparagorum more decocta mandunt.

<sup>k</sup> *Ruscum*] Seu myrtum sylvestrem, cuius caulinuli quoque incipientes asparagorum modo in cibo sumuntur, ut dicemus **xxiii. 83.**

<sup>l</sup> *Batin*] De ea dicemus **xxvi. 50.**

<sup>m</sup> *Pastinacam*] Gallicam, opinor, cui *carotæ* nomen vulgus affinxit, ut diximus **xix. 27.**

<sup>n</sup> *Lupum*] Lupulum officinæ passim vocant, lupumque salictarium: Galli, *du Houblon*. Pingitur a Dodonæo p. 404. Asparagi, seu primi turiones, qui vere erumpunt, mitiores sunt, et in edulia recipiuntur.

<sup>a</sup> *Colocasia*] Quam in Ægypto colocasiam videre Bellonius, et Prosper Alpinus, et ab incolis *Culcas* appellari tradunt, radice prædulci, edulique, non a Pliniana modo descriptione discrepat, sed alterius plane formæ est, quam qualem esse dixerat

Herodotus, Theophrastus, Dioscorides, aliisque. Vide Bellonium Observ. II. 19. Alpinum de Plantis Ægypti c. 33. p. 102. Clusium Hist. Rar. Plant. IV. 50. ex quibus multa Salmasius in suum prægrande volumen Plinianarum Exercit. transtulit, pag. 972. et seqq. Sed neque arum Ægyptium est colocasium istud, seu *Culcas* hodiernum, quanquam ita Salmasio visum est, pag. 975. ut conseruent ea quæ de aro dicta sunt **xix. 30.** cum iconè colocasiæ a prædictis auctoribus delineata, constabit.

<sup>b</sup> *Cyamon aliqui*] Κύαμον, fabam. Sed unde isti hanc colocasiæ appellationem affinxerint, unde hæc nata appellatio, incompertum. Hodierna Ægypti colocasia, et fructu, et flore, et caule, atque adeo similitudine fabæ omni caret. Cave enim fabam Ægyptiam intelligi hic putas, quæ a colocasia diversissima est, uti ex illius descriptione liquet, quam Plinius afferit **xviii. 30.**

<sup>c</sup> *Araneoso*] Hoc est, caule filis minutis, enjusmodi aranea sunt, fibrisque nervoso. Diphilus Siphnius apud Athen. lib. III. p. 73. fabæ quoque Ægyptiæ radicem (quam et κολοκάσιον quidam imperite dixerat) ἐριώδη

emicat, spectabili: foliis latissimis, si<sup>1</sup> arboreis comparentur, ad similitudinem eorum quæ personata in nostris amnibus<sup>2 d</sup> vocamus. Adeoque Nili sui dotibus gaudent, ut implexis colocasiæ foliis in variam speciem vasorum, potare gratissimum habeant. Seritur jam<sup>e</sup> hæc in Italia.

LII. In Ægypto proxima auctoritas cichorio<sup>f</sup> est, quam diximus intubum erraticum. Nascitur<sup>g</sup> post Vergilias. Floret<sup>h</sup> particulatim. Radix ei lenta,<sup>i</sup> quare etiam ad vincula utuntur illa. Anthalium<sup>j</sup> longius<sup>j</sup> a flumine nas-

CAP. LI. 1 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *latissimis etiam si* Gronov. et vulgg.—2 ‘In MSS. Reg. Colb. Thuan. et Editione principe, *in nostris manibus*. Inde emendandum videtur, *in nostris mænibus*, ut jam monuit eruditus Harduinus. Certe personata non nascitur in amnibus.’ Brotier.

CAP. LII. 1 *Rami ei lenti, &c. illis.* Malinathalla margo edd. Dalec. et Gro-

#### NOTÆ

ait esse, hoc est, *lanosam*. Idem de colocasiæ caule Martialis XIII. 57. cuius lemma, ‘Colocasia:’ ‘Niliacum ridebis olus, lanasque sequaces, Improba cum morsu fila manuque trahes.’ Et VIII. 33. ‘Lenta minus gracili crescunt colocasia filo.’

<sup>d</sup> *Quæ personata in nostris amnibus]* MSS. omnes, Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. Th. &c. *quæ personata in nostris manibus.* Forte, *mænibus* rectius. Nam personata, de qua XXV. 58. in amnibus non nascitur. Salmasius p. 970. legit, *quæ per se nata in nostris amnibus notamus*, sed nec scriptis secundis, in quibus *vocamus* legitur: nec oratione satis perspicua: quid enim illud est *per se nata*? Quin statim Nymphaeum dicebat, quam probe narrat, quam prolixe describit XXV. 37. si Nymphaeum, ut Salmasius putat, intellexit?

<sup>e</sup> *Seritur jam]* Ipsa colocasia Ægyptiaca, etsi peregrina, alienique cœli ac soli, serebatur olim in Italia. Testis Maro in Ecl. IV. 40. ‘Mixtaque ridenti colocasia fundet acantho.’ Dicit inter acanthos, notissi-

mam tum in hortis herbam colocasia quoque sponte sua nascitura passim, quæ peregrina erat herba. Est et alia vulgaris colocasia, quam Palladius describit in Februario, tit. 24.

<sup>f</sup> *In Ægypto . . . cichorio]* De quo diximus XIX. 40. et xx. 29.

<sup>g</sup> *Nascitur]* Theophr. Hist. VII. 10.

<sup>h</sup> *Floret]* Theophr. loc. cit.

<sup>i</sup> *Radix ei lenta]* De caule id prodidit Theophr. ‘Ο δὲ τοῦ κιχορίου κανάλδε μέγας . . . ἔτι δὲ γλισχρὸς καὶ δυσδιάπερος’ διὸ καὶ δεσμῷ χρῶνται.

<sup>j</sup> *Anthalium longius]* In locis arenosis, inquit Theophrastus Hist. IV. 10. hand procul a flumine: ‘Ἐν δὲ τοῖς ἀμμώδεσι χωροῖς, ἡ ἐστιν οὐ πόρρω τοῦ ποταμοῦ, φύεται κατὰ γῆς δὲ καλεῖται Μαλιναθάλλη. Anthalium, ex ἀνά et θάλλω, regermino: quam vim habet et Theophrastea vox μαλιναθάλλη, ex μάλα, valde, et ἀναθάλλω, regermino. Iisdem notis delineatur a scriptore Graeco: Σπρογγύλον τῷ σχήματι, μέγεθος δὲ ἡλίκον μέσπιλον, ἀπόρην δὲ, ἄφλοιον φύλλα ἀφίησιν ἀπ' αὐτοῦ ὅμοια κυπείρφ.

citur, mespili magnitudine et rotunditate, sine nucleo, sine cortice, folio cyperi. Mandunt igni<sup>k</sup> paratum: <sup>z</sup> mandunt et cœtum,<sup>l</sup> cui pauca folia minimaque, verum radix magna. Arachidna<sup>m</sup> quidem et aracos,<sup>3</sup> cum habent radices ramosas ac multiplices, nec folium, nec herbam ullam, aut quicquam aliud supra terram habent. Reliqua vulgarium<sup>n</sup> in cibis apud eos herbarum nomina, candryala,<sup>4o</sup> hypochœris,<sup>p</sup> et caucalis, anthriscum,<sup>q</sup> scandix,<sup>r</sup> quæ<sup>s</sup> ab aliis tragopogon vocatur, foliis croco simillimis: parthenium,<sup>t</sup> strychnum, corchorus, et æquinoctio<sup>t</sup> nascentes, aphace,



nov. e Theophr. Mox, haud procul ibid. pro longius.—2 Chiff. igne comparatum.—3 Arachidna quidem et Arachoeides margo edd. Dalec. et Gronov. e Theophr.—4 Ita codd. Regg. Brot. et al. ap. Harduin. condrylla edd. vett. et Gronov. condrylla Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.—5 Margo

#### NOTÆ

<sup>k</sup> Mandunt igni] Theophr. ἐψοντισιν ἐν βρύτῳ, decoquunt in bryto, quod positionis genus est ex hordeo, inquit Athenaeus lib. x. p. 446. aut ex radicibus, ut Hellanicus ἐν κτίσεσι.

<sup>l</sup> Et cœtum] Theophr. Hist. 'Ομολως δὲ καὶ τὸ ἐν Αἰγύπτῳ καλούμενον οὐτόν. Hesychius: Οὐτόν, τὸ ὅπ' ἐνιαν οἴτον.

<sup>m</sup> Arachidna] Theophr. loco proxime cit. de ἀράχιδνῃ et ἀράκῳ habet plane paria. Herbæ hoc ævo ignota.

<sup>n</sup> Reliqua vulgarium] Hæc ex eodem Theophr. Hist. vii. 7.

<sup>o</sup> Candryala [condrylla] Κονδρίλλη Diosc. ii. 161. Apud Theophr. loc. cit. ἀνδρύαλα, pro κανδρύαλα. Nam MSS. Pliniani omnes tum hoc loco, tum in Indice, Reg. Colb. Th. habent candryala. Herba est eichorio similis, ob idque καὶ κυκώριον καὶ σερίδα quidam vocarunt, teste Diosc. et agrestis in tybi genus esse dixerunt, inquit Ori basii interpres lib. xi. fol. 201.

<sup>p</sup> Hypochœris] Ὑποχῷρις, καυκαλls, Theophr. loc. cit.

<sup>q</sup> Anthriscum] Vitiose legitur apud Theophr. ἐνθουσικόν. Hesychius: Ἀνθρισκόν, λάχανον ἔχον ἄνθος ὡς ἄνηθον. Auctor Etymolog. Ἀνθρισκα, λάχανα τὰ παραπλήσια ἄνηθοις. Folio hæc similitudo constat, non umbella, aut semine.

<sup>r</sup> Scandix] Theophr. Hist. vii. 8. Σκάνδιξ. Et c. 7. Κόμη, ἦν τραγοπώγωνα καλούσι, δι τὴν μὲν βίξαν ἔχει μακρὰν καὶ γλυκεῖαν, τὰ δὲ φύλλα τῷ κρόκῳ ψιοῖα, κ. τ. λ.

<sup>s</sup> Parthenium] Παρθένιον, στρύχνον, κόρχορος, Theophr. Hist. vii. 7.

<sup>t</sup> Et æquinoctio] Primis post æquinoctium imbribus germinationem fieri ἀφάκης, καὶ τοῦ κώπος, scribit Theophrast. Hist. vii. 8. ubi κώνωπος Turnebus ait legendum. In MSS. Reg. 2. Colb. Th. Chiff. tum hoc loco, tum in Indice, acypos. Tamen iidem inferius c. 101. acinon vocant. Et Reg. 1. qui codex est optimæ notæ, hoc loco sic habet: aphace, acino, epipetron, vocant, &c. In eo Theophrasti loco ἔχωπος legit Salmasius, in Solin. p. 1292. Sed diversam echino-

acinos:<sup>6</sup> epipetron<sup>a</sup> vocant, quæ nunquam floret. At e contrario<sup>v</sup> aphace subinde marcescente flore emittit alium, tota hyeme, totoque vere, usque in æstatem.

LIII. Multas præterea ignobiles habent:<sup>a</sup> sed maxime celebrant cnicon<sup>b</sup> Italiae ignotam, ipsis autem oleo, non cibo, gratam. Hoc faciunt<sup>c</sup> e semine ejus. Differentia prima, sylvestris et sativæ. Sylvestrium duæ species: una mitior est,<sup>d</sup> simili caule, tamen rigido:<sup>1 e</sup> itaque et colu<sup>f</sup> antiquæ mulieres utebantur ex illis: quare quidam atracytilda<sup>g</sup> vocant. Semen ejus<sup>h</sup> candidum<sup>z</sup> et grande, ama-

---

edd. Dalec. et Gronov. scandix, et come, quæ, e Diosc.—6 ‘Ita codd. Regg. et Editio princeps.’ Brotier. et aequinoctio nascens aphace, acinos Gronov. et al. vett. item edd. Harduin. 1. 2. 3. et recenti. et ab aequinoctio nascens aphace achi-nopos Chiffi. Mox, quam epipetron vocant Gronov. et al. ante Harduin. et quam epipetron vocant Dalec.

CAP. LIII. 1 Margo edd. Dalec. et Gronov. rectiore, e Theophr.—2 Ibid.

#### NOTÆ

poda ab acino puto. Aphace hæc Theophrastea ex olerum genere est, et intubaceorum, soli Ægypto cognita. De acino dicemus c. 101. ubi de cognatarum simul herbarum, bat-tis, colocasiæ, anthalii, strychni, cor-chori, medicinis agetur.

<sup>a</sup> Epipetron] Theophr. Hist. VII. 8. Ἐντια δὲ καὶ ὅλως ἀνανθεῖ, καθάπερ καὶ τὸ ἐπίπετρον. Meminere hujus et alii: Arist. de Part. Anim. IV. 5. Galenus Meth. Med. IV. 5. Hesychius, aliique.

<sup>v</sup> At e contrario] Theophr. Hist. VII. 8. et 11. totidem verbis.

<sup>a</sup> Multas præterea . . . . habent] Ægyptii nimirum.

<sup>b</sup> Cnicon] De qua Theophr. Hist. VI. 4. Τῆς κυήκου δύο γένη, κ. τ. λ. Alii κυίκον scribunt, Galenus, Aristotle, ceteri, præter Hesychium. Cnicus sativus, seu Carthamum osli-cinarum a Clusio pingitur, lib. V. p. 152. enī vulgaris nomine. In horto Regio vidimus. Galli vocant, Saffran bastard, ou Graine de Perro-

quet.

<sup>c</sup> Hoc faciunt] Oleum videlicet.

<sup>d</sup> Una mitior est] Atractylis ea est, a Dodonæo delineata, pag. 724. et a Lobelio in Observ. p. 483. Græcis ἀτρακτυλὶς et κυίκος ἄγρια, ut Aëtio, Hesychio, et Galeno de Fac. Simp. Med. lib. VI. p. 161. Cnico, sativæ scilicet, similem dicit Diosc. III. 140. Visa a nobis in horto Regio.

<sup>e</sup> Tamen rigido] Hoc est, erecto, sive rectiore: εὐθυκανθότερον dixit Theophrastus.

<sup>f</sup> Itaque et colu] Theophr. loc. cit. Διὸς καὶ πηνοῖς ἔναι τῶν ἀρχαίων ἔχρωντο γυναικῶν. Πήνιον et ἀτράκτος colum interdum sonant.

<sup>g</sup> Atractylida] Scholiastes Theocri-ti ad Idyll. IV. 52. Ἀτρακτυλὶς, εἶδος βοτάνης, ἢ ἀκάνθης εἰρηγματι δὲ ἀπὸ τοῦ τὰς ἄγριοικῶν γυναικας ἀτράκτους ποιεῖν ἐξ αὐτῶν.

<sup>h</sup> Semen ejus] Fructus: καρπὸν δὲ ἔχει μέλανα καὶ μέγαν, καὶ πικρόν. Theophr. Hist. VI. 4. verius.

rum. Altera hirsutior,<sup>i</sup> torosiore<sup>j</sup> caule, et qui pæne humi<sup>k</sup> serpat,<sup>l</sup> minuto semine. Aculeatarum<sup>1</sup> generis haec est: quoniam distinguenda sunt et genera.

LIV. Ergo quædam herbarum spinosæ sunt, quædam sine spinis. Spinosarum multæ species. In totum spina<sup>m</sup> est asparagus, scorpio:<sup>n</sup> nullum enim folium habet. Quædam spinosa, foliata<sup>o</sup> sunt, ut carduus, eryngion, glycyrrhiza,<sup>p</sup> urtica. Iis enim omnibus foliis inest aculeata mordacitas. Aliqua et secundum<sup>q</sup> spinam habent folium, ut tribulus, et ononis. Quædam in folio<sup>r</sup> habent et in caule, ut phœos,<sup>s</sup> quod aliqui stœben appellavere. Hippophaës<sup>t</sup> spinis geniculatum: tribulo proprietas,<sup>u</sup> quod et fructum spinosum habet.

ex eodem, *nigrum*.—3 Ibid. ex eodem, *procumbat*.

CAP. LIV. 1 Vet. Dalec. *spinoso folio*.—2 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recent. *glycyrrhizon* edd. vett. et Gronov.—3 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recent. *ut phœos* Gronov. et vulgg.—4 Gronov. et al. ante Harduin. *tribula proprietas*.

#### NOTÆ

<sup>i</sup> Altera *hirsutior*] Altera Dodonæi Atractylis, seu Carduus benedictus, p. 725. a Lobelio item delineatus, p. 484. Chardon bénit.

<sup>j</sup> *Torosiore*] Crassiore, pinguore.

<sup>k</sup> *Et qui pæne humi*] Theophr. loc. cit. τρόπον τινὰ ἐπιγειόκανθος.

<sup>l</sup> *Aculeatarum*] Theophr. Hist. vi. 3. Καὶ δὲ κυῆκος τὴν γέ φύσιν ἀκανθώδη ἔχει. Sic etiam Galenus de Fac. Simp. Med. lib. vi. p. 161.

<sup>m</sup> *In totum spina*] Quæ tantum spinas pro foliis habent, simpliciter ἀκάνθας vocat Theophr. Hist. vi. 1. Τὰ μὲν ἀπλῶς εἰσιν ἀκάνθαι, καθάπερ ἀσπάραγος καὶ σκόρπιος· οὐδὲ γὰρ ἔχουσι φύλλον οὐδὲν παρὰ τὴν ἀκανθαν. Quod iterum c. 3. repetit. De Ravennate asparago Martialis XIII. 21. ‘Mollis in æquorea quæ crevit spina Ravenna.’

<sup>n</sup> *Scorpio*] De eo dicemus XXII. 17.

<sup>o</sup> *Quædam spinosa, foliata*] Hoc est, quædam folia habent spinis aculeata: φυλλάκανθα ea vocantur a The-

phrast. Hist. vi. 3. adducente σκόλυσμον carduum in exemplum: ἡρύγγιον et κυῆκον, cap. 1.

<sup>p</sup> *Glycyrrhiza*] Vide quæ de ea dicturi sumus XXII. 10.

<sup>q</sup> *Aliqua et secundum*] Theophr. Hist. vi. 3. παρὰ τὴν ἄκανθαν ἔχοντα φύλλον, juxta aculeum folium gerunt.

<sup>r</sup> *Quædam in folio*] Theophr. loc. cit. “Ο τε φλέως, καὶ δὲ τρίβολος, καὶ ἡ κάππαρις, ίδιον ἔχει, τὸ μῆ μέν τὸν κανθάρῳ ἄκανθαν ἔχειν, ἀλλὰ καὶ τὸ φύλλον ἐπακανθίζειν. Phœos, tribulus, capparisque, peculiare hoc habent, ut non solum caulem aculeatum, sed etiam folium hispidum habeant. Et cap. 1. ἡ ὄνωρις, καὶ δὲ τρίβολος, καὶ δὲ φλέως, δὲ τινὲς καλοῦσι στολβην.

<sup>s</sup> *Ut phœos*] Ita libri omnes, etiam MSS. tum hoc loco, tum in Indice: Theophrasto nihilominus, φλέως. Sed eidem Hist. vi. 5. ἵπποφεως, quæ et ipsa στολβη nuncupatur.

<sup>t</sup> *Hippophaës*] In MSS. *hippophes*:

**LV.** Ex omnibus his generibus urtica<sup>a</sup> maxime noscitur, acetabulis<sup>b</sup> in flore purpuream lanuginem fundentibus, saepe altior binis cubitis. Plures ejus differentiae: sylvestris, quam et foeminam vocant: mitiorque.<sup>1</sup> Et in sylvestri, quae dicitur canina,<sup>2</sup> acrior, caule quoque mordaci, fimbriatis foliis. Quae vero etiam odorem fundit, Herculanæ vocatur. Semen omnibus copiosum, nigrum. Mirum sine ullis spinarum aculeis lanuginem ipsam esse noxiæ, et tactu tantum leni pruritum, pusulasque<sup>3</sup> confestim adusto similes existere. Notum est et remedium olei. Sed mordacitas non protinus cum ipsa herba gignitur, nec nisi Solibus roborata. Incipiens quidem ipsa nasci vere, non ingrato, multis etiam religioso in cibo est, ad pellendos totius anni morbos. Sylvestrium quoque radix omnem carnem teneriorem facit, simulque cocta innoxia est. Mor-

---

**CAP. LV.** 1 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *quam foeminam* vocant, *mitior* Gronov. et vulgg.—2 ‘Ita cod. Reg. 2.’ Brotier. Ita quoque Cornarius et cod. Chiffl. *qua* dicitur *cania* Gronov. et al. vett. item Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—3 Cod. Dalec. *pussulas*.—4 Ita ex codd. Harduin et recentt. *simil cocta*. *Quæ innoxia, morsu carens* edd. vett. et Gronov. *noxia est* Chiffl. *caret* cod. Dalec.

#### NOTÆ

Græcis, ἵπποφυὲς, ἵπποφαὲς, ἵπποφὰὲς, et ἵππόφεως promiscue dicitur. Vide xxii. 14. et Diosc. in Nothis, pag. 474.

<sup>a</sup> *Tribulo proprietas*] Theophrast. Hist. vi. 4. ‘Ο δὲ τρίβολος ιδιον ἔχει, διότι περικαρπιάκανθός ἐστι. Id vero tribulus peculiare habet, quod fructus integumentum spinosum sive aculeatum habet. In MSS. tributo pro tribulo.

<sup>a</sup> *Urtica*] *De l'Ortie*: cui cognatam minorem novimus, *l'Ortie griseche*.

<sup>b</sup> *Acetabulis*] Vasculis quibusdam, quibus semen et lanugo continetur, quae acetabuli speciem repræsentant.

<sup>c</sup> *Quæ dicitur canina [cania]* Ita MSS. omnes. Sunt qui *canina* legi malint.

<sup>d</sup> *Pusulasque*] Sic libri omnes MSS. non *pustulas*. Celsus v. 28. ‘Pustularum plura genera sunt. Nam modo circa totum corpus, partemve, aspredo quædam fit similis his pustulis, quæ ex urtica, vel ex sudore nascuntur: ἔξανθηματα Græci vocant: ea que modo rubent, modo colore eutis non exceedunt. Nonnunquam plures similes varis oriuntur, nonnunquam majores pustulæ, lividæ, aut pallidæ, aut nigrae, aut aliter naturali colore mutato: subestque his humor. Ubi hæ ruptæ sunt, infra quasi exulcerata caro appareat: φλύκται Græce nominantur. Fiunt vel ex frigore, vel ex igni, vel ex medicamentis.’ Gallis, *des pustules*, *des ampoules*, *des élévures*.

su carens,<sup>4</sup> lamium vocatur.<sup>e</sup> De scorpione dicemus<sup>f</sup> inter medicas.

LVI. (xvi.) Carduus<sup>g</sup> et folia et caules spinosæ lanuginis<sup>h</sup> habet. Item acorna, leucacanthos, chalceos, cnicos,<sup>i</sup> polyacanthos, onopyxos, helixine,<sup>j</sup> scolymos. Chamæleon, in foliis non habet aculeos. Est et illa<sup>k</sup> differentia, quod quædam in iis multicaulia ramosaque sunt, ut carduus. Uno autem caule, nec ramosum, cnicos.<sup>l</sup> Quædam cacumine tantum spinosa sunt, ut eryngium.<sup>i</sup> Quædam æstate florent, ut tetralix, et helixine.<sup>s</sup> Scolymus quoque<sup>k</sup> floret sero et diu. Acorna colore<sup>l</sup> tantum rufo distinguitur, et pinguiore succo. Idem erat<sup>m</sup> atractylis quoque, nisi candidior esset, et nisi sanguineum<sup>n</sup> succum funderet. Qua

CAP. LVI. 1 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Carduus et folio et caule spinosas lanugines* Gronov. et al. vett.—2 Codd. Chiffi. et Turneb. *cnicos.*—3 ‘Ita cod. Reg. I.’ Brotier. *helixine* edd. vett. et Gronov. item Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *ixine* margo edd. Dalec. et Gronov. e Theophr. ‘Vide Lexicon Graeco-Latinum in Ἰξαὶ, Jac. Cell.’ Dalec.—4 Codd. Chiffi. Laet. et Turneb. *cnicos.*—5 Margo edd. Dalec.

## NOTÆ

<sup>e</sup> *Lamium vocatur]* Sive urtica inters, cuius triplex genus a Dodonæo depingitur, p. 135. visum a nobis in horto Regio: Ortie morte. Galeopsis est Dioscoridi iv. 95.

<sup>f</sup> *De scorpione dicemus]* Lib. xxii. c. 17.

<sup>g</sup> *Carduus]* Theophrasto σκόλυμος est, eadem recensenti, Hist. vi. 3. Σκόλυμος, ἄκορνα, λευκάκανθος, χάλκειος, κνήκος, πολυάκανθος, δύσπυξος, ἤξινη, χαμαιλέων<sup>r</sup> πλήγη σῶτος οὐ φυλάκανθος.

<sup>h</sup> *Est et illa]* Hæc e Theophrasto, loc. cit. sed mutilum scriptoris Graeci locum ante nos alii agnovere.

<sup>i</sup> *Ut eryngium]* MSS. *ut erynge.* Theophrast. non eryngium in exemplum affert, sed ratnum, herbam incognitam: loc. cit. ‘Ενια δὲ ἄνωθεν ἔχει ἐξ ἄκρου (ἀποφύσεις,) καθάπερ τὸ βύτρος. Eryngium campestre pingit Dodoneus, p. 718. Nos Chardon Roland

dicimus.

<sup>j</sup> *Quædam æstate]* Theophr. Hist. vi. 3. ‘Ἐνια δὲ καὶ τοῦ Θέρους, ὥσπερ ἡ τετράλιξ ὑπὸ τινῶν καλομένη, καὶ ἡ ἤξινη.

<sup>k</sup> *Scolymus quoque]* Theophr. loc. cit. Εὐάνθης γὰρ δ σκόλυμος, καὶ ἐπὶ πολὺν χρόνον.

<sup>l</sup> *Acorna colore]* Theophr. Hist. vi. 4. Acorna, inquit, quoad figuram cnico sativo similis est, colore flavicans, succo pinguis: ‘Η δὲ ἄκορυα προσεμφερῆς, ὡς ἀπλῶς εἰπεῖν, κατὰ τὴν πρόσοψιν τῇ κνήκῳ τῷ ἡμέρᾳ χρῶμα δὲ ἐπίξανθον ἔχει, καὶ λιπαρὸν χύλον. Hesychius: Ἅκορνα, ἄκανθῶδες φυτόν. In Illyrico reperiri scribit Anguillara par. viii. p. 146.

<sup>m</sup> *Idem erat]* Sic Virgilius, ‘Laurus erat.’ Similis esset, inquit, acorna atractylis, nisi candore antecelleret. Et hoc a Theophr. Hist. vi. 4.

<sup>n</sup> *Et nisi sanguineum]* Theophr.

de causa<sup>o</sup> phonos vocatur a quibusdam, odore etiam gravis,<sup>6</sup> sero maturescere semine, nec ante autumnum: quamquam id de omnibus spinosis dici potest. Verum omnia haec et semine et radice nasci possunt. Scolymus carduorum generis ab iis distat, quod radix ejus vescendo est decocta.<sup>p</sup> Mirum, quod sine<sup>q</sup> intervallo tota aestate aliud floret in eo genere, aliud concipit, aliud parturit. Aculei arescente folio desinunt pungere. Helixine rara<sup>r</sup> visu est, neque in omnibus terris: est a radice foliosa,<sup>s</sup> ex aqua media veluti malum extuberat, coniectum sua fronde. Hujus vertex summus lacrymam continet jucundi saporis, acanthicen<sup>t</sup> mastichen appellatam.

**LVII.** Et cactos<sup>u</sup> quoque in Sicilia tantum nascitur, suæ



et Gronov. *ixine*, e Theophr. Mox, *Scolymos* Chiff.—6 Vet. Dalec. gravi.—7 Margo edd. Dalec. et Gronov. *Ixine non rara visu est, neque in omnibus terris nascitur, a radice foliosa.* Theophr. etiam *Ixine*. Gronov. et al. ante Harduin. *neque in omnibus terris est, radice foliosa.*

#### NOTÆ

loc. cit. ait decerppta folia, et carni admota, sanguineum succum effundere, αἰματῶδη ποιεῖ τὸν χυλὸν, τῇ σαρκὶ προσφερόμενον. Idecirco et ἀνδρόσαιμον dictam a veteribus scribit Aëtius l. I.

<sup>o</sup> *Qua de causa*] Theophr. loc. cit. Διὸ καὶ φύοντος ἔνοι καλοῦσθαι τὴν ἄκανθαν ταῦτην. Est enim φύον Græcis sanguinis effusus.

<sup>p</sup> *Vescendo est decocta*] Etiam et cruda, τὴν βίξαν ἐδώδιμον ἔχει καὶ ἐφθῆν, καὶ ὡμήν, inquit Theophr. De hoc scolymo diximus xx. 99. Non est is sane articactus noster: quis enim radicem hujus edulem dixit?

<sup>q</sup> *Mirum, quod sine*] Theophr. loc. cit.

<sup>r</sup> *Helixine [helixine] rara*] Quæ Theophrasto ἤσιν dicuntur, ubique Plinio *helixine* est: Η ἤσιν, inquit ille, οὐ φύεται πολλαχοῦ. Contra permittatis vocibus, ut facere vulgus solet, quæ helixine ab omnibus sive perdicium appellatur, eadem ixine agria ab

Apuleio nominatur, c. 81. Diversa hæc porro ab ea de qua dicemus lib. seq. c. 19.

<sup>s</sup> *A radice foliosa*] Theophr. loc. cit. Πιζόφυλλον δέ ἔστιν ἀπὸ δέ τῆς βίξης μέσης ὁ σπερματικὸς ἄκανθος ἐπιπέφυκεν, ὥσπερ μῆλον εὖ μάλα ἐπικεκρυμένον ἐπὶ τῶν φύλλων.

<sup>t</sup> *Acanthicen*] Ἀκανθικὴν μαστίχην, quasi spinalem masticham, inquit Gaza.

<sup>u</sup> *Et cactos*] Ad verbum excerpta hæc a Theophr. Hist. vi. 4. quæ transcripsit etiam Athenæus lib. II. p. 70: Ή δὲ κάκτος καλουμένη περὶ Σικελίαν μόνον, κ. τ. λ. In Indice, *Ectacus*, sive *cactus*. Forte idem cum cinara, seu articacto nostro, cuius edulis est globus foliorum cum stipitis medulla summa, uti indicavimus libro sup. cap. 99. Phanius quoque apud Athen. loc. cit. peculiarem Siciliæ cactum facit: κάκτος Σικελικῆ. In Græcia reperiti Theophrastus negat.

candida<sup>1</sup> vocatur: nigra, quæ tantum purpureum. Nas-  
cuntur<sup>e</sup> in palustribus campis. Semen potum vini quen-  
dam saporem habet, et dicitur febres solvere: et cum  
unguntur oleo admixto,<sup>2</sup> sudorem facere: sic et lassitudines  
dissolvere. Urinam cident, et menses.<sup>f</sup> Caput tentant<sup>g</sup> vini  
modo: nam et odor similis est. Inflationes<sup>3</sup> pellunt in  
inferiora. Alvum sistunt: hydropicis,<sup>h</sup> et lienibus perquam  
utiles. Lactis<sup>i</sup> ubertatem faciunt. Adversantur venenis  
serpentium, maxime quæ frigus<sup>4</sup> inferunt. Minor efficacior<sup>j</sup>  
ad serpentes: bibitur seminis<sup>k</sup> drachma in vino vel posca,  
aut duabus<sup>l</sup> foliorum tenerrimorum. Et illinuntur<sup>1</sup> ultra-  
que aduersus arancorum morsus vel perunctis<sup>6</sup> tantum:  
sufitu<sup>m</sup> quoque aut substratu fugant venenata. Ad vene-  
rem<sup>n</sup> impetus inhibit: eoque maxime phalangiis adver-  
santur, quorum morsus genitale excitat. Capitis dolorem  
ex ebrietate sedant cum rosaceo flos tenerique caulinuli.  
Seminis decoctum<sup>n</sup> vehementiorem capitatis dolorem dissol-  
vit fotu:<sup>8</sup> et vulvam<sup>o</sup> etiam suffitu vel appositu purgat:

CAP. XXXVIII. 1 Ita edd. vett. Gronov. Harduin. 1. et Bipont. *purpureo*,  
quæ *candida* Harduin. 2. 3. Miller. et Franz. *purpurascente*, quæ, &c. margo  
edd. Dalec. et Gronov. e Diosc.—2 Ita ex codd. Harduin. et recentt. *un-  
gantur, oleo admixtum* Gronov. et vulgg.—3 Chiffl. *similis*, et *inflationes*.—  
4 Chiffl. *maximeque frigus*.—5 Vet. Dalec. *duæ*.—6 Vet. Dalec. *morsus*  
*utili remedio vel perunctis*.—7 *At Venereæ rei cod.* Dalec.—8 Chiffl. *potu*; et

## NOTÆ

<sup>e</sup> *Nascuntur*] Dioscorides loc. cit. Et idcirco inter aquarum notas vitex  
censemur XXXI. 27.

<sup>f</sup> *Et menses*] Diosc. loc. cit. de fructu, seu semine: "Εμμηνα ἄγει πιστό-  
μενος θσον < α' πλῆθος σὸν οὐνω.

<sup>g</sup> *Caput tentant*] Diosc. loc. cit.

<sup>h</sup> *Hydropicis*] Diosc. loc. cit. et Galenus de Fac. Simp. Med. lib. vi.  
p. 148.

<sup>i</sup> *Lactis*] Diosc. loc. cit.

<sup>j</sup> *Minor efficacior*] Aelianus Hist.  
Anim. ix. 26.

<sup>k</sup> *Bibitur seminis*] Diosc. loc. cit.  
Sed medicamenti modum non sta-

tuit.

<sup>l</sup> *Et illinuntur*] Diosc. Καταπλασ-  
σθμενα ἐπὶ τῶν θηριοδήκτων βοηθεῖ.

<sup>m</sup> *Suffitu*] Diosc. loc. cit.

<sup>n</sup> *Seminis decoctum*] Diosc. loc. cit. Λύει δὲ καὶ κεφαλαλγίαν καταπλασ-  
σθμενον.

<sup>o</sup> *Et vulvam*] Diosc. loc. cit. Τὸ δὲ  
ἀφέψημα τῆς πόνας καὶ τοῦ σπέρματος  
εἰς ἐγκαθίσματα ταῖς περὶ νοστέραν διαθέ-  
σεσι καὶ φλεγμοναῖς ἀρήγει. *Herbae ac  
seminis decoctum ad insessus vulvæ  
affectibus et inflammationibus opitula-  
tur.*

alvum<sup>p</sup> cum pulegio et melle potum. Vomicas<sup>q</sup> panosque difficile concoquentes,<sup>r</sup> cum<sup>s</sup> farina hordeacea mollit. Lichenas et lentigines cum aphronitro et aceto semen sanat: et oris ulcera, et eruptiones,<sup>t</sup> cum melle: testium,<sup>u</sup> cum butyro et foliis vitium: rhagadas sedis, cum aqua illitum: luxata, cum sale, et nitro, et cera. Et semen, et folium additur in malagmata nervorum, et podagras. Semen in stillatur in oleo<sup>v</sup> decoctum<sup>w</sup> capiti in lethargia, et phrenesi. Virgam<sup>x</sup> qui in manu habeant, aut in cinctu,<sup>y</sup> negantur intertriginem sentire.

XXXIX. Ericen Græci<sup>v</sup> vocant fruticem non multum a myrice differentem, colore rorismarini,<sup>i</sup> et pæne folio. Hoc adversari<sup>w</sup> serpentibus tradunt.

XL. Genista quoque<sup>a</sup> vinculi usum præstat. Flores



mox, apposita purgat.—9 Cod. Dalec. facile concoquit tusum cum; sic et Diosc. Mox, in eodem, et mollit.—10 Chiffl. eruptionum.—11 Margo edd. Dalec. et Gronov. testium duritiae, et Diosc.—12 Ibid. ex eodem, oleo et aceto decoctum. Mox, Chiffl. in lethargo.—13 Ita codd. Harduin et Chiffl. cun edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. aut cinctu Gronov. et vulg.

CAP. XXXIX. 1 ' Ita cod. Reg. 2. et Editio princeps.' Brotier. Ita ceteræ edd. præter Harduin. 1. in qua legitur, colorem rorismarini.

#### NOTÆ

<sup>p</sup> Alvum] Totidem verbis Dioscorides loc. cit.

<sup>q</sup> Vomicas] Vomica tumor est excrescens cum sanie, sive suppuratione. Celsus iv. 8. Sunt etiam vomicæ internæ collectiones, quas Græci ἐμπνήματα vocant, ut ait Cælius Aurel. v. 10. Fiunt autem eae in pulmone, in membrana quæ latera cingit, in liene, in renibus, in intestinis, in vesica, aliisque partibus.

<sup>r</sup> Difficile concoquentes] Qui haud facile concoquuntur, maturantur.

<sup>s</sup> Testium] Subintellige, eruptiones, ex antecedente sententia: quas et testium dixit Diosc. i. 135. Σκληρίας δὲ ὄδιδύμων μετὰ βοντύρου καὶ φύλλων ἀμπέλου μαλάττει. 'Ραγάδας τε τὰς ἐν δικτυάλῳ σὺν ὑδατὶ ἐπιπλασθὲν τὸ σπέρμα πραθνεῖ' σὺν δὲ τοῖς φύλλοις στρέμ-

ματά τε καὶ τραχύματα λάται.

<sup>t</sup> Semen ... in oleo] Cum oleo et aceto, Diosc. loc. cit.

<sup>u</sup> Virgam] Diosc. loc. cit. Idem de populo Plinius supra c. 32.

<sup>v</sup> Ericen Græci] Diosc. i. 117. 'Ἐρείκη δένδρον ἔστι θαυμῶδες, ὅμοιος μυρίκῃ, μικρότερον δὲ πολλῷ, κ. τ. λ. Sic etiam Oribas. lib. xi. fol. 196. Diximus de ea XIII. 35.

<sup>w</sup> Hoc adversari] Diosc. Oribas. et Plinius locis cit.

<sup>a</sup> Genista quoque] Genista hæc scopia vulgi, du Genêt, cuius iconem Lobelius exhibet, in Observat. pag. 531. Dioscoridis iv. 158. Σπάρτιον. Plinius supra XVI. 69. 'Siquidem et genistæ ... alligant.' Martialis i. 44. 'Non pira, quæ lenta pendent reliqua genista.'

apibus gratissimi. Dubito an haec sit, quam Graeci autores sparton appellavere, cum ex ea lina piscatoria apud eos factitari docuerim: <sup>b</sup> et numquid hanc designaverit Homerus, <sup>c</sup> cum dixit navium sparta dissoluta. Nondum enim fuisse Africanum vel Hispanum <sup>1</sup> spartum in usu, certum est: et cum sutiles fierent naves, lino tamen, non sparto, unquam sutas. Semen ejus, <sup>d</sup> quod Graeci eodem nomine appellant, in folliculis, phaseolorum modo, nascens, purgat ellebori <sup>e</sup> vice, drachma et dimidia pota in aquæ mulsæ cyathis quatuor jejunis. Rami similiter cum fronde <sup>f</sup> in aceto macerati pluribus diebus, et tusi, succum dant ischiadicis utilem, cyathi unius potu. Quidam marina <sup>g</sup> aqua macerare malunt, et infundere clystere. Perunguntur eodem succo ischiadici addito oleo. Quidam ad <sup>2</sup> strangriam utuntur semine. Genista tusa <sup>h</sup> cum axungia, genua dolentia sanat.

XLI. Myricen, quam ericen <sup>i</sup> vocat Lenaeus, similem scopis Amerinis <sup>2</sup> dicit. Sanari ea carcinomata in vino

CAP. XL. 1 Hispanum Africanumve Chiffl. Mox, Vet. Dalec. tamen, et nunquam sparto sutas.—2 Quidam et ad Chiffl.

CAP. XLI. 1 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. quam aricen Franz. quam et tamaricen Gronov. et vulgg. camericam Chiffl.—2 Vet. Dalec. et amerinis.

#### NOTÆ

<sup>b</sup> Cum ex ea lina . . . docuerim] Lib. XVI. c. 2. extrema: ‘Asia e genista facit lina ad retia præcipua, in piscando durantia, frutice madefacto decem diebus.’ Nunc vero id Plinius jure miratur: est enim genista nostra quidem ad vinculorum usum apta: eadem nectendis retibus minus idonea. Sed σπάρτην, non σπάρτον, Graeci dixerunt, de herbis omnibus, atque adeo de lino, et canabi, aliisque ad vitilia textiliaque idoneis.

<sup>c</sup> Homerus] Loco a nobis allato, XIX. 6. ubi vide quæ in Notis diximus.

<sup>d</sup> Semen ejus] Hæc Diosc. fere totidem verbis IV. 158. Sed σπάρτιον vocat. Galeno de Fac. Simp. Med.

lib. VIII. p. 231. Σπάρτη, φ τὰς ἀμπέλους παρ' ἡμῖν δεσμοῦσιν, κ. τ. λ. Ex Aëtio lib. I. lege Σπάρτον. Aëtii interpres p. 18. Genista qua rites apud nos necti solent, &c.

<sup>e</sup> Purgat ellebori] Hæc totidem verbis Diosc. IV. 158.

<sup>f</sup> Rami . . . cum fronde] Cum foliis minutis. Vide Notas et Emend. num. 13.

<sup>g</sup> Quidam marina] Ad verbum Diosc. loc. cit. et Eὐπορ. I. 137.

<sup>h</sup> Genista tusa] Marcellus Empir. c. 36. p. 246.

<sup>i</sup> Myricen, quam ericen] Diximus de ea XIII. 37. Vide Notas et Emend. num. 14.

decocta tritaque cum melle illita. Arbitrantur<sup>j</sup> quidam hanc esse tamaricen:<sup>3</sup> sed ad liensem<sup>k</sup> præcipua est, si succus ejus expressus in vino bibatur. Adeoque mirabilem<sup>l</sup> ejus antipathiam contra solum hoc viscerum faciunt, ut affirment, si ea alveis factis bibant sues, sine liene inveniri. Et ideo homini<sup>m</sup> quoque splenico<sup>n</sup> cibum potumque dant in vasis ex ea factis. Gravis auctor<sup>s</sup><sup>n</sup> in medicina, virgam ex ea defractam,<sup>6</sup> ut neque terram, neque ferrum<sup>7</sup> attingeret, sedare ventris dolores asseveravit<sup>8</sup> impositam, ita ut tunica cinctuque corpori apprimetur. Vulgus infelicem arborem eam appellat, ut diximus,<sup>o</sup> quoniam nihil ferat, nec seratur unquam.

XLI. Corinthus, et quæ circa est regio, bryam vocat,<sup>r</sup><sup>a</sup> ejusque duo genera facit: sylvestrem plane sterilem: alteram mitiorem. Hæc fert in Ægypto Syriaque etiam abundantanter lignosum fructum, majorem galla, asperum<sup>z</sup> gustu, quo medici utuntur<sup>b</sup> vice gallæ, in<sup>c</sup> compositionibus, quas

—3 Eandem esse arbitrantur quidam tamaricen Chiffi.—4 Ita Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. splenetico Gronov. et vulgg.—5 Gravis autem auctor Chiffi.—6 Chiffi. ex eadem factam.—7 Franz. ut neque ferrum, reliquis omissis.—8 Ita codd. Regg. Editio princeps, al. vett. et Gronov. asseverat Harduin. 1. 2. 3. et recentt.

CAP. XLII. 1 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. regio, bryoniam vocat edd. vett. et Gronov. Gracia, bryan vocant Chiffi.—2 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. et asperum edd. vett. et Gronov. austerum Vet. Dalec.—3 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et re-

## NOTÆ

<sup>j</sup> Arbitrantur] Et ii quidem recte.

<sup>k</sup> Sed ad liensem] Diosc. totidem 1. 116. Marcellus Empir. cap. 23. pag. 166. et Q. Serenus, cuius verba referemus c. 47.

<sup>l</sup> Adeoque mirabilem] Marcellus Empir. loc. cit.

<sup>m</sup> Et ideo homini] Dioscor. loc. cit. Κατασκευάζουσι δὲ ἔνοι καὶ κύλικας ἐκ τοῦ πρέμνου, αἷς ἐπὶ τῶν σπληνικῶν χρῶνται ἀντὶ ποτηρίων, ὡς τοῦ δι' αὐτῶν πόματος ὠφελοῦντος. Sunt qui et e caudice calices parent, quibus poculorum vice splenici utantur, seu datus in ejusmodi vasis potus lieni conferat. Cælius Au-

rel. III. 4. ‘Item cibum potum sumere jubent ægrotantes in vasculis tamarici ligno confectis.’

<sup>n</sup> Gravis auctor] Sic etiam Q. Serenus cap. 27. ‘de ventris dolore mitigando,’ pag. 142. ‘Neenon jungenda est utero nova virga myricæ: Illæsa hæc ferro terraque intacta terretur.’

<sup>o</sup> Vulgus . . . ut diximus] Lib. XVI. 45.

<sup>p</sup> Bryam vocal] De ea egimus XIII. 37. Vide Notas et Emend. num. 15.

<sup>q</sup> Quo medici utuntur] Ita quidem fieri Galenus præcipit, de Fac. Simp.

antheras<sup>c</sup> vocant. Et lignum autem, et flos, et folia, et cortex in eosdem<sup>d</sup> usus adhibentur, quanquam remissiora. Datur sanguinem<sup>e</sup> rejicientibus cortex tritus, et contra profluvia foeminarum, cœliacis quoque. Idem tusus<sup>f</sup> impositusque collectiones omnes inhibet. Foliis exprimitur succus ad hæc eadem. Et in vino decoquuntur: ipsa vero adjecto melle<sup>g</sup> gangraenis illinuntur. Decoctum<sup>h</sup> eorum in vino potum, vel imposta cum rosaceo et cera sedant. Sic et epinyctidas sanant. Ad dentium dolorem<sup>i</sup> auriumque, decoctum eorum salutare est: radix ad eadem similiter.<sup>h</sup> Folia hoc amplius,<sup>j</sup> ad ea quæ serpunt imponuntur cum polenta. Semen<sup>k</sup> drachmæ<sup>l</sup> pondere adversus phalangia et araneos bibitur. Cum altillum vero pingui furunculis imponitur. Efficax et contra serpentium ictus, praeterquam aspidum. Necnon morbo<sup>j</sup> regio, phthiriasi, lendibusque, decoctum infusum<sup>s</sup> prodest, abundantiamque<sup>k</sup> mulierum

\*\*\*\*\*

centt. vice gallæ et in Gronov. et vulgg.—1 Vet. Dalec. decoquuntur ipsa: adjecto vero melle. Mox, idem Vet. illinuntur, vel imponuntur cum rosaceo et cera. Sedat et decoctum eorum in vino potum. Sic et epinyctidas, &c.—5 Dentium dolore Chiff.—6 Ita codd. Harduini et Dalec. radix ad eadem: similiter et folia. Hæc amplius Gronov. et al. vett.—7 Fructus Dalec.—8 Margo edd.

#### NOTÆ

Med. lib. VII. p. 21. Χρήσασθαι μέντοι τις αὐτῷ (καρπῷ) δύναται, μὴ παρούσης κηκίδος, εἰς ὅσταπερ ἐκείνη. Ubi galla ad manum non erit, uti eo myricæ semine licebit, ad ea omnia ad quæ illa utimur.

<sup>c</sup> Antheras] Ἀνθηρὰ compositiones sunt ita dictæ vel a colore florido, vel a florum mixtione, quæ præcipue adhibentur aduersus oris ulcera. Galenus κατὰ τόπους, IV. 8. p. 437. et alibi ἀνθηρὰs vocat: idem κατὰ γένη, V. 15. p. 801. ἀνθιζόνταs.

<sup>d</sup> Et cortex in eosdem] Diosc. I. 116.

<sup>e</sup> Datur sanguinem] Dioscor. loc. cit. hæc totidem verbis.

<sup>f</sup> Idem tusus] Diosc. loc. cit. Οἰδήματα δὲ στέλλει καταπλασθεῖs.

<sup>g</sup> Decoctum] Mutila hæc visa non nullis oratio: sed nihil MSS. præterea habent. Voce postrema superioris sententiæ fere repetita, erit fortasse qui legat, liensem decoctum eorum, &c. Nam Diosc. loc. cit. Τῶν δὲ φύλλων τὸ ἀφέψημα σὺν οἴνῳ ποθὲν σπλῆνα τήκει καὶ ὁδοταλγίας θορῇ διακλυζόμενον. Foliorum decoctum in vino potum liensem absunit: et ore collatum ad dentium dolores salutare est. Sed collectiones potius ex antecedente sententia putem subintelligi optere.

<sup>h</sup> Radix ad eadem similiter] Hoc est, decocta.

<sup>i</sup> Semen drachmæ] Diosc. loc. cit.

<sup>j</sup> Necnon morbo] Diosc. loc. cit.

<sup>k</sup> Abundantiamque] Vulvæ proflu-

sistit. Cinis arboris<sup>1</sup> ad omnia eadem prodest. Aiunt, si bovis castrati<sup>2</sup> urinæ immisceatur, in potu, vel in cibo, Venerem finiri. Carboque ex eo genere urina<sup>3</sup> ea restinctus in umbra conditur: idem cum libeat accendere, resolvitur.<sup>4</sup> Magi id et ex spadonis<sup>5</sup> urina fieri tradiderrunt.

**XLIII. (x.)** Nec virga sanguinea felicior<sup>6</sup> habetur. Cortex ejus interior cicatrices, quæ præsanavere,<sup>7</sup> aperit.

**XLIV.** Sileris folia illita fronti capitum dolores sedant. Ejusdem semen tritum in oleo phthirias coërcet. Serpentes et hunc fruticem refugient: baculumque rustici ob id ex eo gerunt.

**XLV.** Ligustrum si eadem<sup>8</sup> arbor est, quæ in Oriente



Dalec, et Gronov. decoctum foliorum infusum, e Diosc.—9 Cod. Dalec. si hominis castrati. Mox, idem codex, et vel in potu, vel in cibo detur; Gronov. et al. ante Harduin. vel in potu, vel, &c.—10 Carbo extincta Venere urina Vet. Dalec.—11 Vet. Dalec. rursum uritur.—12 Magi id et spadonis Chiffi.

CAP. XLIII. 1 Vet. Dalec. cicatrices ulcerum, quæ coaluerunt; alii ejusdem vett. cicatrices ulcerum, quæ præsanavere.

CAP. XLV. 1 Ligustrum eadem Gronov. et al. ante Harduin.—2 Vet. Da-

#### NOTÆ

vium: ἔρμοδέει βοῦκαῖς γυναιξί, Diosc. loc. cit.

<sup>1</sup> *Cinis arboris]* Ligni e caudice. Diosc. loc. cit. Kal ἡ ἀπὸ τῶν ξύλων τέφρα προστεθεῖσα, βεῦσιν ἐκ μῆτρας στέλλει. *Sed et ligni cinis appositus fluxionem ex utero sistit.*

<sup>2</sup> *Nec virga . . . felicior]* Quam myrrice, quam cap. 41. censeri dixit inter infelices arbores. Tarquinius Etruscus in Ostentario arborario, apud Macrob. Saturn. II. 16. p. 378. (ubi perperam ‘Tarquinius Priscus’ scribitur,) sic ait: ‘Arbores, quæ infernum Deorum avertentissimique in tutela sunt, eas infelices nominant: Alaternum, sanguinem,’ &c. Modestinus Dig. I. XLVIII. tit. 9. I. IX. ‘Pœna parricidii more majorum hæc instituta est, ut parricida virgis san-

guineis verberatus, deinde culleo insuatur.<sup>9</sup> Sanguineus frutex, et sanguinea virga, idem. Egimus de eo XVI. 30.

<sup>10</sup> *Quæ præsanavere]* Hoc est, quæ prius sunt sanatae, quam opus esset. Sie c. 38. ‘panos difficile concoquentes,’ dixit, hoc est, qui difficilis concoquuntur: c. 69. ‘genitalia carbunculantia,’ hoc est, quæ carbunculan- tur.

<sup>11</sup> *Ligustrum, si eadem]* In Reg. et Colb. cod. si ex eadem. Forte, si haec eadem. Hac loquendi forma usus inferius c. 91. ‘Dracontium, si modo hic est, qui apud nos dracunculus vocatur.’ Plinius XIII. 51. ‘Quidam hanc esse dicunt arborem, quæ in Italia ligustrum vocetur.’ At non est sanc ligustrum Cypros, ut eo loci

eypros, suos in Europa usus habet. Succus ejus nervis, articulis, algoribus, folia ubique<sup>2</sup> veteri ulceri cum salis mica, et oris exulcerationi<sup>3</sup> prosunt. Acini contra phthiriasin: item contra intertrigines, foliave. Sanant et gallinaceorum pituitas acini.

**XLVI.** Folia alni<sup>p</sup> ex ferventi aqua certissimo remedio sunt tumori.

**XLVII.** Hederæ genera<sup>q</sup> viginti demonstravimus. Natura omnium in medicina anceps. Mentem turbat,<sup>r</sup> et caput purgat largius pota. Nervis<sup>s</sup> intus<sup>t</sup> nocet. Iisdem nervis<sup>u</sup> adhibita foris prodest. Eadem natura, quæ aceto, ei est. Omnia genera ejus refrigerant.<sup>v</sup> Urinam<sup>w</sup> cident potu: capitum dolorem<sup>x</sup> sedant, præcipue cerebro, continente cerebrum membranæ, utiliter mollibus impositis foliis: cum aceto<sup>y</sup> et rosaceo<sup>z</sup> tritis et decoctis, addito postea rosaceo oleo. Illinuntur autem fronti: et decocto eorum sovetur os, caputque perungitur. Lieni et pota<sup>x</sup> et illita



loc. utique.—3 ‘ Ita cod. Reg. 2. et Editio princeps.’ Brotier. et oris exulceratione Chiffi. et oris exulcerationibus edd. vett. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.

**CAP. XLVII.** 1 Cod. Dalec. purgat. Largius pota nervis.—2 Iisdem nervis deest in Vet. Dalec.—3 Margo edd. Dalec. et Gronov. acria sunt, et astrigentia, e Diosc.—4 ‘ Hæc, et rosaceo, vacant.’ Dalec.—5 Vet. Dalec. appositu.

#### NOTÆ

diximus: nec Plinius sibi, sed quibusdam ignotis auctoribus, ita vide-ri ait.

<sup>p</sup> *Folia alni*] Ad verbum Marcellus Empiricus c. 19. p. 132.

<sup>q</sup> *Hederæ genera*] Lib. xvi. 62.

<sup>r</sup> *Mentem turbat*] Diosc. II. 210. Τοῦ δὲ μέλανος κισσοῦ ὁ χυλὸς, καὶ οἱ κόρυμβοι ποθέντες . . . ταράσσουσι τὴν διάνοιαν πλεονασθέντες. *Nigræ hederæ succus, et corymbi epoti . . . mentem turbant largius sumti.*

<sup>s</sup> *Nervis intus*] Diosc. II. 210. de hedera: τοῦ νευρώδος ἀπτικὸς, nervosum genus tentat.

<sup>t</sup> *Iisdem nervis*] Marcellus Empir. c. 36. p. 216.

<sup>u</sup> *Urinam*] Q. Serenus laudatus a nobis c. 35.

<sup>v</sup> *Capitis dolorem*] Q. Serenus cap. 4. inter remedia capitū medendo, pag. 126. ‘ Profuit, aut hedera ex oleo decocta vetusto.’

<sup>w</sup> *Cum aceto*] Dioscor. loc. cit. Πρὸς τὰ χρόνια τῆς κεφαλῆς ἀλγήματα ἄρρενει, καὶ ἐπιβρέχεται σὺν ὅξει καὶ ροδίνῳ. *Contra veteres capitū dolores . . . perfunditūt co caput cum aceto et rosaceo.* Apuleius cap. 98. tit. 2. ‘ Ad capitū dolorem:’ ‘ Hederæ succo cum vino, tempora vel frontem perfriabīs: sedat dolorem.’

<sup>x</sup> *Lieni et pota*] Diosc. loc. cit. et Galenus de Fac. Simp. Med. p. 191.

prosunt. Decoquuntur et contra horrores febrium, eruptionesque pituitæ, aut in vino teruntur.<sup>y</sup> Corymbi<sup>z</sup> quoque poti vel illiti lienem sanant: jocinera autem illiti. Trahunt<sup>a</sup> et menses appositi.<sup>s</sup> Succus hederæ<sup>b</sup> tædia narium graveolentiamque emendat, præcipue albæ sativæ. Idem infusus<sup>c</sup> naribus caput purgat, efficacius addito nitro. Infunditur etiam<sup>d</sup> purulentis auribus, aut dolentibus cum oleo. Cicatricibus<sup>e</sup> quoque decorem facit. Ad lienes efficacior albæ est, ferro calefactus: satisque est acinos sex in vini cyathis duobus sumi. Acini quoque<sup>f</sup> ex eadem alba terni, in aceto mulso poti, tineas<sup>g</sup> pellunt, in qua curatione ventri quoque imposuisse eos utile est. Hederæ, quam chrysocarpon appellavimus,<sup>7</sup> baccis aurei coloris viginti, in

—6 Dalec. *tænias*.—7 Al. ap. Dalec. *chrysalarion* vocant. Chiffi. *ellavimus*.—

#### NOTÆ

**Q. Serenus** c. 24. ‘de splene curando,’ p. 110. ‘Aut hederæ succus potu, apposituque juvabit: Sive myrica potens, seu ros cum pane mari-nus.’ Marcellus item Empir. cap. 23. p. 166. et Plinius Valer. II. 18.

<sup>y</sup> *Aut in vino teruntur*] Cum melle teri et illini ad exanthemata, hoc est, ad eruptiones pituitæ, præcipit Theod. Priscianus I. 16.

<sup>z</sup> *Corymbi*] Vide Notas et Emend. num. 16.

<sup>a</sup> *Trahunt*] Dioscor. loc. cit. Κινοῦσι δὲ καὶ καταμήνια ὑποτεθέντες οἱ κόρυφοι λεῖοι. *Movent et menses et corymbi triti ac subditæ*. Καταμήνια, menses, menstrua: quod mulieribus per singulos menses solet accidere profluvi.

<sup>b</sup> *Succus hederæ*] Marcellus Empir. c. 10. p. 86. ‘Nares graviter olentes emendat succus hederæ frequenter infusus.’ Apuleius c. 98. tit. 5. ‘Ad nares graveolentes:’ Herbae hederæ succus bene colatus in nares infunditur, et nares male olentes emendat.’ Dioscor. quoque loc. cit. ‘Ο δὲ χυλὸς ἐνσταζόμενος τὰς ἐν τοῖς βάθωσι δυσ-

ωδίας . . . ἔκκαθαλψει.

<sup>c</sup> *Idem infusus*] Hæc totidem verbis Diosc. et Galenus loc. cit. Q. Serenus c. 8. de capite purgando, pag. 129. ‘Expressusque hederæ mandatur naribus humor.’ Marcellus Empir. c. 5. p. 44. pro nitro florem æris asciscit: ‘Æris floris,’ inquit, ‘scriplus unus, et de succo hederæ idem pondus in unum mixtum, et naribus infusum, evocant pituitam, et defluere compellunt.’ Scribonius Largus Compos. 12. ‘Per nares purgatur caput iis rebus infusis per cornu . . . Hederæ succo per se, vel betæ succo cum exiguo flore æris,’ &c.

<sup>d</sup> *Infunditur etiam*] Diosc. et Galenus locis cit. Apuleius cap. 98. tit. 6.

<sup>e</sup> *Cicatricibus*] Q. Serenus cap. 45. p. 154. ‘Ut succis hederæ pulchrescit fœda cicatrix.’ Adde Galenum loc. cit.

<sup>f</sup> *Acini quoque*] Ad verbum hæc Marcellus Empir. c. 28. p. 200. et Plinius Valer. II. 21.

<sup>g</sup> *Hederæ . . . appellavimus*] Lib. XVI. 62. Hæc verbis fere totidem Plinius

vini sextario tritis, ita ut terni cyathi potentur, aquam quæ cutem subierit, urina<sup>8</sup> educit Erasistratus. Ejusdem acinos<sup>9</sup> quinque tritos in rosaceo oleo, calfactosque in cortice Punico,<sup>10</sup> instillavit dentium dolori a contraria aure. Acimi, qui croci succum habent, præsumti potu a crapula tutos præstant: item sanguinem exscreantes, aut torminibus laborantes. Hederæ nigræ<sup>11</sup> candidiores<sup>12</sup> corymbi poti, steriles etiam viros faciunt. Illinitur<sup>13</sup> decocta quæcumque in vino<sup>14</sup> omnium ulcerum generi, etiamsi caçoëthe sint. Lacryma<sup>k</sup> hederæ psilotrum est, phthiriasinque tollit. Flos<sup>l</sup> cujuscumque generis trium digitorum captu, dysentericos et alvum etiam emendat, in vino austero bis die potus. Et ambustis<sup>m</sup> illinitur utiliter cum cera. Denigrant<sup>n</sup> capillum corymbi. Radicis<sup>o</sup> succus in aceto potus, contra phalangia prodest. Hujus quoque<sup>p</sup> ligni vase splenicos<sup>12</sup> bibentes sanari invenio. Et acinos terunt, moxque comburunt, et ita illinunt ambusta, prius perfusa aqua calida. Sunt qui et incident succi gratia, eoque

8 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. per urinam Gronov. et vulgg.—9 Punico Chiff.—10 Cod. Dalec. candidiores nigri.—11 Ita ex codd. Harduinus et recentt. decocta in vino Gronov. et al. vett.—12 Ita ex codd. Harduinus et recentt. spleneticos Gronov. et vulgg.—

## NOTÆ

Valer. III. 12. ‘Est hedera,’ inquit, ‘quæ chrysocarpos appellatur, properterea quod fert grana aurei coloris,’ &c. Apuleius item c. 119. tit. 1.

<sup>h</sup> Ejusdem acinos] Totidem verbis Dioscor. loc. cit.

<sup>i</sup> Hederæ nigræ] Diosc. loc. cit. Τοῦ δὲ μέλανος κισσοῦ δ χυλὸς καὶ οἱ κόρυμβοι ποθέντες ἀγονταν ποιοῦσι.

<sup>j</sup> Illinitur] Folia illini dixit Diosc. loc. cit. Καταπλάσσεται δὲ τὰ φύλλα πρὸς πᾶν ἔλκος, ἐψηθέντα σὺν οὐρῷ. Item Plinius Valer. III. 22. et Marcellus Empir. c. 4. p. 42.

<sup>k</sup> Lacryma] Diosc. et Galenus loc. cit. et Q. Serenus cap. 6. p. 128.

<sup>l</sup> Flos] Totidem verbis Dioscor. loc. cit. Marcellus Empir. c. 27. p.

193. et Plinius Valer. II. 28.

<sup>m</sup> Et ambustis] Diosc. et Galenus loc. cit. et Plinius Valer. III. 36. Cum cera pro more Plinius, pro cerasito dixit: Dioscor. σὺν κηρωτῷ.

<sup>n</sup> Denigrant] Dioscor. loc. cit. Μελανούσι δὲ καὶ τὰς τρίχας οἱ κόρυμβοι.

<sup>o</sup> Radicis] Diosc. loc. cit. et Apuleius c. 98. tit. 4.

<sup>p</sup> Hujus quoque] Plinius Valer. II. 18. Q. Serenus cap. 24. pag. 140.

‘Quando lien tumido circumligat ilia vinclo, Et plenum splenis demonstrant membra rigorem: Mollibus ex hedera tornantur pocula lignis: Hinc trahet assuetos æger quoscumque liquores.’

utantur ad dentes erosos: frangique tradunt,<sup>13</sup> <sup>a</sup> proximis cera munitis, ne lədantur.<sup>a</sup> Gummim etiam <sup>r</sup> in hedera quærunt, quam ex aceto utilissimam<sup>14</sup> dentibus promittunt.

**XLVIII.** Græci vicino<sup>a</sup> vocabulo cisthon appellant fruticem majorem thymo, foliis ocimi. Duo ejus genera.<sup>b</sup> Flos masculo rosaceus, fœminæ albus. Ambo prosunt<sup>c</sup> dysentericis et solutionibus ventris, in vino austero, ternis digitis flore capto,<sup>d</sup> et similiter<sup>d</sup> bis die poto: ulceribus veteribus et ambustis cum cera:<sup>e</sup> et per se oris ulceribus. Sub his maxime nascitur hypocisthis, quam inter herbas<sup>f</sup> dicemus.<sup>3</sup>

<sup>a</sup> *Sunt qui et hederam incident succi eliciendi gratia, eoque succo utantur ad dentes erosos: frangique eos dentes tradunt, proximis dentibus interim cera munitis, ne lədantur.*

13 Dalec. tradant.—14 Ita coddl. Regg. Brot. et Chiff. quod ex aceto utilisimum edd. ante Brotier.

CAP. XLVIII. 1 Cod. Dalec. et Vet. ejusdem, trinis digitis flore carpto.—2 Margo edd. Dalec. et Gronov. cerato, e Diosc.—3 Gronov. et al. ante Harduin. ederas diximus.

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *Frangique tradunt]* Celsus VI. 9. Quod si dolor eximi dentem cogit, baccæ hederæ conjecta in id foramen, dentem findit.

<sup>r</sup> *Gummim etiam]* Marcellus Empiricus c. 12. p. 94. ‘Ad dentes cavos,’ inquit, ‘et exesos, ne penitus exedantur, aut excidant, facies hoc: Gummæ quod in hedera nascitur, ca-vo denti inserito.’

<sup>a</sup> *Graci vicino]* Nam hederam Græci κισθὸν, fruticem hunc κισθὸν vo-cant. Sic propter solam cognationem nominis, chamæphytos et pity-use tractationem instituit una cum larice, piceaque, c. 20. et 21. hujussee libri: sic herbam erineon cum capriflico connectit, propter gentilitatem, ut dictum est sup. lib. cap. 65. Idque ipse aperte præfatur, ne quenquam falleret similitudo nominis: ne quis ejusdem generis ea esse existi-

maret, quæ essent ejusdem fere appellationis.

<sup>b</sup> *Duo ejus genera]* Dioscor. I. 126. ‘Ανθη ἄρρενος, ὥσπερ δοῖας· ἐπὶ δὲ τοῦ θήλεος, λευκά. Flores masculo, veluti mali Punica: fœminæ, albi. Utriusque generis icones habet Clusius Hist. Rarior. Plant. lib. I. pag. 68. et 70. quales in horto Regio vidimus.

<sup>c</sup> *Ambo prosunt]* Dioscor. loc. cit. et Galenus de Fac. Simp. Med. lib. VII. p. 190.

<sup>d</sup> *Et similiter]* Ut de hedera dictum est sup. cap.

<sup>e</sup> *Cum cera]* Hoc est, cum cerato. Dioscor. loc. cit. Καθ' αὐτὰ δὲ καταπλασθέντα, νομᾶς ἐφόστησι σὸν κηρωτὴ δὲ πυρίκανστα, καὶ παλαιὰ ἔλκη λαται.

<sup>f</sup> *Quam inter herbas]* Lib. XXVI. cap. 31. Vide Notas et Emend. num. 17.

**XLIX.** *Cissos*<sup>g</sup> *erythranos*<sup>1</sup> ab iisdem appellatur similis hederæ,<sup>2</sup> coxendicibus utilis e vino potus: item lumbis. Tantam vim acini aiunt,<sup>h</sup> ut sanguinem urina detrahatur.<sup>3</sup> Item chamæcission appellant hederam non attollentem se a terra. Et haec contusa in vino acetabuli mensura lieni medetur. Folia ambustis cum axungia. Smilax quoque, qui et nicophorus<sup>4</sup> cognominatur, similitudinem hederæ habet, tenuioribus foliis. Coronam ex eo factam impari foliorum numero, aiunt capititis doloribus mederi. Quidam duo genera smilacis dixerunt. Alterum<sup>i</sup> immortalitati proximum, in convallibus opacis, scandentem arbores,<sup>j</sup> comantibus acinorum corymbis, contra venenata<sup>j</sup> omnia efficacissimis in tantum<sup>k</sup> ut acinorum succo infantibus saepe instillato, nulla postea venena nocitura sint. Alterum genus<sup>l</sup> culta amare, et in his gigni,<sup>6</sup> nullius effectus. Illam esse smilacem priorem<sup>7</sup> cuius lignum ad aures sonare diximus.<sup>m</sup> Similem huic<sup>n</sup> aliqui clematida appellaverunt, repentem per arbores, geniculatam et ipsam. Folia ejus<sup>o</sup> lepras<sup>8</sup> purgant. Semen alvum<sup>p</sup> solvit acetabuli mensura,

**CAP. XLIX.** 1 *Cistos erythrodanon* Dalec. *erytianos* Chiff.—2 Margo edd. Dalec. et Gronov. *cisto*, e Theophr.—3 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Tantamque vim accipiunt . . . detrahant* Gronov. et al. vett.—4 Chiff. *athophorus*.—5 Vet. Dalec. *scandentis in arbores*; Chiff. *scandentem arborum*.—6 Vet. Dalec. *amat et in his gignitur*.—7 *Illa est smilax prior* Vet. Dalec.—8 Gronov. *lepram*.

## NOTÆ

<sup>g</sup> *Cissos*] De casso erythrano, et chamæcocco diximus XVI. 62. de smilace e. 63.

<sup>h</sup> *Tantam vim acini aiunt*] Nos ita ex conjectura emendavimus, cum prius insulse legeretur: *Tantamque vim accipiunt*.

<sup>i</sup> *Alterum*] Haec smilax aspera, de qua XVI. 63. et Diosc. IV. 144.

<sup>j</sup> *Contra venenata*] Diosc. loc. cit.

<sup>k</sup> *In tantum*] Diosc. loc. cit. totidem verbiis.

<sup>l</sup> *Alterum genus*] Smilax lœvis Dioscoridi appellatur IV. 145. Σμίλαξ

λεία.

<sup>m</sup> *Illam esse . . . diximus*] Lib. XVI. cap. 63.

<sup>n</sup> *Similem huic*] Κληματῖτις dicta Dioscoridi IV. 182. smilacis in morem sese arboribus circumvolvens: Περιέλιπτεται δὲ τοῖς δένδροις ὡς σμίλαξ. Haec Viorna vulgi, Dodonæi Vitalba, p. 399. Nostris, *l'Herbe aux Gueux*.

<sup>o</sup> *Folia ejus*] Diosc. loc. cit. Τὰ δὲ φύλλα καταπλασθέντα, λέπρας ἀφίσητο.

<sup>p</sup> *Semen alvum*] Diosc. totidem verbis, loc. cit.

in aquæ hemina aut aqua mulsa. Datar ex eadem causa et decoctum ejus.

L. (xi.) Arundinis genera **XXIX.** demonstravimus,<sup>a</sup> non aliter evidentiore illa naturæ vi,<sup>1 b</sup> quam continuis his voluminibus tractamus. Siquidem arundinis<sup>c</sup> radix contrita et imposita, filicis stirpem corpore extrahit: item arundinem filicis radix. Et quoniam plura genera fecimus, illa quæ in *Judæa Syriaque*<sup>d</sup> nascitur odorum unguentorumque causa, urinam<sup>e</sup> movet<sup>2</sup> cum gramine aut apii semine decocta. Ciet<sup>f</sup> menstrua<sup>3</sup> admota. Medetur convulsis duobus obolis pota, jocineri, renibus, hydropi, tussi etiam<sup>g</sup> suffitu, magisque cum resina. Furfuribus ulcerumque manantibus cum myrrha decocta.<sup>+</sup> Excipitur et succus ejus, sitque claterio<sup>5</sup> similis. Efficacissima autem in omni

---

CAP. L. 1 'Chiffl. XXX....natura ut. Lego, naturæ vi.' Dalec. natura quam Gronov. et al. ante Harduin.—2 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recent. *Judæa Syr. nasc. odore unguentorum, urinam movet* cod. Dalec. *India Syriaque*, &c. Gronov. et vulgg.—3 Ciet et menstrua Chiffl.—4 Cod. Dalec. *cum vino radix decocta*.—5 Cod. Dalec. alteri; Vet.

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *Arundinis . . . . demonstravimus]* Lib. xvi. cap. 64. 65. et 66.

<sup>b</sup> *Illa naturæ vi]* Antipathia ac sympathia.

<sup>c</sup> *Siquidem arundinis]* Totidem verbis Marcellus Empir. cap. 34. pag. 233. et Plinius Valer. iii. 49. Haunere omnes a Celso v. 26. sub finem: 'Ubi surculus corpori infixus est, . . Surculum, si fieri potest, oportet vel manu, vel ferramento ejicere. Si vel præfractus est, vel altius descendit, quam ut ita fieri possit, medicamento evocandus est. Optime autem educit superimposita arundinis radix, si tenera est, protinus contrita: si jam durior, ante in mulso decocta: cui semper mel adiiciendum est, aut aristolochia, cum eodem melle. Pessima ex surculis arundo est, quia aspera est: eadem-

que offensa in filicis hastula est. Sed usu cognitum est utramque adversus alteram medicamentum esse, si contrita superimposita est.'

<sup>d</sup> *In Judæa Syriaque]* Ita MSS. omnes. Tolerabilis tamen vulgata quoque lectio, *in India Syriaque*; nam de calamo aromatico agit, quem Indis Syriaque communem esse dixit XII. 48. cum Dioscor. i. 17.

<sup>e</sup> *Urinam]* Diosc. v. 17. hæc totidem verbis de calamo aromatico: Δύναται δὲ οὐρὰ κινέν ποθεῖς ὅθεν ἀρμόζει μετὰ ἀγρώστεως ἡ σελίνου σπέρματος ἀφεψηθεὶς καὶ ποθεῖς ὑδραπικοῖς, νεφριτικοῖς, κ. τ. λ.

<sup>f</sup> *Ciet]* Diosc. loc. cit.

<sup>g</sup> *Tussi etiam]* Dioscor. loc. cit. Βῆχάς τε λάται ὑποθυμιώμενος καθ' ἔαντν, καὶ σὺν βητήνῃ τερεβινθίνῃ.

arundine quæ proxima radici. Efficacia et genicula.<sup>6</sup> Arundo Cypria,<sup>7</sup> quæ donax vocatur, corticis cinere alopecias emendat: item putrescentia ulcera. Foliis ejus<sup>8</sup> ad extrahendos aculeos utuntur: efficacibus<sup>9</sup> et contra ignes sacros, collectionesque omnes. Vulgaris<sup>10</sup> arundo extractoriæ vim habet, et<sup>9</sup> recens tusa, non in radice tantum. Multum enim et ipsam arundinem valere tradunt. Medetur<sup>11</sup> et luxatis, et spinæ doloribus radix in aceto illita. Eadem recens trita in vino pota, Venerem concitat. Arundinum<sup>12</sup> lanugo illata auribus, obtundit auditum.

LI. Cognata in Ægypto res est arundini<sup>1</sup> papyrus, præcipuae utilitatis,<sup>13</sup> cum inaruit, ad laxandas siccandasque fistulas, et intumescendo ad introitum medicamentorum aperiendas. Charta<sup>14</sup> quæ fit ex ea, cremata, inter causti-

Dalec. poterio.—6 Chiffl. radice efficaciora genicula.—7 Gronov. efficacius.—8 Coniunctio et deest in cod. Dalec.

CAP. LI. 1 Cognita Ægypto res har. ipsarum Chiffl. Mox, cod. Dalec. cum inaruerit.

#### NOTÆ

<sup>h</sup> Arundo Cypria] Hæc totidem verbis Diosc. I. 114. et Alexander Iatros I. 4.

<sup>i</sup> Foliis ejus] Dioscor. loc. cit. radice.

<sup>j</sup> Efficacibus] Subintellige, foliis. Ita MSS. non efficacius. Plinius ignes sacros: Dioscorides, ut saepè monimus, ἐρυσιπέλατα: ille collectiones, φλεγμονὰς iste dixit: Τὰ δὲ φύλλα χλωρὰ κοπέντα καὶ ἐπιτεθέντα, ἐρυσιπέλατά τε καὶ τὰς ἄλλας φλεγμονὰς ἴαται.

<sup>k</sup> Vulgaris] Dioscor. loc. cit.

<sup>l</sup> Medetur] Diosc. loc. cit. Σὺν ὅξει δὲ στρέμματα καὶ δοφός ἀλγήματα παρηγορεῖ.

<sup>m</sup> Arundinum] Dioscor. loco citato: Ἡ δὲ ἀνθήλη τῶν καλάμων ἐμπεσοῦσα εἰς τὰς ἀκοὰς, κώφωσιν ἐργάζεται. Panicula flos, si aures intraverit, exsurdat.

<sup>n</sup> Præcipua utilitatis] Diosc. I. 115. Εὐχρηστεῖ δὲ εἰς τὴν ἐν ἱατρικῇ χρῆσιν, πρὸς ἀναστόμωσιν συρίγγων, σκελετευ-

θεῖσα διάβροχος, περιειλουμένου λίνου ἔχρι ξηρασίας. Στεγνονυμένη γάρ καὶ καθιεμένη ἐμπίπλαται ὑγρασίας, καὶ ἔξοδονσα διανούγει τὰς σύριγγας. Præcipua in medicina utilitatis est, ad laxanda fistularum orificia, si arefacta fuerit, mox macerata quopiam liquore, lino fuerit obvoluta, donec inaruerit. Ita enim madi- da atque immissa, humore completur, et intumescendo fistulas aperit.

<sup>o</sup> Charta] Diosc. I. 115. Papyrus usta, inquit, dum in cinerem redacta fuerit, depascentia ulcera cohibet: id vero charta combusta melius efficit: Βέλτιον δὲ ὁ χάρτης καὶ δρᾶ τὸ τοιοῦτον. Meminit hujus medicamenti, διὰ τοῦ κεκαυμένου χάρτου, ad pudendorum affectus et ulcera Galenus κατὰ τόπους, IX. 8. pag. 624. Et ad ἀχῶρες sanandos, hoc est, manantia capitis ulcera: ‘chartæ combustæ cinis cum aceto medetur,’ inquit Theodorus Priscianus I. 5. ‘de achoribus.’

ca<sup>p</sup> est. Cinis ejus<sup>a</sup> ex vino potus somnum facit: ipsa ex aqua imposita callum sanat.

LII. Ne in Aegypto quidem nascitur ebenus, ut docuimus: nec tractamus in medicina alienos orbes: non omittetur tamen propter miraculum. Scobem ejus oculis unice mederi dicunt: lignoque ad cotem trito cum passo, caliginem discutit. Ex aqua vero radice, albugines oculorum.<sup>s</sup> Item tussim, pari modo dracunculi radicis adjecto cum melle. Ebenum medici et inter erodontia assumunt.

LIII. Rhododendros ne nomen quidem apud nos invenit Latinum: rhododaphnen vocant, aut nerium. Mirum,<sup>t</sup> folia ejus quadrupedum venenum esse, homini vero contra serpentes praesidium, ruta addita e vino pota. Pecus etiam, et caprae, si aquam biberint, in qua folia ea maduerint, mori dicuntur.

LIV. Nec rhus Latinum nomen habet, cum in usum<sup>a</sup> pluribus modis veniat. Nam et herba est<sup>b</sup> sylvestris, foliis myrti, cauliculis brevibus, quæ tineas<sup>c</sup> pellit; et frutex coriarius<sup>d</sup> appellatur, subrutilus, cubitalis, crassitu-

-----  
CAP. LIV. 1 Ita ex codd. Harduin et recentt. quæ tænias Chiff. quæ

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *Inter caustica]* Καυστικὰ medicamenta sunt quæ adurendi et exedendi vim habent.

<sup>b</sup> *Cinis ejus]* Q. Serenus cap. 56. de somno ægris asciscendo, pag. 160. <sup>c</sup> *Charta* igitur, variis quam pinxit litera verbis, Uritur: inde cinis calido potatur in amni.

<sup>d</sup> *Ut docuimus]* Lib. XII. cap. 8.

<sup>s</sup> *Albugines oculorum]* Diosc. I. 129.

<sup>t</sup> *Mirum]* Vide quæ diximus XVI. 33.

<sup>a</sup> *Cum in usum]* Cum in usu medicinae pluribus rebus id nomen accommodetur: et frutici nimirum, fructuique Syriaco, de quo XIII. 13. et herbae sylvestri, quæ tineas pellit: et

frutici coriario, de quo mox dicetur.

<sup>b</sup> *Nam et herba est]* Chamelæagnus Dodonei hæc est, Pemptade VI. lib. II. cap. 20. pag. 768. Aliis Rhus myrtifolia Belgica, aliis myrtus Brabantica: Gallis, *Piment Royal*. Vidimus in horto Regio. Viri docti hodie censent eandem esse cum ea, quam vulgo Thé Sinarum vocant: neque ab ea vel forma vel viribus discrepare. Vide Commentarium Simonis Pauli, de abusu Tabaci, et herbæ Thé.

<sup>c</sup> *Quæ tineas pellit]* Et glires abigi, et pediculos necari ea scimus: nec serpentes in saltibus iis, in quibus ea frequens est, posuere cubilia.

<sup>d</sup> *Et frutex coriarius]* Hoc est, quo

dine digitali: cuius aridis foliis, ut malicorio, coria perficiuntur. Medici autem rhoicis<sup>e</sup> utuntur ad contusa: item cœliacos,<sup>f</sup> et sedis ulceræ, aut quæ phagedænas vocant, trita cum melle, et illita cum aceto.<sup>2</sup> Decoctum<sup>g</sup> eorum instillatur auribus purulentis. Fit et stomatice<sup>h</sup> decoctis ramis, ad eadem, quæ ex moris: sed efficacior admixto alumine. Illinitur eadem hydropicorum tumori.<sup>3</sup>

**Lv.** Rhus, qui erythros<sup>i</sup> appellatur, semen est hujus fruticis. Vim habet<sup>j</sup> astringendi refrigerandique. Aspergitur<sup>k</sup> pro sale<sup>2</sup> opsoniis. Alvos solvit,<sup>l</sup> omnesque carnes cum silphio suaviores facit. Ulceribus medetur manantibus cum melle: asperitati<sup>m</sup> linguae, percussis, lividis, desquamatis eodem modo. Capitis ulceræ<sup>n</sup> ad cicatricem celerrime perducit. Fœminarum<sup>o</sup> abundantiam<sup>p</sup> sistit cibo.

**LVI.** Alia res<sup>o</sup> erythrodanus,<sup>1</sup> quam aliqui ereuthoda-



venena et tineas Gronov. et vulgg.—2 Vet. Dalec. *hulcera*. At quæ phag. rocant, folia trita, &c. cum aceto sanant. Alii vett. ap. Dalec. *tritis cum melle, et illitis*; Chiffl. *intrita cum aceto*.—3 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recent. Illinitur e. h. tumoribus Gronov. et vulgg. Illinitur e. h. tumoribus Chiffl.

**CAP. LV.** 1 Ita codd. Harduini et Chiffl. item edd. Harduin. 1. 2. 3. et recent. *Rhus, quæ erythros appellatur, frutex est: et hujus fruticis semen vim habet* Gronov. et vulgg. *hujus fruticis semen est. Vim, &c.* Vet. Dalec.—2 Vet. Dalec. *cum sale*. Mox, *obsoniis alvo soluta* Chiffl. et Corn.—3 Chiffl. *vulnera*.—4 ‘Ita codd. Regg. et Editio princeps.’ Brotier. *perducit: et fœminarum abundantiam* Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et al. ante Brotier.

**CAP. LVI.** 1 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et

#### NOTÆ

coria perficiuntur, ut est alias dictum sæpius. Hæc rhus myrtifolia Lobeli, in Advers. pag. 412. quam et nos in Regio horto vidimus.

<sup>e</sup> *Medici autem rhoicis*] Subintellige, foliis: rhois illius videlicet, quæ Syriaca dicitur, expedita a nobis XIII. 13. non myrtifoliæ.

<sup>f</sup> *Item cœliacos*] Dioscor. I. 147. Monspelii, ubi rhus illa fruticat, panem conficiunt ex jure hujus seminis, et farina, ad dysenteriam accommodatissimum.

<sup>g</sup> *Decoctum*] Diosc. loc. cit.

<sup>h</sup> *Fit et stomatice*] De stomatice, quæ fit ex moris, ejusque dotibus, dictum est XXIII. 71.

<sup>i</sup> *Rhus, qui erythros*] Vide Notas et Emend. num. 18.

<sup>j</sup> *Vim habet*] Galenus de Fac. Simp. Med. lib. VIII. pag. 225.

<sup>k</sup> *Aspergitur*] Diosc. loc. cit.

<sup>l</sup> *Alvos solvit*] Marcellus Empir. cap. 27. pag. 191.

<sup>m</sup> *Asperitati*] Diosc. loc. cit.

<sup>n</sup> *Fœminarum*] Diosc. loc. cit. Καλλευκὴν φοῦν τστησιν.

<sup>o</sup> *Alia res*] Alia nimur ab ery-

num vocant, nos rubiam, qua tinguntur lanæ, pellesque perficiuntur: in medicina urinam<sup>p</sup> ciet: morbum regium<sup>q</sup> sanat ex aqua mulsa, et lichenas ex aceto illita: ischiadicos,<sup>r</sup> et paralyticos, ita ut bibentes laventur quotidie. Radix<sup>s</sup> semenque trahunt menses, alvum sistunt, et collectiones discutiunt. Contra serpentes<sup>t</sup> rami cum foliis imponuntur. Folia et capillum inficiunt.<sup>z</sup> Invenio apud quosdam morbum regium sanari hoc frutice, etiamsi adalligatus spectetur tantum.

**LVII.** Distat ab eo qui alysson<sup>a</sup> vocatur foliis tantum et ramis minoribus: nomen accepit, quod a cane<sup>b</sup> morsos<sup>x</sup> rabiem sentire non patitur, potus ex aceto adalligatusque. Mirum est quod additur, saniem<sup>c</sup> conspecto omnino frutice eo siccari.<sup>z</sup>

**LVIII.** Tinguentibus et radicula lanas præparat, quam



recentt. *Alia est erythrodanus* Gronov. et al. ante Harduin.—2 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *tingunt* Gronov. et vulgg.

**CAP. LVII.** 1 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *commorsos* Gronov. et vulgg.—2 Cod. Dalec. *traditur saniem*, &c. Vet. ejusdem, *additur insaniam consp. om. fr. eo sanari*.

#### NOTÆ

thro rhoë, cum quo nominis aliquam cognitionem habet. Egimus de ea xix. 17. Cael. Aurel. Chron. iii. 5. ‘Rubea, quam Graeci erythrodanon vocant.’ Vide et Dioscor. iii. 160. —‘Galli vocant, *de la Garance*, herbe aux teinturiers.’ Ed. sec.

<sup>p</sup> *Urinam*] Diosc. loc. cit.

<sup>q</sup> *Morbum regium*] Diosc. loc. cit.

‘Ικτερικοῖς μετὰ μελικράτον πινομένη βοῆθει. Plinius quoque Valer. ii. 59. Q. Serenus c. 59. de morbo regio, p. 161. ‘Huic rubia ex mulsa fertur conducere lympham,’

<sup>r</sup> *Ischiadicos*] Dioscor. loc. cit. ‘Ισχιαδικοῖς τε καὶ περαλελυμένοις. Et Galenus de Fac. Simp. Med. lib. vi. pag. 175. Sic etiam Marcellus Empir. cap. 25. pag. 174. Plinius Valer. ii. 45. et Q. Serenus cap. de ischia,

et articulari morbo.

<sup>s</sup> *Radix*] Diosc. loc. cit. totidem verbis: et Galenus loc. cit. post Hippocr. de Nat. Mul. tex. 29. p. 379.

<sup>t</sup> *Contra serpentes*] Dioscor. loco citato.

<sup>a</sup> *Distat . . . alysson*] Nec Galeni istud, nec Dioscoridis ἀλυσσον, etsi eadem utrobique originatio nominis, et geminæ vires. Neutrū enim ex iis folia habet ramosque rubiae seu erythrodano pares.

<sup>b</sup> *Quod a cane*] Et de suo pariter alyssō id Diosc. iii. 105. Ἀπὸ τοῦ λύσσαν κυνὸς λασθαι.

<sup>c</sup> *Mirum est . . . saniem*] Pus vide-licet quod in ulcere est, a morsu canis. Vide Notas et Emend. num. 19.

struthion a Græcis vocari diximus.<sup>d</sup> Medetur morbo regio et ipsa decocto ejus poto,<sup>e</sup> item pectoris vitiis. Urinam<sup>f</sup> ciet, alvum solvit, et vulvas purgat. Quamobrem aureum poculum<sup>g</sup> medici vocant. Ea et ex melle<sup>h</sup> prodest magnifice ad tussim, orthopnœæ<sup>i</sup> cochlearis mensura. Cum polenta<sup>j</sup> vero et aceto lepras tollit. Eadem cum<sup>k</sup> panace et capparis radice calculos frangit, pellitque. Panos<sup>l</sup> discutit, cum farina hordeacea et vino decocta. Miscetur<sup>m</sup> et malagmatis, et collyriis, claritatis causa : sternutamento<sup>n</sup> utilis inter pauca : lieni quoque ac jocineri. Eadem pota denarii unius pondere ex mulsa aqua, suspriosos sanat. Sic et<sup>k</sup> pleuriticos,<sup>o</sup> et omnes lateris dolores, semen ex aqua.<sup>p</sup>

Apocynum frutex est<sup>q</sup> folio hederæ, molliore tamen, et minus longis viticulis,<sup>r</sup> semine acuto,<sup>s</sup> diviso,<sup>t</sup> lanuginoso,

CAP. LVIII. 1 Ita codd. Harduini et Chiffi. item edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *et ipsa decocta, et jus potum* Vet. Dalec. *decocti ejus potu* Gronov. et vulgg.—2 Chiffi. *petition.*—3 Vet. Dalec. *et orthopnœam.*—4 *Phymata* mar-  
go edd. Dalec. et Gronov. e Diosc.—5 Ita ex codd. Harduin et recentt. ita quoque cod. Dalec. *ad sternutamenta* Gronov. et al. vett. *sternutamen-  
tum* Chiffi.—6 ‘Optime hæc jungit Editio princeps cum superius dictis.’ Bro-  
tier. Novum quem dicunt paragraphum ordinuntur in edd. Harduin. 1. 2. 3.  
Miller. et Bipont.—7 ‘Male libri scripti et editi, apocyni semen ex aqua :  
quod jam monuit J. Bauhinus.’ Brotier. Vet. Dalec. *dolores, semen ex aqua.*  
Vide Not. et Emend. n. 20.—8 ‘Sic fuit emendandum, ut recte docuit J.  
Bauhinus.’ Brotier. *Apocynum frutex est* Vet. Dalec. *Frutex est* Gronov. al.  
vett. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—9 Ita edd. vett. Gronov. Harduin. 1. 2. 3.  
Miller. et Bipont. *diviso* deest in ed. Franz.

## NOTÆ

<sup>d</sup> *Tingentibus . . . . . diximus]* Lib. xix. cap. 18.

<sup>e</sup> *Urinam]* Hæc pariter Diosc. II.

193.

<sup>f</sup> *Ea et ex melle]* Totidem verbis  
Diosc. loc. cit.

<sup>g</sup> *Cum polenta]* Dioscor. loco ci-  
tato.

<sup>h</sup> *Eadem cum]* Ad verbum Diosc.  
loco citato.

<sup>i</sup> *Panos]* Diosc. loc. cit. Διαφορέ  
καὶ τὰ φύματα σὺν ἀλεύρῳ κριθίνῳ, καὶ  
σύνῳ ἔψηθέν.

<sup>j</sup> *Miscetur]* Dioscor. loc. cit. Μήγνη-  
Delph. et Var. Clas.

<sup>k</sup> *Sic et]* Hoc est, ex aqua mulsa  
pota unius denarii pondere. Vide  
Notas et Emend. num. 20.

<sup>l</sup> *Frutex est]* Totidem verbis de-  
scribitur a Diosc. IV. 81. Ἀπόκυνον,  
οἱ δὲ κύναγχον, κ. τ. λ. Pingitur a  
Dodonæo, Periplocæ prioris nomine,  
pag. 403. et a Clusio Hist. Rar.  
Plant. lib. I. pag. 125. a quo Apocy-  
num tertium latifolium appellatur.

<sup>m</sup> *Viticulis]* Virgultis, caulinulis,  
sarmentis.

Plinius.

10 P

gravi odore.<sup>o</sup> Canes<sup>p</sup> et omnes quadrupedes necat in cibo datum.

LIX. Est et rosmarinum.<sup>a</sup> Duo genera ejus. Alterum sterile, alterum cui et caulis, et semen resinaceum, quod cachrys<sup>b</sup> vocatur. Foliis<sup>c</sup> odor thuris. Radix<sup>d</sup> vulnera sanat viridis imposita, et sedis procidentia, condylomata, et hæmorrhoidas. Succus et fruticis<sup>e</sup> et radicis morbum regium, et ea quæ repurganda sunt. Oculorum<sup>f</sup> aciem exacuit. Semen<sup>g</sup> ad vetera pectoris vitia datur potui. Et ad vulvas<sup>h</sup> cum vino et pipere. Menses<sup>i</sup> adjuvat. Podagrī illinitur cum ærina<sup>j</sup> farina. Purgat etiam lentigines,<sup>k</sup> et quæ excalfacienda sunt, aut cum su-

\*\*\*\*\*

CAP. LIX. 1 Radici margo edd. Dalec. et Gronov. e Diosc.—2 Herba ibid. ex eodem.—3 ‘Diosc. III. 87. ait ad ictericos, seu morbum regium; ita ut Plinius ὑστερικαῖς pro ἵστεροῖς perperam legisse videatur.’ Brotier.—4 Cod. Dalec. ervina.—5 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. et lentigines Gronov. et vulgg. et vitiligines margo edd. Dalec.

#### NOTÆ

<sup>n</sup> Semine acuto] Semine acuto, in siliqua fabarum instar discreto, molli intus, candidaque lanugine, quæ tomento similis, inclusa.

<sup>o</sup> Gravi odore] Dioscor. loc. cit. φύλλα βαρύστα.

<sup>p</sup> Canes] Dioscor. loc. cit.

<sup>a</sup> Est et rosmarinum] Diximus de eo xix. 62. Λιβανωτὸς est Dioscoridis III. 87. a quo hæc duo pariter genera totidem verbis delineantur.

<sup>b</sup> Quod cachrys] Dioscor. loc. cit. Κάγχρος, et Apuleio, Canchrys. Theophrasto, a quo hæc manarunt, ix. 12. Κάχρος.

<sup>c</sup> Foliis] Dioscor. loc. cit. Φύλλα δὲ . . . εὐάδη. At de radice mox, Ρίζα δὲ . . . ὅζουσα λιβάνου. Sic Theophr. Hist. ix. 12. Ρίζαν δὲ μεγάλην, καὶ παχεῖαν, λευκὴν, ὅζουσαν ὥσπερ λιβανωτοῦ. Idecirco, teste Apuleio, de virtutibus herb. cap. 79. de rosmarino, ‘antequam thus sciretur, hac herba homines Deos placabant.’

<sup>d</sup> Radix] Herbae ipsi Dioscor. has

vires ascribit: ἡ πόα καταπλασθεῖσα λεῖα, κ. τ. λ. At Theophr. loc. cit. radici: Χρησίμη δὲ ἡ μὲν ρίζα, πρός τε τὰ ἔλκη,

<sup>e</sup> Succus et fruticis] Hoc vero Dioscor. loc. cit. poto semini: idem cap. 89. decocto radicis adjudicat.

<sup>f</sup> Oculorum] Dioscor. loc. cit. ‘Ο δὲ χνύλος τῆς ρίζης καὶ τῆς πόας, δένδερκής, μιγνύμενος μέλιτι, καὶ ἐγχριόμενος. Galenus item de Facult. Simp. Med. lib. viii. pag. 203. et Apuleius cap. 79. tit. 7.

<sup>g</sup> Semen] Dioscor. loc. cit.

<sup>h</sup> Et ad vulvas] Vide Notas et E-mend. num. 21.

<sup>i</sup> Menses] Dioscor. loc. cit. De radice hoc Theophr. loc. cit.

<sup>j</sup> Podagrī . . . cum ærina] Hoc est, loliacea. Diosc. loc. cit. Ποδάραις τε καταπλασθμενος λεῖος σὸν αἱρνῷ ἀλεύρῳ καὶ ὅζει. Frustra igitur ervina hic nonnulli reponunt.

<sup>k</sup> Purgat etiam lentigines] Ἀλφούς τε σμήχει. Diosc. loc. cit.

dor quærendus, illum: item convulsis. Auget et lac<sup>a</sup> in vino potum: item radix. Ipsa herba<sup>m</sup> strumis cum aceto illinitur: ad tussim<sup>n</sup> cum melle prodest.

LX. Cachrys multa genera habet, ut diximus.<sup>o</sup> Sed hæc, quæ ex rore<sup>p</sup> supra dicto nascitur, si fricitur, resinosa est. Adversatur venenis et venenatis, præterquam anguis. Sudores<sup>q</sup> movet, tormina discutit, lactis ubertatem facit.

LXI. Herba sabina,<sup>r</sup> brathy appellata a Græcis, duorum generum est: altera tamarici similis folio, altera cupresso. Quare quidam<sup>s</sup> Creticam cupressum dixerunt. A multis<sup>t</sup> in suslitus pro thure assumitur: in medicamentis<sup>u</sup> vero du-

et Gronov. e Diosc. Mox, Vet. Dalec. prodest iis que, &c. Chiffl. et que e. sint.—6 Chiffl. lacte.

CAP. LX. 1 Margo edd. Dalec. et Gronov. rosmarino.—2 Sudorem Gronov. al. vett. et Franz. Sudores Chiffl. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.

CAP. LXI. 1 Qua ex re quidam Vet. Dalec.—2 Chiffl. suffita.

#### NOTÆ

<sup>1</sup> *Auget et lac*] Hoc de semine seu fructu pariter Theophr. loc. cit.

<sup>m</sup> *Ipsa herba*] Diosc. loc. cit. Καὶ χοιράδας συμπέπτει.

<sup>n</sup> *Ad tussim*] Apuleius c. 79. tit. 5.

<sup>o</sup> *Ad tussim*: ‘Herbam rosmarinum cum piperis granis centum, mellis unciiis duabus teres, et facies pastillos, et dabis unum mane et unum sero cum dormitum vadit, tussim sedat.’

<sup>p</sup> *Cachrys ... ut diximus*] Lib. XVI. cap. 11.

<sup>q</sup> *Sed hæc, quæ ex rore*] Hoc est, e rosmarino, sive libanotide, de qua proximo cap. dictum est. Hanc libanotidem cachryferam adversus serpentes et scorpiones commendat Nicander in Theriacis, p. 60. Ἀμμιγα καγχρυφόρω λιβανώτιδι.

<sup>r</sup> *Herba sabina*] Diosc. 1. 104. Βράθυς, ἔνοι θάραθρον καλοῦσι· ἔστι δὲ τούτου εἴδη δύο· τὸ μὲν γάρ ἔστι τοῖς φύλαις θροινού κυπαρίσσων . . . τὸ δὲ ἔτερον μυρίκη, κ. τ. λ. Sic et Oribasius lib. XI. p. 193. Diversa hæc ab arbore

peregrina brato, de qua XII. 39. Nunc Sabine et Savinier Galli vocant. Myricæ seu tamaricis folio pingitur a Matthiolo in Dioscor. lib. I. pag. 124. sine baccis illa quidem, seu sterilis. Altera cupressi folio, sive baccifera, a Lobelio in Advers. p. 447. Utrique visa nobis in horto Regio.

<sup>s</sup> *Quare quidam*] Sabinam Cupressum nominat Apuleius, cap. 85. Neophytus in Glossis Iatricis: Βραθὺ, κυπάρισσος Κρητικός.

<sup>t</sup> *A multis*] Dioscor. et Oribas. loc. citatis. Hesychius: Βραθὺ, πόα τις θεοῖς θυομένη. Ovidius Fast. 1. 341. de vetustioris ævi moribus: ‘Thura nec Euphrates, nec miserat India costum, Nec fuerant rubri cognita fila croci. Ara dabat fumos herbis contenta Sabinis, Et non exigno laurus adusta sono.’ Virgilius quoque landatus a nobis XVI. 33.

<sup>u</sup> *In medicamentis*] Hæc totidem verbis Galenus de Facult. Simp. Med. lib. VI. p. 165.

plicato pondere eosdem effectus habere, quos cinnamum, traditur. Collectiones<sup>e</sup> minuit, et nomas compescit. Illita<sup>f</sup> ulcera purgat. Partus<sup>g</sup> emortuos apposita extrahit, et suffitu.<sup>h</sup> Illinitur<sup>i</sup> igni sacro et carbunculis. Cum melle<sup>j</sup> et vino pota, regio morbo medetur. Gallinacei<sup>j</sup> generis pituitas fumo ejus herbæ sanari tradunt.

LXII. Similis herbæ huic sabinæ est selago<sup>k</sup> appellata. Legitur sine ferro dextra manu per tunicam, qua<sup>l</sup> sinistra exuitur velut a furante, candida veste vestito, pureque<sup>z</sup> lotis nudis pedibus, sacro facto priusquam legatur, pane vinoque.<sup>l</sup> Fertur in mappa nova. Hanc contra omnem perniciem habendam prodidere Druidæ Gallorum, et contra omnia oculorum vitia fumum ejus prodesse.

LXIII. Idem samolum<sup>m</sup> herbam nominavere nascentem in humidis: et hanc sinistra manu legi a jejunis contra morbos suum bouisque, nec respicere legentem: nec alibi, quam in<sup>n</sup> canali, deponere, ibique conterere<sup>o</sup> poturis.

CAP. LXII. 1 Cod. Dalec. *quaæ*.—2 Dalec. *puraque*; margo edd. Dalec. et Gronov. *sub aqua*. Mox, Chiffl. *lautis pro lotis*.—3 Dalec. *ex pane vi-noque*.

CAP. LXIII. 1 Chiffl. *sanosum*.—2 Idem codex, *neque quam in*.—3 Vet. Dalec. *congerere*; Chiffl. *ibi continere*.

#### NOTÆ

<sup>e</sup> *Collectiones*] Diosc. pariter loc. cit. Τὰ φύλλα ἔστησιν νομᾶς, καὶ φλεγμονᾶς καταπλαττόμενα πράννει.

<sup>f</sup> *Illita*] Dioscor. et Galenus locis citatis.

<sup>g</sup> *Partus*] Dioscor. loco citato: *Et vivos necat, et mortuos extrahit, καὶ τὰ ξῶντα τῶν ἐμβρύων διαφθείρει, τὰ νεκρὰ δὲ ἐκβάλλει, inquit Galenus loc. cit.*

<sup>h</sup> *Illinitur*] Dioscor. loc. cit. Plinius Valer. III. 30. et 34.

<sup>i</sup> *Cum melle*] Plinius Valer. II. 59. ‘Regio morbo pellendo:’ ‘Herba Sabina, quæ habet folia quasi cypressus, trita ex vino potui datur.’ Apuleius c. 85. tit. I. ‘Ad morbum regium:’ ‘Herba Sabina cum melle et vino pota auriginem discutit,’ &c.

<sup>j</sup> *Gallinacei*] Vide quæ diximus x. 78.

<sup>k</sup> *Similis . . . selago*] Herbariis hodie incognita. Nicol. Chorier Hist. Delph. lib. II. pag. 90. existimat esse Chamæpeucen, de qua dicetur cap. 86.

<sup>l</sup> *Pane vi-noque*] Ita MSS. omnes.

<sup>m</sup> *Idem samolum*] Sic etiam in Indice. At hoc loco MSS. quidam *sanosum* habent. Bononiensibus *Samiolo*, teste Anguillara par. XI. pag. 179. Nostris *Pulsatilla* dicitur. Pingitur a Dodonæo, p. 430.

<sup>n</sup> *Gummium . . . diximus*] Lib. XIII. 20. In MSS. *cummium*. Veteres *cum-mim* dixerunt, feminino genere; ut diximus XIII. 20.

LXIV. Gummium<sup>1</sup> genera diximus.<sup>2</sup> Ex his<sup>3</sup> majores effectus melioris cujusque erunt. Dentibus inutiles sunt.<sup>3</sup> Sanguinem coagulant, et ideo<sup>4</sup> rejicientibus sanguinem<sup>5</sup> prosunt: item ambustis, arteriae vitiis.<sup>6</sup> Inutilem urinam carent, amaritudines hebetant astrictis ceteris.<sup>7</sup> Quae ex amygdala amara est, spissandique<sup>8</sup> viribus efficacior, habet excalfactorias vires. Præponuntur<sup>9</sup> autem prunorum,<sup>10</sup> et cerasorum, ac vitium. Siccant illitæ<sup>11</sup> et astrinquent: ex aceto vero infantium lichenas sanant. Prosunt et tussi veteri, quatuor obolis in mixto<sup>12</sup> potis.<sup>13</sup> Creduntur et colorem gratiorem facere, ciborumque appetentiam, et calculosis<sup>14</sup> prodesse cum passo potæ. Oculorum vulnerum utilitatibus maxime convenient.<sup>15</sup>

LXV. (XII.) Spinæ Ægyptiæ, sive Arabicæ, laudes in



CAP. LXIV. 1 *Gummi cod. Dalec.*—2 *In his Chiffi.*—3 *Dalec. inutilia sunt.*—4 ‘*Hæc, Sanguinem c. et ideo, desunt in Ms. Dalec. Mox, Chiffi. ejicientibus . . . et arterie . . . inutiles urinas, &c.*’—5 *Margo edd. Dalec. et Gronov. adstringendi, e Diosc.*—6 *Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduini. 1. 2. 3. et recentt. Proponuntur prunorum autem Chiffi. Præponuntur aut prunorum Gronov. et vulgg.*—7 *Siccant illita Vet. Dalec.*—8 *Vet. Dalec. musto.*—9 *Ita Harduini. 1. 2. 3. et recentt. convenient e spina Ægyptica.* CAP. XII. *Spinæ Arabicæ laudes, &c. Gronov. et vulgg.* ‘*Hæc, e spina Ægyptica, desunt in codd. Dalec. In codd. Regg. et Editione principe, vulnerum inutilitatibus,’ &c. Brotier.*

#### NOTÆ

<sup>1</sup> *Rejicientibus sanguinem]* Plinius Valer. 1. 64. cui lemma inscriptum, ‘*sanguinem rejicientium curatio :*’ ‘*Gummi optimum,*’ inquit, ‘*cum vino solvitur, et datur : et si fieri potest, gummi ex amygdalis sit.*’ Iterumque c. 66. cui titulus: ‘*Ad eos qui sanguinem de stomacho vel vena satis emittit :*’ ‘*Gummi optimum in ore solvatur : sic paulatim glutinatur : multoque melius, si id amygdalinum fuerit.*’ Ita fere etiam Marcellus Empir. c. 16. p. 120.

<sup>2</sup> *Arteriae vitiis]* Galenus de Fac. Simp. Med. lib. VII. p. 193. Τραχυτήτων ιατικῆ, medetur asperitatibus fau- cium scilicet.

<sup>3</sup> *Astrictis ceteris]* Ceteris conglutinatis spissatisque humoribus.

<sup>4</sup> *Spissandique]* Diosc. astringendi, I. 176. Τὸ δὲ κόμμι αὐτῆς στύφει καὶ θεραπεῖ, καὶ βοηθεῖ πρὸς αἷματος ἀναγωγὴν πινόμενον. *Gummi ex amygdala astringit, calsat, et contra sanguinis rejectionem potum auxilio est.*


<sup>5</sup> *Præponuntur]* De his gummium generibus diximus XIII. 20.

<sup>6</sup> *In mixto potis]* Ita etiam MSS. Forte sincerius, *in musto.*

<sup>7</sup> *Et calculosis]* His cerasorum in primis gummi prodesse, scribit Galenus, de Fac. Simp. Med. lib. VII. p. 189.

odorum loco diximus: <sup>a</sup> et ipsa spissat <sup>i b</sup> stringitque distillationes omnes, et sanguinis exscrectiones, mensiumque abundantiam, etiam in radice valentior.

LXVI. Spinæ albæ <sup>c</sup> semen contra scorpiones auxiliatur. Corona ex ea imposita, capitis dolores minuit. Huic similis <sup>d</sup> est spina illa, quam Græci acanthion vocant, minoribus multo foliis, aculeatis per extremitates, <sup>e</sup> et araneosa lanugine obductis: qua collecta, etiam vestes <sup>f</sup> quædam bombycinis similes fiunt in Oriente. Ipsa folia <sup>g</sup> vel radices ad remedia opisthotoni bibuntur.



CAP. LXV. 1 Margo edd. Dalec. et Gronov. *diximus. Arabica spissat, &c.*  
Chittl. *stringit spissatque.*

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *Spinæ Aegyptiacæ, ... diximus]* Lib. XIII. 19. Acacia est, seu spina Aegyptiaca, cuius iconem exhibit Dalcamp. Hist. Plant. lib. II. p. 161. et Bellonius Observ. II. 56. Et nunc in Gallia provenit: sed propter soli cœlique mutationem ab Aegyptiaca degener. Vide Notas et Emend. num. 22.

<sup>b</sup> *Et ipsa spissat]* Diosc. III. 15. Ἀκανθα Ἐραβικὴ ἐουκῦνα τὴν φύσιν εἶναι δοκεῖ τῇ λευκῇ ἀκάνθῃ, στόφουσα· καὶ πρὸς ροῦν γυναικεῖον, καὶ πρὸς ἀναγωγὴν αἷματος, καὶ πρὸς τὸν ἄλλους βενματίσμοὺς, η ῥίζα παραπλησίως εὐθετεῖ. *Spina Arabica* natura spinæ albæ similis esse creditur: siquidem astringit: et ad fluxum muliebrem, sanguinis rejectionem, ceterasque fluxiones radix simili modo valet. Galenus quoque de Fac. Simp. Med. lib. VI. Στυπτικωτέρα δὲ καὶ ξηραντικωτέρα τὴν δύναμίν ἔστι. Ex ea spina gummi sit, laudatum jam ante a Plinio XIII. 20. quod ‘gummi acanthinum’ Celsus vocat v. 2. atque inter ea anumerat, quæ vulnus glutinent.

<sup>c</sup> *Spinæ albæ]* Diosc. III. 14.

<sup>d</sup> *Huic similis]* Diosc. III. 18. Ἀκάνθην ἐμφερῆ τὰ φύλλα ἔχει τῇ λευκῇ ἀκάνθῃ· ἐπ' ἄκρῳ δὲ ἀκανθώδεις ἔξοχάς,

καθ' ἄστος ἀραχνοειδῆς ἔστι χνοῦς· οὗ συλλεγομένου, κ. τ. λ. *Acanthium folia gerit spinæ albæ similia: in summo vero aculeatas eminentias, araneosa lanugine obductas, e qua collecta vestes bombycinis similes fieri aiunt.* Ignota hæc nobis, ut et Aloisio Anguillaræ, ipso factente, par. VIII. p. 146.

<sup>e</sup> *Aculeatis per extremitates]* Diosc. loc. cit. ἐπ' ἄκρῳ δὲ ἀκανθώδεις ἔξοχάς, in summitate eminentias aculeatas, quales nimirum cernimus in carduis, et congeneribus acanthii spinis: quæ summuni capitulum floris instar habent, qui cum senescit, in pappos lanuginosos abit. Verum Plinius non in summitate caulis ac spinæ, sed in foliorum extremis marginibns hanc lanuginem inesse ait, indeque depeccati vesti texendæ, ut ex foliis arborum Sericarum fieri diximus, VI. 20. Quod ut in Orientali acanthio verum sit, (neque enim scire id certo licet,) de nostro certe acanthio, quale in horto Regio contemplati sumus, pictum a Lobelio in Observ. p. 476. accipi utique non potest.

<sup>f</sup> *Etiam vestes]* Acanthinae inde appellatae: de quibus Vossium vide in Etymolog. verbo, ‘Acanthinnm.’

<sup>g</sup> *Ipsa folia]* Diosc. loc. cit.

LXVII. Est et acacia e spina.<sup>h</sup> Fit in Ægypto alba<sup>i</sup> nigraque<sup>j</sup> arbore, item viridi, sed longe melior e prioribus. Fit et in Galatia<sup>k</sup> deterrima, spinosiore arbore.<sup>l</sup> Semen omnium<sup>l</sup> lenticulæ<sup>m</sup> simile: minore est tantum et grano et folliculo. Colligitur<sup>n</sup> autumno: ante collectum nimio validius. Spissatur succus<sup>o</sup> ex folliculis aqua cœlesti perfusis: mox in pila<sup>p</sup> tuis exprimitur organis: tunc densatur in Sole<sup>q</sup> mortariis in pastillos. Fit et ex foliis<sup>r</sup> minus efficax. Ad coria perficienda semine pro galla utuntur. Foliorum succus et Galaticæ<sup>s</sup> acaciæ nigerrimus

---

CAP. LXVII. 1 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Est et acacia spinæ succus. Fit in Ægypto ex alba* Vet. Dalec. *Est et acacia spina, &c.* Gronov. et vulgg. —2 Ponto et Cappadocia margo edd. Dalec. et Gronov. Mox, *teterrima* cod. Dalec. *deterrima* Vet. Dalec. et Chiff. *teneriore spinosaque margo* edd. Dalec. et Gronov. e Diosc. *tenerima* Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Deterrima* Ita Ms. Reg. 2. et Editio princeps. In Ms. Reg. 1. *teterrima*. Dioscorid. III. 132. memorat quidem in Cappadocia et Ponto acaciam teneriorum. Inde tamen non satis certo emendatur, *tenerima*. Brotier.—3 Margo edd. Dalec. et Gronov. *hujus, e* Diosc.—4 Vet. Dalec. *validius spissat. Succus.*—5 Ita cold. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et re-

## NOTÆ

<sup>h</sup> *Est et acacia e spina]* Ex Ægyptia quidem, Arabicave spina, de qua c. 65. quam esse acaciam Dioscoridis III. 133. docuimus apertissime XIII. 19. et 20. Sed et acacia nomen ei succo hæsit, qui ex ea arbore promeretur. Vide Notas et Emend. num. 23.

<sup>i</sup> *Fit . . . alba nigraque]* Plinius XIII. 19. <sup>l</sup> Nec minus spina celebratur in eadem gente (Ægypto) duntaxat nigra . . . candida facile putrescit,' &c. Quis color ei succo sit, Dioscorides attigit, loc. cit. nempe ex fructu maturo, niger: subfulvus ex immaturo. Quis color arborum præstantissimus, non expressit. Album nigrumque Ægyptiacæ spinae genus et Theophrastus agnoscit, Hist. IV. 3.

<sup>j</sup> *Spinosiore arbore]* Cui et acaciae pariter nomen est inditum. Describitur a Diosc. loc. cit. Φύεται δὲ καὶ ἔτερα ἀκακία ἐν Καππαδοκίᾳ καὶ Πόντῳ, παρεμφέροντα τῇ Αλγυπτίᾳ· ἔλαττων μέν-

τοι παραπολὺ καὶ χαμαζήλος, καὶ τρυφερώτερα περίπλεως δὲ ἀκάνθης σκολοπειδῶν, κ. τ. λ. Minor, quam Ægyptiaca, dicitur, humilis, ac tenerior, aculeis vallorum in modum obsita.

<sup>k</sup> *Semen . . . lenticulæ]* Mole lenticulæ simile, siliquis inclusum. Σπέρμα ἐν θυλάκοις . . . ἔλαττον φακοῦ, inquit Diosc. de acacia Pontica: ἐν λοβοῖς, de Ægyptia.

<sup>l</sup> *Colligitur]* Dioscor. loc. cit. <sup>m</sup> *Mox in pila]* Mox in mortario tuisis folliculis, succus exprimitur machinis. De hac voce organi Vitruvium vide, x. 1. quid nempe distet a machina: hæc pluribus operis aut vi majore agitur: istud unius operæ prudenti tractu perficit, quod propositum est.

<sup>n</sup> *Tunc densatur in Sole]* Dioscor. loc. cit. Ξυραινόμενον ἐν σκιᾷ. Legit tamen et Oribasius, cum Plinio, ἐν ἡλίῳ, in Sole.

<sup>o</sup> *Fit et ex foliis]* Dioscor. loc. cit.

improbatur: item qui valde rufus. Purpurea aut leucophæa,<sup>p</sup> et quæ facillime diluitur, vi summa ad spissandum refrigerandumque est, oculorum medicamentis ante alias utiles.<sup>6</sup> Lavantur<sup>q</sup> in eos usus pastilli ab aliis, torrentur<sup>r</sup> ab aliis. Capillum<sup>s</sup> tinguunt. Sanant ignem<sup>t</sup> sacrum, ulceræ quæ serpunt, et humida vitia<sup>u</sup> corporis, collectiones, articulos contusos, perniones, pterygia. Abundantiam mensium in fœminis<sup>v</sup> sistunt, vulvamque, et sedem, procidentes. Item oculos, oris vitia,<sup>w</sup> et genitalium.

LXVIII. (xiii.) Vulgaris<sup>a</sup> quoque hæc spina, ex qua cortinæ fullonæ<sup>b</sup> impletur, radicis usus habet.<sup>c</sup> Per Hispanias quidem multi, et inter odores, et ad unguenta utuntur illa,<sup>d</sup> aspalathum vocantes. Est sine dubio hoc nomine spina sylvestris in Oriente (ut diximus)<sup>e</sup> candida, magnitudine arboris justæ.

LXIX. Sed et frutex<sup>f</sup> humilior, æque<sup>g</sup> spinosus, in Ni-

centt. Galatiacæ Gronov. et vulgg.—6 Chiffl. alia utiles; Dalec. alias utiles.—7 Vet. Dalec. usus ab aliis et pastilli sunt: torrentur.—8 Ita Harduini codd. et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. mensium fœminis Gronov. et vulgg.—9 Cod. Dalec. oris ulceræ.

CAP. LXVIII. 1 Vet. Dalec. utuntur alia.

CAP. LXIX. 1 Cod. Dalec. atque.—2 Vet. Dalec. insula.—3 Ita cod.

#### NOTÆ

<sup>p</sup> *Purpurea aut leucophæa]* Σηνιντήλιγε, acacia, seu succus arboris. Λευκόφαος color fuscus est, hoc est, mixtus ex albo nigroque.

<sup>q</sup> *Lavantur]* Diosc. loc. cit. Πλύνεται δὲ καὶ εἰς τὰ ὄφθαλμικά . . . καὶ οὕτως ἀναλαμβάνεται εἰς τροχίσκους . . . Ὁπτᾶται δὲ ἐπ' ἀνθράκων ἐκφυσώμενη. *Lavatur et ad oculorum medicamenta . . . atque ita in pastillos cogitur . . . Torrentur et super carbonibus, igne follibus ventilato.*

<sup>r</sup> *Capillum]* Dioscor. de succo Ἀἴγυπτιᾳ acaciæ: μελαίνει δὲ καὶ τρίχας.

<sup>s</sup> *Sanant ignem]* Reliqua deinceps extant et apud Diosc. loc. cit. qui has esse dotes Ἀἴγυπτιᾳ acaciæ proprias immittit.

<sup>t</sup> *Et humida vitia]* Ulceræ quæ sunt in humidis, ut dictum est xxii. 19.

<sup>u</sup> *Vulgaris]* Hippophaeston intelligit, qua de spina dicetur xxvii. 66.

<sup>v</sup> *Cortinæ fullonæ]* Cortinæ ex vasa sunt, in quibus foventur aqua calida, curantur, poliunturque vestes. In MSS. non *cortinæ*, sed *una* legitur: forte *æneæ*, ut xxvii. 66. <sup>‘</sup>Hippophaeston nascitur in spinis, ex quibus sunt *æneæ fullonæ*, &c.

<sup>g</sup> *Radicis usus habet]* Radiculæ, qua lanas diximus lavari, utilitates repræsentat. De radicula, quæ lanis lavandis est utilis, diximus xix. 18.

<sup>d</sup> *Utuntur illa]* Utuntur spina vulgaris, quam aspalathum, sed forsitan male, nuncupant.

<sup>h</sup> *Ut diximus]* Lib. xii. c. 52.

syro,<sup>a</sup> et Rhodiorum insulis,<sup>b</sup> quem alii erysisceptrum, alii adipsattheon, sive diatiron<sup>c</sup> vocant.<sup>d</sup> Optimus, qui minime ferulaceus,<sup>e</sup> rubens, et<sup>f</sup> in purpuram vergens, detracto corcie. Nascitur pluribus locis, sed non ubique odoratus. Quam vim haberet cœlesti arcu in eum immixo, diximus.<sup>g</sup> Sanat tetra<sup>h</sup> oris ulcera et ozaenas, genitalia exulcerata aut carbunculantia: item rhagadia: inflationes<sup>i</sup> potu discutit, et strangurias. Cortex sanguinem reddentibus medetur. Decoctum<sup>m</sup> ejus alvum sistit. Similia<sup>s</sup> præstare sylvestrem quoque putant.

Reg. 1. et in Indice.] *Brotier. sive diacheton vocant Harduin. 1. 2. 3. et recentt. sive dipsacon Gronov. et vulgg. ‘Syridiariton (leg. diaretion) vocant Ms. Sirin-diuaron Ms. alterum.’ Dalec.—4 Margo edd. Dalec. et Gronov. aut, e Diose.—5 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. rhagadia. Inflationes potu discutit, &c. Dalec. rhagadia, inflationes potu. Discutit et strangurias cortex. Sanguinem reddentibus medetur decoctum ejus. Alvum sistit cortex. Similia Gronov. et vulgg.*

## NOTÆ

<sup>f</sup> *Sed et frutex]* Aspalathi quoque nomine donatus, etiam a Dioscor. a quo describitur, i. 19, diversus ab eo, quem dixit Plinii XII. 52. assurgere in magnitudinem arboris modicæ. Officinae retinent nomen, *l'Aspalath.* Vis ligno eadem quæ aloës. Describitur a Charasio, in Pharmac. p. 382. In insula Rhodo nasci ait Anguillara, pag. 36. et aloë Rhodium appellari. Ruellius, lignum Rhodium, de Nat. Stirp. lib. i. p. 113.

<sup>g</sup> *In Nisyro]* Dioscor. i. 19. ‘Ασπάλαθος, οἱ δὲ ἐρυσισκηπτρον, θάμνος ἐστὶ ξυλώδης, ἀκανθᾶς πολλὰς κεκτημένος, γεννώμενος . . . ἐν Νισύρῳ, καὶ ‘Ρόδῳ, κ. τ. λ.

<sup>h</sup> *Sive diatiron [diacheton]* In Indice hujus loci, *Erysisceptro, sive adip-satheo, sive diatiron.* In Reg. 1. cod. hoc loco: *alii syrisceptra, at ipsi phæsi diatiron vocant. Forte, at ipsi Phænices Syri diatiron vocant.* Diosc. in Nothis, pag. 441. a Syris diaxylon vocari scribit: ‘Ασπάλαθος, οἱ δὲ σφάγνον, οἱ δὲ φάσγανον, Σύροι δὲ διάξυλον καλοῦσι.

<sup>i</sup> *Optimus, . . . ferulaceus]* Non me-dullosus, ut ferula, sed lignosus: ξυλ-

ώδης a Diose. in primis laudatur, loc. cit. καὶ βαρὺς ὑπέρυθρος ἢ πορφυρίζων, πυκνὸς, εὐώδης, κ. τ. λ.

<sup>j</sup> *Quam vim . . . diximus]* Lib. XII. cap. 52.

<sup>k</sup> *Sanat tetra]* Diosc. loc. cit. Πρὸς τὰς ἄφθατα ἐψηθεὶς μετ’ οἶνον, καὶ διάκλυνδυμενος ἀριόζει, καὶ πρὸς τὰς ἐν αἰδοῖοις νομὰς καὶ ἀκαθαρσίας ἐγκλυνδυμενος, καὶ πρὸς τὰς δέκαίνας. *Ad tetra oris ulcera in vino decoctus collutusque convenit: atque etiam ad genitalium nomas, immundamque illuviem: necnon ad ozænas commode infunditur.* Quid sit ozæna, Celsus aperit vi. 8. ‘Sin autem ea ulcera,’ inquit, ‘circa nares sunt, pluresque crustas et odorem foedum habent, quod genus Græci ὄξαιναν appellant, sciri quidem debet, vix ei malo posse succurri.’ Scribonins Lar-gus ὄξαιναν gravem odorem narium in-terpretatur.

<sup>l</sup> *Inflationes]* Potu decocti ejus re-jectionem sanguinis cohiberi, urinæ difficultatem, inflationesque discuti, etiam Diose. loc. cit.

<sup>m</sup> *Decoctum]* Diosc. loc. cit. Τὸ δὲ ἀφέψημα αὐτοῦ κοιλαν ἵστησι.

LXX. Spina est appendix<sup>n</sup> appellata, quoniam baccæ puniceo colore in ea appendices vocantur. Hæ crudæ per se, et aridæ in vino decoctæ, alvum citam,<sup>o</sup> ac tormina compescunt. Pyracanthæ<sup>p</sup> baccæ contra serpentium ictus bibuntur.

LXXI. Paliurus<sup>q</sup> quoque spinæ genus est. Semen ejus<sup>r</sup> Afri zuram<sup>s</sup> vocant, contra scorpiones<sup>t</sup> efficacissimum: item calculosis et tussi. Folia<sup>u</sup> astricioriam vim habent. Radix<sup>v</sup> discutit panos, collectiones, vomicas: urinas<sup>w</sup> trahit pota. Decoctum<sup>x</sup> ejus potum in vino alvum sistit: serpentibus adversatur. Radix præcipue datur in vino.

LXXII. Agrifolia<sup>a</sup> contusa addito sale articulorum morbis prosunt:<sup>y</sup> baccæ purgationi fœminarum, cœliacis,

CAP. LXX. 1 Codd. Regg. Brot. Chiff. et Editio princeps, *alvum citant*.—  
2 Gronov. et al. ante Harduin. *Pyxacanthis*.

CAP. LXXI. 1 Cod. Dalec. *zuiron*; Chiff. *aprizaram*.

CAP. LXII. 1 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Aliqui folia . . . morbis imponunt. Prosunt, &c.* Gronov. et vulgg. ‘Agrifolia] In hujus arboris nomine

#### NOTÆ

<sup>n</sup> *Spina est appendix*] Hadrianus Junius eam esse existimat, que in officinis hodie Berberis dumetorum vocatur: in Gallia vulgo *Espine Vienne*. A Clusio pingitur Hist. Rar. Plant. lib. 1. p. 121. Ego magis esse censuerim, quam vulgus officinarum oxyacantham, Gallia *Aubépine* nuncupat. Delineatur a Dodonæo, p. 738. Oxyacanthi, seu spinæ acutæ nomine.

<sup>o</sup> *Alvum citam*] MSS. omnes, Reg. Colb. Chiff. *Alvum citant*.

<sup>p</sup> *Pyracanthæ*] Dioscor. hæc οξυάκανθα est, seu spina acuta, 1. 122. pri folio, myrti baccis, spinis asperrima. Pingitur a Lobelio in Advers. p. 438. Galli vocant rubum ardentem, *Buisson ardent*. Vide Notas et Emend. num. 24.

<sup>q</sup> *Paliurus*] Geminum est paliuri genus: vulgare alterum, de quo Diosc. 1. 21. alterum Africanum, de

quo Plinius XIII. 33. Vulgare a Dodonæo pingitur, pag. 744. Africanum a vulgari fructus forma discrepat, magnitudine ea qua cedri bacea est.

<sup>r</sup> *Semen ejus*] Ejus nempe spinæ, quam Afri paliurum vocant.

<sup>s</sup> *Contra scorpiones*] Et hæc paliuro quoque vulgari communes sunt dotes atque vires. Diosc. loc. cit. Τὸ σπέρμα πινόμενον βηξὶν ἀρήγει, καλ πόὺς ἐν κύστει λίθους θρύπτει, καλ πρὸς ἐρπετῶν δῆγματα ποιεῖ.

<sup>t</sup> *Folia*] Diosc. loc. cit. Τὰ δὲ φύλλα καλ ἡ βίξα στυπτικά. Galenus quoque, de Fac. Simp. Medic. lib. VIII. pag. 217.

<sup>u</sup> *Radix*] Diosc. et Galenus loc. cit.

<sup>v</sup> *Urinas*] Diosc. loc. cit.

<sup>w</sup> *Decoctum*] Dioscor. ad verbum loc. cit.

<sup>x</sup> *Agrifolia*] Agrifolium frutex est,

dysentericis, ac cholericis. In vino potæ alvum sistunt. Radix decocta et illita extrahit infixa corpori. Utilissima est et luxatis, tumoribusque. Aquifolia arbor,<sup>b</sup> in domo aut villa sata, veneficia arcet. Flore ejus aquam<sup>c</sup> glaciari Pythagoras tradit: item<sup>d</sup> baculum ex ea factum, in quodvis animal emissum,<sup>e</sup> etiamsi citra ceciderit defectu mittentis, ipsum per se recubitu<sup>f</sup> propius allabi: tam præcipuum naturam inesse arbori. Taxi arboris<sup>g</sup> fumus mures necat.

LXXIII. Nec rubos<sup>d</sup> ad maleficia tantum genuit natura, ideoque et mora his, hoc est, vel hominibus<sup>h</sup> cibos dedit.<sup>“</sup> Vim habent siccandi,<sup>i</sup> astringendique: gingivis, tonsillis, genitalibus accommodatissimi.<sup>j</sup> Adversantur<sup>k</sup> serpentium sceleratissimis, haemorrhoidi et presteri, flos, aut mora.<sup>“</sup>

<sup>a</sup> *Et mora rubis, hoc est, non asinis tantum, qui rubos ac sentes rodunt, sed hominibus quoque cibos dedit.*

variant codd.<sup>j</sup> Brotier.—2 *Florem ejus aqua* Vet. Dalec.—3 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. itemque Gronov. et vulgg.—4 Chiffi. *animale missum*.—5 <sup>“</sup> Ita bene cod. Reg. 1.<sup>j</sup> Brotier. *per sese recubitu* Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.

CAP. LXXIII. 1 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Ideoque ex eis mora vel hominibus* Gronov. et vulgg. *mora bestiis vel cod.* Dalec.—2 Vet. Dalec.

#### NOTÆ

cui et parvæ ilicis aquifoliæ nomen, ut diximus XVI. 12. Vide Notas et Emend. num. 25.

<sup>b</sup> *Aquifolio arbor*] Eademque ilex, de qua XVI. 8. Hoc etiam de rhamno prodidit Diosc. I. 119. Λέγεται δὲ καὶ κλῶνας αὐτῆς θύραι ἡ θυρίσι προστεθέντας ἀποκρόνει τὰ τῶν φαρμάκων κακουργίας. Feruntur et hujus rami, januis fenestris re appositi, veneficiorum maleficia depellere. Sic et Laërtius in vita Bionis, et Nicander in Theriac. De aquifolia puto locutum esse Theophrast. Hist. VII. 19. Λέγονται γὰρ ἔκανθάν τινα εἶναι, ἡ πήγυννα τὸ ὄδωρο ἐμβαλλομένη. Spinam enim quandam enarrant, quæ aquam injectam congelet.

<sup>c</sup> *Taxi arboris*] Venenosam arbo-

rem leviter sane perstringit: nos corollarii vice et ad viperae morsum prôdesse taxum adjicimus: vademe que præbemus Tranquillum in Claudio cap. 16.

<sup>d</sup> *Nec rubos*] Βάτοις, les ronces.

<sup>e</sup> *Vim habent siccandi*] Etiam et nervos præcisos, ac vulnera colligendi, glutinandique, teste Theod. Prisciano I. 19. <sup>“</sup> Rubus elixa et trita hoc facit.

<sup>f</sup> *Adversantur*] Hanc vim foliis Dioscorides ascribit IV. 37. et Apuleius c. 87. tit. 9. Nicander in Ther. p. 60. adversus serpentes commendat ἐνθεα φαιὰ βάτοιο, florida serta ruborum.

<sup>g</sup> *Mora*] Τὰ βάτια, des mures.

Scorpionum vulnera<sup>3</sup> sine collectionum periculo inungunt, urinam cident. Caules eorum<sup>4</sup> tunduntur teneri, exprimitur succus, mox Sole cogitur in crassitudinem mellis, singulari remedio contra mala oris, oculorumque, sanguinem exscreantes, anginas, vulvas, sedes, coeliacos, potus<sup>5</sup> aut illitus. Oris quidem<sup>6</sup> vitiis etiam folia commanducata prosunt, et ulceribus manantibus, aut quibuscumque in capite illinuntur. Cardiacis vel sic<sup>7</sup> per se imponuntur a mamma<sup>8</sup> sinistra: item stomachi<sup>9</sup> doloribus, oculisque procidentibus. Instillatur<sup>10</sup> succus eorum et auribus. Sanat<sup>11</sup> condylomata cum rosaceo cerato. Cauliculorum<sup>12</sup> ex vino decoctum uvæ praesentaneum<sup>13</sup> remedium est. Idem per se<sup>14</sup> in cibo sumti cymæ modo, aut decocti in vino austero, labantes dentes firmant. Alvum<sup>15</sup> sistunt, et profluvia<sup>16</sup> sanguinis: dysentericis prosunt. Siccantur<sup>17</sup> in

\*\*\*\*\*

accommadatissimam.—3 Chiffl. *mora scorpionibus*. *Vulnera sine, &c.* Alii ap. Dalec. *haemorrhoidi, presteri, et scorpioni*. *Flos et mora vulnera*. Mox, pro inungunt, Vet. Dalec. jungunt.—4 Chiffl. intelligitur *potus*.—5 Vet. Dalec. *vel per se i. super mamma*. Mox, Chiffl. *stomacho in doloribus*.—6 Gronov. et

#### NOTE

<sup>1</sup> *Caules eorum*] Hoc totidem verbis Marcellus Empir. c. 15. p. 106. et c. 16. p. 120. et Plinius Valer. I. 45. et 64. Diosc. item loc. cit.

<sup>2</sup> *Oris quidem*] Plinius Valer. I. 29. et Diosc. IV. 37. Κρατύνει δὲ καὶ οὐλα, καὶ ἄφες ἔγδει διαμασσόμενα τὰ φύλλα. Firmant gingivas, orisque ulcera sanant commanducata folia. Q. Serenus c. 15. p. 134. ‘Manditut apta rubus gingivis, et bona labris.’ Et c. 37. ‘Omnibus obsecenis medendis:’ ‘Obsecenos si forte locos nova vulnera carpent, Horrendum mansa curantur fronde ruborum.’

<sup>3</sup> *Cardiacis vel sic*] Hoc est, trita vel commanducata. Apuleius c. 87. de erusco, sive rubo, tit. 4. ‘Ad cardiacos:’ ‘Erusci folia per se trita imponuntur mamillæ sinistræ: et sic dolori resistunt.’ Plinius Valer. III. 11. ‘Cardiacis sanandis:’ ‘Mammæ

sinistræ . . . folia rubi in quo mora nascuntur trita per se imponuntur.’

<sup>4</sup> *Item stomachi*] Dioscor. IV. 37. Θεραπεύει καὶ ὀφθαλμῶν προπτάσεις . . . καὶ ἐπὶ στομαχικῶν, κ. τ. λ.

<sup>5</sup> *Instillatur*] Plinius Valer. I. 9.

<sup>6</sup> *Foliorum rubi, in quo mora nascuntur, succus tepidus instillatus medetur auricularum fracturis.* Item Apuleius c. 87. tit. 1. ‘Ad aurium dolorem.’

<sup>7</sup> *Sanat*] Apuleius c. 87. tit. 9. et Diosc. loc. cit.

<sup>8</sup> *Cauliculorum*] Vide Notas et E-mend. num. 26.

<sup>9</sup> *Idem per se*] Marcellus Empir. c. 12. p. 93. et 95.

<sup>10</sup> *Aleum*] Diosc. IV. 37. Galenus de Fac. Simp. Med. lib. vi. pag. 163. Plinius Valer. II. 27.

<sup>11</sup> *Et profluvia*] Fluorem muliebrem Dioscorides intellexit, et Galenus lo-

umbra, ut cinis crematorum uvam reprimat. Folia quoque arefacta et contusa jumentorum ulceribus utilia traduntur. Mora, quæ in his nascuntur, vel efficaciorem <sup>7</sup> stomaticen præbuerint, quam sativa morus. Eadem <sup>8</sup> compositione, vel cum hyopisthide tantum et melle, bibuntur in cholera, et a cardiacis,<sup>t</sup> et contra araneos. Inter medicamenta, quæ styptica <sup>u</sup> vocant, nihil efficacius rubi mora ferentis radice decocta in vino ad tertias partes, ut colluantur eo oris ulcera, et sedis foveantur: <sup>9</sup> tantaque vis est, ut spongiæ ipsæ lapidescant.

LXXIV. Alterum genus <sup>a</sup> rubi est, in quo rosa nascitur. Gignit pilulam <sup>b</sup> castaneæ similem, præcipuo remedio cal-

al. ante Harduin. *decoctum, vel præsentaneum.*—<sup>7</sup> Ita ex codd. Harduin et recentt. *vel cum efficaciorem.* Mox, *sativæ mori* Vet. Dalec.—<sup>8</sup> Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recent. *Eodemque* Gronov. et vulg.—<sup>9</sup> Vet. Dalec. *et sedes foveantur;* ali vett. *sedes foveantur;* Chiffi. *et sedis foveanturque.*

#### NOTÆ

cis cit. et Apuleius cap. 87. tit. 3. Hæmorrhoidum sanguinem Marcellus Empir. cap. 31. pag. 222. Sanguinis rejectionem ex ore Plinius Valer. I. 64. cuius lemma est, ‘sanguinem rejicientium curatio:’ ‘Ruberum,’ inquit, ‘in quibus mora nascuntur, caules ex vino austero decoeti eduntur, idque vinum bibitur in potionē.’

<sup>r</sup> *Siccantur]* Apuleius cap. 87. de erusco, sive rubo, tit. 6. ‘Ad uvam remedium:’ ‘Erusci herbae folia arefiant in umbra: crematorum cinere in cochleario tacta resiliet.’ Marcellus item Empiricus cap. 14. pag. 99.

<sup>s</sup> *Stomaticen]* Stomatica medicamenta sunt, ut diximus lib. xxiii. quæ ad uvas, tonsillas, faucium tumores, et oris vitia accommodantur.

<sup>t</sup> *Et a cardiacis]* Plinius Valer. III. 11.

<sup>u</sup> *Quæ styptica]* Στυπτικὰ, astrictionis: astringendi, spissandique vim habentia.

<sup>a</sup> *Alterum genus]* Nunc ut opinor, herbariis incognitum. Rubum rosarium vocat Marcellus Empir. mox citandus. Cynobatos ipse est, de quo mox dicetur: quem similitudinem rosæ noster ferre dixit, lib. xvi. sect. 71.

<sup>b</sup> *Gignit pilulam]* Spongiam vocat Marcellus Empir. cap. 26. pag. 181. ‘Spongia,’ inquit, ‘ex rubo rosario agresti sumta, et aqua frigida, donec madescat, macerata, ac deinde trita, et ex aqua per triduum potui data, efficaciter calculosos emendat.’ Et c. 27. p. 196. ‘Spongia, quæ in pruno sylvestri, vel in spina, aut in rosa sylvestri nascitur,’ &c. Sed is rosam sylvestrem, seu Eglenterium, cum hoc genere rubi miscuisse, de quo nunc sermo est, nobis videtur. ‘Spongias’ pariter et ‘spongiolas’ Colum. lib. xi. cap. ult. radiculas asparagorum vocat illigatas implexasque mutuo, atque connexas.

culosis. Alia est cynorrhoda,<sup>c</sup> quam proximo dicemus volumine.<sup>i</sup>

(xiv.) Cynosbaton<sup>d</sup> alii cynapanxin,<sup>e</sup> alii neurospaston, vocant: folium habet vestigio hominis<sup>f</sup> simile. Fert et uvam<sup>g</sup> nigram, in cuius acino nervum habet,<sup>h</sup> unde neuropastos dicitur. Alia est a cappari, quam medici cynosbaton<sup>h</sup> appellaverunt.<sup>s</sup> Hujus thyrsus,<sup>i</sup> ad remedia splenis et inflationes, conditus ex aceto manditur. Nervus ejus cum mastiche Chia commanducatus os purgat.

Ruborum rosa alopecias cum axungia emendat. Mora capillum tinguunt cum omphacino oleo. Flos mori per messes<sup>j</sup> colligitur. Candidus pleuriticis præcipuuus ex vino potus, item coeliacis. Radix ad tertias decocta alvum sistit, et sanguinem: item dentes collutos decocto. Eodem succo foventur sedis atque genitalium ulcera. Cinis e radice deprimit<sup>k</sup> uvam.<sup>j</sup>

LXXV. Idæus rubus<sup>k</sup> appellatus est, quoniam in Ida<sup>l</sup>

.....

CAP. LXXIV. 1 Vet. Dalec. nascitur. Cynosbaton vocant, alii Cynospaston. Folium habet vestigio hominis simile. Gignit pilulum cast. sim. pr. rem calculus. Alia est cynorrhodos quam prox. dic. volumine. Fert et chamebatos uvam nigrum. —2 Ita codd. Regg. In Editione principe, cynapanxin.<sup>m</sup> Brotier. cynospaston Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recent. —3 Plinius legit ιχνώδες. At Theophrastus Hist. Plant. III. 18. habet φύλλον ἀχνώδες, folium tenue: quod melius.<sup>n</sup> Brotier. —4 Cod. Dalec. nervus habetur. Mox, dicitur tota Chiffl. —5 Vet. Dalec. cynosbaton quoque appellaverunt. —6 Chiffl. per messe. —7 Vet. Dalec. et Chiffl. reprimit.

#### NOTÆ

<sup>c</sup> Alia est cynorrhoda] Quæ Eglen-  
terii cognomine apud nos venit. De  
calibro seq. cap. 6.

<sup>d</sup> Cynosbaton] Latine sentem canis  
recte appellaveris.

<sup>e</sup> Alii cynapanxin [cynospaton] Reg.  
1. et 2. ac Colb. cynapanxin.

<sup>f</sup> Folium habet vestigio hominis]  
Theophr. Hist. III. 18. Td δὲ φύλλον  
ἀχνώδες. Plinius legit, ιχνώδες, ut vi-  
detur, sincerius.

<sup>g</sup> Fert et uvam] Hoc nemo præter  
Plinium, quod sciām, confirmat.

<sup>h</sup> Alii est . . . . cynosbaton] Diosc.  
in Nothis, pag. 448. Κάππαρις, oī δὲ

κυνίσβατος, oī δὲ καπρία, κ. τ. λ.

<sup>i</sup> Hujus thyrsus] Cynosbati scilicet,  
qui diversus a cappari.

<sup>j</sup> Cinis . . . . deprimit uvam] Tu-  
mentem uvam.

<sup>k</sup> Idæus rubus] Vulgus apud nos  
Frambosiam nominat, Framboisier.  
Iconem vide apud Dodon, pag. 731.

<sup>l</sup> Quoniam in Ida] Idæus appella-  
tus est, inquit Dioscor. IV. 38. quod in eo monte copiosius nascitur. Nullum, præter id genus, nasci rubum ibi Plinius adjicit. Ita porro Reg.  
2. codex. Olim non alias perperam  
legebatur.

non alias<sup>1</sup> nascitur. Est autem tenerior ac minor, rarioribus calamis<sup>2 m</sup> innocentioribusque, sub arborum umbra nascens. Hujus flos cum melle epiphoris<sup>n</sup> illinitur, et ignibus sacris: stomachicisque<sup>3 o</sup> ex aqua bibendus datur. Cetera eadem præstat, quæ supra dicta.<sup>4</sup>

LXXVI. Inter genera ruborum<sup>p</sup> rhamnos appellatur a Græcis, candidior et fruticosior. Is floret, ramos spargens rectis aculeis, non, ut ceteri, aduncis: foliis majoribus. Alterum genus est sylvestre, nigrius, et quadamtenus rubens. Fert veluti folliculos. Hujus radice decocta in aqua fit medicamentum, quod vocatur Lycium.<sup>q</sup> Semen secundas trahit. Alter ille candidior astringit magis, refrigerat, collectionibus et vulneribus accommodatior. Folia<sup>r</sup> utriusque et cruda et decocta illinuntur cum oleo.

LXXVII. Lycium præstantius e spina fieri tradunt, quam et pyxacanthon<sup>a</sup> Chironiam vocant, quales<sup>1 b</sup> in Indicis ar-

CAP. LXXV. 1 Chiff. *aliis*; Gronov. et vulgg. *alias*.—2 Margo edd. Dalec. et Gronov. *hamis*, e Diosc.—3 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. ‘Sic et Diosc. id est, alvinis, cœliacis.’ Dalec. *stomasticisque* edd. vett. et Gronov.—4 Vet. Dalec. *dicta genera ruborum*. *Inter spinosas rhamnus app. a Græcis. Candidior alter et fruticosior in sepib. viret ramos.*

CAP. LXXVII. 1 Vet. Dalec. *qualem. Mox, in eodem, diximus. Omnium*

#### NOTÆ

<sup>m</sup> *Rarioribus calamis*] Aculeis. ‘Mi-  
noribus spinis, ac minus aduncis,’  
dixit ipse Plinius XVI. 71. Diosc.  
loc. cit. ἀκάνθας μικράς.

<sup>n</sup> *Hujus flos . . . epiphoris*] Oculo-  
rum videlicet inflammationibus. Pli-  
nius ipse XVI. 71. ‘Flos ejus contra  
lippitudines illinitur ex melle, et ig-  
ni sacro.’ Dioscor. IV. 38. Τὸ αὐτῆς  
Ἀνθος σὺν μέλιτι λεανθὲν ὁφθαλμικαῖς  
φλεγμονᾶς περιχριόμενον βοηθεῖ, καὶ  
ἐρυστέλατα σβέννυσι.

<sup>o</sup> *Stomachicisque*] Vide Notas et  
Emend. num. 27.

<sup>p</sup> *Inter genera ruborum*] Latius ac-  
cepta significatione vocis ejus, *rubus*:  
alias in ruborum genere censeri  
rhamnus non debet. Rhamni genera

duo Theophrastus agnoscit, Hist. III.  
17. *nigrum et candidum*: Nicandri  
quoque Scholiastes: ἔστι δὲ λευκὴ,  
καὶ μέλανα. Sequitur hoc loco Theo-  
phrastum Plinius. Rhamni varia ge-  
nera delineantur a Clusio Hist. Rar.  
Plant. lib. I. pag. 109. et 110.

<sup>q</sup> *Lycium*] Græcis Λύκιον, enjus ho-  
die in officinis usus incognitus, ut  
Dodonaeus queritur, pag. 745. No-  
men a Lycia, unde advehetur optimum,  
vel ab ipsa spina, habet.

<sup>r</sup> *Folia*] Ea ulearibus quæ serpunt,  
erysipelatis illini, auctor est Dios-  
cor. I. 119.

<sup>a</sup> *Pyxacanthon*] Quid et ipsi spinæ  
medicamenti quod ex ea fit nomen  
est inditum, *Lycii nimirum*. Diosc.

boribus diximus, quoniam longe<sup>c</sup> præstantissimum existimatur Indicum. Coquuntur<sup>d</sup> in aqua tusi rami, radicesque, summæ amaritudinis, æreo vase per triduum, iterumque exento ligno,<sup>e</sup> donec mellis crassitudo fiat. Adulteratur<sup>f</sup> amaris succis, etiam amurca, ac felle bubulo. Spuma ejus<sup>f</sup> ac flos quidam oculorum medicamentis additur. Reliquo succo<sup>g</sup> faciem purgat, et psoras sanat, erosos angulos oculorum, veteresque fluxiones, aures purulentas, tonsillas, gingivas, tussim, sanguinis excreções, fabæ magnitudine devoratum: aut si<sup>h</sup> ex vulneribus fluat,<sup>h</sup> illitum: rhagadas,<sup>i</sup> genitalium ulceræ, attritus, ulceræ recentia, et serpentia, ac putrescentia. In naribus clavos, suppurationes. Bibitur et a mulieribus in lacte contra profluvia.<sup>j</sup> Indici differentia,<sup>j</sup>

longe, &c.—2 Vet. Dalec. triduum macerati... ligno liquor; et sic Diosc.—3 Dalec. devoratum, aut si; Gronov. devoratum. Aut si hulceribus.—4 Chissl.

#### NOTÆ

**I.** 132. Λύκιον, ὃ ἔνιοι πυξάκανθαν καλοῦσι, δένδρον ἐστὶν ἀκανθῶδες, κ. τ. λ. Pyxacantham Latine buxeam spinam jure dixeris. Bellonius reportam a se in Palæstina scribit.

<sup>b</sup> Quales] Tum in India, tum in Pelio monte natas. Vide XII. 15.

<sup>c</sup> Quoniam longe] Scribonius Largus Compos. 19. 'Nulli collyriorum tantum tribuo, quantum Lycio Indico vero per se. Hoc enim inter initia, si quis hoc collyrio innungatur protinus,' &c. Sic etiam Galenus de Fac. Simp. Med. lib. VII. pag. 204. post Diosc. loc. cit.

<sup>d</sup> Coquuntur] Totidem verbis hæc Diosc. I. 132.

<sup>e</sup> Adulteratur] Dioscor. loc. cit. Δολοῦται δὲ ἀμόργης ἄμα τῇ ἐψήσει μηγνυμένης, ή ἀψυθίον χυλίσματι, ή βοείᾳ χολῇ. Adulteratur amurca inter coquendum admixta, aut absinthii succo, aut felle bubulo. Plinius ipse XII. 15.

<sup>f</sup> Ea spina (pyxacanthos, seu Lycium) et in Pelio monte nascitur, adulteratque medicamentum: nempe verum, seu Indicum. Item as-

phodeli radix, aut fel bubulum, aut absinthium, vel rhus, vel amurca.'

<sup>g</sup> Spuma ejus] Dioscor. I. 132. Καὶ τὸ μὲν ἐπιπλήσμενον ἀφρῶδες ἐν τῇ ἐψήσει ἀφελῶν, ἀπόθου εἰς τὰ ὁφθαλμικὰ, κ. τ. λ. Quod porro spumosum innatat inter coquendum (id florem vocant) eximito, et ad oculorum medicamenta reponito. Χυλίζεται δὲ τῶν ρίζων (sic enim legit Oribasius, non, ut libri editi habent, τῶν φύλλων,) σὺν τοῖς θάμνοις θλασθέντων καὶ βραχέντων ἐφ' ικανὰς ἡμέρας, εἴθ' ἐψηθέντων, καὶ τῶν μὲν ξύλων ριπτομένων, τοῦ δὲ ὑγροῦ πάλιν ἐψομένου μέχρι μελιτώδους συστάσεως.

<sup>h</sup> Reliquo succo] Hæc totidem fere verbis Dioscor. loc. cit. Galenus item, de Facult. Simp. Med. lib. VII. pag. 204.

<sup>i</sup> Aut si ex vulneribus fluat] Sanguis videlicet. Ita Reg. I. recte: non, ut ceteri, ex ulceribus.

<sup>j</sup> Bibitur... contra profluvia] Contra fluxum muliebrem: ζητησι καὶ βοῦν γυναικεῖον... ποθὲν μετὰ γάλακτος. Dioscor. loco cit.

<sup>j</sup> Indici differentia] Indicum Ly-

glebis extrinsecus nigris, intus rufis, cum fregeris, cito nigrescentibus. Astringit<sup>1</sup> vehementer cum amaritudine. Ad eadem omnia utile est, sed præcipue ad genitalia.

LXXXVIII. Sunt qui et sarcocollam<sup>1</sup> spinæ lacrymam putent, pollini thuris similem, cum quadam acrimoniam dulcem,<sup>2</sup> gumminosam. Cum vino tusa sistit fluxiones: illinitur infantibus. Vetustate et hæc maxime nigrescit: melior, quo candidior.

LXXIX. Unum etiamnum arborum medicinis debetur nobile medicamentum, quod oporicen vocant.<sup>m</sup> Fit ad dysentericos stomachique vitia, in congio musti albi, lento vapore decoctis malis cotoneis quinque cum suis seminibus, Punicis totidem, sorborum sextario, et pari mensura ejus quod rhun Syriacon<sup>1</sup> vocant, croci semuncia. Coquitur usque ad crassitudinem mellis.

LXXX. His subtexemus ea, quæ Græci communicatione nominum in ambiguo fecere, anne arborum<sup>1</sup> essent.

(xv.) Chamædrys<sup>n</sup> herba est, quæ Latine trixago dici-

-----

*rhagadria.* Mox, margo edd. Dalec. et Gronov. *putrescentia in naribus.*

CAP. LXXVIII. 1 Codd. Dalec. et Chiffl. qui *sarcocollam*.—2 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *acrimonia dulcem cum Gronov. et vulgg.*

CAP. LXXIX. 1 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *rhu Syriicum* alii ap. Dalec. *rhus Syriacon* Gronov. et vulgg.

CAP. LXXX. 1 Vet. Dalec. *arbores*; Chiffl. *amborum*.—2 Ita codd. Har-

#### NOTÆ

cium differt a vulgari, glebis extrinsecus nigris, &c. Sic etiam Dioscor. loco citato.

<sup>1</sup> *Astringit*] Idecirco dysentericis ‘lac’ prodesse, ‘in quo Lycium Indicum solvitur,’ scribit Theod. Priscianus II. 2. 18.

<sup>1</sup> *Sunt...sarcocollam*] Dioscor. III. 99. ‘Η δὲ σαρκοκόλλα ἐστὶ δάκρυον δένδρου γεννωμένου ἐν Περσίδι, ἐνὶκὲς λιβανωτῷ λεπτῷ, ὑπόκιρψον, ἔμπικρον τῇ γεύσει. Sarcocolla lacryma est arboris in Perside nascentis, thuri tenui similis, suffulta, gustu amariuscula. Nunc incognita officinis. Habet his affi-

nia ac prope gemina Galenus de Facult. Simp. Med. lib. VIII. pag. 226. Vide quæ dicta sunt de sarcocolla arbore, XIII. 20. et de gummi quæ ex ea fit.

<sup>m</sup> *Unum . . . . . oporicen vocant*] Οπωρική, sive σκενασία δι' ὄπωρῶν, confessio ex fructibus, qualem concinnat Galenus, κατὰ τόπους, III. pag. 568. ad stomachi subversionem, ad cœlia eos ac dysentericos.

<sup>n</sup> *Chamædrys*] Diosc. III. 112. Χαμαδρός, οἱ δὲ χαμαδρώψ . . . διὰ δὲ τὸ σῶζειν τινὰ ἐμφέρειαν τῷ Τεύκρῳ, καὶ ταῦτην τινὲς Τεύκριον ἐκάλεσαν. Et in

tur. Aliqui eam chamæropem,<sup>2</sup> <sup>o</sup> alii Teucrion appellavere. Folia habet<sup>p</sup> magnitudine mentæ, colore et divisura quercus. Alii serratam, et ab ea serram inventam esse dixerunt, flore pæne<sup>q</sup> purpureo. Carpitur<sup>r</sup> prægnans succo in petrosis, adversus serpentium<sup>s</sup> venena potu illituque efficacissima: item stomacho,<sup>t</sup> tussi vetustæ, pituita in gula cohærente,<sup>u</sup> ruptis, convulsis, lateris doloribus.<sup>v</sup> Lienem<sup>w</sup> consumit, urinam et menses ciet. Ob id<sup>x</sup> incipientibus hydropticis efficax, manualibus scopis ejus in tribus heminvis aquæ decoctæ usque ad tertias. Faciunt et pastillos, terentes eam ex aqua, ad supra dicta.<sup>y</sup> Sanat<sup>z</sup> et vomicas, et vetera ulcera,<sup>z</sup> vel sordida, cum melle. Fit et vinum<sup>z</sup> ex ea pec-

\*\*\*\*\*

duini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *trissago* dicitur. A. e. *chamæropem* Gronov. et vulgg.—3 *Capitur* Chiffi.—4 ‘Ita cod. Reg. 1.’ Brotier. *pituitæ in gula cohærenti* Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—5 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *et pastillos, terentes eam ex aqua.*

## NOTÆ

Nothis, pag. 457. ‘Ρωμαῖοι, τριψάγο μίνορ. Chamædrys porro quasi coactæ brevitatis quercus appellatur. Unde et in Gallia servat appellationem, Chénette, ou Germandrée. Italis, Querciola et Calamandrina, teste Anguil-lara par. XII. pag. 220. Chamædrys est vulgaris Clusii, Histor. Rar. Plant. lib. III. pag. 351. visa a nobis in horto Regio.

<sup>o</sup> Aliqui eam *chamæropem*] Sic MSS. Reg. Colb. &c. tum hoc loco, tum in Indice. Tamen Diosc. χαμαδρώψ. Et Marcellus Empir. cap. 20. pag. 136. ‘Chamæropis,’ inquit, ‘quæ herba simillima quercui folia habet,’ &c. At Apuleius cap. 24. ‘Chamærops: Itali trixaginem appellavere.’

<sup>p</sup> Folia habet] Diosc. loc. cit. post Theophr. Hist. IX. 10.

<sup>q</sup> Flore pæne] Diosc. loc. cit. ‘Ἄνθος ὑποπόρφυρος.

<sup>r</sup> Carpitur] MSS. omnes, capit. Diosc. loc. cit. Συλλέγειν δὲ αὐτὴν δὲι ἐγκύμονα τοῦ καρποῦ. Et paulo ante: Φύεται ἐν τραχέσι καὶ πετρώδεσι

τόποις.

<sup>s</sup> Adversus serpentium] Diosc. loc. cit. et Apuleius cap. 24. tit. 3.

<sup>t</sup> Item stomacho] Dioscor. totidem fere verbis, loc. cit. Βοηθεῖ σπάσμασι, βηχλ., σπληνὶ ἐσκιρρωμένῳ, δυσονροῦσι, κ. τ. λ. et Marcellus Empiricus cap. 17. pag. 126. de vulsis, sive ruptis, et rheumaticis, post Theophr. loc. cit.

<sup>u</sup> Lateris doloribus] Celsus IV. 6. de laterum doloribus: ‘Multæ,’ inquit, ‘a medicis præcipiuntur: ut tamen sine his rusticos nostros epota ex aqua herba trixago satis adjuvet.’

<sup>v</sup> Lienem] Dioscor. loc. cit. ‘Ἄγει καὶ ἔμμηνα καὶ ἔμβρυα, σπλῆνη τήκει σὸν δέξιον ποθεῖσα. Vide et Galenum de Fac. Simp. Med. lib. VIII. p. 240.

<sup>w</sup> Ob id] Et hæc pariter Diosc. loc. cit. et Apuleius c. 25. tit. 3.

<sup>x</sup> Ad supra dicta] Ad effectus supra dictos. Vide Notas et Emend. num. 27.

<sup>y</sup> Et vetera ulcera] Diosc. loc. cit. ‘Ἀνακαθάρει ἔλκη παλαιὰ σὸν μέλιτι.

toris vitiis. Foliorum<sup>a</sup> succus cum oleo caliginem<sup>b</sup> oculorum discutit. Ad splenem<sup>c</sup> ex aceto sumitur. Excalfacit<sup>d</sup> perunctione.<sup>e</sup>

LXXXI. Chamædaphne<sup>d</sup> unico ramulo est, cubitali fere: folia tenuiora lauri folio. Semen rubens annexum foliis<sup>f</sup> illinitur capitis doloribus recens. Ardores<sup>g</sup> refrigerat: ad tormina cum vino bibitur. Menses succus ejus, et urinam ciet potu, partusque difficiles in lana appositus.<sup>g</sup>

LXXXII. Chamelæa<sup>h</sup> similitudinem foliorum oleæ habet. Sunt autem<sup>i</sup> amara, odorata, in petrosis, palmum<sup>j</sup> altitudine non excedente. Alvum<sup>j</sup> purgat: detrahit pituitam

*Ad supra dicta sanat, &c. Gronov. et vulgg. et ea past. t. ex aqua ac supra dicta. Sanat, &c. Vet. Dalec.—6 Cliffl. caligines.—7 Idem codex, et perunctione.*

CAP. LXXXI. 1<sup>i</sup> Ita bene cod. Reg. 2<sup>j</sup> Brotier. qui in Notis, errore typographic, habet adnexum solis. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *folia tenuiora lauri folio. Semen rubens adnixum foliis; edd. vett. et Gronov. folio tenui, lauri similitudine. Semen rubens admixtum foliis; margo edd. Dalec. et Gronov. folio lauri similitudine, pallidiore, laviore. Semen rotundum, rubens adnexum foliis, e Diosc.*

CAP. LXXXII. 1 Vet. Dalec. *odora. In petrosis nascitur palmum; et sic*

### NOTÆ

Sic Theophr. pariter Hist. ix. 10.

<sup>a</sup> *Fit et vinum]* De quo dictum est XIV. 19.

<sup>b</sup> *Foliorum]* Diosc. loc. cit. post Theophrastum Hist. ix. 10.

<sup>b</sup> *Ad splenem]* Dioscor. loc. cit. Σπλῆνη τήκει σύν υξει ποθεῖσα.

<sup>c</sup> *Excalfacit]* Diosc....καὶ ἀλειφομένη, ἔστι δὲ θερμαντική.

<sup>d</sup> *Chamædaphne]* Totidem fere verbis describitur a Diosc. iv. 149. Χαμαιδάφνη, οἱ δὲ καὶ ταύτην Ἀλεξάνδρειαν ἐκάλεσαν, &c. Herbarii nostri hanc laureolam vocant.

<sup>e</sup> *Semen ... annixum foliis]* Ita MSS. Reg. Colb. &c. non, ut editi, *admixtum*. Quin et sincerius forte *adnexum*. Diosc. loc. cit. τοῖς φύλαιοις ἐπιπεφυκότα.

<sup>f</sup> *Ardores]* Dioscor. loc. cit. Κεφαλαλγίας, καὶ στομάχου ἐγκαύσεσιν ἀρήγει. *Capitis doloribus, inflammationibus.*

*que stomachi succurrat.*

<sup>g</sup> *Menses ... appositus]* Dioscor. loc. citato: Ἐν πεσσῷ προστεθεὶς, in pessō subditus.

<sup>h</sup> *Chamelæa]* Hæc totidem verbis Diosc. i. 172. Χαμελαλα, κ. τ. λ. Et Marcellus Empir. c. 30. p. 211. *Mezereum* id Arabes appellant: Hispani, Olivilla: Herbarii, *Chamelæa Tricoccos*: Narbonenses, Garoupe: Galli ceteri politiores, *Bois de la Dive*. A Clusio pingitur Hist. Rar. Plant. lib. i. p. 87. et a Dalec. Hist. Plant. lib. xvi. p. 1664. Vidimus in horto Regio.

<sup>i</sup> *Sunt autem]* Dioscor. loco citato.

<sup>j</sup> *Alvum]* Dioscor. loc. cit. et Marcellus Empir. c. 30. p. 211. Idem p. 212. hanc ‘restim olivæ’ appellari ait, et habere alias dotes ac vires, quas eo loci enumerat. Praeivit om-

bilemque : foliis <sup>k</sup> in duabus <sup>2</sup> absinthii partibus decoctis, succoque eo cum melle poto. Foliis impositis et ulcera purgantur. Aiunt, si quis ante Solis ortum eam capiat, dicatque ad albugines oculorum se capere, adalligata <sup>3</sup> discuti id vitium : quoquo modo vero collectam <sup>4</sup> jumentorum pecorumque oculis salutarem esse.

LXXXIII. Chamæsyce <sup>1</sup> lentis folia habet, nihil se attollentia, in aridis petrosisque nascens. Claritati <sup>m</sup> oculorum, et contra suffusiones utilissima, et cicatrices, caligines, nubeculas in vino cocta, inuncta. Vulvæ <sup>n</sup> dolores sedat apposita in linteolo. Tollit <sup>o</sup> et verrucas omnium generum illita. Prodest et orthopnoicis.

LXXXIV. Chamæcissos <sup>p</sup> spicata est tritici modo, ramulis quinis fere, foliosa : cum floret, existimari potest alba viola, radice tenui : cuius <sup>q</sup> bibunt <sup>r</sup> ischiadicis folia tribus obolis, in vini cyathis duobus, septem diebus, admodum amara potionem.

LXXXV. Chamæleucen <sup>r</sup> apud nos farfarum, <sup>s</sup> sive farfu-



Diosc. *palmi altitudinem non excedens* alii vett. ap. Dalec.—2 Vet. Dalec. *cum duabus*.—3 Idem Vet. *adalligatis*.—4 Ita codd. Harduini et Chiffi, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *modo collectum* Gronov. et vulg.

CAP. LXXXIV. 1 Margo edd. Dalec. et Gronov. *foliosis* : *cum . . . tenui.* Ejus, &c. e Diosc.

CAP. LXXXV. 1 Ita ex codd. Harduin et recentt. *farranum* Gronov. et

#### NOTÆ

nibus Scribonius Largus Compos. 136. ‘Purgat ergo belle chameleæ, quæ herba olivæ folia similia habet, quorum quinque vel sex dare oportet, trita ex aquæ mulsaæ cyathis tribus . . . Detrahit enim aquam largiter.’

<sup>k</sup> *Foliis*] Dioscor. loc. cit. et Galenus de Facult. Simp. Medic. I. VIII. p. 240.

<sup>l</sup> *Chamæsyce*] Dioscor. IV. 170. Χαμαισύκη . . . φύλλα φακοειδῆ . . . πρὸς τὴν γῆ . . . φύεται ἐν πετρώδεσι καὶ αὐχμηροῖς τόποις. Retinet nomen in officinis. Visa a nobis in horto Regio, qualis a Dodonæo pingitur, p. 373.

<sup>m</sup> *Claritati*] Hæc totidem verbis

Diosc. loc. cit. et Galenus de Fac. Simp. Med. lib. VIII. p. 241.

<sup>n</sup> *Vulvæ*] Dioscor. loco citato : Δύναμιν δὲ ἔχουσιν οἱ κλῶνες λεανθέντες σὺν οὖν τὰς περὶ μήτραν ὀδύνας πάνειν, ἀντὶ πεσσοῦν προστεθέντες. Rami ex vino triti, et in pessu appositi, vulvæ dolores sedant.

<sup>o</sup> *Tollit*] Dioscor. et Galenus locis citatis.

<sup>p</sup> *Chamæcissos*] De qua jam ante diximus XVI. 62. Vide Ruellium I. III. p. 634. qui nobiscum et cum Plinio facit.

<sup>q</sup> *Cuius bibunt*] Folia, non radicem, ischiadicis bibi utiliter ait Diosc. IV.

gium vocant. Nascitur secus fluvios,<sup>2</sup> folio populi, sed ampliore. Radix ejus imponitur carbonibus cupressi, atque is nidor per infurnibulum<sup>t</sup> imbibitur in vetere tussi.<sup>3</sup>

LXXXVI. Chamaepuce<sup>a</sup> laricis folio<sup>1</sup> similis, lumborum et spinæ doloribus propria est.

Chamaecyparissos<sup>b</sup> herba ex vino pota contra venena serpentium omnium scorpionumque pollet.

Ampelopraso<sup>c</sup> in vinetis nascitur, foliis porri, ructu gravis. Contra serpentium<sup>d</sup> ictus efficax. Urinam<sup>e</sup> et

vulgg.—2 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. secundum fluvios Gronov. et al. vett.—3 Chiffi. infundibulum bibitur inveteratae tussi; Vet. Dalec. infundibulum imbibitur, &c. cod. Dalec. infundibulum bibitur, &c.

CAP. LXXXVI. 1 'Ita codd. Regg. 1. 2.' Brotier. larici foliis edd. ante

#### NOTÆ

126. Florem Galenus loc. cit. pag. 240.

<sup>a</sup> Chamæleucen] Χαμαιλέυκη Galeno loc. cit. p. 241. In Indice hujus loci: *De chamæleuce, sive farfaro, sive farfugio.* Diosc. in Nothis, p. 458. Βῆχιον ... οἱ δὲ χαμαιλέυκη... Ρωμαῖοι τριστλάδγω, οἱ δὲ φαρφάριαι. Libri quidam farfano, male. Meminit hujus Plautus in Pænulo II. 1. 32. ‘Eo præsternebam folia farfari.’ Apuleius, ‘Folia sunt farfari, et nugæ meræ.’ Fortasse a Farfaro amne, de quo Ovid. Met. XIV. 330. ‘Et opacæ Farfarus umbrae.’ Graeci Βῆχιον, Latini Bechion et Tussilaginem nominant. In officinis, ‘Farfara, Ungula caballina, Populago’ Galli, Pas d’Ane, ou Tussilage. Pingitur a Dodonæo, pag. 486. De ea plura dicentur XXVI. 16.

<sup>b</sup> Nascitur secus fluvios] Manutius in editione Pliniana maluit secundum, quam secus legi: tametsi constans librorum omnium ante eum consensio foret in eam vocem secus. Et sane Catonem meminimus, de Re Rust. cap. 21. ‘secus laminas’ dixisse: Quintilianum VIII. 2. ‘secus viam.’

<sup>c</sup> Per infurnibulum] Ita Reg. 1. At

Reg. 2. et Chiffi. infundibulum. Instrumentum intelligit, quo in vasa liquores infundimus: *Un entonnoir.* Refert hoc quoque Dioscor. III. 126. Plinius XXVI. 16. pro infundibulo asciscit arundinem.

<sup>d</sup> Chamæpeuce] Diosc. IV. 126. Χαμαιπέυκη ποιεῖ πρὸς ὀσφός ἄγλήματα, ἐν ὕδατι λεία πινομένη. A chamæpity, de qua diximus c. 20. ita herba hæc distare videtur, ut larix a picea. Fruiticem esse ait Anguillara, inventumque a se in insula di Veglia, iisdem plane notis, quibus a Plinio delineatur, par. XII. p. 202.

<sup>e</sup> Chamæcyparissos] Nondum in certi nominis apud herbarios nostrates possessionem venit. Dodonæum vide, p. 268.

<sup>c</sup> Ampelopraso] Ἀμπελόπρασον a vitibus et natali loco nomen accepit, quasi porrum vitium, aut vitigineum. Pingitur a Dodonæo, p. 678. Ἄγριον πράσον vocat Galenus de Fac. Simp. Med. lib. VI. p. 154.

<sup>d</sup> Contra serpentium] Diosc. II. 180. Θηριοδήκτοις δὲ βιβρωσκόμενον ἀρμόζει. Contra bestiarum morsus in cibo convenit.

<sup>e</sup> Urinam] Diosc. loc. cit.

menses ciet: eruptiones sanguinis per genitale inhibet potum impositumque. Datur et a partu mulieribus, et contra canis morsum.

Ea quoque, quæ stachys vocatur, porri<sup>z</sup><sup>f</sup> similitudinem habet, longioribus foliis pluribusque, et odoris jucundi, colorisque in luteum inclinati.<sup>3</sup> Pellit menstrua.

LXXXVII. Clinopodium,<sup>g</sup> alii cleonicion, alii zopiron, alii ocymoides appellant, serpylo similem,<sup>h</sup> surculosam,<sup>i</sup> palmi altitudine,<sup>j</sup> in petrosis,<sup>k</sup> orbiculato foliorum<sup>l</sup> ambitu, speciem lecti pedum præbentem.<sup>z</sup> Bibitur<sup>m</sup> ad convulsa, erupta, strangurias, serpentium ictus. Item decoctæ<sup>n</sup> succus.

LXXXVIII. Nunc subtexemus herbas mirabiles quidem, sed minus claras, nobilibus in sequentia volumina dilatis. Centunculum<sup>o</sup> vocant nostri, foliis ad similitudinem capitis



Brotier.—2 Vet. Dalec. *marrhubii*; et sic Diosc. *prasii* Rondel.—3 Vet. Dalec. *inclinantis*.

CAP. LXXXVII. 1 Dalec. *simile, surculosum*.—2 <sup>‘</sup> Ita codd. Regg. 1. 2.<sup>z</sup> Brotier. *altitudine: nascitur in petrosis, orbiculato florum ambitu, s. l. p. præbens* Gronov. et al. vett. *altitudine: nascitur in p. o. foliorum ambitu, s. l. p. præbens* Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *præbente cod.* Dalec. *præbenti* Chiff.—3 Vet. Dalec. *decocti*; Chiff. *decocta et*.

#### NOTÆ

<sup>f</sup> Ea quoque ... porri] Alia Plinii stachys est, alia Dioscoridis. Illa porri, ista marrubii foliorum similitudinem refert. Quæ Dioscoridi stachys est, ea Plinio scorditis appellatur, uti dicemus xxv. 26. Pliniana stachys officinis incognita.

<sup>g</sup> Clinopodium] Dioscor. in Nothis, pag. 456. Κλινοπόδιον, οἱ δὲ κλεώνικον, οἱ δὲ ὠκυμοειδὲς, οἱ δὲ ζάπυρον καλοῦσι. Pingitur a Matthiolo p. 814.

<sup>h</sup> Serpylo similem] Folii serpylio similibus. Diosc. III. 109.

<sup>i</sup> Surculosam] Lignosam, φρυγανῶδες. Dioscor.

<sup>j</sup> Palmi altitudine] Palmi majoris, qui duodecim digitorum. Dioscor. δισπτθαμων.

<sup>k</sup> [Nascitur] in petrosis] Diosc. loc.

cit.

<sup>l</sup> Orbiculato foliorum] Ita MSS. omnes, non florum: etsi perinde est: nam in singulis fere geniculis annexi foliis flores adhaerescunt. Diosc. loc. cit. Καὶ τὰ ἄνθη ὅμοι πασι κλίνης ποσὶν, ἐκ διαστημάτων ἐμφέρῃ πρασίᾳ. Et floribus (orbiculato suo ambitu) lecti pedum speciem præbentibus, ex intervallo marrubii modo dispositis.

<sup>m</sup> Bibitur] Dioscor. loc. cit. totidem verbis.

<sup>n</sup> Item decoctæ] Herbæ nimirum. Dioscor. loc. cit. Πίνεται δὲ ἡ πότη καὶ τὸ ἀφέψημα αὐτῆς πρὸς θηρίων δήγματα, &c.

<sup>o</sup> Centunculum] Gnaphalium videtur esse, de quo rursum XXVII. 61. cum et vires ei plane similes ibi

penularum, jacentem in arvis: Græci clematidem: egregii effectus<sup>1</sup> ad sistendam alvum in vino austero. Item sanguinem sistit tritus cum oxymelitis aut aquæ calidæ cyathis quinque, denarii unius pondere: sic et ad secundas mulierum efficax.

LXXXIX. Sed Græci clematidas et alias habent: unam,<sup>2</sup> quam p aliqui echiten vocant, alii lagine,<sup>3</sup> nonnulli tenuem scammoniam: ramos habet<sup>4</sup> bipedales, foliosos, non dissimiles scammoniæ, nisi quod nigriora minoraque sunt folia. Invenitur in vineis arvisque. Estur, ut olus, cum oleo ac sale: alvum ciet. Eadem a dysentericis cum lini semine ex vino<sup>4</sup> austero sorbetur. Folia epiphoris imponuntur cum polenta, supposito<sup>5</sup> udo linteolo. Strumas imposta ad suppurationem perducunt, deinde axungia adjecta percurant. Item hæmorrhoidas<sup>6</sup> cum oleo viridi, phthisicos juvant cum melle. Lactis quoque ubertatem faciunt in cibis sumta. Et infantibus illita capillum alunt. Ex aceto edentium Venerem stimulant.<sup>7</sup>

xc. Est et alia<sup>8</sup> clematis, Ægyptia cognomine, quæ ab



CAP. LXXXVIII. 1 Ita ex codd. Harduinus et recentt. Itali centunculum vocant rostratis foliis, ad similitudinem . . . Græci autem clematidem. Est ejus egregius effectus Gronov. et al. vett. nostri etiam Chiff. nascentem pro jacentem Vet. Dalec. Est ei effectus cod. Dalec. Egregii effectus Chiff.

CAP. LXXXIX. 1 Cod. Dalec. clematidem habet unam.—2 Alii ap. Dalec. alteram quam lygon.—3 Ita ex codd. Harduinus et recentt. et pedales . . . scammoniæ ramos habet Gronov. et vulgg. ea viticulas foliosas non dissimiles smilacis ramos habet alii ap. Dalec.—4 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. in vino Gronov. et al. vett.—5 Margo edd. Dalec. et Gronov. superposito; quod in codd. scribitur, supposito.—6 Chiff. hæmorrhoidam.—7 Ita ex codd. Harduinus et recentt. ex aceto dentium dolores sedant. Venerem, &c. edd. vett. et Gronov.

#### NOTÆ

ascibantur, et in Nothis Diosc. p. 459. Γναφάλιον, Ὁρμαῖοι κέντουλοι, opinor pro κεντούνκουλοι, jampriedem appellariint. Pingitur a Dodonaœ, p. 65.

p Unam, quam] Hæc clematis altera Dodonæi, p. 402. In Nothis Diosc. pag. 462. Ἐτέρα κληματls, κ. τ. λ.

<sup>9</sup> Est et alia] Dioscor. IV. 7. Κλη-

ματls, οἱ δὲ δαφνοειδὲς, οἱ δὲ μυρσινοειδὲς οἱ δὲ πολυγονοειδὲς καλοῦσι. Sic etiam Galenus de Fac. Simp. Med. lib. vii. p. 192. Daphnoides, a lauri similitudine, ut et myrsinoides, appellata. A crebris geniculis, polygonoides. Est Dodonæi clematis daphnoides, p. 401. visa a nobis in horto Regio. Vide, si lubet, in Adagiis, Chiliad. 1.

aliis daphnoides,<sup>1</sup> ab aliis polygonoides vocatur: folio lauri,<sup>2</sup> longa<sup>3</sup> tenuisque: adversus serpentes,<sup>4</sup> ac privatim aspidas,<sup>2</sup> ex acetō pota efficax.

XCI. (XVI.) Ægyptus hanc maxime gignit: quæ et aron,<sup>1</sup> de qua inter bulbos diximus,<sup>a</sup> magnæ cum dracontio litis. Quidam enim eandem esse dixerunt.<sup>2</sup> Glaucias satu<sup>b</sup> discrevit, dracontium sylvestrem arum pronuntiando. Aliqui radicem<sup>c</sup> aron appellarunt,<sup>3</sup> caulem vero dracontium, in totum alium, si modo hic est, qui apud nos dracunculus vocatur. Namque aros<sup>d</sup> radicem nigram in latitudinem rotundam habet, multoque majorem, et qua<sup>e</sup> manus impleatur. Dracunculus subrutilam, et draconis convoluti modo: unde et ei nomen.<sup>e</sup>

.....

CAP. XC. 1 Gal. *myrrhinooides*.—2 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. ac p. *aspides* Gronov. et vulgg. et p. *aspidus* Chiffl.

CAP. XCI. 1 Gronov. et al. ante Harduin. *gignit*. CAP. XVI. *Quæ et aron*, &c. Cod. Dalec. *gignit. Est et aron*.—2 Chiffl. *dixere*.—3 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *appellarunt* Gronov. et vulgg.—4 Alii ap. Dalec. *quam qua*.

#### NOTÆ

Cent. 1. Adag. 22. ‘Clematis Ægyptia.’

<sup>r</sup> *Folio lauri*] Diosc. loc. cit. Πέταλον δὲ μικρὸν, δάφνη ἐμφερὲς τῷ τε σχήματι καὶ τῇ χρόᾳ, μικρότερον δὲ πολλῷ.

<sup>s</sup> *Longa*] Diosc. Κλήματα δὲ ἔχει μακρά. *Surmentosas spargit viticulus, easque longas*.

<sup>t</sup> *Adversus serpentes*] Dioscor. loc. cit.

<sup>a</sup> *Aron, de qua ... diximus*] Lib. xix. cap. 30. Sed cave aron vulgarem intelligas, aliamve quam Ægyptiacam.

<sup>b</sup> *Glaucias satu*] Solo satu discrevit aron a dracontio, dracontium aron sylvestrem pronuntiando. Ita, credo, etiam Galenus, qui de Facult. Simp. Med. lib. vi. pag. 169. dracontium ait aro esse persimile et foliis et radice: amarius tamen aliquanto. Di- oscoridem is secutus est, II. 197. Se-

rapion quoque dracontii genera bina statuit: alterum, quod dracontion simpliciter, alterum, quod aron appellaretur.

<sup>c</sup> *Aliqui radicem*] Sic Eretianus, in Onomast. vocum Hippocr. tom. II. operum Galeni, pag. 117. Δρακόντιον θοτάνης εἶδος· οὗτω δὲ καλεῖται καὶ δ τοῦ ζερον κανθάρος, παρὰ τὴν πρὸς τὸ ζῶον δημιουργητητα. *Dracontium, herbæ genus: sic et ari caulis vocatur, ex similitudine quam cum animali habet.*

<sup>d</sup> *Namque aros*] Ægyptiaca, ut diximus. Nam vulgari radix alba est, et dracunculi radici proxima, ut ait Diosc. II. 197.

<sup>e</sup> *Unde et ei nomen*] Sic appellari aiunt hodierni herbarii, quod caulem habet anguum more maculosum, et versicolorem, cum levore. Idecirco et draconteam, et colubrinam quoque Romani dixere, teste Apuleio, cap. 14. Recentiorum plerique majo-

**XCII.** Quin et ipsi Græci<sup>f</sup> immensam posuere differentiam, semen dracunculi fervens mordaxque tradendo: tantumque ei virus,<sup>i</sup> ut olfactum gravidis abortum inferat. Aron<sup>g</sup> miris laudibus extulere: primum in cibis foeminam præferentes, quoniam mas durior<sup>2</sup> esset, et in coquendo lentior. Pectoris vitia<sup>h</sup> purgare: et aridum in potionē inspersum,<sup>3</sup> aut ecligmate, urinam<sup>i</sup> et menses ciere. Sic et in oxymelite potum stomacho: interaneisque exulceratis ex lacte ovillo bibendum: ad tussim, in cinere coctum ex oleo dedere. Alii coxere in lacte, ut decoctum biberetur. Epiphoris elixum imposuere: item sugillatis, tonsillis. Ex oleo hæmorrhoidum vitio infudere,<sup>4</sup> lentigines ex melle illinentes. Laudavit Clephantus et pro antidoto contra venena: pleuriticis, peripneumonicis, quo tussientibus modo: semen intritum cum oleo aut rosaceo infundens aurium doli. Dieuches<sup>j</sup> tussientibus, aut suspiriosis, et orthopnoicis, et pura<sup>k</sup> exscrentibus,<sup>k</sup> farina permixtum in pane cocto dedit. Diodotus<sup>6</sup> phthisicis e melle ecligmate, et pulmonis vitiis, ossibus etiam fractis imposuit. Partus omnium<sup>l</sup> animalium extrahit, naturæ circumlitum. Succus

---

**CAP. XCII.** 1 Ita ex codd. Harduinns et recentt. *tantumque ei inesse virus* Gronov. et vulgg.—2 Cod. Dalec. *mare dulcior*.—3 Vet. Dalec. *aridum potionē inspersum*.—4 Ita ex codd. Harduinns et recentt. *infundere* Gronov. et vulgg.—5 Ita ex codd. Harduinns et recentt. *et purulenta* Gronov. et vulgg.—

#### NOTÆ

rem serpentariam vocant, *Grande serpentaire*. Pingitur a Matthiolo in Dioscor. lib. II. p. 590.

<sup>f</sup> *Quin et ipsi Græci]* In his Diosc. II. 196. dracunculi semen ait esse sapore mordax, ἐπιδάκνων τὴν γενσῶν καρπός: olfactuque ipso recens conceptos fœtus enecare: Καὶ τὴν δοσμὴν δέ φασι . . . τῶν ἄρτι συνειλημμένων ἐμβρύων φθαρτικὸν εἶναι.

<sup>g</sup> *Aron]* Sive Ægyptiacam hoc loco intelligas, sive Græcam, perinde est: affines enim utriusque cognatæque vires, et invicem, et cum dracontio.

Quæ autem apud nos Aros appellatur, non est ullo modo edulis.

<sup>h</sup> *Pectoris vitia]* Hoc de dracontio, Diosc. loc. cit. de aro quoque vulgaris, 197.

<sup>i</sup> *Urinam]* Diosc. loc. cit.

<sup>j</sup> *Dieuches]* Et Diosc. locis cit.

<sup>k</sup> *Et pura exscrentibus]* Sive purulenta. Ita MSS. a *pus*, *puris*.

<sup>l</sup> *Partus omnium]* Affine est, quod Diuse. prodidit, locis cit. e dracontio, arove, collyria fingi ad extraheendos partus.

radicis<sup>m</sup> cum melle Attico, oculorum calinges, ac stomachi vitia discutit, tussim decocti jus cum melle. Ulceræ<sup>n</sup> omnium generum, sive phagedænæ sint, sive carcinomata, sive serpent, sive polypi<sup>o</sup> in naribus, succus mire sanat. Folia ambustis prosunt ex vino et oleo coccata. Alvum inaniunt ex sale<sup>7</sup> et aceto sumta. Et luxatis<sup>8</sup> cocta cum melle prosunt: item articulis podagrīcīs<sup>p</sup> cum sale, recentia vel sicca. Hippocrates utralibet<sup>9</sup> ad collectiones cum melle imposuit. Ad menses trahendos seminis vel radicis drachmæ duæ in vini cyathis duobus sufficiunt. Eadem potio, si a partu non purgantur,<sup>10</sup> et secundas trahit. Hippocrates et radicem<sup>r</sup> ipsam apposuit. Dicunt et in pestilentia salutarem esse in cibis. Ebrietatem<sup>11</sup> discutit. Serpentes nidore, cum crematur, privatimque aspidas<sup>12</sup> fugat, aut inebriat, ita ut torpentes inveniantur. Perunctos<sup>s</sup> quoque aro e laureo oleo fugiunt. Ideo et contra ictus dari potu in vino nigro putant utile. In foliis ari<sup>t</sup> caseus optime servari traditur.

XCIII. Dracunculus, quem dixi,<sup>a</sup> hordeo maturescente



<sup>6</sup> Diodorus Reines.—<sup>7</sup> Chiffl. in sale.—<sup>8</sup> Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Etiam lux.* Gronov. et al. vett.—<sup>9</sup> Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *quaslibet* Gronov. et al. vett.—<sup>10</sup> Chiffl. *purgentur.*—<sup>11</sup> Cod. Dalec. *esse. In cibis, ebrietatem.*—<sup>12</sup> Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *aspides* Gronov. et al. vett.

#### NOTÆ

<sup>m</sup> *Succus radicis]* Diosc. locis cit. et Galenus de Fac. Simp. Med. l. vi. p. 169.

<sup>n</sup> *Ulceræ]* Hæc pariter Diosc. et Galenus locis citatis.

<sup>o</sup> *Sive polypi]* De dracontio Marcellus Empir. c. 10. p. 86. ‘*Polyppum,*’ inquit, ‘*emendat herba, quæ Graece dracontium appellatur, vel si succus ejus naribus infundatur: vel si papyrus inde infecta, et specillo involuta, naribus inseratur, et postea die educatur.*’

<sup>p</sup> *Item articulis podagrīcīs]* Radicem ari cum simo bubulo podagrīcīs impossitam auxiliari scribit Dioscor. II.

197.

<sup>r</sup> *Hippocrates utralibet]* Sive recentia folia, sive secca.

<sup>r</sup> *Hippocrates et radicem]* Eam ob rem et cervæ aron a partu edunt, ut diximus VIII. 50.

<sup>s</sup> *Perunctos]* Dioscor. II. 196. *Aiunt, inquit, et qui manus radice perfricuerit, a viperæ morsu tutum et illæsum existere.* Φασὶ δὲ ὅτι καὶ εἰ διατρίψει τις τὰς χεῖρας τὴν βίξη, ἀπὸ ἐχθρῆς ἄδηκτος μένει.

<sup>t</sup> *In foliis ari]* Et dracontii pariter. Diosc. loc. cit. Τυρός τε ἐνειδούμενος τοῖς φύλλοις ἀσηπτος διαμένει.

<sup>a</sup> *Dracunculus, quem dixi]* Cap. 91.

effuditur, Luna crescente. Omnino habentem serpentes fugiunt. Ideo percussis prodesse in potu aiunt majorem: ut et meuses,<sup>1</sup> si ferro non attingatur, sistat. Succus ejus<sup>c</sup> et aurum dolori prodest.

Id autem quod Græci dracontion vocant, triplici effigie demonstratum mihi est: foliis betæ, non sine thyrso, flore purpureo. Hoc est simile aro.<sup>d</sup> Alii radice<sup>e</sup> longa, veluti signata articulosaque, monstravere: tribus omnino caulinculis: folia ejus ex aceto decoqui contra serpentium ictus jubentes. Tertia<sup>f</sup> demonstratio fuit, folio majore, quam cornus, radice arundinea,<sup>2</sup> totidem (ut affirmabant) geniculata nodis,<sup>3</sup> quot haberet annos, totidem esse folia. Hi ea ex vino vel aqua contra serpentes dabant.<sup>4</sup>

XCIV. Est et aris,<sup>g</sup> quæ in eadem Ægypto nascitur, similis aro, minor tantum minoribusque foliis, et utique radice, quæ tamen olivæ grandis magnitudinem implet: alba geminum caulem, altera unum tantum emittens. Medetur utraque ulceribus manantibus: item combustis,<sup>i</sup> ac fistulis<sup>h</sup> collyrio immisso. Nomas sistunt decocta earum in aqua,<sup>j</sup> et postea tritarum rosaceo addito. Sed unum<sup>i</sup> mi-



CAP. XCIII. 1 Cod. Dalec. *et ad menses.* Mox, in eodem deest, *sistat.*—  
2 Idem codex, *corni, radicis harundineæ;* alter codex ejusdem, *cornu radicis.*  
—3 Cod. Dalec. *genicula notis.*—4 *Hi ex vino, &c. dantur* cod. Dalec.

CAP. XCIV. 1 Chiff. *ambustis.*—2 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recent. *fistulis*

#### NOTÆ

sub finem, ‘qui apud nos dracunculus vocatur.’ Hujus radicem effodi hordei messibus scribit Diosc. loc. cit. ἐν πυραμητῷ.

<sup>b</sup> *Majorem]* Nam et alter minor dracunculus est, delineatus a Matthilio p. 591.

<sup>c</sup> *Succus ejus]* Marcellus Empir. c. 9. p. 77.

<sup>d</sup> *Hoc est simile aro]* Ita etiam MSS. Est draconium majus, sive dracunculus modo explicatus.

<sup>e</sup> *Alii radice]* Hæc Bistorta nunc vulgo dicitur, a radice intorta et convoluta anguum more. *La Bistorte.*

A Dodonæo pingitur, qualem vidi mus in horto Regio, p. 331.

<sup>f</sup> *Tertia]* Dracunculus aquatalis Dodonæi, p. 329. Gesneri, arum palustris. Vidimus in horto Regio.

<sup>g</sup> *Est et aris]* Ἀπίσαρον a Diosc. appellatur, a quo et verbis totidem describitur, II. 198. ut et ab Oribasio lib. XI. Pingitur a Lobelio in Advers. p. 260. In Italia vulgo nota, et si nomine vulgari carent, auctor est Anguillara par. XI. p. 176.

<sup>h</sup> *Ac fistulis]* Vide Notas et Emend. num. 29.

<sup>i</sup> *Sed unum]* Diosc. loc. cit. Φθελπει

raculum ingens, contacto genitali cujusque fœminini sexus, animal in perniciem agi.

**xcv.** *Myriophyllum*,<sup>j</sup> quod nostri millefolium vocant, caulis est tener, similis fœniculo, plurimis foliis: unde et nomen accepit. Nascitur<sup>k</sup> in palustribus, magnifici usus ad vulnera. Cum aceto<sup>l</sup> bibitur ad difficultates urinæ et vesicæ, et suspiria, præcipitatisque<sup>m</sup> ex alto. Efficacissima<sup>n</sup> eadem ad dentium dolores. Etruria hoc nomine appellat herbam in pratis<sup>o</sup> tenuem a lateribus capillamenti modo foliosam, eximii usus ad vulnera: boum nervos abscisos vomere solidari ea, rursusque jungi addita axungia, affirmans.

**xcvi.** *Pseudobunion*<sup>p</sup> napi folia habet, fruticans<sup>q</sup> palmi

-----

*collyrio immissio*. *Nomas* sistunt decocta folia in aqua, postea trita rosaceo addito Vet. Dalec. ac fistulis. *Collyrio immissio nomas* sistunt, decoctarum in aqua edd. vett. et Gronov.

**CAP. xcv.** 1 *Cum aqua et sale margo* edd. Dalec. et Gronov. e Diosc.

**CAP. xcvi.** 1 Cod. Dalec. *bunii* folia habet, frutex.—2 *Laudatissimum* Vet. Dalec.

#### NOTÆ

δὲ καὶ αἰδῶν παντὸς ζώου ἐντεθέσα. *Imposita, inditare, cū justibet animalis genitale corrumpit.*

<sup>j</sup> *Myriophyllum*] De eo paria prodidit Dioscor. iv. 115. *Μυριόφυλλον*, κ. τ. λ. Millefolium aquaticum est, seu Fœniculus aquaticus Dalecampii Hist. Plant. p. 1023. Vidimus in horto Regio.

<sup>k</sup> *Nascitur*] Dioscor. loc. cit. Φύεται ἐν ἐλάσσεσι τόποις. Vide Notas et Emend. num. 30.

<sup>l</sup> *Præcipitatisque*] Plinius Valer. i. 64. ‘Si ex alto præcipitati sunt, millefolium bibendum datur ex aceto, cruenta exscreantibus.’

<sup>m</sup> *Efficacissima*] Apuleius cap. 88. tit. ‘Ad dentium dolorem:’ ‘Herbae millefolii radicem jejunos manducet laborans dentibus.’

<sup>n</sup> *Herbam in pratis*] Millefolium terreste purpureis foliis illud est, pictum a Lobelio, in Observat. pag. 431. Militarem etiam vocant, στρα-

τιωτικὴν, in Nothis Diosc. p. 476. quia vulnera ferro facta sanat, ideoque in militia et castris multus ejus est usus. Apuleius c. 88. tit. 2. ‘Ad vulnera ferro facta:’ ‘Herba millefolium cum axungia pisata et imposta, vulnera purgat et sanat.’ Vide et Galenum de Fac. Simp. Med. lib. vii. p. 211. Describitur ea rursum a Plinio xxv. 19. Lepidum est quod refert Schenckius Observ. Medic. lib. i. tit. de naribus, p. 201. ex Follierio Chirurg. II. 5. ‘Cuidam decisus nasus,’ inquit, ‘qua os in cartilaginem desinit, rusticus propendentem partem alteri digitis conjunxit, herbam tusam et e vino nigro tritam, quod millefolium appellant, impegit, radius omnia colligavit, unde celerime restitut profluens sanguis, et vulnus pulchra cicatrice brevi coit.’

<sup>o</sup> *Pseudobunion*] Diosc. iv. 125. Ψευδοβούνιον θαμνὸν ἔστι σπιθαμαῖον ἢ Κρήτη, ἔχον φύλλα βουνίφρομοια, κ. τ. λ.

altitudine. Laudatissima<sup>2</sup> in Creta. Contra tormina<sup>P</sup> atque stranguriam, laterum præcordiorumque dolores bibuntur rami ejus quini senive.

**XCVII.** Myrrhis,<sup>3</sup> quam alii smyrrhizam,<sup>1</sup> alii myrrham vocant, simillima est cicutæ, caule foliisque et flore, minor tantum, et exilior, cibo non insuavis. Ciet<sup>s</sup> menstrua et partus cum vino. Aiunt eandem<sup>2</sup> potam in pestilentia salutarem esse. Subvenit et phthisicis in sorbitione. Aviditatem cibi facit. Phalangiorum<sup>u</sup> morsus restringit.<sup>3</sup> Ulceræ quoque in facie aut capite succus ejus in aqua triduo maceratae sanat.

**XCVIII.** Onobrychis<sup>a</sup> folia habet lentis, longiora paulo, florem rubentem, radicem exiguum et gracilem. Nascitur<sup>b</sup> circa fontes. Siccata<sup>c</sup> in farinæ modum, et inspersa vino albo, strangurias finit. Alvum sistit. Succus ejus<sup>d</sup> perunctis cum oleo sudores movet.

**XCIX. (XVII.)** In promisso herbarum mirabilium, occurrit aliqua dicere et de magicis. Quæ enim mirabiliores

---

CAP. XCIX. 1 Dalec. *smyrnizusam*.—2 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Aiunt quoque eandem* Gronov. et al. vett.—3 Chiff. *restinguit*.

#### NOTÆ

<sup>P</sup> *Contra tormina*] Totidem verbis Diosc. loc. cit.

<sup>a</sup> *Myrrhis*] Diosc. IV. 116. Μυρῆς, οἱ δὲ μύρθαν καλῶσι, τῷ καυλῷ καὶ τοῖς φύλλοις ἔουκε κωνέιῳ· βίζαν δὲ ἔχει ἐπιμήκη, ἀπαλὴν, περιφερῆ, εὐώδη, ἡδεῖαν βρωθῆναι. Pingitur a Dodonæo, pag. 689. Galli vocant, *Cerfeuil musqué*, ob odoris jucunditatem. Vidimus in horto Regio.

<sup>r</sup> *Alii smyrrhizam*] Ita MSS. tum hoc loco: in Indice *myrizan*, forte, *smyrrhizusam*, vel *myrizusam*: quod odore myrrham unguentumve referat.

<sup>s</sup> *Ciet*] Diosc. loc. cit. et Galenus de Fac. Simp. Med. lib. VII. p. 211.

<sup>t</sup> *Aiunt eandem*] Arcere sic mali contagia scribit et Diosc. loc. cit.

<sup>1</sup> Ιστοροῦσι δὲ ἔνιοι, πινομένης αὐτῆς δἰς ἡ τρὶς τῆς ἡμέρας σὺν οἴνῳ ἐν λοιμικαῖς καταστάσεσι, βοηθεῖν πρὸς τὸ ἀνόσου διαμένειν.

<sup>2</sup> *Phalangiorum*] Diosc. Πινομένη σὺν οἴνῳ φαλαγγιοδήκτοις βοηθεῖ.

<sup>a</sup> *Onobrychis*] Hæc totidem verbis Dioscor. III. 170. Ονοβρυχὶς, κ. τ. λ. A Dodonæo delineatur, p. 539. Recentioribus ἀνώνυμος est. In Paduano agro nasci tradidit Anguillara par. XIII. p. 242.

<sup>b</sup> *Nascitur*] Diosc. loc. cit.

<sup>c</sup> *Siccata*] Diosc. loc. cit. et Galenus de Fac. Simp. Med. lib. VIII. p. 215.

<sup>d</sup> *Succus ejus*] Diosc. et Galenus locis cit.

sunt? Primi eas in nostro orbe celebravere Pythagoras atque Democritus, consecinati magos.<sup>e</sup> Coracesia et caly-  
cia Pythagoras aquam glaciaris tradit: quarum<sup>f</sup> mentio-  
nem apud alios non reperio, nec apud eum alia<sup>g</sup> de his.

c. Idem minyada<sup>h</sup> appellat, nomine alio corysidiam,<sup>i</sup>  
cujus decocto in aqua succo protinus sanari ictus serpen-  
tium, si soveantur, dicit. Eudem effusum in herba qui  
vestigio contigerint, aut forte respersi fuerint, insanabili  
leto perire,<sup>j</sup> monstrifica prorsus natura veneni, præter-  
quam contra venena.<sup>i</sup>

ci. Ab eodem Pythagora aproxis appellatur herba, cujus  
radix ex longinquuo concipiat ignes, ut naphtha, de qua in  
terræ miraculis diximus.<sup>j</sup> Idem tradit, si qui morbi huma-  
no corpori acciderint florente brassica,<sup>k</sup> quamvis sanatos,  
admonitionem eorum sentire, quoties florere eam contigerit:  
et frumentum, et cicutam, et violam similem conditionem



CAP. XCIX. 1 'Ita cod. Reg. 1.' Brotier. magos, Coracesiam et Calliciam Pythagoras, qua aquam glaciaris tradit. Harum Vet. Dalec. magos. Coracesia et Calithia, &c. cod. Dalec. Magos. Coracesia et callicia, &c. Gronov. et al. vett. Magos. Coracesia et callicia, &c. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—2 Cod. Dalec. aliam.

CAP. c. 1 Cod. Dalec. mimadem; Dalec. menaidem, ἀπὸ τοῦ μαλεσθαι. Gronov. et vulgg. menaidem.—2 Ita codd. Harduin et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. chorinthiadem edd. vett. et Gronov. Mox, cuius decoctæ Vet. Dalec.—3 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. insanabiles perire Gronov. et vulgg. insanos perire Vet. Dalec. forte respersos insanabili letho perire Chiff.

CAP. ci. 1 'Ita codd. Regg. 1. 2.' Brotier. Chiff. incidente florente bras-  
sica; Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. acciderint florente aproxi.

#### NOTÆ

<sup>e</sup> Magos] Ægyptios, credo, Chal-  
daeosque intelligit, apud quos Pytha-  
goras peregrinando vixit: præcipue  
vero Mercurium Trismegistum, qui  
librum edidit, 'de sex et triginta sa-  
cris horoscoporum herbis,' Galeno  
teste, in proœmio libri sexti de Simp.  
Med. Facult.

<sup>f</sup> Aquam glaciaris] Flore aquifoliæ  
arboris id quoque fieri Pythagoras  
tradidit, ut dictum est supra, c. 72.

<sup>g</sup> Idem minyada] Ita MSS. Reg.  
Colb. &c. non menaidem, ut editi. Mi-

nyanthes autem, tum ex allusione vo-  
cum, tum ex virium proprietate sin-  
gulari, intelligi oportere hoc loco cen-  
suerim: has enim facultates Gale-  
nus, Ægineta, Dioscorides, Plinius  
ipse xxi. 88. huic trifolii generi a-  
scribunt.

<sup>h</sup> Corysidiam] Sic MSS. non corin-  
thadem, ut editi.

<sup>i</sup> Contra venena] Contra serpentium  
ictus, ut dictum est proxime.

<sup>j</sup> De qua in terræ . . . diximus] Lib.  
ii. c. 109.

habere. Nec me fallit, hoc volumen ejus a quibusdam Cleemporo<sup>2</sup> medico ascribi: Pythagoræ pertinax fama antiquitasque vindicant. Et id ipsum auctoritatem volumini bus assert, si quis alius<sup>k</sup> curæ suæ opus illo viro dignum judicavit: quod fecisse Cleemporum, cum alia suo et nomine ederet, quis credat?<sup>3</sup>

CII. Democriti certe chirocmeta<sup>1</sup> esse constat. At in his ille post Pythagoram magorum studiosissimus quanto portentosiora tradit! Aglaophotin<sup>m</sup> herbam, quæ admiratio ne<sup>l</sup> hominum propter eximum colorem acceperit nomen, in marmoribus Arabiae nascentem Persico latere.<sup>2 n</sup> Qua de causa et marmoritin<sup>3</sup> vocari. Magos utique ea uti, cum velint Deos evocare. Achæmenida,<sup>4 o</sup> colore electri sine folio, nasci in Taradastilis<sup>5 p</sup> Indiæ, cujus radice in pastilos digesta, in dieque pota in vino, noxii<sup>q</sup> per cruciatus

Mox, cod. Dalec. florem eum tetigerint, &c.—2 Cod. Dalec. etiam Clemporo. Mox, in eodem, vero esse pert. fu. an. indicant.—3 Idem codex, quis credet?

CAP. CII. 1 Cod. Dalec. ob admirationem.—2 Vet. Dalec. littore.—3 <sup>l</sup> Ita cod. Reg. 2. Brotier. et marmaritiden cod. Dalec. et marmoritin edd. ante Brotier.—4 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. Achæmeniden Vet. Dalec. Achæmenidem Gronov. et vulgg.—5 Ita cod. Reg. Brot. 1. et Chiff. Tardistilis edd. ante Brotier. Mox, pota e vino

#### NOTÆ

<sup>k</sup> Si quis alius] Si quis alius scriptor industriae suæ opus illius viri nomine dignum judicavit.

<sup>l</sup> Chirocmeta] Χειρόκμητα, hoc est, manu ipsius facta. Hesychius: Χειρόκμητα, χειροποιητὰ, ἥγονν ὑπὸ χειρῶν γεγενημένα. Vitruvius IX. 3. ‘Multas res attendens, admiror etiam Democriti de rerum natura volumina, et ejus commentarium, qui inscribitur Χειροκμήτων, in quo utebatur annulo, signans cera molli, quæ esset expertus.’ Scripsit Zosimus Alexandrinus Philosophus ad Theosebiam sororem suam Χειροκμήτων, id est, Manufactorum, libros XXVIII. teste Suida verbo Ζωσίμος.

<sup>m</sup> Aglaophotin] De hac Ælianu s Hist. Anim. xiv. 27. qui et cynospastion vocari ait, nocte stellæ instar

lucere, et igneo splendore facile internosci. Vide et Diodorum Tarsensem, apud Photium in Bibl. cod. 223. p. 681. Et Pæoniæ id nomen esse inditum scribit Apuleius c. 64. Ἀγλαοφωτὶς Græce dicitur, ἀγλαῖα φώτων, admiratio hominum.

<sup>n</sup> Persico latere] Qua Persidem spectat Arabia.

<sup>o</sup> Achæmenida] Forte a Persis negotiatoribus sic appellata, in gratiam Achæmenis, qui Cambysis pater, Cyri avus fuit, teste Herod. Polym. num. 11. pag. 389. vel gentis totius, quæ Achæmenia pariter ab eo est cognominata.

<sup>p</sup> Taradastilis [Tardistilis] MSS. Taradastilis.

<sup>q</sup> Noxii] Rei criminum.

nocte confiteantur omnia, per varias numinum imaginationes. Eandem hippophobada<sup>6</sup> appellat, quoniam equæ præcipue caveant eam. Theonbrotion<sup>7</sup> XXX. schoenii a Choaspe nasci, pavonis picturis similem, odore eximio. Hanc autem a regibus Persarum comedunt bibi contra omnia corporum incommoda, instabilitatemque mentis, eandem semnion<sup>t</sup> a potentiae majestate<sup>8</sup> appellari. Aliam deinde adamantida,<sup>9</sup> Armeniæ Cappadociæque alumnam. Hac admota leones resupinari cum hiatu laxo.<sup>10</sup> Nominis causam esse, quod conteri nequeat. Arianidem in Arianis gigni, igneum colore: colligi, cum Sol in Leone sit. Hujus tactu peruncta oleo ligna accendi. Therionarca<sup>v</sup> in Cappadocia et Mysia nascente, omnes feras torpescere, nec nisi hyænæ urinæ aspersu recreari. Æthiopida<sup>w</sup> in Meroë nasci. Ob id et Meroida<sup>11</sup> appellari, folio lactucæ, hydropicis utilissimam e mulso potam. Ophiusam in Elephantine ejusdem Æthiopie, lividam, difficilemque aspectu, qua pota terrorem minasque serpentium obversari, ita ut mortem sibi eo metu consciscant: ob id cogi sacrilegos illam bibere. Adversari autem ei palmeum vinum. Thalassegen circa Indum amnum inveniri, quæ ob id nomine alio potamaucis<sup>12</sup> x appellatur, hac pota lymphari homines, obversantibus<sup>y</sup> miraculis. Theangelida in Libano Syriæ;

---

Vet. Dalec.—6 Ita ex codd. Harduin et recentt. *hippophorbada* Chiff. *hippophonada* edd. vett. et Gronov.—7 ‘Ita cod. Reg. I.’ Brotier. Ceteræ edd. *Theonbrotion*.—8 Cod. Dalec. *pot. et justitiæ majest.*—9 Ita cod. Chiff. *adamantidem* alii ap. Dalec.—10 Cod. Dalec. *lasso*.—11 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. I. 2. 3. et recentt. *Meroidem* Gronov. et vulg.—12 Cod. Dalec. *potumucye*; Chiff. *potamancis*; Harduin. et al. *potamantis*.

## NOTÆ

<sup>r</sup> *Eandem hippophobada*] Ab ἡππος et φόβος, quasi equis terrorem incutientis, ἡπποφοβάς.

<sup>s</sup> *Theonbrotion [theombrotion]* Θεομπρότιον, Dorum cibus.

<sup>t</sup> *Eandem semnion*] A Græco σεμνός, venerandus, colendus.

<sup>u</sup> *Aliam... adamantida*] Ἀπὸ τοῦ α, καὶ δαμάσω, quod nulli materiae cedat.

<sup>v</sup> *Therionarca*] Θηριονάρκη, quod serpentibus torporem inferat.

<sup>w</sup> *Æthiopida*] Visa nobis in horto Regio, qualis a Dodonæo pingitur, p. 148.

<sup>x</sup> *Potamaucis [potamantis]* Vel potius ποταμῆτις, quasi fluvialis: vel, ut in Indice, *potumucye*, quasi ποταμοῦ κῦδος.

<sup>y</sup> *Obversantibus*] Animo per noctem

Dictæ<sup>13</sup> Cretæ montibus, et Babylone, et Susis Persidis nasci, qua pota magi divinent. Gelotophyllida<sup>a</sup> in Bactris, et circa Borysthenen. Haec si bibatur cum myrrha et vino, varias obversari species, ridendique finem non fieri, nisi potis nucleis pineæ nucis cum pipere, et melle in vino palmeo. Hestiatorida<sup>14 b</sup> a convictu in Perside nominari: quoniam hilarentur illa. Eandem protomediam, qua primatum<sup>c</sup> apud reges obtineant.<sup>15</sup> Casigneten,<sup>16 d</sup> quoniam secum ipsa nascatur, nec cum ullis aliis herbis. Eandem Dionysonymphadem, quoniam vino mire conveniat. Helianthes<sup>e</sup> vocat in Themiscyrena<sup>17</sup> regione et Ciliciæ montibus maritimis, folio myrti. Hac cum adipe leonino decocta, addito croco et palmeo vino, perungi magos et Persarum reges, ut fiat corpus aspectu jucundum. Ideo eandem heliocallidem<sup>18</sup> nominari. Hermesias ab eodem vocatur, ad liberos generandos pulcros bonosque, non herba, sed compositio e nucleis pineæ nucis tritis cum melle, myrrha, croco, vino palmeo, postea admixto theonbrotio<sup>19</sup> et lacte, bibere generaturos jubet, et a conceptu puerperas<sup>20</sup> partum nutrientes: ita fieri excellentes animo et forma, atque

<sup>13</sup> Ita ex codd. Harduin et Chiff. *dictæ* Vet. Dalec. *Dictæ* Gronov. et vulgg.—<sup>14</sup> Ita ex codd. Harduin et recentt. *Hestiatorida* Chiff. *Syssitielerida* Pintian. Gronov. et al. vett.—<sup>15</sup> Ita ex codd. Harduin et recentt. *qua prim. ap. reg. obtineat* Chiff. *qua primatum*, &c. Franz.—<sup>16</sup> *Acasigneten* Vet. Dalec.—<sup>17</sup> Ita codd. Harduni et Chiff. *Helianthidem* Vet. Dalec. *helianthen . . . in Themiscyra* Gronov. et vulgg.—<sup>18</sup> *Idem autem candem heliocallidanom* Chiff.—<sup>19</sup> Gronov. et al. ante Harduin. *theobratio*.—<sup>20</sup> Dalec.

## NOTÆ

miras species imaginante.

<sup>a</sup> *Dictæ*] Ubi apes, teste Virgilio Georg. iv. 152. ‘Curetum sonitus, crepitantiaque æra secutæ, Dictæo cœli regem pavere sub antro.’ Et ii. 536. ‘Ante etiam sceptrum Dictæi regis.’ Hoc est, Jovis.’ Ed. sec.

<sup>a</sup> *Gelotophyllida*] Γελωτοφυλλίδα, quasi folio risum ciente, si edatur. Forte apiastrum, sive batrachion illud est, quod et herbæ Sardoniæ nomine vulgatus venit, de quo xxv.

109.

<sup>b</sup> *Hestiatorida*] Vide Notas et E. mend. num. 31.

<sup>c</sup> *Qua primatum*] Qua primum locum apud Mediae Reges aulici eam edentes obtineant.

<sup>d</sup> *Casigneten*] Forte *acasigneten*, quasi sine fratribus: nam καστρητος, frater, germanus.

<sup>e</sup> *Helianthes*] Ἡλιανθὲς, quasi *flos Solis*.

bonos. Harum omnium magica quoque vocabula ponit. Adjecit his Apollodorus<sup>21</sup> assectator ejus, herbam<sup>22</sup> æschynomenen,<sup>f</sup> quoniam appropinquante manu folia contraheret. Aliam crocida,<sup>23</sup> cuius tactu phalangia morerentur. Crateras œnotheridem,<sup>24</sup> cuius aspersu e vino feritas omnium animalium mitigaretur. Anacampserotem<sup>i</sup> celeber arte grammatica<sup>j</sup> paulo ante, cuius omnino tactu redirent amores, vel cum odio depositi. Et abunde sit hactenus attigisse insignia magorum<sup>25</sup> in his herbis, alio de his aptiore dicturis loco.

CIII. (XVIII.) Eriphiam<sup>k</sup> multi prodidere. Scarabæum<sup>l</sup> hæc in avena habet, sursum deorsum decurrentem cum sono hædi, unde et nomen<sup>l</sup> accepit. Hac ad vocem nihil præstantius esse tradunt.

*et pueras. Mox, Chiff. animi et formæ bonis. Atque harum, &c.—21 Apollodotus Chiff.—22 Margo edd. Dalec. et Gronov. arborem, e Theophr.—23 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. I. 2. 3. et recenti. crociden Gronov. et vulgg.—24 Margo edd. Dalec. et Gronov. œnotheran, e Diosc. et onagram onotherinem Chiff.—25 Vet. Dalec. somnia magorum. Mox, Chiff. in herbis, alia de his apt. dicturi loco.*

Cap. CIII. 1 Scarapheam Chiff.

#### NOTÆ

<sup>f</sup> [Æschynomenen] Αἰσχυνομένην, quasi verecundum. Ex eo genere est, atque in hujus nominis possessionem venire pro suo jure potest arbos ea quæ circa Memphium crescere dicitur a Theophr. Hist. iv. 9. quam et Plinius attigit XIII. 19. ut et herba ea quæ Impatiens a Dodonæo dicitur, p. 618. a Lobelio in Observ. p. 171. Persicaria siliquosa, et in Advers. p. 135. quæ digitis appropinquantibus siliquas contrahit. Vulgus herbariorum 'Noli me tangere' idecireo vocat. Maxime vero ea quam Herbam vivam nuncupant, visam satamque a Dalecampio, ipso prodente, Hist. Plant. I. XVIII. p. 1915, ubi ea delineatur. Hanc si quis cupit apprehendere, folia contrahit: si quis assequatur, marcescit: si manum retrahit, revirescit: Persidi haec Asiæque

familiaris est. Similis denique sensitiva Brasiliiana, quam in horto Regio sæpe conspeximus.

<sup>g</sup> [Aliam crocida] Κροκίδα, a colore croceo.

<sup>h</sup> [Crateras œnotheridem] De hac dicemus XXVI. 69.

<sup>i</sup> [Anacampserotem] Hesychius: Ἀνακαμψέως, φυτόν τι, ὃ καὶ ἀρθὲν ἀπὸ γῆς ξῆ. Herba quædam, quæ evulta et extra terram vixit.

<sup>j</sup> [Celeber . . . Grammatica] Apionem Grammaticum signat, de quo nos in Auctorum Indice. Hic paulo ante Plinii tempora Tiberii principatu vixit.

<sup>k</sup> [Eriphiam] Nunc haud satis cognitam.

<sup>l</sup> [Unde et nomen] Voce Græca ἐριφός hædum significante.

civ. Herba lanaria<sup>m</sup> ovibus jejunis<sup>1</sup> data, lactis abundantiam facit. Æque nota lactoris<sup>n</sup> vulgo est, plena lactis, quod degustatum vomitiones concitat. Eandem hanc aliqui<sup>o</sup> esse dicunt, alii similem illi, quam militarem<sup>p</sup> vocant, quoniam vulnus ferro factum nullum non intra dies quiñque sanat, ex oleo imposta.

cv. Celebratur<sup>q</sup> autem et a Græcis stratiotes,<sup>r</sup> sed ea in Ægypto tantum et inundatione Nili nascitur, aizoo similis, ni majora haberet folia. Refrigerat<sup>r</sup> mire, et vulnera sanat ex aceto illita. Item ignes<sup>s</sup> sacros, ac suppurations. Sanguinem<sup>t</sup> quoque qui defluit a renibus, pota cum thure masculo mirifice sistit.

cvi. (xix.) Herba in capite<sup>u</sup> statuæ nata, collectaque alicujus in vestis panno, et illigata<sup>v</sup> in lino rufo, capitis dolorem confestim sedare traditur.

cvi. Herba quæcumque a rivis aut fluminibus ante Solis ortum collecta, ita ut nemo colligentem videat, adalligata<sup>v</sup>



CAP. CIV. 1 Chiffl. jejuniis.

CAP. CV. 1 Ita codd. Harduini et Chiffl. stratiotis edd. ante Harduin. Mox, Est et ea in Ægypto, &c. cod. Dalec.

CAP. CVI. 1 'Ita codd. Regg. 1. 2. et Editio princeps.' Brotier. et alli-gata edd. vett. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recent.

CAP. CVII. 1 Ita ex codd. Harduinus et recent. contra tertianas adalli-gata Gronov. et al. vett.

## NOTÆ

<sup>m</sup> *Herba lanaria*] In Nothis Diosc. ἔρβα λαναρία Πωμαῖος, στροβόθιον est, sive radicula, l'herbe au foulon, de qua nos egimus xix. 18.

<sup>n</sup> *Æque nota lactoris*] Forte lactuca marina, de qua xx. 24.

<sup>o</sup> *Eandem hanc aliqui*] Falso.

<sup>p</sup> *Quam militarem*] Millefolium terrestre, de quo egimus c. 95.

<sup>q</sup> *Celebratur*] Hæc totidem fere verbis Diosc. iv. 102. Στρατιώτης, κ. τ. λ. Delineatur hæc Stratiotes a Prospero Alpino, αὐτόπτη, libro de plantis Ægypti, p. 108. Στρατιώτης etiam Galeno de Fac. Simp. Med. l. viii. p. 132.

<sup>r</sup> *Refrigerat*] Diosc. et Galenus lo-

cis citatis.

<sup>s</sup> *Item ignes*] Καὶ ἐρυσιπέλατα, Diosc. loc. cit.

<sup>t</sup> *Sanguinem*] Diosc. loc. cit. Ἐφίστάνον τὰς ἐκ νεφρῶν αἷμοδραγύας.

<sup>u</sup> *Herba in capite*] Hæc totidem verbis Marcellus Empir. c. 2. p. 39. et Plinius Valer. i. 1. Theodorus Priscianus l. iv. ' Herba polygono corona-tus... dolore capitis caret. Similiter etiam herba illa, quæ forte inventa fuerit in capite ænearum statuarum.' Vide Eusebii Historiam Eccles. lib. vii. ubi de herbæ ignoto genere, ad pedes Christi statuæ enascente Cæsareæ Philippi, morborum omnium medela certissima. Sed hæc

lævo brachio, ita ut æger quid sit illud ignoret, tertianas arcere traditur.

CVIII. Lingua herba<sup>v</sup> nascitur circa fontes. Radix ejus combusta et trita cum adipe suis, (adjiciunt ut nigra sit et sterilis,) alopecias emendat ungentium in Sole.

CIX. Cribro in limite adjecto,<sup>w</sup> herbæ intus extantes decerptæ adalligataeque gravidis, partus accelerant.

CX. Herba quæ gignitur supra fimeta<sup>x</sup> ruris, contra anginas efficacissime pollet ex aqua pota.

CXI. Herba, juxta quam canes urinam fundunt, evulsa ne ferro attingatur, luxatis celerrime medetur.

CXII. Rumpotinum<sup>x</sup> arborem<sup>y</sup> demonstravimus inter arbusta. Juxta hanc viduam vite nascitur herba, quam Galli rhodoram<sup>z</sup> vocant: caulem habet virgæ sicutineæ modo geniculatum, folia urticæ in medio exalbida, eadem procedente tempore tota rubentia, florem argenteum: præcipua contra tumores, fervoresque, et collectiones, cum axungia vetere tusa,<sup>3</sup> ita ut ferro non attingatur: qui perunctus est despuit<sup>+ ad suam dextram ter.</sup> Efficacius remedium esse aiunt, si tres quoque trium nationum homines perungant dextrorsus.

CXIII. Herba impia<sup>a</sup> vocatur incana, rorismarini aspectu, thyrsi modo vestita atque capitata. Inde alii ramuli ex-



CAP. CIX. 1 Vet. Dalec. in limitem projecto; cod. Dalec. in limite abjecto.  
CAP. CX. 1 Chiff. super fimeta.

CAP. CXII. 1<sup>'</sup> Ita cod. Reg. 2.<sup>z</sup> Brotier. Vide supra, xiv. 3. Rumpotinum arborem edd. vett. et Gronov. Rumpotinum arborem codd. Harduini et Dalec. item Harduin. 1. 2. 3. et recentt. Rumpotinum etiam Chiff. et sic Colum.—2 Chiff. rodaram.—3 Idem codex, vero vetere.—4 Cod. Dalec. et qui perunctus est despuit. Mox, idem codex, dextram ter. Jam efficacius.

#### NOTE

ei vis præter naturam ab auctore naturæ.

<sup>v</sup> Lingua herba] Quæ lingulacea dicitur xxv. 84. Vide quæ ibi dicturi sumus.

<sup>w</sup> Cribro in limite abjecto] Ita etiam MSS. Malim, abjecto. In Indice, Herba de cribro, subintellige, nata.

<sup>x</sup> Rumpotinum] Lib. xiv. 3.

<sup>y</sup> Galli rhodoram] Nempe Galli Circumpadani. In MSS. Reg. et Colb. Rhodaram. In Indice, rhodaram.

<sup>a</sup> Herba impia] Filago ea est, sive Impia Dodonæi, pag. 66. visa a nobis in horto Regio. Subscriptit etiam Anguillara par. xii. p. 203.

surgunt sua capitula<sup>1</sup> gerentes : ob id impiam appellavere, quoniam liberi super parentem excellant. Alii potius ita appellatam, quod nullum animal eam attingat, existimavere.<sup>2</sup> Haec inter duos lapides trita servet, præcipuo adversus anginas succo, lacte et vino admixto. Mirum traditur, nunquam ab eo morbo tentari qui gustaverint. Itaque et suibus dari : quæque medicamentum id noluerint haurire, eo morbo interimi.<sup>3</sup> Sunt qui et in avium nidis inseri<sup>4</sup> aliquid ex ea putent, atque ita non strangulari pullos avidius devorantes.

**CXIV.** Veneris pectinem<sup>b</sup> appellant a similitudine pectinum, cuius radix cum malva tusa, omnia corpori infixa extrahit.

**CXV.** Veterno liberat, quæ exedum<sup>c</sup> vocatur, nodia herba, coriariorum officinis nota : ea mularis<sup>d</sup> est aliis, aliisve nominibus.<sup>e</sup> Nomas curat : efficacissimamque adversus scorpiones esse potam in vino aut posca reperio.

**CXVI.** Philanthropon<sup>e</sup> herbam Græci appellant hirsutam, quoniam vestibus adhærescat. Ex hac corona impensa capitis dolores sedat.<sup>f</sup>

Nam quæ canaria<sup>f</sup> appellatur lappa, cum plantagine et

**CAP. CXIII.** 1 Gronov. *capitella*.—2 Cod. Dalec. quoniam nul. an. quod eam art. existimatur vivere.—3 Vet. Dalec. *interire*.—4 Idem Vet. *inserendum*.

**CAP. CXV.** 1 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Veternosa curat . . . vocatur. Nodia herba . . . mularis dicitur aliisque nominibus* Gronov. et vulgg. et villaris est cod. Reg. Brot. 2. *Veterno liberat, quæ e. v. Nodia herba c. o. nota: ea mularis d. est aliis aliisve, &c.* Chiffl.

**CAP. CXVI.** 1 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et

#### NOTÆ

<sup>b</sup> *Veneris pectinem*] Hanc esse Ruellius arbitratur, quam Plinius alibi scandicem vocat, xxii. 38. delineatam a Dodonæo pag. 689.

<sup>c</sup> *Quæ exedum*] Fortean ab exedendo dicta. In Indice hujus loci, *Exedum, sive Nodia*. Ceteris scriptoribus incognita.

<sup>d</sup> *Ea mularis*] In Reg. 2. cod. *Ea villaris* legitur.

<sup>e</sup> *Philanthropon*] Est Aparine Dodonæi pag. 350. et Lobelii in Observ. pag. 464. Fuschii φιλάνθρωπος Hist. Plant. cap. 14. Plinii asperugo XXVI. 65. Vulgus in Gallia ‘Gratteronem’ vocat.

millesolio trita ex vino carcinomata sanat, ternis<sup>2</sup> diebus soluta. Medetur et subus effossa<sup>3</sup> sine ferro, et addita in colluviem<sup>g</sup> poturis, vel ex lacte ac vino. Quidam adjiciunt et fodientem<sup>4</sup> dicere oportere: 'Hæc est herba arge-mon, quam Minerva reperit subus remedium, qui<sup>5</sup> de illa gustaverint.'

**CXVII.** Tordylon<sup>1</sup> alii semen silis<sup>b</sup> esse dixerunt: alii herbam per se,<sup>i</sup> quam et syreon vocaverunt. Neque aliud de ea proditum invenio, quam in montibus<sup>j</sup> nasci: combustam<sup>k</sup> potu ciere menses, et pectoris exscrestationes, efficaciore etiamnum radice: succo ejus<sup>l</sup> ternis obolis hausto renes sanari: addi radicem ejus et in malagmata.

**CXVIII.** Gramen ipsum<sup>m</sup> inter<sup>n</sup> herbas vulgatissimum. Geniculatis serpit internodiis, crebroque ab his, et ex<sup>2</sup> cactumine<sup>o</sup> novas radices spargit. Folia ejus in<sup>p</sup> reliquo



recentt. sedantur Gronov. et vulgg.—2 Vet. Dalec. trinis.—3 Ita cod. Chiffl. item edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. et subibus hæc effossa Gronov. et vulgg.—4 Chiffl. adjiciunt effodientem.—5 Vet. Dalec. subibus iis remedium, &c. Chiffl. subibus r. quæ.

**CAP. CXVII.** 1 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. Tordin Chiffl. *Tordylion* margo edd. Dalec. et Gronov. *Tordilen* Gronov. et vulgg. Mox, semen seseleos Vet. Dalec.—2 Margo edd. Dalec. et Gronov. decoctam.

**CAP. CXVIII.** 1 Ita codd. Dalec. item edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. ipsum est inter Gronov. et vulgg.—2 Dalec. *velut ex*.—3 'Tb in vacat.' Dalec.

#### NOTÆ

<sup>f</sup> *Nam quæ canaria*] Lappam canarium habere quandam cum philanthropo affinitatem haud obscurè inuit: prorsus ut alterum lappaginis genus esse videatur, quod mollugo a Plinio appellatur, xxvi. 6. pingiturque a Dodoneo pag. 351.

<sup>g</sup> *In colluviem*] In aquam sordidam, in qua furfur et olera mixta. Gallis, *la Laraille*.

<sup>h</sup> *Tordylon . . . semen silis*] Hoc est, seselis. Dioscor. iv. 164. Τορδύλιον, ἔνιοι δὲ σέσελι Κύπριον, κ. τ. λ. Et in Nothis pag. 455. οἱ δὲ τύρδυλοι.

<sup>i</sup> *Alii herbam per se*] Ipsum est Creticum seseli, de quo nos egimus xx. 18. et 87. Dioscor. iii. 63. Τορδύλιον,

ἔνιοι δὲ σέσελι Κρητικὸν καλοῦσσι.

<sup>j</sup> *In montibus*] In Amano Cilicie monte, Diosc. loc. cit.

<sup>k</sup> *Combustum*] Diosc. loc. cit.

<sup>l</sup> *Succo ejus*] Diosc. loc. cit.

<sup>m</sup> *Gramen ipsum*] Diosc. iv. 30.

<sup>o</sup> Αγρωστις κλημάτια ἔχει γονατώδη ἔρποντα ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ ἀπὸ τῶν κλάδων προΐέμενα βίξας γλυκεῖς, γονατώδεις. Gramen viticulos habet viticulos, per terram repentes, quæ a suis articulis radices spargunt dulces, internodiis seu geniculis distingueas. Hoc gramen caninum vocant rura nostra, Chien-dent. Pingitur a Lobelio, qui Caninum medicatum appellat in Observ. pag. 11.

<sup>n</sup> *Et ex cactumine*] Cum depresso

orbe in exilitatem<sup>o</sup> fastigantur.<sup>4</sup> In Parnasso<sup>p</sup> tantum hederacea specie densius<sup>5</sup> quam usquam fruticant, flore odorato candidoque. Jumentis herba<sup>q</sup> non alia gratior, sive viridis, sive in fœno<sup>6</sup> siccata, cum detur aspersa aqua. Succum quoque ejus<sup>7</sup> in Parnasso excipi tradunt propter ubertatem.<sup>r</sup> Dulcis hic<sup>s</sup> est. In vicem ejus<sup>t</sup> in reliqua parte terrarum succedit decoctum ad vulnera conglutinanda, quod et ipsa herba tusa præstat, tuerque ab inflammationibus plagas.<sup>t</sup> Decocto<sup>u</sup> adjicitur vinum ac mel: ab aliquibus et thuris, et piperis, myrrhæque tertiae portiones. Rursusque coquitur<sup>v</sup> in æreo vase ad dentium dolores et epiphoras.<sup>w</sup> Radix decocta<sup>x</sup> in vino tormini- bus medetur, et urinæ difficultatibus, ulceribusque<sup>y</sup> vesicæ. Calculos<sup>z</sup> frangit. Semen<sup>z</sup> vehementius urinam impellit.<sup>10</sup>

—4 Ita cod. Chiff., cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *fastigantur* Gronov. et vulgg.—5 Cod. Dalec. *decentius*. Mox, *fruticat* Vet. Dalec.—6 Dalec. sive pro *fœno*; vel, *sive in fœnum*. Idem mox, *cum datur*.—7 *Succumque ejus* Chiff.—8 *Dulcis enim hic* Dalec.—9 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *ad ulceræ* Dalec. *ulceribus* Gronov. et vulgg.—10 Harduin. 2. 3. lapsu typothetarum, *Semen vehementius impellit*; quod tamen recepit Franzius.

## NOTE

cacumine terra obruitur, vel sic radices agit: tam pertinacis est vite.

<sup>o</sup> *In exilitatem*] Instar exilis arundinis, inquit Diosc. loc. cit. Φύλλα δέ εἰ . . . ὡς καλάμου μικροῦ.

<sup>p</sup> *In Parnasso*] Dioscor. iv. 32. Ήδὲ ἐν τῷ Παρνάσσῳ γεννωμένη ἄγρωστις, πολυκλαδωτέρα ἔστι, *densius fruticat*: ἔνθος λευκὸν καὶ εὐώδες, *flore candido et odorato*, &c.

<sup>q</sup> *Jumentis herba*] Dioscor. iv. 30. et 32.

<sup>r</sup> *Propter ubertatem*] Ad fœcunditatem.

<sup>s</sup> *In vicem ejus*] In locum Parnassi graminis, gramen vulgare succedit in orbe reliquo. Diosc. loc. cit. Ταῦτης ἡ βίζα καταπλαττομένη λεῖα, τραβύματα κολλᾶ.

<sup>t</sup> *Tueturque . . . plагas*] MSS. *plагата*, ut ad vulnera referatur.

<sup>u</sup> *Decocto*] Parnassii scilicet graminis, ubi id suppetit, ita prodente Diosc. iv. 32. reliquo in orbe, vulgaris.

<sup>v</sup> *Rursusque cogitur*] In Reg. 1. *cogitur*. Condi in æreo vase oporete ait Diosc. iv. 32.

<sup>w</sup> *Et epiphoras*] Oculorum inflammations. Dioscor. loc. cit. Φάρμακόν ἔστιν ἄριστον πρὸς δόφθαλμούς ἀποτίθεται δὲ ἐν χαλκῇ πυξίδι. Apuleius cap. 77. tit. 2. ‘Ad epiphoras oculorum:’ ‘Herba gramen . . . decrescente Luna sublata plurimum valet. Repositam habeto diligenter, exinde lippire incipientibus ad collum ligato, celeriter imminentem epiphoram discutere et sanare dicimus.’

<sup>x</sup> *Radix decocta*] Et hæc pariter de vulgari gramine Diosc. iv. 30.

<sup>y</sup> *Calculos*] Diosc. loc. cit. et Ga-

Alvum<sup>a</sup> vomitionesque sistit. Privatim autem draconum morsibus auxiliatur. Sunt qui genicula novem, vel unius, vel e duabus tribusve herbis, ad hunc articulorum numerum involvi lana succida nigra jubeant, ad remedia strumæ, panorumve. Jejunum debere esse qui colligat: ita ire in domum absentis cui medeatur, supervenientique ter dicere, jejuno jejunum medicamentum dare, atque ita adalligare, triduoque id facere. Quod e graminum<sup>b</sup> genere septem internodia habet, efficacissime capiti contra dolores adalligatur. Quidam propter vesicae cruciatus decoctum ex vino gramen ad dimidias a balineis bibi jubent.

**CXIX.** Sunt qui et aculeatum gramen vocent trium generum: cum in cacumine<sup>c</sup> aculei sunt plurimum quini, dactylon appellant: <sup>1</sup> hos convolutos naribus inserunt, extrahuntque sanguinis ciendi gratia. Altero,<sup>d</sup> quod est aizoo simile, ad paronychia et pterygia unguium, et cum caro unguibus increvit, utuntur cum axungia: ideo dactylon appellantes, quia digitis medeatur. Tertium genus dactyli, sed tenuis, nascitur in parietinis, aut tegulis. Huic caustica vis est. Sistit ulcera quæ serpunt. Gramen capiti circumdate, sanguinis e naribus fluxiones sistit. Camelos<sup>e</sup>

**CAP. CXIX.** 1 Dalec. primum cui in cacumine aculei sunt quini: dactylos appellant. Alii ap. Dalec. pentadactylon appellant.—2 Κτηνὰ, jumenta, Diosc.

#### NOTÆ

Ienus de Fac. Simp. Med. vi. 3. Vide et Marcellum Empir. cap. 26. pag. 189.

<sup>a</sup> Semen] Dioscor. et Galenus loc. cit.

<sup>a</sup> Alvum] Diosc. et Galenus loc. cit.

<sup>b</sup> Quod e graminum] Q. Serenus cap. 2. pag. 126. inter remedia capitatis, hoc habet: 'Vel quæ septenis censentur grama nodis, Utiliter neces.'

<sup>c</sup> Cum in cacumine] Hoc primum aculeati graminis genus. Gramen aculeatum, inquit Ruellius, lib. iii. p. 563. rura nostra etiam canarium

dentem appellant: aliqui e vulgo 'Capriolam,' quod capris grato sit pabulo: multi ab effectu 'sanguinariam,' quod aculei foliorum quini servire in echinatum fastigium una convoluti nares farciunt, eliciendi sanguinis gratia, cum extrahuntur.

<sup>d</sup> Altero] Et istud dactyli genus, et tertium quod sequitur, aizoi tertiam speciem, sive illecebram Dioscoridis, iv. 91. ita representant, ut nulli paullum versato non liquido constet, nihil discrepare. Vide Lobelium in Advers. p. 4. et Aloys. Angnill. par. v. pag. 94. De hac illecebra dicimus xxv. 103.

necare traditur in Babylonis regione, id quod juxta vias nascitur.

CXX. Nec fœno Graeco minor auctoritas, quod telin<sup>f</sup> vocant, alii carphos: aliqui buceras, alii ægoceras, quoniam corniculis<sup>g</sup> semen est simile, nos siliciam: quomodo sereretur, suo loco docuimus.<sup>h</sup> Vis ejus<sup>i</sup> siccare, mollire, dissolvere. Succus decocti<sup>j</sup> fœminarum pluribus malis subvenit, sive duritia, sive tumor, sive contractio<sup>k</sup> sit vulvæ, foventur, insidunt: <sup>z</sup> infusum quoque prodest. Furfures<sup>l</sup> in facie extenuat. Spleni<sup>m</sup> addito nitro decoctum et impositum<sup>n</sup> medetur. Item ex aceto. Sic et jocineri decocatum. Diocles difficile parentibus semen ejus dedit acetabuli mensura tritum in novem cyathis sapæ, ut cum tertias partes biberint, calida lavarentur: et in balneo<sup>+</sup> sudantibus dimidium ex relicto iterum dedit: mox a balneo<sup>5</sup> reliquum, pro summo auxilio. Farinam fœni Græci cum hordeo, aut lini semine decoctam aqua mulsa contra vulvæ cruciatus subjicit. Item imposuit<sup>6</sup> imo ventri. Lepras, lentigines, sulfuris pari portione mixta farina curavit, nitro ante præparata cute, saepius die illimens, perungique prohibens.<sup>7</sup> Theodorus fœno<sup>o</sup> miscuit<sup>s</sup> quartam partem

---

CAP. CXX. 1 Ita eodd. Harduini, enm edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Salicam quod quomodo* Gronov. et vulgg. *siliquam Colum.* II. 11. *silictam Chiff.* —2 Vet. Dalec. et incident.—3 Franz. *decocatum impositum*.—4 Chiff. dein c. l. et in balineo.—5 Idem codex, *mox a balineo*.—6 Idem codex, *objicit item*

#### NOTÆ

<sup>e</sup> *Camelos*] Jumenta universim omnia necari illo gramine, quod securus vias in Babylonis regione nascitur, prodit Diosc. I. 31.

<sup>f</sup> *Quod telin*] Τῆλιν. Galenus in *Explic.* vocum Hippocr. tom. II. pag. 89. Βουκέρας, ἡ τῆλις. Et I. κατὰ τόπους, 2. p. 335. Ὁνομάζεται δὲ παρ' ἡμῖν ἐν Ἀσίᾳ τοῦτο τὸ φυτὸν αἴγοκέρως. Diosc. in *Nothis* pag. 444. Τῆλις, οἱ δὲ κέρφος, quæ vox paleam et festucam sonat.

<sup>g</sup> *Quoniam corniculus*] Quoniam siliqua quæ semen continet in cornu

speciem est falcata.

<sup>h</sup> *Suo loco docuimus*] Lib. xviii. cap. 39.

<sup>i</sup> *Vis ejus*] Diosc. I. 124. hoc tantum: μαλακτικὴν καὶ διαχυτικὴν ἔχει δύναμιν, molliendi ac discutiendi vim habet.

<sup>j</sup> *Succus decocti*] Hæc totidem verbis Diosc. loc. cit.

<sup>k</sup> *Sive contractio*] Praelusio oris vulvæ, μύσις Dioscor. loc. cit.

<sup>l</sup> *Furfures*] Dioscor. loc. cit.

<sup>m</sup> *Spleni*] Diosc. loc. cit.

<sup>n</sup> *Perungique prohibens*] Ita MSS.

purgati nasturtii acerimo acetō ad lepras. Damon<sup>P</sup> semen foeni<sup>9</sup> acetabuli dimidii mensura cum sapae et aquae novem cyathis ad menses ciendos dedit potu.<sup>10</sup> Nec dubitatur,<sup>q</sup> quin decoctum ejus utilissimum sit vulvis, interaneisque exulceratis: sicuti semen articulis atque praecordiis. Si vero cum malva decoquatur, postea addito mulso potus<sup>11</sup> ante cetera vulvis interaneisque laudatur: quippe cum vapor quoque decocti plurimum prospicit: alarumque etiam graveolentiam decoctum foeni emendat.<sup>12</sup> Farina porriginis capitatis furfuresque cum vino et nitro celeriter tollit. In hydrolite autem decocta addita axungia genitalibus medetur: item pano, parotidi, podagræ, chiragræ, articulis, carnisbusque quæ recedunt ab ossibus: acetō vero subacta luxatis. Illinitur et lieni decocta in acetō et melle tantum. Carcinomata subacta ex vino purgat: mox addito melle persanat. Sumitur et sorbitio<sup>r</sup> e farina ad pectus exulceratum, longamque tussim. Diu decoquitur, donec amaritudo desinat. Postea mel additur. Nunc ipsa claritas herbarum<sup>s</sup> dicetur.

*imposuitque; cod. Dalec. subjecit, itemque imposuit.—7 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduini, 1. 2. 3. et recentt. præcipiens Gronov. et vulgg.—8 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduini, 1. 2. 3. et recentt. fœno Græco miscuit edd. vett. et Gronov.—9 Ita Harduini, 1. 2. 3. et recentt. Timon semen fœni Chiffi. Damon fœnigræci semen edd. vett. et Gronov.—10 Chiffi. dedit potus.—11 Vet. Dalec. potui.—12 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduini, 1. 2. 3. et recentt. decoctum fœnigræci semen emendat Gronov. et al. vett.*

## NOTÆ

omnes: non, ut vulgati libri, *præcipiens*.

<sup>o</sup> *Theodorus fœno]* Fœno Græco sci-  
licet. Ita MSS.

<sup>P</sup> *Damon]* Qui et Damion. Vide  
Auctorum indicem. In MSS. *Timon*,  
mendose.

<sup>q</sup> *Nec dubitatur]* Dioscor. loco ci-  
tato.

<sup>r</sup> *Sumitur et sorbitio]* Plinius Va-  
ler. 1. 58. ‘Fœni Græci farina,’ in-  
quit, ‘cum aqua decocta, donec ama-  
ritudinem amittat: adjecto melle ite-

rum coques: et devorata tantum tus-  
sim sedat, et pectoris ulcera expur-  
gat.’

<sup>s</sup> *Claritas herbarum]* Herbae clario-  
res et insigniores. Qua forma loquen-  
di sæpius abutitur. Sic ‘vetustatem  
adipis’ pro ‘adipe vetusto’ alibi dix-  
it. Locum autem nunc respicit cap.  
88. ubi haec præfatus erat: ‘Nunc  
subtexemus herbas mirabiles quidem,  
sed minus claras, nobilibus in sequen-  
tia volumina dilatis.’

## NOTÆ ET EMENDATIONES

### AD LIBRUM XXIV.

### NATURALIS HISTORIÆ

### C. PLINII SECUNDI.

1. CAP. I. *Arabia atque India in medio aestimantur] Reg. 2. Colb. et Chiff. in media. Forte, in remedia: propter id quod sequitur haud multo post, ‘cum remedia vera quotidie panperimus quisque coenet.’*

2. CAP. XI. *Phthiriases perungere eō non dubitaverim, itemque porriginē] Sic libri omnes editi. In MSS. Pityriasis. Qui phthiriases legi maluerint, tueri se possunt Q. Sereni calculo c. 6. cui titulus est, ‘phthiriasi arcendæ,’ quo morbi genere interiisse Pherecydem, Syllamque, commemorat, pronuntiatque oportere corpus ‘succo perducere cedri.’ Qui pityriases sincerius putaverint, ob id quod sequitur, ‘et porriginē,’ objicere Marcellum ii possunt, c. 4. p. 40. ita statuentem: ‘Ad pityriasin et porriginē capitis, prodest cedria tantum ungere caput.’ Est autem πιτυρίασις idem quod Latinis porrigo: de qua diximus xx. 23.*

3. CAP. XII. *Utiles ... vulvis, admoti. Contra lepores marinos, &c.] Ita MSS. Poti tamen multo mallem. Nam Diosc. I. 105. Καὶ ἔμμηνα ἄγονοι μετὰ πεπέρεως λειον πινόμεναι. Ex trito pipere*

*poti menstrua cident. Vel legi satius fortasse, vulvis. Ac poti contra lepores marinos, &c. Pergit enim Græcus anctor: Καὶ πρὸς λαγόν θαλασσῶν πόσιν σὺν οἴνῳ λαμβάνονται. Contra haustum leporem marinum in vino sumuntur.*

4. CAP. XXIII. *Sic et ulcera purgat, explet. Cum uva passa et axungia carbunculos purgat] Mutata haec tenus interpunctio medicinas confuderat in hunc modum: Sic et ulcera purgat: explet cum uva passa et axungia. Carbunculos purgat, &c. et quo temperamento carbunculos purgaret, obscurum erat. Erroris admoniti primum sumus a Plinio Valer. III. 22. ita prodente: ‘Pix Brutia,’ inquit, ‘cum melle ulcera purgat, explet, sanat: eadem pix cum uva passa, et axungia, ulceribus putrescentibus medetur.’ Et c. 30. ‘Carbunculo medendo:’ ‘Pix Brutia cum uva passa, exemitis nucleis, addita axungia, purgat.’ Tum deinde a Diosc. I. 94. etsi is pro axungia mel asciscit: Σὺν σταφῖδι δὲ καὶ μέλιτι ἄνθρακας καὶ σηπεδόνας περιχαρδστει. Quin et cum uva passa et melle carbunculos putrescentiaque ulcera emarginat.*

5. CAP. XXV. *Maturum optimum ex eo, quod cum ferret, innatet]* Priorem vocem hujus sententiae verbis antecedentibus Pintianus annexit, et *maturum legit, eo pacto: aut si fætus mammas læserit matrum.* *Optimum ex eo, &c.* Hermolaus Barbarus, e Dioscoride, *Naturale optimum* reponit. Sed quicquid is ex Dioscoride corrigi velit, ego *maturum cum omnibus libris antiquis*, Reg. Colb. Chiff. editionibusque pervertustis, defenderim. De artificiali enim pissaphalto, quod bitumini admixta pice confici proxime antea indicarat, agere videtur: mature coctum et commixtum, optimum esse, quod innatet, cum una coquuntur, et fervent: alioqui non video quemadmodum intelligi queat naturale fervendo innatare, quandoquidem glebarum modo concretum in littora ejetetur e Cerauniis montibus flumen impetu ad Apolloniam Epiri, ut historici referunt. Sed et magna mihi suspicio est, quod ex Dioscoride Hermolaus confirmare nititur, existimasse eum, id quod de asphalto ipso, hoc est, bitumine, ille refert, quod in Agrigentinorum agro fontibus supernatare proditur; ad fervorem innatantis pissaphalti trahi oportere.

6. CAP. XXVIII. *Et ad extendendam cutem in facie] Ad extergendam alii, alii ad exterendam* legunt. A libris antiquis, Reg. Colb. &c. non discedo, auctore etiamnum Q. Sereno cap. 12. p. 131. ‘Attrito sapone genas purgare memento, Rugarum sulcos lentisci mastiche tendens.’ Facit tamen et ad nitorem cutis faciei illita. Diosc. I. 90. Μίγγυνται δὲ καὶ . . . ἐπιχρόσματι προσώπου στιλβωτοισθα.

7. Ibid. *Et ad omnia que Hammaci vis]* Sic libri omnes editi. In Reg. 2. et amonia quævis. In Reg. 1. et ad omnia que ejus, vel quævis. Alii aliter, sed ita ut certi nihil ex ullis erueras. Dioscorides I. 89. succum lentisci prodesse scribit ad omnia ea ad quæ prosit acacia: Καὶ καθόλου

ἀντὶ ἀκακίας ἔνεστι αὐτῷ χρῆσθαι.

8. CAP. XXIX. *Platani adversantur vespertilionibus]* In veteri libro scorpionibus legi, non vespertilionibus, Dalecampius admonet. Quisquis is liber fuit, fidem haud meretur, reclamantibus ceteris, tum MSS. tum scriptoribus etiam antiquis. Vertigine premi vespertilionem, si platani folio tangatur, scribit Sextus Empir. Pyrrh. Hypoth. I. 14. p. 12. Πλατάνου φύλλον θίγοντος, νυκτερὶς καροῦται. Africanus in Geopon. XIII. 13. p. 372. objectis platani foliis aditum obstrui vespertilionibus asseverat: Εἰς τὰς εἰσόδους κρέμασσον φύλλα πλατάνου, καὶ οὐκ εἰσελεύσονται νυκτερίδες. Addit idem auctor, xv. 1. pag. 404. ciconias nidis suis platani folia imponere, ne vespertilioes subeant: Πελαργὸν πλατάνου φύλλα ταῖς νεοτταῖς ἐντιθέσσοι διὰ τὰς νυκτερίδας. Quod et Phile prodidit, de Propr. Animal. p. 74. et Aelianus Hist. Anim. I. 37.

9. Ibid. *Foliorum tenerrima in vino decocta, &c.]* Ita MSS. Reg. Colb. et Chiff. quos secuti sumus: cum prius perperam legeretur, *folia corum tenerrima.* Diosc. I. 107. Πλατάνου τὰ τρυφέρὰ τῶν φύλλων ἐψηθέντα ἐν οἴνῳ, καὶ καταπλασθέντα, στέλλει ῥεύματα ὄφθαλμῶν. *Tenerrima platani folia in vino decocta, mox illita, oculorum fluxiones sistunt.*

10. CAP. XXX. *Semen foliis ejus inest]* De fraxino sermo instituitor. At *folliculis* scribi oportere, non *foliis ejus*, sunt qui vehementer contendant, quoniam contineri siliqua sive folliculo semen illud constet. Itaque a Dalecampio aliisque hoc loco Plinius erroris arguitur. Verum non intelligent viri alias eruditæ, siliquam eam, qua semen includitur, foliaceas in circumferentia præferre lacinias, atque adeo folii latitudinem imitari: quamobrem et folii nomenclationem haud immerito in eam transferri.

11. CAP. XXXII. *Humor e caris populi nigrae effluens]* Ita MSS. omnes

editique libri. Quæ lectio si cui non admodum arriserit, conjecturam ei alias lubet hoc loco proponere: num *e cymis* legi magis probaturus sit. Nam *e germinibus et surculis incipientibus* (*cymas* Græci Latinique vocant) crassiusculus, et lento suo resinaceus, gummosusve, exit humor, odoratissimus aromatum modo: unde unguenti populei vulgo dicti materiam sumendam censuerim.

12. Ibid. *Gutta æque propoli ex aqua efficax*] Libri ante nos editi, impedita admodum, vel, ut verius, nulla sententia, *Gutta quoque aquæ propolis ex aqua remedium efficax est.* In MSS. hoc tantum, *Gutta quoque aquæ propolis ex aqua efficax.* In quibus vestigia haud obscura sinceræ scripturæ. Sententia est, ut diximus, pares ei guttae vires in usu medico, ac propoli, esse. *Æque propoli, pro æque ac propolis,* phrasis est Pliniana: qua usus iterum ille xxxv.

6. ‘Quibus equidem nullas æque demiror tam longo ævo durantes.’ Hic ‘quibus æque,’ vel ‘æque illis’ dixit, pro ‘æque atque illas.’ Nec Pliniana modo locutio, sed etiam Plantina, in Amphitr. I. 13. 137. ‘Nullus est hoc meticulosus æque.’

13. CAP. XL. *Rumi similiter cum fronde*] De genista loquitur, cui minuta sunt folia. Tamen hoc inepte a Plinio dici Dalecampius asseverat, quod foliis carere σπάρτιον auctores testantur. Qui tandem? Dioscorides, credo, cuius hæc verba, IV. 158. Σπάρτιον θάμνος ἐστὶ φέρων ράβδους μακρὰς, ἀφύλλους, κ. τ. λ. Verum dictionem eam ἀφύλλους in vetustioribus libris abesse, jamdudum admonuit Saracenus. Et folia inesse genistæ, non modo res ipsa clamat, sed et ipse Diosc. perspicuis verbis, Εὐπορ. I. 237. Ἰσχιαδικὸν δὲ ὠφελεῖ πυρόμενα ... σπαρτίου τὰς ράβδους σὺν τοῖς φύλλοις ἐν ὅξει βρέχων πλείονας ἡμέρας, ἔπειτα κόψας καὶ χυλίσας, καὶ

πιέντε ἔνα κύαθον. Quæ Plinianis plane paria ac gemina. Neque vero sum nescius, a Marcelllo Empirico cap. 25. pag. 174. et a Plinio Valer. II. 45. hæc totidem verbis exscribi: voculas tamen eas *cum fronde* ab utroque prætermitti: id vero factum ab iis eo consilio reor, non quod fronde carere genistam putarint, sed quod eam in medicos usus adhiberi haud operaæ pretium esse fortasse censerint.

14. CAP. XLI. *Myrice, quam ericen Lenæus vocat*] MSS. Reg. Colb. et Chiff. *Myrice camericam Lenæus.* Libri haec tenus editi, *Myrice, quam et tamaricen.* Perperam: nam de hac altera appellatione dicetur inferius. A Pompeio Lenæo ericen vocatam et istam, ob similitudinem, innuit: recte, an secus, non definit. Plinius cap. 39. hujus libri: ‘Ericen Græci vocant fruticem non multum a myrice differentem.’ Inde orta perturbatio nominum.

15. CAP. XLII. *Corinthus . . . bryam vocat*] Libri editi, *bryoniam*, male. MSS. omnes, Reg. Colb. Chiff. aliisque, tum hoc loco, tum in Indice, *bryam* scribunt. Ipsa est, de qua idem Plinius XIII. 37. ‘Achaia fert bryam sylvestrem: insigne in ea, quod sativa tantum ferat gallæ similem fructum.’ In Achaia Corinthum esse nemo ignorat.

16. CAP. XLVII. *Corymbi quoque poti vel illiti lienem sanant*] Hinc Plinium alterum Valerianum obiter emendabis, II. 18. ‘Spleni quomodo succurrendum?’ ‘Gummi hederæ,’ inquit, ‘poti vel illiti prosunt.’ Scribe, ‘corymbi hederæ.’

17. CAP. XLVIII. *Sub his maxime nascitur hypocisthis, quam inter herbas dicemus. Cissos erythranos, &c.*] Prins legebatur, quam inter ederas diximus. Qua lectione percusus Dalecampius Plinii memoriam desiderat, qui nullam hypocisthidis mentionem in hederae historia fecerit. Amanuen-

sium potius fidem desideraret, non scriptoris sane quam diligentis et accurati. In Reg. 1. cod. *quam inter hederas dicemus*. In Reg. 2. totidem plane apicibus, quot repræsentamus, *quam inter herbas dicemus*: nempe xxvi. 31. quo volumine pertractantur herbæ, ut ipse in fine lib. xxiv. præstitum se his verbis pollicetur: ‘Nunc ipsa claritas herbarum dicitur.’ Eo enim libro ac sectione mox citata, de hypocisthide, ‘Nascitur,’ inquit, ‘ut diximus, sub cistho, unde nomen,’ &c. Hunc locum restituere Salmasius ita tentabat, in Solin. p. 367. *Sub his maxime nascitur hypocisthis. Jam inter hederas diximus cisson.* Erythranos, &c. Jos. Scaliger, Epist. 1. 18. ad Franc. Vertun. in hunc modum: *Sub his . . . hypocisthis. Quam inter hederas diximus, cissos erythranos, &c.* Angelum Politianum seculatus. Hinc factum est ut in Indicibus Plinianis, qui hactenus concinnati extant, *hypocistis hederæ genus* appelletur: falso.

18. CAP. LV. *Rhus, qui erythros appellatur, semen est hujus fruticis. Vim habet astringendi, &c.]* Prius legebatur: *Rhus, quæ erythros appellatur, frutex est: et hujus fruticis semen vim habet, &c.* Quæ lectio Dalecampium impulit, ut Plinium diceret rhum erythron a rhoë coriariorum, seu diversos frutices, inepte discriminare. Sed librariorum ille, non Plinii, omnis error est. Quid ille senserit, scripseritque, sincera scriptura exhibet, quam totidem syllabis apicibusque repræsentamus, quot sunt in Regio 2. codice. Et sane si fruticem diversum putaret, formam, ut solet, ob oculos poneret: neque tantum fruticem esse admoneret, quæ ipsi cum rhoë altero communis appellatio est. Sed de semine ejus fruticis, non de toto frutice agit.

19. CAP. LVII. *Mirum est quod additur, saniem conspecto omnino fruticco siccari]* De sanie que fluat ab ul-

cere ex morsu canis nunc agi, com monstrat ipsa per se orationis series. Et *saniem* quidem, et *siccari*, præ se ferunt MSS. omnia exemplaria: præster Reg. 2. in quo *insaniam* manifesto errore legitur: quid enim est, *insaniam siccari?* Non placet tamen Saraceno ea lectio: sed *singultum*, non *saniem*, moxque *sanari*, non *siccari*, scribi contendit oportere, in Notis ad Dioscoridem. Plinii porro sic refingendi mentem Dioscorides primum injecit: sic enim ille III. 105. de alyso: *Ταύτης τὸ ἀφέψημα ποθὲν, λυγμὸν τὸν δίχα πυρετοῦ λύει καὶ κρατηθὲν δὲ, ἢ ὀσφρανθὲν, τὸ αὐτὸ δρὰ.* *Hujus decoctum potu solvit singultus, qui sunt citra febrim: idem prestat, si teneatur, vel olsiat.* Mox etiam Plutarchus, tertio Symposiacon libro, ubi in eodem argumento habitat: *Τὴν δὲ ἄλυστον καλομένην βοτάνην καὶ λαβόντες εἰς τὴν χεῖρα μόνον, οἱ δὲ καὶ προσβλέψαντες, ἀπαλλάττονται λυγμῷ.* Sed quicquid illi demum scripsere, nec dici a Plinio necesse est omnia ea, quæ illi commemorarint, nec tractare nefas miraculum naturæ aliquod, quod illi non attigerint.

20. CAP. LVIII. *Sic et pleuriticos, et omnes lateris dolores, apocyni semen ex aqua. Frutex est, &c.]* Sic MSS. omnes editique libri. An igitur ἀπόκυννον Galeni de Fac. Simp. Med. lib. vi. p. 158. quod ait esse homini quoque venenum, ἔστι δὲ ἀνθρώπων δηλήτηριον, nihil a Pliniano discrepet; an legendum hic potius, *Sic et pleuriticos, et omnes lateris dolores semen ex aqua:* ut ad radiculam, de qua proxime antea agitur, ista referantur mox, *Apocynon frutex est, &c.* quod jam visum est nonnemini satius; amplius considerandum censeo.

21. CAP. LIX. *Et ad vulvas cum vino et pipere]* An Plinius hoc loco ex Dioscoride, an, quod verius puto, ex Plinio Dioscorides emendandus sit, eruditii dijudicent. Scripsit ille III. 87. de libanotide seu rore maino:

'Ο δὲ καρπὸς πινθμενός . . . βοηθεῖ . . . ἰκτερικοῖς τε, μετὰ πεπέρεως καὶ οὐνού διδόμενος. Semen potum . . . auxiliatur . . . ictericis, hoc est, regio morbo laborantibus, cum pipere ac vino exhibitum. Legisse Plinium ὑστερικαῖς, non ἰκτερικοῖς, plane appetat: hoc est, mulieres vulvæ malo opportunas, non morbum arquatum, seu regium.

22. CAP. LXV. *Spinæ Ægyptiæ sive Arabicæ laudes in odorum loco diximus]* Divulsa hæc ad hunc diem sententia, distractaque in partes duas, impeditum habuit intellectum. Sic enim legebatur, *e spina Ægyptiæ*, quæ verba superiori annexebantur capiti. Mox ducto a sequentibus verbis initio capitinis alterius, ‘*Spinæ Arabicæ laudes,*’ &c. quod incogitanter et obliuiose scriptum a Plinio Dalecampius exclamat. At sinceram esse, quam repræsentamus, scripturam, vel ex ipso hujus loci indice perspicuum est: sic enim habet, *Spina Ægyptiæ, sive Arabica.* Et suffragatur etiam Galenus de Fac. Simp. Med. vi. 17. pag. 152. Ἀκανθὸς Αἰγυπτίας ἔνιοι δὲ Ἀραβικὴν ὀνομάζουσιν.

23. CAP. LXVII. *Est et acacia e spina]* Prius legebatur, *Est et acacia spinæ*, literulis duabus, *a* et *e*, in unam perverse conflatis, perturbataque eam ob rem sententia. Acaciæ nomen inditum semini ipsi fructuique arboris, succoque qui inde exprimitur, scriptores plurimi contestantur. In quibus auctor libri de Simp. Med. ad Patern. tom. XIII. operum Galeni, pag. 984. ‘*Acacia fructus est arboris spinosæ, quæ maxime in Ægypto nascitur. Hic igitur fructus velut oliva exprimitur, et succus in Sole siccatur, et in glebam redigitur,*’ &c. Galenus ipse de Antidotis I. 14. pag. 889. ad hunc versiculum Andromachi senioris, ejus qui Neronis medicus fuit: Δάκρυνον εὖ μέσγοιο βαλῶν κναωπὸν ἀκάνθης. Δηλοῖ γὰρ, inquit, τὴν ἐκ τῆς Αἰγυπτίας ἀκάνθης γεννωμένην ἀκακλαν. *Lacrymam misceto cœruleæ*

*spinæ. Innuit acaciam ex Ægyptia spina factam.*

24. CAP. LXX. *Pyracanthæ baccæ contra serpentium ictus bibuntur]* Ita rescriptsimus admonitu codicum MSS. tum hoc loco, tum vero in Indice, cum prius legeretur, *pyxacanthi.* At de pyxacantho sermo instituitur cap. 77. De pyracantha nunc agi et Nicander probat, qui in Theriac. pag. 60. commendat in primis, adversus serpentes et scorpiones: Λάξεο καὶ πυράκανθαν, ἵδε φλόμον ἄρρενος ἄνθην. Πυράκανθα quasi ignea dicitur spina, id est, valde urens pungensque. Diosc. I. 122. oxyacanthæ vocat, et a nonnullis πυρίναν appellari, et πυτνάνθη ait: lege, πυρακάνθην, quod nempe urentes pungentesque spinas habet.

25. CAP. LXXII. *Agrifolia contusa addito sale articulorum morbis prosunt: baccæ purgationi fæminarum, cæliacis, dysentericis, ac cholericis. In vino potæ alvum sistunt. Radix decocta et illita extrahit infixa corpori]* Prius legebatur, *Aliqui folia contusa . . . articulorum morbis imponunt.. Prosunt baccae, &c.* Ut ad paliurum hæc spectare viderentur, de quo proxime ante agebatur. At vocem eam impununt MSS. codices, Reg. Colb. nullus denique unus agnoscit. Baccas paliurus nullas habet: habet aquifolium quales describuntur, xv. 29. Et de agrifolio sermonem hoc loco institui vel ex eo credibile fit, quod statim ob affinitatem nominis, ut fere Plinio familiare est, hoc ipso cap. ad aquifoliam arborem transfertur oratio. Sed rem plane decidit, emendationemque nostram egregie constabilit Plinius alter Valerianus, qui suum fere opus ex scriptoris nostri sententiis verbisque concinnavit: is enim de Re Med. III. 15. ‘*Ad nervos, articulos, et arthriticos,*’ hunc ipsum locum exscribens: ‘*Agrifolium tūsum,*’ inquit, ‘*addito sale et oleo prodest.*’ Idem II. 25. ‘*choleræ quo-*

modo succurritur : 'Baccæ agrifolii tritæ et vino datae prosunt.' Denique III. 49. 'Ad extrahenda ea quæ corpori infixa sunt :' 'Radix etiam agrifolii coquitur, et teritur, et sic imponitur.' Quæ totidem plane verbis noster hic habet : qui cum *Agrifolia contusa* multitudinis numero dixit, folia fruticemque simul intellexit.

26. CAP. LXXXIII. *Cauliculorum ex vino decoctum, uræ præsentaneum remedium est]* Prius legebatur, vel præsentaneum : ut ad sananda condylomata, de quibus prius agebatur, spectare id quoque remedium videretur. In Reg. I. cod. ve præsentaneum. Nos uræ rescripsimus, indubitata conjectura. Auctor ita conjiciendi primum extitit Marcellus Empir. cap. 14. pag. 99. 'Rubi,' inquit, 'cauliculi teneri decoquuntur ex vino : idque vinum gargarizatur, quod confestim uvam prominentem coërcet. Folia rubi arefacta in umbra in cinerem concremantur : is cinis in cochleari uvæ subjectus præsentaneo remedio eam contrahit.' Et Plinius Valer. de Re Med. I. 43. cuius lemma est, 'Ad uvam distillantem :' 'Rubi,' inquit, 'in quibus mora nascuntur, cauliculi decoquantur ex vino, et eo ipso vino gargarizetur.' Et Pintiani inde conjectura exploditur, *calculatorum scribere* entitentis, pro *cauliculorum*.

27. CAP. LXXV. *Stomachicisque ex aqua bibendus datur]* Ita restituimus, tum admonitu codicum MSS. Reg. Colb. &c. tum ipsius Plinii, qui XVI. 71. de eodem rubo Idæo agens, 'Contra stomachi quoque vitia,' inquit, 'bibitur ex aqua.' Dioscoridis quoque IV. 38. ita scribentis : Στομαχικοῖς τε μεθ' ὕδατος ἐν ποτῷ δῖοται. Prior *stomatis* legebatur.

28. CAP. LXXX. *Faciunt et pastillos, terentes eam ex aqua, ad supra dicta sanat et vomicas, &c.]* Ad supra dicta,

hoc est, ad eosdem effectus, qui sunt supra commemorati. Sic etiam Diosc. III. 112. Δέλα δὲ δύναται καὶ εἰς καταπότια ἀναπλάττεσθαι πρὸς τὰ εἱρημένα. Sed et trita in catapotia redigi potest ad supra dicta. Mutata prius interpunctione, perturbataque sententia, legebatur, terentes eam ex aqua. Ad supra dicta sanat et vomicas.

29. CAP. XCIV. *Ac fistulis collyrio immissio. Nomas sistunt decocta carum in aqua, et postea tritarum rosacco addito]* Prius legebatur : ac fistulis. Collyrio immixto nomas sistunt, decoctarum in aqua, &c. Emendandi auctor Dioscorides extitit, qui de aro seu arisaro ita prodidit, II. 198. Νομᾶς ὅστησι καταπλασσομένη κολλόρια τε πρὸς σύριγγας ἐνεργῇ ἐξ αὐτῆς γίνεται. Illitu nomas sistit : ex eadem collyria concinnantur, ad fistulas efficacia.

30. CAP. XCV. *Nascitur in palustribus, magnifici usus ad vulnera. Cum aceto bibitur difficultates urinæ . . . præcipitatisque ex alto]* Num satius sit ita legi, ad vulnera cum aceto. Bibitur, &c. considerandum amplius. Nam Diosc. IV. 115. de millefolio. Τοῦτο τηρεῖ, inquit, διφλέγματα τὰ νεθρωτὰ τῶν ἔλκῶν, σὺν ὅξει χλωρῷ τε καὶ ξηρῷ καταπλασσόμενον. Ποτίζεται δὲ καὶ πρὸς πτώματα σὺν ὕδατι καὶ ἀλσόν. Vulnera recentia ab inflammatione vindicat : seu viride, seu etiam siccum ex aceto oblinatur. Præcipitatis quoque ex alto cum aqua et sale potui datur. Tamen Apuleius vulgatae quoque scripturæ suffragatur, c. 88. tit. 4. 'Ad urinæ difficultatem :' 'Herbae millefolii succus cum aceto potus prodest et sanat.'

31. CAP. CI. *Hesitiatorida a convictu]* Prius in editis legebatur, *Systiclerida*. In Regio I. cod. *Hesitiaterida*. Reg. 2. *Hesitaterida*. Nos *Hesitiatorida*, ἑστιατορίδα, ab ἑστιάτῳ, convivator.

# C. PLINII SECUNDI

## NATURALIS HISTORIÆ

### LIBER XXV.

---

*Herbarum sponte nascentium naturæ et auctoritas.*

I. (1.) IPSA quæ nunc dicetur herbarum claritas, medicinæ tantum gignente eas tellure, in admirationem curæ priscorum diligentiaeque animum agit. Nihil ergo intentatum inexpertumque illis fuit: nihil deinde occultatum, quodque non prodesse<sup>1</sup> posteris vellent. At nos elaborata iis<sup>2</sup> abscondere atque suppressimere cupimus, et fraudare<sup>a</sup> vitam etiam alienis bonis. Ita certe recondunt, qui pauca aliqua novere, invidentes aliis: et neminem docere, in auctoritatem<sup>b</sup> scientiæ est. Tantum ab excogitandis novis, ac juvanda vita<sup>3</sup> mores absunt, summumque opus ingeniiorum diu jam hoc fuit, ut intra unumquemque recte facta veterum perirent. At hercules<sup>c</sup> singula quosdam<sup>4</sup> inventa Deorum

---

CAP. I. 1 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *quod non prodesse* Gronov. et vulg.—2 Chiff. his.—3 Cod. Dalec. *ad adjuvandam vitam*.—4 Margo edd. Dalec. et Gronov. *singulares quidam*

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *Et fraudare*] Et frandare homines, qui vivunt, bonis quæ alii inventare.

<sup>b</sup> *In auctoritatem*] Id auctoritatem conciliare scientiæ videtur.

<sup>c</sup> *At hercules*] Quæ singuli homines  
Delph. et Var. Clas.

invenerunt, quosdam e suis inventoribus in Deorum numerum addidere: omnium certe, qui in eo elaborarunt, vitam clariorem fecere, cognomine herbis indito.

Plinii.

numero addidere: omnium utique vitam clariorem secere cognominibus herbarum, tam benigne gratiam memoria referente. Non æque haec cura eorum mira in his,<sup>5</sup> quæ satu blandiuntur, aut cibo invitant: culmina<sup>6</sup> quoque montium invia et solitudines abditas, omnisque terræ fibras scrutati invenere, quid quæque radix polleret, ad quos usus herbarum folia pertinerent, etiam quadrupedum pabulo intacta ad salutis usus vertentes.

II. (II.) Minus hoc, quam par erat, nostri celabравere, omnium utilitatum et virtutum rapacissimi. Primusque et diu solus idem ille M. Cato, omnium bonarum artium magister, paucis duntaxat attigit, boum etiam medicina non omissa. Post eum unus illustrium tentavit C. Valgius eruditione spectatus, imperfecto<sup>1</sup> volumine ad Divum Augustum, inchoata etiam præfatione religiosa,<sup>4</sup> ut omnibus malis humanis illius potissimum principis semper mederetur<sup>2</sup> majestas.

III. Antea condiderat solus apud nos, (quod equidem inveni,) Pompeius Lenaeus, Magni libertus: quo primum tempore hanc scientiam ad nostros pervenisse animo adverto.<sup>1</sup> Namque Mithridates, maximus sua ætate regum, quem debellavit Pompeius, omnium ante se genitorum diligentissimus vitae fuisse argumentis, præterquam<sup>2</sup> fama,<sup>3</sup> intelligitur. Uni ei<sup>1</sup> excogitatum, quotidie venenum bibere

*quos.* Mox, omnium deest in cod. Dalec.—5 Ita Harduin, 1. 2. 3. et recentt. *mira esset in his* Gronov. et al. vett.—6 Ita ex codd. Harduin et recentt. *sed culmina* Gronov. et al. vett. Mox, *omnes terræ* alii ap. Dalec.

CAP. II. 1 Chiff. *in perfecto*.—2 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin, 1. 2. 3. et recentt. *semper medicetur* Gronov. et vulgg. *semper deest* in codd. Dalec.

CAP. III. 1 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin, 1. 2. 3. et recentt. *animadverto* Gronov. et al. vett.—2 Cod. Dalec. *præterque*.—3 Ita

#### NOTE

<sup>4</sup> *Prafatione religiosa*] Inserta præfatione, ut humanis calamitatibus opitularetur principis majestas, felici administratione imperii.

<sup>5</sup> *Præterquam fama*] ‘Forte, ut alibi, præterque: hoc est, ac præterea.’

*Ed. sec.*—Præter singularem famam, quam ille apud omnes obtinuit, etiam argumentis quamplurimis diligentissimus naturæ scrutator fuisse intelligitur.

<sup>6</sup> *Uni ei*] Celsus v. 23. <sup>4</sup> *Nobilissi-*

præsumtis remediis, ut consuetudine ipsa innoxium fieret. Primo inventa genera antidoti, ex quibus unum etiam nomen ejus retinet. Illius inventum<sup>a</sup> autumant, sanguinem anatum Ponticarum miscere antidotis, quoniam veneno viverent. Ad illum<sup>b</sup> Asclepiadis, medendi arte clari, volumina composita extant, cum, solicitatus ex urbe Roma, præcepta pro se mitteret. Illum solum<sup>i</sup> mortalium viginti duabus linguis locutum certum est, nec de subjectis gentibus ullum hominem per interpretem appellatum ab eo annis LXI.<sup>j</sup> quibus regnavit. Is ergo reliqua ingenii magnitudine medicinæ peculiariter curiosus, et ab omnibus<sup>k</sup> subjectis, qui fuere pars magna terrarum, singula exquirens,

\*\*\*\*\*

tacite Brotier. *LVI.* Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. 'Chiff. *CLVI.* fortassis *XLVI.*' Dalec.—4 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduini.

## NOTÆ

mum est antidotum Mithridatis, quod quotidie sumendo Rex ille dicitur adversus venenorū pericula tutum corpus suum reddidisse.' Vide Dionem Cassiom lib. xxxviii. p. 35.

<sup>s</sup> *Illiis inventum]* Gellius xvii. 16. pag. 972. 'Anates Ponticas dicitur edundis vulgo venenis victitare, Scriptum etiam a Lenæo Cn. Pompeii liberto, Mithridatem illum Ponti Regem, medicæ rei et remediorum id genus solerter fuisse, solitumque eum sanguinem miscere medicamentis, quæ digerendis venenis valent: eumque sanguinem vel potentissimum esse in ea confectione.' Sanguinem anatum utilissime in antidotis misceri, tradit quoque Diosc. II. 97. anseris quoque, atque hædi. Meninit etiam Scribonius Largus, Compos. Med. 187.

<sup>h</sup> *Ad illum]* Ad Mithridatem libros misit de medendi arte Asclepiades, cum, solicitatus ab eo rege ut ad se veniret, pro se præcepta ab Urbe misit. Commentarios edidisse in quosdam libros Hippocratis, aliaque plurima scriptis consignasse, ex Brasas-

voli Indice in Galenum intelliges, præter ea quæ nos recensebimus in Auctorum Syllabo. Fuisse e posteris ejus artis hæredem ac nominis eum auguramur, de quo vetus extat inscriptio apud Reinesium, pag. 608.

C. CALPVRNIVS. ASCLEPIADES  
PRVSA. AD. OLYMPVM  
MEDICVS.  
PARENTIBVS. ET. SIBI  
ET. FRATRIB.  
CIVITATES. VII. A. DIVO  
TRAIANO

IMPETRAVIT, &c.

<sup>i</sup> *Illum solum]* Transcripsit hæc Gellius totidem verbis xvii. 17. pag. 974. indicavitque jam Plinius VII. 24.

<sup>j</sup> *Annis LXI. [LVI.]* Sie libri etiam MSS. Reg. Colb. &c. Appianus de Bell. Mithrid. p. 249. vixisse ait annos novem supra LX. imperitasse annos LVII. Ἐβίω δ' ὁκτὼ ἡ ἐννέα ἐπὶ τοῖς ἔξηκοντα ἔτεσι· καὶ τούτων ἐπτακαιπεντήκοντα ἔτεσιν ἐβασίλευσε. Strabo lib. x. p. 477. auctor est ætatis anno undecimo susceptum ab eo imperium.

scrinium commentationum harum, et exemplaria, effectusque in arcanis suis reliquit. Pompeius autem, omni regia præda potitus, transferre ea sermone nostro libertum suum Lenæum, grammaticæ artis,<sup>5</sup> jussit: vitæque ita profuit non minus quam reipublicæ victoria illa.

IV. Præter hos Græci auctores medicinæ<sup>1</sup> prodidere, quos suis locis diximus. Ex his Cratevas,<sup>2</sup> Dionysius, Metrodorus, ratione blandissima, sed qua nihil pæne aliud quam rei difficultas intelligatur. Pinxere namque effigies herbarum, atque ita subscripsere effectus. Verum et pictura fallax est, et coloribus tam numerosis, præsertim in æmulatione naturæ, multum degenerat transcribentium<sup>m</sup> sors varia.<sup>3</sup> Præterea parum est singulas earum ætates pingi, cum quadripartitis<sup>4</sup> varietatibus anni faciem mutent.

V. Quare ceteri sermone eas tradidere: aliqui ne effigie quidem indicata,<sup>1</sup> et nudis plerumque nominibus defuncti,<sup>2</sup> quoniam satis videbatur potestates vimque demonstrare quærere volentibus. Nec est difficile cognitu.<sup>3</sup> Nobis certe, exceptis admodum paucis, contigit reliquas contemplari scientia Antonii Castoris, cui summa auctoritas erat in ea arte nostro ævo, visendo hortulo ejus, in quo plurimas alebat, centesimum ætatis annum excedens, nullum corporis malum expertus, ac ne ætate quidem memoria aut vigo-



1. 2. 3. et recentt. *hominibus* Gronov. et vulgg.—5 ‘ Ita bene codd. Reg. I. Voss. I. et Editio princeps. Nec addendum, *peritum*. Sic locutus est Plin. VII. 40. IX. 8. et XXX. 6.’ Brotier. Ita quoque Harduin. I. 2. 3. et recentt. *Grammaticæ artis doctissimum* Gronov. et vulgg.

CAP. IV. 1 Vox medicina deest in Chiff. —2 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. et recentt. Ex his *Evax rex Arabum, qui de simplicium effectibus ad Neronem scripsit*: Cratevas Gronov. et vulgg.—3 Alii ap. Dalec. sorte varia.—4 Chiff. *quadripertitis*.

CAP. V. 1 Chiff. *indicta*.—2 Vet. Dalec. *contenti*.—3 Chiff. *difficilis*

#### NOTÆ

<sup>k</sup> *Grammaticæ artis*] Vide Notas et Emend. num. 1.

<sup>l</sup> *Ex his Cratevas*] Vide Notas et Emend. num. 2.

<sup>m</sup> *Transcribentium*] Depingentium. ‘ *Scribere*’ veteres dixerunt pro ‘ *pingerē*’. Statius Theb. VIII. 270. ‘ *Inscriptaque Deus qui navigat alno*’.

re concussis. Neque aliud<sup>4</sup> mirata magis antiquitas reperiatur. Inventa jampridem ratio est prænuntians horas, non modo dies ac noctes, Solis Lunæque defectum. Durat tamen tradita persuasio in magna parte vulgi, beneficiis et herbis id cogi, eamque num<sup>5</sup> fœminarum<sup>6</sup> scientiam prævalere. Certe quid non replevere fabulis Colchis Medea, aliaque, in primis<sup>6</sup> Itala Circe, Diis etiam ascripta? unde arbitror natum, ut Æschylus<sup>7</sup> e vetustissimis in poëtica, refertam<sup>7</sup> Italiam herbarum potentia, proderet, multique Circios, ubi habitavit illa, magno argumento etiamnum durante in Marsis a filio ejus<sup>8 p</sup> orta gente, quos esse domitores serpentium constat. Homerus quidem primus doctrinarum et antiquitatis parens, multus alias in admiratione Circes,<sup>9</sup> gloriam herbarum Ægypto tribuit: cum etiam, quæ rigatur, Ægyptus illa<sup>9</sup> non esset, postea fluminis limo invecta. Herbas certe<sup>1</sup> Ægyptias a regis uxore traditas suæ Helenæ plurimas narrat, ac nobile illud nepenthes, oblivionem tristitiaæ veniamque afferens, et ab Helena utique omnibus mortalibus propinandum.

Primus autem omnium, quos memoria novit, Orpheus de herbis curiosius aliqua prodidit. Post eum Musæus et

---

cognitio.—4 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recent. Nec aliud Gronov. et vulgg.—5 Vet. Dalec. in eoque fœmina; Chiffi. eamque unam fœminarum.—6 Vet. Dalec. et in primis.—7 Alii ap. Dalec. poëtica re refertum.—8 Vet. Dalec. illorum.—9 Circæ Chiffi. et mox in eodem,

#### NOTÆ

<sup>a</sup> Eamque num] Hanc voculam jam ante mirati sumus, xxii. 16. initio.

<sup>o</sup> Æschylus] Hujus poëtæ versiculum ἐκ τῶν ἐλεγέων recitat hunc Theophrastus, Hist. ix. 15. Τυρρήνων γενεὰν φαρμακοποιὸν ἔθνος. Gens Tyrrhena suis clara beneficiis.

<sup>p</sup> In Marsis a filio ejus] De his egimus vii. 2.

<sup>q</sup> Ægyptus illa] Pars Ægypti ea quæ Delta dicuntur, ac Nili ostiis secatur. Vide quæ diximus ii. 87.

<sup>r</sup> Herbas certe] Fuit ea Polydamna

Thonis Ægyptii regis uxor. Odyss. Δ. 228. Ἔσθλὰ, τά οἱ Πολύδαμνα πόρευ Θώνος παράκοτις Αἴγυπτίη, τῷ πλεῖστα φέρει ζείδωρος ἄρουρα Φάρμακα, πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μεμιγμένα, πολλὰ δὲ λυγρά. Prospera, quæ quondam Thonis dulcissima conjux Ægypti Polydamna dedit, qua plurima gignit Noxia terra ferax, et multa probata venena. De nepenthe diximus xxi. 91. Vide et Euseb. Præpar. Evang. lib. x. p. 481. Haue sit haec porro Plinius a Theophr. Hist. ix. 15.

Hesiodus polion herbam in quantum mirati sunt, diximus.<sup>9</sup> Orpheus et Hesiodus suffitones<sup>10</sup> commendavere. Homerus et alias nominatim herbas celebrat, quas suis locis dicemus. Ab eo Pythagoras, clarus sapientia, primus volumen de earum effectu composuit, Apollini, Esculapioque, et in totum Diis immortalibus inventione et origine assignata. Composuit et Democritus, ambo peragratis Persidis, Arabiæ, Æthiopiæ, Ægyptique magis. Adeoque ad hæc<sup>11</sup> attonita antiquitas fuit, ut affirmaverit<sup>12</sup> etiam incredibilia dictu.

Xanthus, historiarum auctor, in prima earum tradit,<sup>12</sup> occisum draconis catulum revocatum ad vitam a parente, herba, quam balia nominat: eademque Thylonem, quem draco occiderat, restitutum saluti. Et Juba in Arabia herba revocatum ad vitam hominem tradit. Dixit Democritus, creditit Theophrastus, esse herbam, cuius contactu illatae ab alite, quam retulimus,<sup>13</sup> exsiliret cuneus a pastoribus arbori adactus: quæ etiam si fidearent, admirationem tamen implet: coguntque confiteri, multum esse quod vero supersit. Inde<sup>14</sup> et plerosque ita video existimare, nihil non herbarum vi effici posse, sed plurimarum vires esse incognitas: quorum in numero fuit Herophilus clarus medicina, a quo ferunt dictum, quasdam fortassis etiam calcatas prodesse. Observatum certe est inflammari vulnera ac morbos superventu eorum, qui pedibus iter confecerint.

VI. Hæc erat antiqua medicina, quæ tota migrabat in Græciae lingua. Sed quare non<sup>1</sup> plures noscantur, causa



*cum etiam tum, quæ, &c.—10 Margo edd. Dalec. et Gronov. ad suffitones.—11 ‘Ita eodd. Reg. 1. et Chiff. cum Editione principe.’ Brotier.—12 Chiff. tradidit.—13 Vet. Dalec. esse. Quod vero supersit, inde. Al. Inde plerosque, &c. Chiff. Inde et plerosque, &c.*

CAP. VI. 1 *Sed quare nunc non cod. Dalec. Paulo post, ulti pote qui soli*

#### NOTÆ

<sup>9</sup> *Post cum Museus . . . diximus]* audacior facta nihil vereretur etiam auditu incredibilia addere.

<sup>10</sup> *Adeoque ad hæc]* Ad eximias herbarum vires sic hæsit attonita, ut

<sup>11</sup> *Quam retulimus]* Lib. x. c. 20.

est, quod eas agrestes literarumque ignari experiuntur, ut qui soli inter illas vivant: præterea securitas<sup>a</sup> querendi, obvia medicorum turba. Multis etiam inventis nomina desunt, sicut illi, quam retulimus<sup>b</sup> in frugum cura, scimusque defossam in angulis segetis præstare, ne qua ales<sup>c</sup> intret. Turpissima causa raritatis, quod etiam qui sciunt, demonstrare nolunt, tanquam ipsis peritum sit, quod tradiderint aliis. Accedit ratio inventionis anceps. Quippe etiam in repertis, alias invenit casus, alias (ut vere dixi-  
rim) Deus.

Insanabile<sup>d</sup> ad hosce annos fuit rabidi canis morsus, pavorem aquæ,<sup>e</sup> potusque omnis afferens odium. Nuper cujusdam<sup>f</sup> militantis in Prætorio mater vidit in quiete, ut radicem sylvestris rosæ, quam cynorrhodon<sup>g</sup> vocant, blanditam sibi aspectu pridie in fructecto,<sup>h</sup> mitteret filio bibendum: in Lacetania<sup>i</sup> res gerebatur, Hispaniæ proxima parte: casuque accidit, ut milite a morsu canis incipiente aquas expavescere, superveniret epistola orantis ut pareret religioni: servatusque est ex insperato, et postea quisquis auxilium simile tentavit. Alias apud auctores cynorrhodi una medicina erat: spongiolæ,<sup>j</sup> quæ in mediis spinis<sup>k</sup> ejus



margo edd. Dalec. et Gronov.—2 Vet. Dalec. avis.—3 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1, 2, 3, et recentt. *Insanabiles* edd. vett. *Insanabilis* Gronov.—4 Vet. Dalec. *blanditia in Lusitania*. Cod. Dalec. mitteret ut filio bibenda in lacte duretur. *Talia gerebantur in Hispaniæ*.—5 Vet. Dalec.

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *Præterea securitas*] Quærendi eu-  
ram admitt obvia Medicorum turba.

<sup>b</sup> *Sicut illi, quam retulimus*] Lib.  
xviii. c. 45.

<sup>c</sup> *Insanabile*] Sic MSS. non *insana-  
bilis*. Ut ‘Triste lupus stabulis.’

<sup>d</sup> *Pavorem aquæ*] Τέροφοβίαν Græci  
vocant. Vide quæ de eo morbo dixi-  
mus viii. 63.

<sup>e</sup> *Nuper cujusdam*] Indicavit hoc  
ipse superius viii. 63.

<sup>f</sup> *Sylvestris rosæ, quam cynorrhodon*] Rosa sylvestris hæc est quæ Eglen-

terii nomine apud Gallos venit, *l'Eg-  
lantier*. Est in Eystettensi horto:  
vidimus in Regio. Scribonio Largo  
Compos. 85. ‘Rosa sylvatica, quam  
caninam quidam vocant.’

<sup>g</sup> *In fructecto*] *Fructectum*, per syn-  
copen, pro *fruticetum*, habent libri  
MSS. ubique omnes. Vulgo tamen et  
*frutetum* scribitur.

<sup>h</sup> *Spongiolæ*] Spongiam ex rubo ro-  
sario agresti sumtam vocat Marcellus  
Empir. c. 26. pag. 181. et c. 27. pag.  
196.

nascitur, cinere cum melle, alopecias capitis expleri. In eadem provincia cognovi in agro hospitis nuper ibi reperatum dracunculum appellatum caulem, pollicari crassitudine, versicoloribus viperarum maculis, quem ferebant contra omnium morsus esse remedio: alium<sup>6</sup> quam quos in priore volumine<sup>1</sup> ejusdem nominis diximus: sed huic alia figura aliudque miraculum exerentis se terra<sup>7</sup> ad primas serpentium vernationes, bipedali fere altitudine, rursusque cum iisdem in terram condentis:<sup>8</sup> nec omnino occultato eo apparet serpens: vel hoc per se satis officioso naturae munere, si tantum præmoneret, tempusque formidinis demonstraret.

(III.) Nec bestiarum solum ad nocendum scelera sunt, sed interim aquarum quoque ac locorum. In Germania trans Rhenum castris a Germanico<sup>j</sup> Cæsare promotis, maritimo tractu fons erat aquæ dulcis solus, qua pota<sup>k</sup> intra biennium dentes deciderent, compagesque in genibus solverentur. Stomacacen<sup>l</sup> medici vocabant, et scelotyrben,<sup>m</sup>

.....

ramis.—6 Ita codd. Hardnini, cum edd. Harduin, 1. 2. 3. et recentt. *contra serpentium omnium m. e. remedium.* Alius est Vet. Dalec. *contra omnium m. e. remedium.* Alius est Gronov. et vulg.—7 Cod. Dalec. *exeuntis e terra.*—8 Dalec. *se condentis.*—9 <sup>‘</sup>Cod. Reg. 2. *Sceloturbin.* Græcis σκελοτύρβη dicitur a σκέλος et τύρβη, quod morbus ille tentet et turbet crura.’ Brotier.

#### NOTÆ

<sup>1</sup> *In priori volumine]* Superiore lib. c. 93. Nondum mihi herbæ compertrum genus illud est, in quod omnia ea convenient, quæ hic referuntur: illudque in primis, ut seris anni mensibus, quo latent angues, ipsum arescat. In Indice dracunculus caulis appellatur.

<sup>j</sup> *A Germanico]* Tiberii F. Caligulae patre.—<sup>‘</sup>Neronis Clandii Drusi Germanici Imp. filio, Caii Cæsaris Germanici Ang. patre.’ Ed. sec.—Vide Tacitum Annal. II. pag. 43. et seq.

<sup>k</sup> *Qua pota]* ‘Et Susis,’ inquit Vitruv. VIII. 3. pag. 165. ‘in qua civi-

tate est regnum Persicum, fonticulus est, ex quo qui biberunt, amittunt dentes.’ Quam in rem lepidum idem Epigramma Græcum eo loci recitat.

<sup>l</sup> *Stomacacen]* Στομακάκην, vel potius, ut ars suadet, στομοκάκην, quæ vox vitium quoddam oris sonat. Scorbutum ætas posterior appellavit. Vide Sennertum lib. III. pag. 504. Sunt qui στομοκάκην malint hic legi, quoniam scorbuticis os κάκκην, hoc est, stercus olet. Et id morbi genus hodieque grassatur in Frisiis, ex aquarum vitio.

<sup>m</sup> *Scelotyrben]* Σκελοτύρβη, paralysis species, quando recti nequeunt incedere:

ea mala. Reperta auxilio est herba, quæ vocatur brittania-  
ca<sup>10</sup> non nervis modo et oris malis salutaris, sed contra  
anginas<sup>o</sup> quoque, et contra serpentes.<sup>11</sup> Folia habet ob-  
longa nigra, radicem nigram. Succus ejus exprimitur et ex  
radice.<sup>12</sup> Florem vibones<sup>p</sup> vocant: qui collectus prius-  
quam tonitrua audiantur, et devoratus, securos in totum  
reddit. Frisia, qua castra erant, nostris monstravere il-  
lam:<sup>13</sup> mirorque<sup>q</sup> nominis causam: nisi forte confines

---

*secletyben* edd. vett. Gronov. Harduin. et recentt.—10<sup>c</sup> *Brittanica*] Ita cod.  
Reg. 1. *Brotier.* quæ appellatur *Britannica* Chiff. quæ vocatur *Britannica*  
edd. vett. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—11 Ita codd. Harduni et  
Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. et *serpentes* edd. vett. et Gronov.—12 Chiff. e radice; margo edd. Dalec. et Gronov. *ex foliis*, e Diosc.—  
13 *Fida in qua castra erant, monstravre illum* Chiff.—14 Cornarius, *confines*

#### NOTÆ

*sed nunc in laevam, nunc in dextram* corpus contorquent, pedesque proferunt: interdum etiam, velut inutilē syrma, anguium more pedem promovent. Σκελοτύρβη ἐστὶν ἔδος παραλόσεως, ὥστε περιπατεῖν ἐπ' εὐθέας μὴ δύνασθαι, καὶ ποτὲ μὲν κατ' εὐθὺν, ποτὲ δὲ εὐώνυμον εἰς τὰ δεξιὰ περιφέρειν, ἢ τὸ δεξιὸν εἰς τὰ ἄριστα, καὶ ποτὲ μὲν ἐπισύρειν τὸ σκέλος, ὥσπερ ἀναβαίνοντές τι μέγα. Galenus, in Defin. Med. tom. II. num. 293. p. 265. A σκέλος et τύρβη, quod crura is morbus tentaret, turbaretque. Ἰελii Galli exercitum laborasse hoc utroque mali genere ex Arabicorum fructuum esu, et aquarum potu, auctor est Strabo lib. XVI. pag. 781. Τῶν μὲν περὶ τὸ στόμα, τῶν δὲ περὶ τὰ σκέλη παράλουν τινὰ..... Et paulo ante, Στομακάκη καὶ σκελοτύρβη.

<sup>n</sup> *Brittanica* [*britannica*] Hydrolapathum nigrum esse, quam veteres Britannicam appellant, satis idoneis efficit argumentis Abrah. Muntingius, opere singulari de vera antiquorum herba Britannica. Galenus certe de Fac. Simp. Med. lib. VI. folia ait esse agresti lapatho similia, ὅμοια τοῖς τῶν ἀγρίων ὄντα λαπάθων.

<sup>o</sup> *Sed contra anginas*] Apuleius cap.

29. de *Britannica*, tit. 7. <sup>c</sup> Ad anginam: 'Herbæ Britannicæ flos antequam tonitruum audiatur collectus, qui eo usus fuerit, per totum annum anginam non experietur.'

<sup>p</sup> *Florem vibones*] Strabo auctor est lib. VI. pag. 156. ad Vibonem oppidum, (de quo III. 10.) e Sicilia Proserpiuam migrasse ad legendos flores: ubi matrone collectis eis texunt coronas: hincque repertum coronis flores nectere. Unde putandum vibonum florum nomen venisse. Vide in nummis nostris, ΠΠΠΩΝΙΕΩΝ.

<sup>q</sup> *Mirorque*] Mirum est, inquit, Britannicam vocari herbam, quæ non in Britannia, sed in Germania inventa sit. At vero Lipsius in Taciti Annal. I. pag. 30. paludes ait, uliginesque, haud procul Amisia flumine, inter Lingam, Weddam, Coëvordam, aliquot milliarium spatium occupare: vocari ab accolis Bretaniæ uligines, *Bretansche heyde*. Ab ista Bretannia in Frisia, nomen herbae Britannicæ datum. Muntingius, p. 131. a stabilendis dentibus Frisiorum lingua deductum id nomen, suadere nititur quidem: at non omnino persuadet.

Oceano Britanniæ, velut propinquæ, dicavere.<sup>14</sup> Non enim<sup>r</sup> inde appellatam eam, quoniam ibi plurima nascetur, certum est, etiamnum Britannia libera.

vii. Fuit quidem et hic quondam ambitus, nominibus suis eas adoptandi, ut docebimus<sup>1a</sup> fecisse reges: tanta res<sup>b</sup> videbatur,<sup>2</sup> herbam invenire, vitam juvare, nunc fortassis aliquibus curam nostram frivolam quoque existimaturis: adeo deliciis sordent etiam quæ ad salutem pertinent. Auctores tamen quarum inveniuntur, in primis celebrare<sup>3</sup> par est, effectu earum digesto in genera morborum. Qua quidem in reputatione misereri sortis humanæ subit, præter fortuita casusque, et quæ nomina<sup>c</sup> omnis hora excogitat, ad millia morborum singulis mortalium timenda. Qui gravissimi ex his sint discernere, stultitiæ<sup>d</sup> prope videri potest, cum suus cuique ad præsens quisque atrocissimus videatur. Et de hoc tamen judicavere ævi experimenta,<sup>5d</sup> asperrimos cruciatus esse calculorum a stillicidio vesicæ: proximum stomachi, tertium corum quæ in capite doleant:<sup>6</sup> non ob alios<sup>e</sup> fere morte concita. A Græcis et noxias herbas demonstratas miror equidem. Nec venenorum tantum: quoniam ea vitæ conditio est, ut mori<sup>f</sup> plerumque etiam optimi

*Oceano, Britanniæ velut propinquæ dicavere.*

CAP. VII. 1 Vet. Dalec. quod docebimus; alii ap. Dalec. sicut docebimus.—2 Ita ex codd. Harduinus et recent. iis debeatur Vet. Dalec. ut res tanta debeatur Gronov. et al. vett.—3 Chiff. celebrari.—4 Ita ex codd. Harduinus et recent. et nomina, quæ omnis . . . . . stultitia Gronov. et vulg.—5<sup>d</sup> Ita codd. Regg.<sup>e</sup> Brotier. avi experimento edd. vett. Harduin. 1. 2. 3. et recent. usi experimento cod. Dalec. et hoc tamen j. aut experimenta Chiff. Mox, margo edd. Dalec. et Gronov. calculorum vesicæ cum stillicidio; cod. Dalec. ac stillicidium.—6 Cod. Dalec. qui capite dolent. Mox, Chiff. morte concita.—

#### NOTÆ

<sup>r</sup> Non enim] Non est verisimile appellatam eam herbam esse a milite Romano de Britanniæ nomine, quoniam ibi plurima nascetur, cum præsertim Britannia tum sui juris esset, nec populo R. subdita.

<sup>a</sup> Ut docebimus] Cap. 33. et seqq.

<sup>b</sup> Tanta res] Vide Notas et Emend. num. 3.

<sup>c</sup> Et quæ nomina] Nomina nova no-

vis morborum generibus, quæ subinde nascuntur, indita.

<sup>d</sup> Et de hoc tamen . . . . . avi experimenta [avi experimento] Vide Notas et Emendationes num. 4.

<sup>e</sup> Non ob alios] Non alios fere morbos morte consecuta.—<sup>f</sup> Parmensis editio et codex Chiff. forte melius, morte concita.<sup>g</sup> Ed. sec.

<sup>f</sup> Ut mori] Ferdinandus Pintianus,

mi<sup>1</sup> portus sit: tradatque M. Varro, Servium Clodium equitem Romanum magnitudine doloris in podagra coactum, veneno<sup>2</sup> crura perunxisse, et postea caruisse sensu omni, aequa quam dolore in ea parte corporis. Sed quae fuit venia monstrandi, qua mentes<sup>3</sup> solverentur, partus eliderentur, multaque similia? Ego nec abortiva dico, ac ne amatoria quidem, memor Lucullum imperatorem clarissimum amatorio<sup>4</sup> periisse: nec alia magica portenta, nisi ubi cavaenda sunt aut coarguenda, in primis fide eorum damnata. Satis operæ fuit abundeque præstitum<sup>5</sup> vitæ, salutares dixisse, ac postea inventas.<sup>6</sup>

VIII. (iv.) Laudatissima herbarum est, Homero<sup>j</sup> teste, quam<sup>1</sup> vocari a Diis putat moly, et inventionem ejus Mercurio assignat, contraque summa veneficia demonstrat. Nasci eam<sup>k</sup> hodie circa Pheneum, et in Cyllene Arcadiæ tradunt, specie illa Homericæ, radice rotunda nigraque,

<sup>7</sup> Vet. Dalec. *optimus*. ‘In Ms. Reg. 2. *optimis*. Vide supra VII. 54.’ Brotier. Mox, Chiff. *traditique*.—<sup>8</sup> Idem codex, *præstatum*.—<sup>9</sup> Vet. Dalec. *ac posteris juvenus*; Pintian. *ac pro ea juvenus*.

CAP. VIII. 1 Ita ex codd. Harduin et recentt. *Homero quam Gronov.*

### NOTÆ

qui in eadem exornanda sparta laboravit, in qua nos sudamus, vir de Plinio optime meritus, insculpi Salmanticæ sepulcro suo jussit, OPTIMUM VITÆ BONVM MORS. Vide quæ dicta sunt VII. 54.

<sup>g</sup> *Veneno*] Cicutæ succo.

<sup>h</sup> *Qua mentes*] Quæ herba faceret insaniam, partus elideret, &c.

<sup>i</sup> *Lucullum . . . amatorio*] Amatorium poculum dicitur, quod ad amoris insaniam impellit: quale Lucullo Callisthenes libertus suus obtulit, ut impensis ab eo diligeretur: verum veneni vi alienata domini mens est, et mors consecuta. Plutarchus in Luculo pag. 520.

<sup>j</sup> *Homero*] Odyss. K. 302. <sup>Ως</sup> οὐ φωνῆσας πόρε φάρμακον Ἀργειφόντης,

Ἐκ γαῖς ἐρύσας, καὶ μοι φύσιν αὐτοῦ ἔθειξεν. Πίζη μὲν μέλαν ἔσκε, γάλακτι δὲ εἶκελον ἄνθος. Μῶλυ δέ μιν καλέουσι θεοί· χαλεπὸν δέ τ' ὀρύσσειν Ἀνδράσι γε θυητοῖσι· θεοί δέ τε πάντα δύνανται. Transcripsit hunc Plinii locum Apuleius c. 48. Homericum moly, esse Democriti aglaophotin, de qua nos egimus libro superiore, Lobelius scriptis in Notis marginalibus MSS. ad Anguillar. p. 90. Esse rutam sylvestrem affirmat Galenus de Fac. Simp. Med. lib. VIII. p. 219.

<sup>k</sup> *Nasci eam*] Tota hæc descriptio petita ex Theophrasto est, Hist. IX. 15. Sed is errasse Homerum ait, qui ægre evelli hanc e tellure cecinit. Vide et Diosc. III. 54.

magnitudine cepæ, folio scillæ: effodi autem difficulter.<sup>2</sup> Græci auctores<sup>1</sup> florem ejus luteum piuxere, cum Homerus<sup>3</sup> candidum scripserit. Inveni e peritis herbarum medicis, qui et in Italia nasci eam diceret, afferrique<sup>3</sup> Campania mihi aliquot diebus effossam inter difficultates saxeas, radicis xxx. pedes longæ, ac ne sic quidem solidæ, sed abruptæ.

IX. Ab ea maxima auctoritas herbæ est, quam dodecatheon<sup>n</sup> vocant, omnium<sup>1</sup> Deorum majestatem commendantes. In aqua potam omnibus morbis mederi tradunt. Folia ejus<sup>o</sup> septem, lactucis simillima, excent a lutea radice.

X. Vetustissima inventu Pæonia<sup>p</sup> est, nomenque auctoris retinet, quam quidam<sup>q</sup> pentorobon appellant, alii gly-



et vulgg. Mox, ast inventionem ejus, &c. al. ap. Dalec.—2 Vet. Dalec. effodi autem non difficulter; Theophr. non tamen effodi.—3 Vet. Dalec. afferretque.

CAP. IX. 1 Vet. Dalec. numinum. Mox, commendantis cod. Dalec.

#### NOTÆ

<sup>1</sup> Græci auctores] Quos Priapeiorum auctor est secutus, eo carmine: ‘Hinc legitur radix, cuius flos aureus exit: Quam cum moly vocant, mentula moly fuit.’

<sup>m</sup> Cum Homerus] Loco allato: et qui Homerum imitatus est Naso Met. xiv. 291. ‘Pacifer huic florem dederat Cyllenius album: Moly vocant Superi: nigra radice tenetur.’ Diosc. quoque loc. cit. ἄνθη λευκοῖσις ὅμοια, γαλακτόχροα dicit esse, violæ albae flores similes, et lactei coloris. Galenus de Fac. Simp. Med. lib. vii. p. 211. άνθος γαλακτῶδες.

<sup>n</sup> Dodecatheon] Δωδεκάθεος, herba a duodecim Diis majoribus appellata.

<sup>o</sup> Folia ejus] ‘Profecto hac effigie,’ inquit Ruellius lib. ii. p. 449. ‘frequenter in dumetis enatam vidimus: verum cum nec plura de ea tradantur, an dodecatheos sit, non ausim affirmare.’

<sup>p</sup> Vetustissima . . . Pæonia] A Pæone Medico nomen invenit, qui vulneratum Plutonem ab Hercule, ut Homerus quidem fabulatur Iliad. E. 401. curasse ea perhibetur. Nomen in officinis servat: vulgus Pivoniam vocat: Pivoine. Genera ejus quatuordecim in horto Regio vidimus. Pæonia mas a Matthiolo delineatur in lib. iii. Diosc. p. 914.

<sup>q</sup> Quam quidam] Diose. iii. 157. Παιονία, ἡ γλυκυνόδη, οἱ δὲ πεντόροβον. Sic etiam Galenus de Fac. Simp. Med. lib. vi. p. 167. Dicitur sane πεντόροβον, quasi quintuplex ervi granum: a granorum numero, quæ ervum imitantur. Γλυκυνόδη, quod acinos dulces, mali Punici similes, habere videtur: nam σόδη Βασιτις malum Punicum est. Vide etiam Apuleium cap. 61. et auctorem libri, qui Kiranidum Kirani inscribitur, p. 18.

cysidem. Haec<sup>1</sup> quoque difficultas est, quod eadem aliter alibi nuncupantur. Nascitur<sup>r</sup> opacis montibus, caule inter folia<sup>s</sup> digitorum quatuor,<sup>2</sup> ferente in cacumine veluti Graecas nuces quatuor aut quinque. Inest iis<sup>t</sup> semen copiosum, rubrum, nigrumque. Haec medetur et Faunorum<sup>u</sup> in quiete ludibriis. Præcipiunt eruere<sup>v</sup> noctu, quoniam si picus Martius videat, tuendo in oculos impetum faciat.

### XI. Panaces ipso nomine<sup>a</sup> omnium morborum remedia



CAP. X. 1 Chissl. penteron app. alii cycloden. Num haec.—2 Margo edd. Dalec. et Gronov. sesquipedali.

#### NOTÆ

<sup>r</sup> *Nascitur*] Haec totidem fere verbis Diosc. loc. cit.

<sup>s</sup> *Caule inter folia*] Inter singulos nodos, unde folia erumpunt. Alias totus caulis bicubitalis est, ut ait Diosc. loc. cit. κανλὸς ὡς δισπιθαμαιός.

<sup>t</sup> *Inest iis*] Diosc. loc. cit. Δέρθον δὲ τυας ἀνήσου ἐπ' ἄκρου τοῦ κανλοῦ, ἀμυγδάλοις δμοίοις· ὡς ἀνεψχθέντων εὐρισκονται ἐρυθροὶ κόκκοι πολλοὶ, μικροὶ, ἐμφερεῖς τοῖς τῆς ροΐας· ἐν μέσῳ δὲ μέλανες, ἐμπόρφυροι, ε' ή σ'. Summo caule fert siliquas quasdam, veluti Graecas nuces: quibus dehiscentibus grana multa rubentia, parva, acinis Punicorum similia inveniuntur: et inter haec medium quinque aut sex, nigra, purpurea.

<sup>u</sup> *Faunorum*] Faunos xxx. 24. nocturnos Deos interpretatur. Dioscor. loco citato: Οἱ δὲ μέλανες καὶ πρὸς τοὺς ὑπὸ ἐφιαλτῶν πνιγμούς, grana nigra valent adversus suppressiones incuborum nocturnas, quas ephialtas vocant. Quindecim grana bibi ex aqua jubet idem Eὐπορ. I. 22. Ἐφιαλτης sive ἐπιάλτης malum est, ubi aliquis noctu se grandi mole opprimi, invadique ab alio credit. Macrobius de hac re ita prodidit, in Somn. Scip. I. 3. pag. 13. ‘Φάντασμα vero, hoc est, visum, cum inter vigiliam, et adultam quietem, in quadam, ut aiunt, prima somni nebula, adhuc vigilare se existimans,

qui dormire vix cœpit, aspicere videot irruentes in se vel passim vagantes formas, . . . In hoc genere est ἐφιαλτης, quem publica persuasio qui-escentes opinatur invadere, et pondere suo pressos ac sentientes gravare.’ De hoc genere morbi plura Cælius Aurel. III. 3. ‘Quidam veteres,’ inquit, ‘ephialten vocaverunt, . . . Afficit crapula vel indigestione jugi vexatos . . . Sequitur per somnum gravedo atque pressura, et veluti præfocatio, qua sibi quenquam irruisse repente existiment, qui sensibus oppressis sensus examinet, neque claimare permittat: quo fit ut saepe erumpentes non articulata, sed confusa voce exclament.’ . . . Ac paulo ante: ‘Sed quod neque Deus, neque semidens, neque Cupido sit, libris Causarum, quos αἰτιολογομένους Soranus appellavit, plenissime explicavit.’ Inde Paonia ἐφιαλτης dicitur apud Aëtium lib. I. p. 32. (sic enim legendum, non elephantia) quia τὸν ἐφιαλτην curat.

<sup>v</sup> *Præcipiunt eruere*] Haec a Theophrast. ad verbum expressa Hist. IX. 9.

<sup>a</sup> *Panaces ipso nomine*] Ἀπὸ τοῦ πάντα ἀκεῖν, quod omnia medetur: sive a πᾶν et ἄκος, hoc est, ab omni remedio.

promittit, numerosum<sup>b</sup> et Diis inventoribus ascriptum. Unum quippe Asclepion<sup>c</sup> cognominatur, quoniam is<sup>d</sup> filiam Panaceam appellavit. Succus coactus ferulæ<sup>e</sup> qualem diximus, radice multi<sup>f</sup> corticis et salsi.<sup>g</sup> Hac evulsa<sup>h</sup> sero-bem repleri vario genere frugum religio est, ac terra<sup>i</sup> pia-mentum. Ubi, et quoniam fieret modo, et quale<sup>j</sup> maxime probaretur, inter peregrina docuimus.<sup>k</sup> Id quod e Macedonia affertur, bucolicon<sup>l</sup> vocant, armentariis sponte erumpentem succum excipientibus: hoc celerrime evanescit. Et in aliis<sup>m</sup> autem generibus improbatur<sup>n</sup> maxime nigrum ac molle. Id enim argumento<sup>o</sup> est cera adulterati.

XII. Alterum<sup>p</sup> genus Heraclion vocant, et ab Hercule inventum tradunt: alii origanum Heracleoticum sylvestre, quoniam est origano<sup>q</sup> simile, radice inutili: de quo origano diximus.

CAP. XI. 1 Vet. Dalec. *Asclepius*.—2 Margo Ed. Dalec. *radicis cortice multo (crasso) et salso*, e Theophr.—3 Vet. Dalec. *ad terra*.—4 Ita ex codd. Harduinis et recentt. *et quo f. modo, et quale* Gronov. et vulgg. *et quo f. modo, aut quale* Chiff. —5 Chiff. *probatur*.—6 Ita codd. Harduin et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *argumentum* Gronov. et al. vett.

CAP. XII. 1 Margo edd. Dalec. et Gronov. tradunt. *Alii origanum silves-tre Panaces Heracleum vocant, quod est origano*, e Diosc.

#### NOTÆ

<sup>b</sup> Numerosum] Cujus multa genera.

<sup>c</sup> Unum . . . Asclepion] Tō πάνακες

τὸ Ἀσκληπίειον, Theophrasto Hist. IX. 9. ab Esculapio Medico, ut Nicander cecinit in Theriacis. Filiam ejus Πανάκειαν, cum altera, quae Τυεῖα nominata est, in suo jurejurando testem Hippocrates advocat, p. 1. Idem panacis genus Ἡράκλειον a Diosc. appellatur, III. 55. et a Galeno, de Fac. Simp. Med. lib. VIII. p. 217.

<sup>d</sup> Succus . . . ferula] Est, inquit, ferula panaces: cuius succus excipitur inciso caule, cogiturque: coacti candor probatur, ut diximus XII. 57.

<sup>e</sup> Radice multi] Radices permultas habet, crasso et subamari gustus cor-tice vestitis: Πλέας πλεόνας . . . παχὺν ἔχοντας τὸν φλοιὸν, ὑπόπτικρον τῇ

γεύσει. Diosc. III. 55. post Theophr. Hist. IX. 12.

<sup>f</sup> Hac evulsa] Cum effoditur, ex omni frugum genere offa mellita terra injicitur, Theophr. Hist. IX. 9.

<sup>g</sup> Ubi . . . docuimus] Lib. XII. cap. 57.

<sup>h</sup> Bucolicon] Βούκολικόν, quasi pas-torium.

<sup>i</sup> Et in aliis] In aliis succis qui non sponte erumpunt, sed inciso caule vel radice manant. Ipse Plinius XII. 57. ‘Niger color improbatur.’ Dioscor. III. 55. ‘Ο δὲ μέλας φαῦλος καὶ μαλακός. Δολοῦνται γὰρ ἀμμωνιακῷ ή κηρῷ.

<sup>j</sup> Alterum] Origanum est Heracleoticum, de quo xx. 62: Diosc. III. 56. Καλοῦσι δέ τινες πάνακες καὶ τὴν ἄγριαν

xiii. Tertium<sup>k</sup> panaces Chironion cognominatur ab inventore. Folium ejus lapatho simile, majus tamen et hirsutius.<sup>l</sup> Flos aureus, radix parva.<sup>m</sup> Nascitur pinguibus locis. Hujus flos efficacissimus, eoque amplius, quam supra dicta, prodest.

xiv. Quartum<sup>n</sup> genus panacis ab eodem Chirone repertum, centaurion cognominatur: sed et Pharnaceon, in controversia<sup>l m</sup> inventionis, a Pharmace rege deductum. Seritur<sup>o</sup> hoc, longioribus, quam cetera, foliis, et serratis. Radix odorata in umbra siccatur, vinoque gratiam adjicit. Hujus genera<sup>p</sup> duo fecere, alterum laevis<sup>q</sup> folii, alterum tenuius.<sup>s</sup>

xv. Heracleon<sup>r</sup> siderion et ipsum ab Hercule inventum

CAP. XIII. 1 Th. δασύτερον, densius.—2 Τh. μακρὰ, longa: nisi legendum sit, μικρά.<sup>t</sup> Dalec.

CAP. XIV. 1 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. controversiam Gronov. et vulgg.—2 Scribitur Vet. Dalec.—3 Hujus præterea genera margo edd. Dalec. et Gronov. e Diose.—4 Ita ex codd. Harduinus et recentt. levioris Gronov. et vulgg. crassioris Th. παχύφυλλον.—5 Ita ex codd. Harduinus et recentt. tenuioris Gronov. et al. vett. In codd. Regg. et Editione principe, tenuis. La petite centaurée.<sup>u</sup> Brotier.

#### NOTÆ

δρίγανον, οἱ δὲ καὶ ἡρακλεωτικὸν, οἱ δὲ κονίλην<sup>v</sup> περὶ ἣς εἴρηται ἐν τοῖς περὶ ὁργάνον.

<sup>k</sup> Tertium] Ita sunt Theophrasti verba Hist. ix. 12. Ἐχει δὲ τὸ μὲν Χειρῶνος φύλλον μὲν ὅμοιον λαπάθῳ, μείζον δὲ καὶ δασύτερον· ἄνθος δὲ χρυσοειδές· ἥξαν δὲ μικράν φιλεῖ δὲ τὰ χωρία τὰ πίονα. Neque Nicandri, neque Dioscoridis panaces Chironium esse constat: sed est Helenium Dioscoridis primum, sive inula, ut recte vidit Anguillara par. v. p. 89, etsi id minus probare Ruellius videtur lib. iii. p. 524. Pingitur a Lobelio in Observ. p. 309.

<sup>l</sup> Quartum] Herbariis id genus incognitum.

<sup>m</sup> In controversia] Aliis Chironi Centauro, aliis Pharnaci regi originem assignantibus. Chironi medici-

næ inventionem Plinius adjudicat VII. 57. Pharnaces Mithridatis Pontici filius fuit: quo devicto Cæsar inter pompa ferula trium verborum præstulit titulum, ‘Veni, Vidi, Vici.’—‘Pharnaces, is est, qui primus regnabit in Ponto, ut Plinius loquitur, XXXIII. 54, nempe circiter annum Urbis Romæ 450.’ Ed. sec.

<sup>n</sup> Hujus genera] Alio spectat Theophrastea panacis universis distributio in duo genera, τὸ μὲν λεπτόφυλλον, τὸ δὲ πλατύφυλλον, Hist. ix. 12. alterum latioris folii, tenuioris alterum.

<sup>o</sup> Heracleon] Hæc sideritis tertia Dioscoridis est, iv. 35. quam et Cratevas ibi Ἡράκλειαν vocat, flore puniceo, foliis coriandri, caulisbus σπιθαμαῖοις, hoc est, palmi altitudine. Geranium est Dodonæi Robertianum,

est, caule tenui digitorum quatuor altitudine,<sup>1</sup> flore Puniceo, foliis coriandri. Juxta lacus et amnes invenitur, omniaque vulnera<sup>p</sup> ferro illata efficacissime sanat.

XVI. Est Chironis inventum ampelos, quæ vocatur Chironia, de qua diximus<sup>q</sup> inter vites, sicuti de herba,<sup>r</sup> cuius inventio assignatur Minervæ.

XVII. Herculi eam<sup>a</sup> quoque ascribunt, quæ Apollinaris, apud Arabas<sup>b</sup> altercum: apud Græcos<sup>c</sup> vero hyoscyamos appellatur. Plura ejus genera: unum nigro<sup>c</sup> semine, floribus pæne purpureis, spinosum. Talis nascitur in Galatia. Vulgare<sup>d</sup> autem candidius est, et fruticosius, altius papaveræ. Tertii<sup>e</sup> semen<sup>e</sup> irionis semini simile: et omnia in-

-----  
CAP. XV. 1 Margo edd. Dalec. et Gronov. *cauliculis multis dodrantalibus, e Diosc.* Mox, ibid. ex eodem, *quamvis recenti vulnera sanguinem suppressit.*

CAP. XVII. 1 Ita ex codd. Harduin et recent. *apud Arabas altercum sive altercangenon, apud Græcos* Gronov. et vulg.—2 Alterius margo edd.

#### NOTÆ

pag. 62. visum a nobis in horto Regio.

<sup>p</sup> *Omniaque vulnera]* Dioscor. loc. cit. Καὶ ταῦτης ἡ δύναμις ἐπιτιθεμένης κολλητικὴ ἐναλμάν καὶ νεοτρόπων. *Hujus impositæ ea vis est, ut cruenta recentia que vulnera glutinet.*

<sup>q</sup> *Est Chironis . . . de qua diximus]* Lib. xxiii. c. 17.

<sup>r</sup> *Sicuti de herba]* Parthenio scilicet, de quo xxii. 20.

<sup>a</sup> *Herculi eam]* Vox hæc ὑστκάμος, suis fabam, seu fabam porcinam sonat. Cum porro suem, aprum Erymanthium, Hercules occiderit, qui aper in Arcadum terra fuerat enutritus, idcirco et faba suis Arcadicæ hæc appellata est, et in partem aliquam ejus inventionis Hercules venit. Vide Galen. ix. κατὰ τόπους, 4. p. 609. Eadem Apollinaris dicitur, quod mentem percellat, quasi aestu Apollinis.

<sup>b</sup> *Apud Arabas]* Ita Reg. 2. librique editi. Reg. 1. *apud Arbilas:* unde quidam *apud alios* fingunt. Certe vocem

eam esse Latini oris, non Arabici soni, vel ex Scribonio Largo intelligitur, qui Plinio vetustior, (nam is Tiberii principatu vixit:) Compos. 181. ‘Altercum,’ inquit, ‘quod Græci ὑστκάμον vocant, qui biberunt, caput grave, venisque distentum habent: mente abalienantur, cum quadam verborum altercatione: inde enim hoc nomen herba trahit altercum.’ Sic etiam Apuleius c. 4. ‘A Græcis Hyoscyamos dicitur, et Dioscyamos . . . Latini insanam vocant, aliqui Apollinarem, alii alterulum,’ &c. Gallis, *Hannebane*. Jusquiamus, officinis. Tergemini hyoscyami icones exhibet Dodonæus, p. 147. Vidimus in horto Regio.

<sup>c</sup> *Unum nigro]* Dioscor. iv. 69. ‘Ο μὲν γὰρ ἀνθη ὑποπόρφυρα φέρει . . . σπέρμα μέλαν, καὶ τοὺς κυτίνους σκληροὺς καὶ ἀκανθώδεις.

<sup>d</sup> *Vulgare]* Et idem nigrum, sed hujus cœli solique, non Galaticæ, nec saturi coloris, sed ex candido nigro.

saniam gignentia, capitisque vertigines. Quartum<sup>3 f</sup> genus molle, lanuginosum, pinguius ceteris, candidi seminis,<sup>4</sup> in maritimis nascens; hoc recepere medici. Item rufi<sup>5</sup> seminis. Nonnunquam autem<sup>5</sup> candidum rufescit, si non ematuruit,<sup>6</sup> improbateturque. Et alioqui nullum, nisi cum inaruit, legitur. Natura vini,<sup>6 i</sup> ideoque mentem caputque infestans. Usus seminis et per se, et succo expresso. Exprimitur<sup>j</sup> separatim, et caulis foliisque: utuntur et radice, temeraria in totum (ut arbitror) medicina. Quippe etiam foliis constat mentem corrumphi, si plura quam quatuor bibantur. Etiam<sup>7</sup> antiqui<sup>k</sup> in vino febrem depelli arbitrabantur. Et oleum fit ex semine, ut diximus,<sup>l</sup> quod ipsum auribus<sup>m</sup> infusum tentat mentem. Mireque,<sup>8 n</sup> ut

Dalec. et Gronov. e Diosc.—3 Tertium ibid. ex eodem.—4 Ibid. ex eodem, et floris.—5 Ita codd. Harduini et Vet. Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. Non numquam ante Gronov.—6 Al. ap. Dalec. veneni.—7 Vet. Dalec. bibantur, tametsi; Chiffi. bibant. Etiam. Mox, in eodem codice, febrim.—8 Mirumque Vet. Dalec.

## NOTÆ

<sup>e</sup> *Tertii semen*] Alterum hoc Dioscoridis, qui non omnia genera attigit, altercum est: 'Ο δέ τις, ἄνθη μηλινοείδη . . . σπέρμα ὑπόξανθον, ὥσπερ ἐρύσιμον. Οὗτοι δὲ μανιάδεις ὑπάρχουσι, καὶ καρωτικοί. Alterius flores sunt lutei. . . . sufflavum, et irionis seminis simile. Insaniam illa gignunt, et soporem.

<sup>f</sup> *Quartum*] Quod Dioscoridi loc. cit. tertium est, eisdemque plane verbis ab eo describitur.

<sup>g</sup> *Item rufi*] Quod, inquit, est rufi seminis, ξανθοῦ, in medicinæ usus adhibetur. Diosc. loc. cit.

<sup>h</sup> *Si non ematuruit*] Cum nequit maturescere, aut percoqui.

<sup>i</sup> *Natura vini*] Inest vis ei vini: nam caput tentat, &c. Ita libri omnes, non veneni. Et aliud ei nomen ab ea causa inditum. 'Milmindrum,' inquit Papias, 'vulgus vocat pro eo quod elevationem mentis inducat: hæc herba hyoscyamos appellatur.'

<sup>j</sup> *Exprimitur*] E semine ait, et Delph. et Var. Clas.

caulis, et foliis, separatim exprimi succum, utilem in medicina. Vide Notas et Emend. num. 5.

<sup>k</sup> *Etiam antiqui*] Dioscor. loc. cit. terna, inquit, quaternave folia cum vino pota febres epialus depellunt, ἡπιάλος πυρετὸς θεραπεύει. Febris continuae quotidianæ genus hoc nomine Græci intelligent.

<sup>l</sup> *Et oleum . . . ut diximus*] Libro xv. 7. et xxiii. 49.

<sup>m</sup> *Quod ipsum auribus*] Prodest auribus, menti nocet. Apuleius cap. 4. 'de Symphoniacæ,' sive hyoscyamo, tit. 1. 'Ad aurium dolorem:' 'Herbæ symphoniacæ succus tepefactus cum oleo rosaceo, et in aurem instillatus, aurium dolorem mirifice tollit: et si vermes fuerint, necat eos.'

<sup>n</sup> *Mireque*] Mirum est a Medicis, tanquam contra venenum, remedia tradi, ab iis sumenda, qui hyoscyatum bibissent, et ex ipso simul hyoscyamo remedia peti.

contra venenum, remedia prodidere his qui id bibissent, et ipsum pro remediiis: adeo nullo omnia experiendi fine, ut cogerentur etiam venena prodesse.

XVIII. (v.) Linozostis,<sup>o</sup> sive parthenion, Mercurii inventum est: ideo apud Græcos Hermupoan<sup>p</sup> multi vocant eam, apud nos omnes Mercuriale. Duo ejus genera:<sup>q</sup> masculus, et fœmina, quæ efficacior, caule cubitali,<sup>r</sup> interdum ramoso in cacumine, ocimo angustioribus foliis, geniculis densis, alarum cavis<sup>s</sup> multis, semine in geniculis<sup>t</sup> dependente: fœminæ copioso, mari juxta genicula stante,<sup>3</sup> rariori ac brevi, contortoque:<sup>t</sup> fœminæ, soluto et candido. Folia maribus nigriora, fœminis candidiora: radix supervacua, prætenuis. Nascuntur in campestribus cultis. Mirum est,<sup>u</sup> quod de utroque eorum genere proditur, ut mares gignantur, hunc facere: ut fœminæ, illam. Hoc contingere,<sup>v</sup> si a conceptu succus protinus bibatur in passo, edanturve folia decocta ex oleo et sale, vel cruda ex aceto. Quidam decoquunt eam in novo fistili cum heliotropio, et duabus



CAP. XVIII. —1 Margo edd. Dalec. et Gronov. *frutice dodrantali*, aut *majore*, e Diosc.—2 Vet. Dalec. *ex geniculis*.—3 Margo edd. Dalec. et Gronov.

#### NOTÆ

<sup>o</sup> *Linozostis*] Diosc. iv. 191. Λινόδζωστις, ὅι δὲ παρθένιον, οἱ δὲ Ἐρμοῦ βοτάνιον καλοῦσιν. Et in Nothis: Ρώμαιοι ἔρβα Μερκουρίας μάσκουλα. Mercuriale Galli, ut Latini, vocant, *Mercuriale*. Vide iconem maris ac fœminæ apud Lobelium, in Observ. pag. 131. Vidimus in horto Regio.

<sup>p</sup> *Hermupoan*] Ἐρμοῦ πύαν, id est Mercurii herba: quo sensu et Her-mubotane, Ἐρμοῦ βοτάνη, ab Apuleio etiam appellatur, cap. 82.

<sup>q</sup> *Duo ejus genera*] Hæc totidem verbis Diosc. loc. cit.

<sup>r</sup> *Alarum cavis*] Diosc. μασχάλας πολλὰς, πυκνὰς ἔχοντα. Ala proprie pars est hominis concava subter brachium, quæ et axilla dicitur. Ad

hujus similitudinem, in herbis ala, quæ Græcis μασχάλη, significat cavum illum, inter caulem, et ramulos, anfractum: unde nova proles egreditur. In arborum ramis pars eorumdem cava, qua matri adhaescent: in qua et gigni aliquando viscum fungosque contingit.

<sup>s</sup> *Semine in geniculis*] E sinu foliorum dependente.

<sup>t</sup> *Brevi, contortoque*] In formam testiculorum, ὥσπερ ὄρχιδια, inquit Diosc. unde et testiculatam Latini dixerunt, ut auctor est Apuleius cap. 82.

<sup>u</sup> *Mirum est*] Hoc pariter Dioscor. totidem verbis, loc. cit.

<sup>v</sup> *Hoc contingere*] Dioscor. loc. cit.

aut tribus spicis, donec decoquatur.<sup>4</sup> Decoctum<sup>w</sup> dari iudicent, et herbam ipsam in cibo, altero die purgationis mulieribus<sup>s</sup> per triduum, quarto die a balneo coire eas. Hippocrates<sup>x</sup> miris laudibus in mulierum usu praedicavit has: ad hunc<sup>6</sup> modum medicorum nemo<sup>y</sup> novit. Ille eas vulvae cum melle, vel rosaceo, vel irino, vel lirino admovit: item ad ciendos<sup>z</sup> menses secundasque. Hoc idem<sup>a</sup> præstare potu fotuque dixit.<sup>7</sup> Instillavit auribus olidis<sup>b</sup> succum, inunxitque cum vino vetere. Alvo folia imposuit, epiphoris,<sup>c</sup> stranguriæ, et vesicæ.<sup>8</sup> Decoctum ejus dedit cum myrrha et thure. Alvo quidem<sup>d</sup> solvendæ, vel in febri

*folia jacente, e Diosc.—4 Vet. Dalec. tribus aliis spicis, donec percoquatur.—5 Vet. Dalec. muliebris. Mox, quarto vero die Dalec.—6 At hunc Vet. Dalec.—7 Idem Vet. dicit.—8 Cod. Dalec. et vesicis.—9 Dalec. decocta. Salubriss*

## NOTÆ

<sup>w</sup> *Decoctum*] Diosc. loc. cit.

<sup>x</sup> *Hippocrates*] De Morb. Mul. lib. I. tex. 63. p. 455. tex. 74. p. 461. tex. 82. p. 465. tex. 85. p. 468. &c. de Nat. Mul. tex. 8. p. 364. tex. 11. p. 366. tex. 18. p. 371. &c. de Morbis lib. II. tex. 12. p. 43. &c.

<sup>y</sup> *Medicorum nemo*] Carpit ævi sui medicos. Nostra ætate mercuriali utuntur in pessis.

<sup>z</sup> *Item ad ciendos*] Apuleius cap. 82. tit. 2. ‘Ad menstrua cienda:’ ‘Herba Mercurialis cum oleo irino vel rosaceo admota mox provocat sanguinem menstruum.’

<sup>a</sup> *Hoc idem*] Hippocr. de Nat. Mul. tex. 29. p. 377. ad ciendos menses, ἦν τὰ ἐπικήνια μὴ γίνηται: Διωξώστιος τὸν καρπὸν καὶ τὰ φύλλα ἐν οἴνῳ δοῦναι πιεῖν. *Mercurialis semen et folia in vino bibenda præbe.* Et pag. 378. Διωξώστιος φύλλα τρίχας ἐν βάκει προσθεῖναι. *Mercurialis folia trita in linteo subde.*

<sup>b</sup> *Instillavit auribus olidis*] Cum quis ex aure male olet, ἐκ τῶν ὀτῶν κακὸν ὄξει, inquit Hippocr. de internis affectio-

nibus, tex. 34. id quod accidere splen-nicis docet. Apuleius cap. 82. tit. 4. si aqua in aures introierit, ad extra-hendam, mercurialis quoque succum instillat.

<sup>c</sup> *Epiphoris*] Oculorum videlicet: neque enim alias Plinius intelligit, nisi speciatim significet. Dalecam-pius ‘fluxiones in ventrem’ interpre-tatur, quo sensu nusquam vocem eam Noster accepit. Sed et ab Apuleio Lugdunensis Medicus arguitur, ita scribente scilicet cap. 82. tit. 3. ‘Ad epiphoras oculorum:’ ‘Herbæ mer-curialis folia,’ inquit, ‘cum vino albo vetere impone.’

<sup>d</sup> *Alvo quidem*] Q. Serenus c. 29. p. 143. ‘Sæpe cibi specie, vitio vel corporis ipso, Potibus aut duris re-stricta morabitur alvus: Vincetur tal-lis mora gramine Mercuriali, Cnijus aquam cocti minimo cum melle bibe-mus.’ Et Apuleius c. 82. tit. 1. ‘Ad ventris duritiam:’ ‘Herbam Mer-curialem coques, et tritam ex passo da-bis: statim detrahet, et stomachum purgabit: aut semen ejus tritum ex

decoquitur quantum manus capiat in duobus sextariis aquæ ad dimidias: bibitur sale et melle admixto: necnon cum ungula suis, aut gallinaceo decoctum salubrius. Purgationis<sup>9</sup> causa putavere aliqui utramque dandam,<sup>e</sup> sive cum malva decoctum. Thoracem purgant, bilem detrahunt,<sup>f</sup> sed stomachum lædunt. Reliquos usus dicemus suis locis.

XIX. Invenit et Achilles discipulus Chironis, qua vulneribus mederetur, quæ ob id Achilleos<sup>1</sup> vocatur.<sup>g</sup> Hac sanasse Telephum<sup>h</sup> dicitur. Alii primum æruginem<sup>i</sup> inventisse, utilissimam emplastris, ideoque pingitur a cuspide<sup>2</sup> decutiens eam gladio in vulnus Telephi. Alii utroque usum medicamento volunt. Aliqui et hanc panacem<sup>j</sup> heracleon, alii sideritin, et apud nos millefoliam<sup>3</sup> vocant, cubitali scapo, ramosam, minutioribus quam fœniculi foliis vesti-

purgationis; Vet. Dalec. etiam decocta. Mox, in codem Vet. per se, sive cum malva decoctam.

CAP. XIX. 1 Achillea Sideritis margo edd. Dalec. et Gronov. e Diosc.—2 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. ex cuspide Gronov. et vulgg.—3 Chiff. herodem, alii sideriten, et ap. nos millefo-

#### NOTÆ

passo dato, &c. Scribonius Largus Compos. 135. ‘Mollit ergo alvum herba Mercurialis, lenibus oleribus quamplurima mixta.’

<sup>e</sup> Utramque dandam] Marem fœminamque.

<sup>f</sup> Bilem detrahunt] Marcellus Empir. c. 30. p. 217.

<sup>g</sup> Achilleos vocatur] Hæc sideritis Heraclea est de qua c. 15.

<sup>h</sup> Telephum] Herculis filium, Myorum regem, ab Achille ipso sanatum, a quo vulneratus fuerat. Consulto enim oraculo, responsum tulit, ‘Ο τρόπος ιάσεται. Supplex itaque Achilli factus, id ab ipso impetravit. Horatius Epod. xvii. 8. ‘Movit nepotem Telephus Nericum, In quem superbis ordinarat agmina Myorum, et in quem tela acuta torserat.’

<sup>i</sup> Alii primum æruginem] Quo spec-

tat Ovid. de Remed. Amor. 1. 47.

‘Vulnus in Herculeo quæ quandam fecerat hoste, Vulneris auxilium Perliae hasta tulit.’ Hoc iterum Plinius repetit xxxiv. 45.

<sup>j</sup> Alii et hanc panacem] Aliqui sanitum, inquit, Telephum aiunt, herba millefolia, quam et panacen heracleon, et Achilleam, et sideritin vocant. In his Apuleins c. 88. ‘Græci myriophyllum . . . alii Achilleon . . . Latini millefolium . . . Hanc herbam Achilles invenit: unde vulnera ferro facta sanabat: et ob id Achilleos vocatur: hac sanasse Telephum dicitur.’ Hæc Ἀχιλλεῖος Dioscoridis est, iv. 36. quam et sideritin appellatam ait. Millefolium idem terrestre, seu militaris herba, de qua diximus xxiv. 95. picta a Lobelio, ut diximus, et a Dodonæo p. 101.

tam<sup>4</sup> ab imo. Alii fatentur quidem illam vulneribus utilem, sed veram Achilleon esse scapo cœruleo pedali, sine ramis, ex omni parte singulis foliis rotundis eleganter vestitam. Alii quadrato<sup>k</sup> caule, capitulis<sup>s</sup> marrubii, folio quercus. Hanc<sup>6</sup> etiam<sup>1</sup> præcisos nervos glutinare faciunt. Alii sideritin<sup>m</sup> in maceriis nascentem, cum teratur, foedi odoris. Etiandum aliam similem huic, sed candidioribus foliis et pinguioribus, tenuioribus<sup>7</sup> cauliculis, in vineis nascentem. Aliam vero<sup>n</sup> binum cubitorum, ramulis exilibus,<sup>8</sup> triangulis, folio silicis, pediculo longo, betæ semine, omnes vulneribus præcipuas. Nostri<sup>9</sup> eam, quæ est latissimo folio scopas regias<sup>10</sup> vocant. Medetur anginis suum.

XX. Invenit et Teucer<sup>a</sup> eadem ætate Teucrion,<sup>b</sup> quam<sup>i</sup>

lum.—4 Chiff. fœniculis vestitam.—5 Ita ex codd. Harduinus et recentt. capitibus Gronov. et vulg.—6 Chiff. foliis quercus. Hac. Mox, glutinare ferunt cod. Dalec.—7 Dalec. teneris; Chiff. teneriorem.—8 Margo edd. Dalec. et Gronov. ramis bicubitalibus, e Diosc.—9 Nostri deest in cod. Dalec. Mox, quæ est letissimo Vet. Dalec.—10 Ita codd. Regg. et Editio princeps.<sup>c</sup> Brotier. Ita ceteræ edd. ante Harduin. qui ex codd. suis et Dalec. recepit, scopam regium; eumque secuti recentiores.

CAP. XX. I Vet. Dalec. et quam. Mox, alii ap. Dalec. hermiam vocant;

#### NOTÆ

<sup>k</sup> *Alii quadrato]* Hæc sideritis prior Diosc. iv. 33. de qua ille paria refert totidem verbis: folio nempe marrubii, ad similitudinem foliorum quercus accidente: e quadrangulis caulinibus, in quibus orbiculata interdum, ut in marrubio, verticilla spectantur. Recentior ætas in officiniis herbam Judaicam et *Tetrahil* barbaro nomine vocat. A Dodonæo pingitur pag. 94. Ruellio astipulante lib. III. pag. 594.

<sup>1</sup> *Hanc etiam]* Diosc. loc. cit. Δύνα. μν δὲ ἔχει τὰ φύλλα καταπλαστόμενα τραυμάτων κολλητικήν, κ. τ. λ. Et est ea dos herbæ Judaicæ propria.

<sup>m</sup> *Alii sideritin]* Et id heracleæ sideriti natale solum, de qua c. 15. diximus. Diosc. iv. 35. Σιδηρίτις . . . Ἡράκλεια . . . φυομένη ἐν τοῖχοις καὶ ἀμπελῶσιν, in maceriis, vinetisque.

<sup>n</sup> *Aliam vero]* Nempe sideritin Dios-

coridis alteram, quam ille iisdem omnino notis delineat, iv. 34. quæ omnes pulchre cadunt in eam quam Pimpnellam in Gallia vulgus appellat, *la Pimprenelle*: quam et thryallidem a Theophrasto vocari diximus xxI. 61. Hujus est eximia vis ad vulnera. Anguillara par. XIV. p. 257. *La seconda siderite non è altro che la Pimpinella nostra commune.*

<sup>o</sup> *Scopas regias [scopam regiam]* In Indice *scopa regia*. In MSS. quibusdam *scopas regias* hoc loco legitur. *Pimpinella sylvestris* est, seu sanguisorba major, delineata a Dodonæo p. 105. Ruellius lib. III. p. 594. falso arbitratur eam esse quam vulgus ‘Carpentiariorum herbam’ appellat: quod materiarii fabri sœpiusculæ hac utuntur ad glutinanda vulnera.

<sup>a</sup> *Invenit et Teucer]* Telamonis filius, Priami ex sorore nepos. De

quidam hemionion vocant, spargentem juncos tenues, folia parva,<sup>2</sup> asperis locis nascentem, austero sapore, nunquam florentem: neque semen gignit. Medetur lienibus. Constatque<sup>c</sup> sic inventam: cum exta super eam projecta essent, adhaesisse lieni, eumque exinanisse. Ob id a quibusdam splenion vocatur.<sup>3</sup> Narrant,<sup>d</sup> sues, qui radicem ejus ederint,<sup>4</sup> sine splene inveniri. Quidam ramis<sup>e</sup> hyssopi<sup>f</sup> surculosam, folio fabae, eodem nomine appellant, et colligi florentem adhuc jubent: adeo florere non dubitant: maximeque ex Ciliciis et Pisidiæ montibus laudant.

XXI. Melampodis<sup>f</sup> fama divinationis artibus nota est. Ab hoc appellatur unum hellebore genus Melampodium. Aliqui pastorem<sup>g</sup> eodem nomine invenisse tradunt, capras purgari pasto<sup>h</sup> illo animadvententem, datoque lacte earum sanasse Prætidas furentes. Quamobrem de omnibus ejus generibus dici simul convenit. Prima duo<sup>i</sup> sunt, candi-

---

alii, *hermion vocant*.—2 Vet. Dalec. *folia curva*. Mox, in eodem, *nunquam floret*.—3 Margo edd. Dalec. et Gronov. *asplenon vocatur*.—4 Chiff. *edint*.—5 Margo edd. Dalec. et Gronov. *chamædryos*, e Diosc. Ibid. ex eodem *folio ciceris*. Paulo post, Chiff. *cum floreat jubent*.

CAP. XXI. 1 Cod. Dalec. *pastore*. Nic. Heinsius, Adv. II. 14. p. 321.

#### NOTÆ

quo Horat. IV. Od. 9. ‘Primusque Tencer tela Cydonio Direxit arcu.’

<sup>b</sup> *Teucerion*] Non illud quidem Dioscoridis Teucerium est, sed hemionitis, eius ille iisdem fere verbis meminit, III. 152. ‘Ημιονῖτις, οἱ δὲ σπλήνιοι, κ. τ. λ. Sic etiam Oribasius lib. XI. pag. 198. Pingitur a Dodonæo p. 461. Hemionion pariter Teucerion appellari, auctor est Apuleius c. 56. Sed cum lonchitide male confundit.

<sup>c</sup> *Constatque*] Hæc totidem verbis Apuleius loc. cit.

<sup>d</sup> *Narrant*] Apuleius loc. cit.

<sup>e</sup> *Quidam ramis*] Et hæc pariter Apuleius loc. cit. Hoc Teucerium Dioscoridis videtur, III. III. simillimum chamædryi, vel ipsa forte chamædrys, de qua diximus XXIV. 80. Nam et ipsam aliqui appellavere

Teucerion.

<sup>f</sup> *Melampodis*] De quo nos strictim VII. 33.

<sup>g</sup> *Aliqui pastorem*] Ita Diosc. IV. 151. At Apollodorus Athen. in Biblioth. purgationem Præti filiarum potius ad vatem Melampoda, quam ad pastorem refert: natasque ait ex Præto et Sthenobœa filias, Lysippen, Iphinoën, et Iphianassam: quæ ubi primum adoleverint, vexatæ insania sint: sed Melampodis cura purgatione usas ex iis duas resipuisse. Hunc autem in eis errorem fuisse mentis animique, boves ut se crederent, quod Virgilis quoque Eel. VI. 48. significat, neutquam fabulosum videri debere, disce ex Ægineta lib. III. ubi de atra bile.

<sup>h</sup> *Prima duo*] Accepta hæc dein-

dum et nigrum.<sup>2</sup> Hoc radicibus<sup>i</sup> tantum intelligi tradunt plerique. Alii folia<sup>j</sup> nigri platano<sup>3</sup> similia, sed minora, nigrioraque, et pluribus divisuris scissa: albi, betae<sup>k</sup> incipientis:<sup>4</sup> hæc quoque nigriora, et canarium dorso rubescencia. Utraque caule<sup>5</sup> palmi ferulaceo, bulborum tunicis convoluto, radice fimbriata<sup>6</sup> cæparum modo. Nigro equi,<sup>n</sup> boves, sues necantur: itaque carent id, cum candido<sup>7</sup> vescantur. Tempestivum<sup>o</sup> esse tradunt messibus. Plurimum<sup>p</sup> autem nascitur in Cœta monte: et optimum<sup>8</sup> uno ejus loco circa Pyram. Nigrum<sup>q</sup> ubique provenit, sed melius in Helicone, qui mons et aliis<sup>r</sup> laudatur herbis.

-----  
*capras pasto illo purgari.—2 Chiffl. candidum ac nigrum. Vid. Aul. Gell. XVII. 15.—3 Chiffl. nigro platano.—4 Margo edd. Dalec. et Gronov. betæ sylvestris, e Diosc.—5 Ibid. quadrantis altitudine.—6 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffl. cum edd. Harduin. et recent. vibrata Gronov. et al. vett.—7 Margo edd. Dalec. et Gronov. cum oves candido, e Theophr. et mox, autumno pro messibus.—8 Chiffl. optimum.—9 Idem codex, et alias.—10 Nigrum his Vet.*

## NOTÆ

ceps ad verbum ex Theophr. Hist. IX. 11. Genus utrumque vidimus in horto Regio. Nigrum, Ellebore noir, a Clusio pingitur accurate, Histor. Rar. Plant. lib. II. pag. 274. Candidum, Ellebore blanc, in Eystettensi horto.

*i Hoc radicibus]* Alii similia esse aiant genera hellebori duo: radice tantum differre: hujus candida, alterius nigra. Οἱ μὲν γὰρ ὅμοιοις εἶναι, πλὴν τῷ χρώματι μόνον διαφέρειν τὴν δὲ βίξαν τοῦ μὲν λευκήν, τοῦ δὲ μέλαναν. Theophrast. loco citato.

*j Alii folia]* Diosc. de veratro nigro, IV. 151. Ἔχει δὲ τὰ φύλλα χλωρὰ, πλατάνῳ προσεμφερῆ, ἐλάττονα δὲ, καὶ πολυσχιδέστερα, καὶ μελάντερα.

*k Albi, betæ]* Hellebore albi folia sunt, inquit Dioscor. IV. 150. betæ sylvestris similia, sed breviora, nigrioraque, et dorsi spina rubescit: ὅμοια τοῖς τοῦ σεύτλου ἄγριοις, βραχύτερα δὲ, καὶ μελάντερα, καὶ τῇ βάχει ἐρυθρά.

*l Utraque caule]* De candido id di-

serte Diosc. loc. cit. Κανὸν δὲ παλαιοῖσιν, κοῦλον, περιφλοιζόμενον, ὅταν ἀρξηται ξηραίνεσθαι. Caule palmi altitudine, concavum, qui quidem tunicas, quibus convolvitur, abdicat, cum arescere incipit.

*m Radice fimbriata]* Fibrata, tenuibus fibris distincta. Vide Notas et Emend. num. 6.

*n Nigro equi]* Sic Theophr. loc. cit. sed idem candido vesci tantum oves dixit, τὰ πρόβατα.

*o Tempestivum]* Candidum quidem messibus colligi Dioscorides jubet lib. IV. 150.

*p Plurimum]* Theophr. loc. cit. Ἐκ τῆς Οἴτης συλλέγονται πλεῖστος γὰρ ἐνταῦθα φύεται καὶ ἄριστος μοναχοῦ δὲ φύεται τῆς Οἴτης περὶ τὴν Πύραν. Præa locus est in ejus montis vertice, in quo sacrificantem Herculem, ubi se conjecisset in rogum, arsisse ferunt. Claudianus III. Consul. Honorii vs. 114. *Juga deseris Cœtes, Herculeo damnata rego.*

Candidum<sup>r</sup> probatur OEtæum: secundum Ponticum: tertio loco Eleaticum, quod in vitibus nasci ferunt: quarto Par-nassium, quod adulteratur Ætolico, ex vicino. Nigrum ex his<sup>10</sup> Melampodion<sup>s</sup> vocant, quo et domos<sup>11</sup><sup>t</sup> susflunt, pur-gantque, spargentes et<sup>12</sup> pecora, cum precatione solenni: hoc et religiosius colligitur. Primum enim<sup>u</sup> gladio circumscribi-tur. Dein, qui succisurus est, ortum spectat; et precatur,<sup>v</sup> ut id liceat sibi concedentibus Diis facere, observatque aquilæ<sup>w</sup> volatus: fere enim secantibus interest: et si prope advola-vit, moriturum illo anno qui succidat,<sup>13</sup> augurium est. Nec album<sup>14</sup><sup>x</sup> facile colligitur, caput aggravans, maxime nisi præsumatur allium, et subinde vinum sorbeatur, celeriterque fodiat<sup>15</sup>. Nigrum alii ectomon<sup>16</sup><sup>y</sup> vocant, alii polyyrhi-zon: purgat per inferna: candidum autem<sup>z</sup> vomitione,

---

Dalec. omissa præpositione.—11 Theophr. *sues*; Diosc. *domos*, ut hic.—12 Cod. Dalec. *aspergentes se et*.—13 Cod. Dalec. *advolaverit ... succedit*.—14 Diosc. *atrum*.—15 Vet. Dalec. *effudiatur*.—16 Ita Harduin. 1. 2. 3. et

## NOTÆ

<sup>r</sup> *Nigrum*] Diosc. iv. 151. post Theophr. loc. cit. ad verbum.

<sup>s</sup> *Candidum*] Theophr. loco citato.

<sup>t</sup> *Melampodion*] Ab inventore. Theophr. loc. cit. Καλοῦσι δὲ τὸν μέλανα τί-νες ἐκ τοῦ τεμόντος καὶ ἀνευρόντος Μελ-αμπόδιον, κ. τ. λ. Sic etiam Diosc. iv. 151.

<sup>u</sup> *Quo et domos*] Diosc. loc. cit. Πε-ριφέλνουσι δὲ καὶ οἰκλαις αὐτὸν, καθαρτι-κὸν ἔναι νομίζοντες. *Sed et eo domos aspergunt, purgandi expiandiisque viu-inesse ei rati.* Theophr. loc. cit. Καθ-αίρουσι δὲ καὶ ὑας αὐτῷ καὶ πρόβατα, συνεπάδοντές τινα ἐπωδῆν. *Lustrant eo sues ovesque cum incantatione qua-dam.*

<sup>v</sup> *Primum enim*] Hic ritus omnis e Theophrasto desumtus Hist. ix. 9.

<sup>w</sup> *Observatque aquilæ*] Observat num aquila sibi in eo opere occupato interveniat: abstinet, si cernat. Pe-riculum enim imminet secanti, &c. Theophrast. et Dioscor. locis cit.

<sup>x</sup> *Nec album*] De nigro hæc Diosc. prodidit, loc. cit. de helleboro uni-versim Theophr. Hist. ix. 9.

<sup>y</sup> *Nigrum alii ectomon*] Galenus in Explic. vocum Hippocr. pag. 89. Ἐκτόμου, ἐλλέβόρου μέλανος. Hesychius: ἔκτομὸν, ἐλλέβορος. Erotianus in Collect. Diction. Hippocr. apud Galen. pag. 119. Ἐκτόμου, Διοκλῆς φησὶν οὕτῳ καλεῖσθαι τὸν μέλανα ἐλλέ-βορον. Diosc. loc. cit. Ἐλλέβορος μέ-λας, οἱ δὲ Μελαμπόδιον, οἱ δὲ ἔκτομον, (lege ἔκτομον,) οἱ δὲ πολύφριξον, a multa, ut diximus, radice simbriata. Pri-us in editis libris *entomon*: in MSS. *eucymon*: utrumque perverse.

<sup>z</sup> *Candidum autem*] Marcellus Em-pir. cap. 30. p. 212. et Dioscor. iv.

causasque morborum extrahit: quondam terrible, postea tam promiscuum, ut plerique<sup>a</sup> studiorum gratia ad pervidenda acrius, quæ commentabantur, saepius sumtitaverint.<sup>17</sup> Carneadem responsorum Zenonis libris: Drusum quoque<sup>b</sup> apud nos, tribunorum popularium clarissimum, (cui ante omnes plebs stans plausit, optimates vero<sup>c</sup> bellum Marsicum imputavere,) constat hoc medicamento liberatum comitiali morbo in Anticyra insula. Ibi enim tutissime sumitur, quoniam (ut diximus)<sup>d</sup> sesamoides admiscent. Italia veratrum vocat. Farina eorum per se, et mixta radicula,<sup>18</sup> qua lanas diximus<sup>e</sup> lavari, sternumentum<sup>19 f</sup> facit, amboque somnum. Leguntur autem tenuissimæ radices brevesque, ac velut decurtatae etiam hæ.<sup>20</sup> Nam summa, quæ est

-----

recentt. *entomon* Gronov. et vulgg. *ecstomon* Diose.—17 Chiff. *sumtitaverint*.—18 Chiff. *radiculae*.—19 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *sternumentum* Gronov. et al. vett.—20 Chiff. *et imæ*.—21 Cod.

#### NOTÆ

150. Καθαλπει δὲ δι' ἐμέτων, ὕγων ποικίλα. Purgat vomitionibus variis coloris humores extrahens.

<sup>a</sup> *Ut plerique*] Hæc totidem verbis Gellius XVII. 15. pag. 968. de Carneade in primis. Et Valerius Max. VIII. 7. 5. ‘Carneades cum Chrysippo disputaturus, helleboro se ante purgabat, ad exprimentum ingenium suum attentius, et illius refellendum acrius: quas potionis industria solidae landis cupidis efficit appetendas.’ De Carneade alia diximus VII. 31.

<sup>b</sup> *Drusum quoque*] Hunc locum Gellius ita recitat loc. cit. pag. 971. ‘Sed helleborum sumi posse tutissime in insula Anticyra Plinius secundus in libris Naturalis Historiæ scripsit: propterea Livium Drusum, qui Tribunus plebis fuit, cum morbum, qui comitialis dicitur, pateretur, Anticyram navigasse, et in ea insula helleborum bibisse ait, atque ita morbo liberatum.’ Nigrum veratrum ad co-

mitialem morbum Celsus quoque commendat, III. 23.

<sup>c</sup> *Optimates vero*] Sociale, vel Marsicum bellum appellatum est, quod a Marsis primum concitatum fuit. Etenim Latini omnes, ac plerique Italæ populi, indigne ferentes se laborum omnium, ac periculorum participes, ab communione imperii et honoris excludi, frustra per Drusum, qui hac arte conciliatis animis affectabat imperium, sperata civitate, quod jure non poterant, armis consequi studuerunt. Hæc prolixius Florus III. 18. aliisque.

<sup>d</sup> *Ut diximus*] Lib. XXII. c. 64.

<sup>e</sup> *Qua lanas diximus*] Lib. XIX. c. 18.

<sup>f</sup> *Sternumentum*] Scribonius Largus Compos. Med. I. 10. ‘Proritat sternumentum etiam per se contusum, et naribus injectum veratrum album. Nigrum, siccum et aridum, sternutationem statim invitat.’

crassissima, cepis similis, canibus tantum datur purgationis causa. Antiqui<sup>g</sup> radicem cortice quam carnosissimo seligebant, quo tenuior<sup>21</sup> eximeretur medulla. Hanc humidis<sup>b</sup> spongiis opertam, turgescentemque acu in longitudinem findebat. Deinde fila in umbra siccabant, iis utentes: nunc ramulos<sup>i</sup> ipsos ab radice quam gravissimi corticis ita dant.<sup>22</sup> Optimum,<sup>j</sup> quod acre<sup>23</sup> gustu fervensque, in frangendo pulverem<sup>k</sup> emittit. Durare vim ejus XXX. annis ferunt.

XXII. Nigrum medetur<sup>l</sup> paralyticis, insanientibus, hydropticis, dum citra febrim, podagris veteribus, articulariis morbis. Trahit ex alvo<sup>m</sup> bilem,<sup>l</sup> pituitasque. Ex aqua<sup>n</sup> datur ad leniter molliendam alvum, plurimum drachma,<sup>o</sup> modice quatuor obolis. Misere<sup>o</sup> aliqui et scammoneam,<sup>p</sup> sed tutius salem. In dulcibus datum copiosius periculum infert: oculorum<sup>p</sup> caliginem fotu discutit: ob id quidam



Dalec. quam crassissimum seligebant qua tenuior; Dalec. e Diose. qua interior. —22 Chiffl. dantes.—23 Margo edd. Dalec. et Gronov. quod non valde acre, e Diose.

CAP. XXII. 1 Ita cod. Reg. 2. Brot. et Chiffl. Trahit per alvum bilem ali ap. Dalec. Trahit alrum et bilem edd. vett. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et al. ante Brotier.—2 Chiffl. drachma una.—3 Codd. Dalec. et Chiffl. et scam-

#### NOTÆ

<sup>g</sup> *Antiqui*] Sic Diose. de utroque hellebore, eligi jubet carnosum, et cui tenuis medulla sit: Ἐκλέγου δὲ τὸν εὔσαρκον, καὶ εὔτροφον, λεπτὴν ἔχοντα τὴν ἐντεριῶνην.

<sup>h</sup> *Hanc humidis*] Ut aqua mafacta radix turgesceret, facilisque divideretur acu, vel forficula, in tenuia fila.

<sup>i</sup> *Nunc ramulos*] Fibras radicum integras.

<sup>j</sup> *Optimum*] Candidum probat Dioscor. iv. 150. quod non sit admodum gustu fervens, ἐκπυρῶν τῇ γεύσει οὐ λαν. Nigrum, cap. seq. acre gustu fervensque, δριμὺν ἐν τῇ γεύσει, καὶ πυρώδη.

<sup>k</sup> *Pulverem*] Diosecor. iv. 150. Χνοῦν

ἀφίεις ἐν τῷ θραύσθαι, pulverem emitens dum frangitur. Ut plurimum evanidam vetustatem sapit, quod dum frangitur, fatiscit in pulverem.

<sup>l</sup> *Nigrum medetur*] Hæc totidem verbis Diose. iv. 151.

<sup>m</sup> *Trahit ex alvo [alvum]* Marcellus Empir. c. 30. p. 212. Diose. loc. citatis: Καθαλρεῖ δὲ τὴν κάτω κοιλαν, λγων φλέγμα καὶ χολὴν, purgat per inferna, trahitque pituitam, et bilem.


<sup>n</sup> *Ex aqua*] Diose. loc. cit.

<sup>o</sup> *Misere*] Marcellus Empir. et Diose. loc. cit.

<sup>p</sup> *Oculorum*] Collyriis admisceri ait Diose. iv. 150. ad oculorum discutiendam caliginem.

et inunxere trito. Strumas, suppurata,<sup>4</sup> duritias concoquit et purgat: item fistulas,<sup>5</sup> tertia die exemtum. Verrucas tollit cum squamis<sup>5</sup> aeris et sandaracha. Hydropicorum<sup>6</sup> ventri imponitur cum farina hordeacea et vino. Pecorum<sup>7</sup> et jumentorum pituitas sanat, surculo per aurem trajecto, et postero die<sup>6</sup> eadem hora exempto. Scabiem<sup>8</sup> quadrupedum cum thure aut cera, ac pice, vel cum pisselæo.

XXIII. Album optimum,<sup>9</sup> quod celerrime movet sternumenta: sed multum terribilis nigro, præcipue si quis apparatus poturorum apud antiquos legat, contra horrores, strangulatus, intempestivas somni vires, singultus infinitos aut sternumenta,<sup>1</sup> stomachi dissolutiones, tardiores vomitus aut longiores, exiguos aut nimios. Quippe alia dare soliti, quæ concitarent vomitiones, ipsumque helleborum extraherent medicamentis, aut clysteribus: saepe etiam sanguine venis emisso. Jam vero et cum prospere cedat, terribili visu, variis<sup>2</sup> coloribus vomitionum et post vomitiones observatione alvi, balinearum dispensatione, totius corporis cura, antecedente omnia haec magno<sup>3</sup> terrore famæ. Namque tradunt<sup>b</sup> absumi carnem,<sup>4</sup> si coquatur una. Sed antiquorum vitium erat, quod propter hos metus parcius dabant: cum celerius erumpat, quo largius sumitur. The-



monium.—4 *Strumas suppurat Dalec.* Mox, die eximum Chiffl.—5 *Vet. Dalec. et Chiffl. squama.*—6 *Chiffl. postera die.*

CAP. XXIII. 1 *Ita codi. Harduin et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. et sternumenta Vet. Dalec. aut sternumenta Gronov. et al. ante Harduin.*—2 *Cod. Dalec. terribilibus et variis; Vet. Dalec. terribilibus visu variis; Chiffl. terribilis visu variis.*—3 *Chiffl. magna.*—4 *Idem codex, carnes.*

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *Item fistulas]* Dioscor. IV. 151. Σύριγγας δὲ καθάρει καταθέεις, καὶ μετὰ τρίτην ἔξαρεθεῖς. *Fistulas inditum, ac tertia die exemptum purgat.*

<sup>r</sup> *Hydropicorum]* Totidem verbis Diosc. Εὐπορ. II. 65.

<sup>s</sup> *Pecorum]* Vim omnino parem ac geminam consiliginis radici inferius attribuit, xxvi. 21.

<sup>t</sup> *Scabiem]* Diosc. IV. 151. Θερα.

πεντέ δὲ καὶ ψώρας, μετὰ λιβανωτοῦ ἦ κηροῦ; καὶ πίσσης, καὶ κεδρίνου ἔλαιον καταχρίσμενος. Quod ἔλαιον κέδρινον vocat Dioscorides, Plinio, ut monimus XXIV. 11. pisselæon est.

<sup>a</sup> *Album optimum]* Diose. IV. 150.

<sup>b</sup> *Namque tradunt]* Hoc pariter Diosc. loc. cit. Συγκαθεψόμενός τε κρέασι, συντήκει αὐτά.

mison<sup>5</sup> binas non amplius drachmas datavit: <sup>6c</sup> sequentes et quaternas dedere, claro Herophili præconio, qui helleborum fortissimi ducis similitudini æquabat. Concitatis enim intus omnibus, ipsum in primis exire. Præterea mirum inventum est, quod incisum forniculis, ut diximus,<sup>d</sup> cribrant: cortex remanet, hoc inaniunt: <sup>e</sup> medulla<sup>f</sup> cadit, hæc in nmia purgatione data vomitiones sistit.

XXIV. Cavendum est felici quoque cura, ne nubilo die detur: quippe impetibiles<sup>1</sup> cruciatus existunt. Nam æstate<sup>f</sup> potius, quam hyeme, dandum, non est in dubio. Corpus septem<sup>g</sup> diebus ante præparandum cibis acribus, abstinentia vini, quarto et tertio die vomitionibus, pridie coenæ abstinentia. Album<sup>h</sup> et in dulci<sup>z</sup> datur, aptissime vero in lente aut pulte.<sup>j</sup> Nuper inveneri, dissectis raphanis inserere helleborum, rursusque comprimere raphanos, ut transeat vis,<sup>j</sup> atque eo lenimento dare.<sup>4</sup> Reddi post quatuor fere horas incipit. Totum opus septenis peragitur horis. Medetur ita morbis comitialibus, ut diximus,<sup>k</sup> vertigini, me-

—5 *Thebison Chiffl.* —6 *Vet. Dalec. et codex ejusdem, donavit.* —7 *Cod. Dalec. hoc inanito medulla;* *Vet. Dalec. hunc inaniunt, &c.*

CAP. XXIV. 1 Ita ex codd. Harduin et recentt. *quippe impatibiles* Gronov. et vulgg. *quoniam impatibiles* cod. Dalec. *impetibiles* *quippe* Chiffl.—2 Dalec. *vino dulci.* —3 Ita codd. Harduin, Dalec. et Chiffl. item Vet. Dalec. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *lacte aut pulte* Gronov. et al. vett.—4 Chiffl. at-

#### NOTÆ

<sup>c</sup> *Datavit]* Ita Reg. 1. cum editis. Reg. 2. dedit.

<sup>d</sup> *Ut diximus]* Cap. 21.

<sup>e</sup> *Hoc inaniunt]* Hoc sumto cortice exinanunt purgantque alvum. Sic xxvi. 36. ‘Et alvum et bilem et pittuitam exinanit,’ hoc est, purgat. Hunc locum nec Dalecampius intellexit, nec interpres Gallicus. Sed et in aliis plurimis cespitarunt.

<sup>f</sup> *Nam æstate]* Vere junioribus, senibus æstate dari suadet Aëtius 1. 129. p. 114. Celsus 11. 13. de vomitu: ‘At ubi longi valentesque morbi sine febre sunt, ut comitalis, aut insanias, veratro quoque albo utendum est: id

neque hyeme, neque æstate recte datur: optime vere, tolerabiliter autumno.’

<sup>g</sup> *Corpus septem]* Aëtius 1. 131. p. 115.

<sup>h</sup> *Album]* Diose. iv. 150. Δίδοται δὲ σηστεσι καθ' ἑαυτὸν, καλ μετὰ σησάμου . . . ή μελικράτου, ή φακοῦ, ή κλλον ροφήματος.

<sup>i</sup> *Nuper invenere]* Tradit hunc modum uberius paulo Aëtius 1. 124. p. 114.

<sup>j</sup> *Ut transeat vis]* Ut vis hellebori vehementior dissipetur.

<sup>k</sup> *Medetur ita . . . ut diximus]* Nempe c. 21. His morborum generibus

lancholicis, insanientibus, lymphaticis,<sup>1</sup> elephantiasi<sup>2</sup> albæ,<sup>3</sup> lepris, tetano, tremulis, podagricis, hydropicis, incipientibusque tympanicis,<sup>4</sup> stomachicis, spasticis cynicis,<sup>5</sup> ischiadicis, quartanis, quæ aliter non desinant, tussi veteri, inflationibus,<sup>6</sup> torminibus redeuntibus.

**XXV.** Vetant dari<sup>p</sup> senibus et pueris: item mollis ac fœminei corporis animive, exilibus aut teneris: et foeminis minus quam viris. Item timidis, aut si exulcerata sint præcordia, vel tumeant: minime sanguinem<sup>1</sup> exscreantibus, causariis<sup>q</sup> vel latere, vel faucibus. Medetur extra



*que linimento dare.*—5 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduini. 1. 2. 3. et recentt. *elephantia* edd. vett. et Gronov.—6 ‘Ita codd. Regg. et Editio princeps.’ Brotier. *tympanicis* Gronov. al. vett. Harduini. 1. 2. 3. et recentt. Mox, *stomaticis* Chiffi.—7 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduini. 1. 2. 3. et recentt. *clinicis* Gronov. et vulgg.—8 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffi. cum edd. Harduini. 1. 2. 3. et recentt. *inflammationibus* Gronov. et al. vett.

**CAP. XXV.** 1 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduini. 1. 2. 3. et recentt.

#### NOTÆ

mederi helleborum scribit pariter Aëtius, I. 125. p. 114. In comitiali morbo in primis, ter aut quater veratro albo utendum, hand ita multis interpositis diebus, Celsus admonet III. 23.

<sup>1</sup> *Lymphaticis*] Furiosis, qui vitium contraxerunt ex aquæ conspectu, vel ex imagine visa in aqua. Festus: ‘Lymphæ dictæ sunt a Nymphis. Vulgo autem memoriae proditum est, quicumque speciem quandam e fonte, id est, effigiem nymphæ viderint, furendi non fecisse finem, quos Græci νυμφολήπτους vocant, Latini lymphatas appellant.’ Vide plura, si lubet, in Etymol. Vossii.

<sup>2</sup> *Elephantiasi albæ*] Elephantiasi helleborum mederi, Celsus testatur III. 25. Vide Notas et Emend. n. 7.

<sup>3</sup> *Tympanicis [tympanicis]* Qui hydropis incipiente laborant. Est enim hydropis genus τυμπανίας sive τυμπάνης, quod nomen est a tympano: quia pulsatus venter vento distentus, qui

inter peritonæum et intestina, tympanum refert sonitu. Nicandro in Alexiph. τυμπανίεις ὑδρωψ appellatur. Et Celsus vide III. 21.

<sup>4</sup> *Spasticis cynicis*] Κυνικὸς σπασμὸς oris est convulsio, distortioque, inde nomen sortita, quod rictum canis re praesentet. Vide Notas et Emend. num. 8.

<sup>5</sup> *Vetant dari*] Hæc totidem fere verbis Aëtius I. 128. p. 115. secutus Hippocratem, libro singulari περὶ ἐλέβορισμοῦ, p. 611.

<sup>6</sup> *Causariis*] Valetudinariis. Livius lib. vi. p. 107. ‘Tertius exercitus ex causariis senioribusque a L. Quintio scribatur, qui Urbi mœnibusque præsidio sit.’ Seneca Ep. 68. ‘Sic in animo nostro sunt quasi causariæ partes, quibus adhibenda curatio est.’ Theod. Priscianus I. 7. ‘De aurium causatione.’ Et c. 10. ‘De oculorum causis.’ Ulpiano, ‘Causaria mixtio,’ quæ valetudinis causa datur. Mariano JC. ‘Causarius miles.’

corporis,<sup>2</sup> eruptionibus pituitæ cum axungia salsa illitum : item suppurationi veteri. Mures polentæ<sup>3</sup> admixtum necat. Galli<sup>t</sup> sagittas in venatu helleboro tinguunt, circumcisioque vulnere teneriorem sentiri carnem affirmant. Muscæ quoque necantur albo trito, et cum lacte sparsio. Eodem<sup>u</sup> et phthiriasis emendatur.

**XXVI.** (vi.) Ipsi Mithridati Cratevas ascripsit unam Mithridatiam<sup>v</sup> vocatam.<sup>1</sup> Huic folia duo a radice acantho similia. Caulis inter utraque sustinens roseum florem.

**XXVII.** Alteram Lenæus, scordotin,<sup>w</sup> sive scordion, ipsius manu<sup>x</sup> ascriptam, magnitudine cubitali, quadrangulo<sup>y</sup> caule, ramosam quernæ<sup>z</sup> similitudine, foliis lanuginosis : reperitur in Ponto, campis pinguibus humidisque, gustus amari. Est et alterius<sup>z</sup> generis, latioribus foliis, mentastro



*minimere sanguinem* Gronov. et al. vett.—2 *Corpus Vet.* Dalec.—3 *Ita codd.* Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *polenta* Gronov. et vulgg.

**CAP. XXVI.** 1 *Ita ex codd. Harduin et recentt. Mithridatiam vocant* Chiffi. *mithridation vocant* Gronov. et vulgg.

**CAP. XXVII.** 1 Chiffi. *quadriangulo.* Mox, *quercus similitudine* Vet. Dalec. *chamædryos similitudine* margo edd. Dalec. et Gronov.

#### NOTÆ

<sup>r</sup> *Medetur extra corporis]* Externis corporis vitiis. Sic xxii. 49. ‘Ad extera corporum.’

<sup>s</sup> *Mures polentæ]* Dioscor. iv. 160. de hellebore albo : Καὶ μύας κτελεῖσθν μέλιτι καὶ ἀλφίτῳ φυραθέσ. Sic etiam Paxamus in Geopon. xiii. 4. p. 361. Οἱ μύες ἀναιροῦνται, ἐλλεθόρου μετὰ ἀλφίτων παραβληθέντος.

<sup>t</sup> *Galli]* Hoc fuit igitur venenum venatorium, quo uti in primis Gallos scribit Corn. Celsus v. 27. Gellius xvii. 15. p. 972. ‘Præterea scriptum legimus,’ inquit, ‘Gallos in venatibus tinguere helleboro sagittas : quod his ictæ exanimatae fere teneriores ad epulas siant : sed propter hellebori contagium, vulnera ex sagittis facta circumcidere latius dieuntur.’

<sup>u</sup> *Eodem]* Marcellus Empir. c. 4.

p. 43. ‘Ad pedunculos in omni parte corporis necandos efficax hoc remedium est : hellebori radieis uncia,’ &c.

<sup>v</sup> *Mithridatiam]* Hanc a se repertam in Foro Juliensi agro, describit Aloysius Anguillara par. xi. pag. 174.

<sup>w</sup> *Alteram ... scordotin]* Στάχυς haec est Dioscoridis iii. 120. picta a Lobelio in Observ. p. 285. visa a nobis in horto Regio.

<sup>x</sup> *Ipsius manu]* Mithridatis manu descriptam.

<sup>y</sup> *Quernæ]* Querna potius, vel *quercus*.

<sup>z</sup> *Est et alterius]* Et hoc scordii genus visum a nobis in horto Regio, quale a Lobelio delineatur in Observ. p. 262.

similis, plurimosque utraque ad usus per se, et inter alia in antidotis.<sup>a</sup>

**XXVIII.** Polemoniam,<sup>b</sup> alii Philetæriam,<sup>c</sup> a certamine regum<sup>d</sup> inventionis appellant. Cappadoces autem chiliodynamam,<sup>e</sup> radice crassa, exilibus ramis, quibus in summis corymbi<sup>f</sup> dependent, nigro semine: cetero rutæ<sup>g</sup> similis.<sup>h</sup> Nascitur in montuosis.

**XXIX.** Eupatoria<sup>i</sup> quoque regiam auctoritatem habet, caulis lignosi, nigricantis, hirsuti, cubitalis, et aliquando<sup>j</sup> amplioris, foliis per intervalla quinquefolii, aut cannabis, per ambitum incisis quinquepartito,<sup>k</sup> nigris<sup>l</sup> et ipsis, plu-

CAP. XXVIII. 1 Diosc. *philetarion*.—2 Vet. Dalec. *chiliodynamin*.—3 Diosc. *veluti corymbi*.—4 Diosc. *foliis rutæ*.

CAP. XXIX. 1 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. aliquanto Gronov. et al. vett.—2 Diosc. *quinquepartitis, subnigris*; Chiff. *quinque pertito nigris*.

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *Et inter alia in antidotis*] Vide Galen. de Antid. 1. 12. p. 883.

<sup>b</sup> *Polemoniam*] Diosc. iv. 8. Πολεμώνιον, οἱ δὲ φιλεταίριον· Καππάδοκες μὲν χιλιοδύναμιν, κ. τ. λ. Iisdem fere verbis ab utroque describitur. Latino ore ac sono Plinius, tum hoc loco, tum in Indice, *chiliodynamam* vocat. Quæ venire hodie possit in possessionem ejus nominis, non constare sibi fatetur Anguillara par. XIV. p. 219.

<sup>c</sup> *A certamine regum*] Cum sit inter herbarios controversia, aliis Polemoni, aliis Philetæro regi originem assignantibus. Fuit porro Philetærus Attali et Eumenis frater, a quibus Pergamenorum regum stemma cœpit.—<sup>d</sup> Cum certent inter se duo reges, Polemon et Philetærus; ille Ponti Polemoniaci, iste Cappadociæ, nter prior chiliodynamam herbam invenerit. In numero argenteo maximæ molis, capite laureato, ex parte altera legimus ΦΙΛΕΤΑΙΡΟΤ. Est hic nummus in hac urbe, apud D. de Boze,

ex Academia Gallica, et in Academia Inscriptionum, humaniorumq[ue] literarum secretarium publicum.<sup>e</sup> Ed. sec.

<sup>f</sup> *Rutæ similis*] Foliis rutæ scilicet, sed majoribus paulo. Dioscor. loc. cit.

<sup>g</sup> *Eupatoria*] Hæc verbis totidem Dioscorides iv. 41. Officinarum Agrimonia est; ut recte Anguillara par. XIV. p. 258. in Italia frequens, picta a Lobelio in Observat. p. 394. qualem in horto Regio vidimus: *Aigremoine*. Eadem plane forma, iisdemque viribus a Diosc. describitur loc. cit. A Mithridate Eupatore nomen sortita.

<sup>h</sup> *Quinquepartito*] Sic etiam Diosc. loc. cit. Φύλλα δὲ ἐκ διατημάτων ἔσχισμένα μάλιστά που εἰς ε' μόρπας ἢ καλ πλεῖον, τοῖς τῆς πενταφύλλου ἢ κανάβεως μᾶλλον ἔοικτα, κ. τ. λ. Foliis per intervalla quinquepartito ut plurimum, aut etiam amplius, divisisi, quinquefolii aut cannabis potius similibus, nigricantibus et ipsis, ac per ambitum serræ modo incisis.

mosisque : radice supervacua. Semen<sup>g</sup> dysentericis in vi-no potum auxiliatur unice.

XXX. Centaurio<sup>i</sup><sup>h</sup> curatus dicitur Chiron, cum Herculis excepti hospitio pertractanti arma, sagitta excidisset in pe-dem : quare aliqui Chironion vocant. Folia sunt lata<sup>i</sup> et oblonga, serrato ambitu, densa ab radice, caules ternum cubitorum, geniculati<sup>j</sup>. In his capita<sup>k</sup> ceu papaverum. Ra-dix vasta,<sup>l</sup> rubescens, tenera fragilisque, ad bina cubita, madida succo, amara cum quadam dulcedine. Nascitur<sup>m</sup> in collibus pingui solo. Laudatissima<sup>n</sup> in Arcadia, Elide, Messenia, Pholoë, et Lycia : et in Alpibus vero, plurimis-que aliis locis. In Lycia quidem<sup>o</sup> et ex ea<sup>p</sup> Lycium fa-ciunt. Vis in vulneribus<sup>r</sup> tanta, ut cohærescere<sup>q</sup> etiam car-nes tradant, si coquantur simul. In usu radix<sup>q</sup> tantum dua-bus drachmis bibenda, quibus dicetur : si febris sit, in aqua

---

CAP. XXX. 1 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *centaurea* Gronov. et vulgg.—2 Ita ex codd. Harduin. et recentt. *Pholoë*, et *Lycæo*,... aliis locis. *Quidam* et ex ea Gronov. et vulgg.—3 Cod.

#### NOTÆ

<sup>g</sup> *Semen*] Diosc. loc. cit.

<sup>h</sup> *Centaurio*] Centaurium hoc magnum Dodonæi est p. 332. In Apulia frequens, ubi ab incolis *Ra Pontico* appellatur, ut testis est Anguillara par. XII. p. 194. Nobis, *La grande Centauree*. Est in horto Regio. Chi-roniam quoque Apuleius vocat c. 34. *Κενταύριον* et *κενταύρειαν* Græci: Ma-ro ‘graveolentia centaurea’ dixit.

<sup>i</sup> *Folia sunt lata*] Hæc iisdem fere verbis Diosc. III. 8.

<sup>j</sup> *Caules ternum cubitorum, geniculati*] Postremam hanc vocem Dioscorides non habet : hoc tantum : Κανδὸν δὲ ἔχει ὡς λαπάθον δέπηχυν, ἢ καὶ τρίπηχυν, *caulem* habet binum terrumve cubitorum, ceu lapathi.

<sup>k</sup> *In his capita*] Dioscor. loco cit. Παραφνάδας ἀπὸ βίσης ἔχοντα πολλὰς, εφ' ἣν κεφαλαὶ ὄμοιαι μήκωντι.

<sup>l</sup> *Radix vasta*] Diosc. totidem ver-bis loc. cit.

<sup>m</sup> *Nascitur*] Dioscor. loc. cit.

<sup>n</sup> *Laudatissima*] Dioscor. loc. cit. iisdem verbis.

<sup>o</sup> *In Lycia quidem*] Dioces. loc. cit. Οἱ δὲ ἐν Λυκίᾳ αὐτὴν χυλίζοντες, χρῶνται αὐτῇ ἀντὶ Λυκίου. *Lyciae incola*s succum illius exprimunt, quo pro *Lycio* utuntur.

<sup>p</sup> *Vis in vulneribus*] Vulnera, inquit Dioscor. loc. cit. colligat, et conglutinat: quin et tusam si quis simul cum carnibus coquat, carnes ipsæ cohærent. Συνάγει γὰρ καὶ κολλᾷ· καὶ τὰ ἐψόμενα δὲ κρέα συνάγει, ἐάν τις αὐτὴν κόψας συνεψήσῃ. Apuleius c. 34. ‘de centauria majore,’ tit. 5. ‘Ad vulnera recentia:’ ‘Herba centauria major tam efficax est ad plagas glu-tinandas, ut etiam carnes coēant, quae ex aqua ejus coquuntur.’

<sup>q</sup> *In usu radix*] Totidem verbis Dioscor. III. 8.

trita, ceteris in vino. Medetur et iisdem<sup>r</sup> morbis<sup>t</sup> decoctæ succus.

**XXXI.** Est alterum<sup>a</sup> centaurion<sup>r</sup> cognomine lepton, minutis foliis, quod aliqui libadion<sup>b</sup> vocant,<sup>b</sup> quoniam secundum fontes nascitur, origano<sup>c</sup> simile,<sup>c</sup> angustioribus et longioribus foliis, anguloso<sup>d</sup> caule paululum<sup>e</sup> alto, fruticante, flore lychnidis, radice tenui et supervacua,<sup>e</sup> succo efficax. Ipsa herba autumno legitur, succus e fronde.<sup>f</sup> Quidam<sup>g</sup> caules concisos madefaciunt diebus XVIII.,<sup>s</sup> atque ita exprimunt. Hoc centaurion nostri fel terræ<sup>h</sup> vocant, propter amaritudinem summam. Galli exacon,<sup>i</sup> quoniam omnia mala medicamenta potum e corpore exigat per alvum.

**XXXII.** Tertia est<sup>j</sup> centauris, cognomine triorchis.<sup>r</sup> Qui

Dalec. concrescere; Vet. Dalec. coalescere.—**4** Ita ex codd. Harduinus et recentt. Medetur et omnium morbis Vet. Dalec. Medetur et ovium morbis Gronov. et al. vett.

**CAP. XXXI.** 1 Gronov. et vulgg. centaureon.—**2** Diosc. limnaeon.—**3** Diosc. rutæ; ubi pro πηγάνων legendum ὄργανον.' Dalec.—**4** Chiff. paulum; Diosc. palmum. Mox, et supervacua. Succo efficax ipsa cod. Dalec.—**5** Diosc. V.—**6** Galli Æream cod. Dalec. Galli exacum Chiff.

**CAP. XXXII.** 1 Ita codd. Harduin et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et

#### NOTÆ

<sup>r</sup> *Medetur et iisdem*] Vide Notas et Emed. num. 9.

<sup>a</sup> *Est alterum*] Diosc. III. 39. Κεντάριον τὸ μικρὸν καὶ λεπτὸν, κ. τ. λ. Centaurium minus Dodonei, p. 334. pictum et in Eystettensi horto: vidi- mus in Regio. *La petite Centaurée.*

<sup>b</sup> *Libadion vocant*] Ita MSS. omnes, tum hoc loco, tum in Indice. Dioscor. loc. cit. ὅ τινες λιμνῶν καλοῦσι, quasi palustre, quoniam humecta loca et rigua amet. Qua causa et libadion recte cognominatur, quoniam sunt λιβάδες rivi, stagna, latices, scaturigines.

<sup>c</sup> *Origano simile*] Diosc. πόα .... ὄργανώ παραπλήσιός ἐστι.

<sup>d</sup> *Anguloso*] Κανθάν ἔχοντα ὑπὲρ σπιθαμῆν, γεγωνιωμένον. Dioscor. loc. cit. ex quo forte legendum, anguloso caule, palmum alto.

*Delph. et Var. Clas.*

<sup>e</sup> *Supervacua*] Inutili. Πίξα μικρὰ, ἀχρηστος, κ. τ. λ. nullius usus, ut ait interpres Oribasii lib. XI. p. 201.

<sup>f</sup> *Succus e fronde*] Ex herba virente, ac seminibus prægnante exprimi ait Diosc. loc. cit.

<sup>g</sup> *Quidam*] Succi extrahendi modum alterum Dioscor. edocet loco citato.

<sup>h</sup> *Hoc .... fel terræ*] Diosc. in Nothis p. 451. ipsi quoque majori centaurio tribuit hanc nomenclationem: Οἱ δὲ Χειρωνίας· Ρωμαῖοι, φελτέραι.

<sup>i</sup> *Galli exacon*] Celticæ vocis originationem e Graeco fonte qui repeatunt, ἀπὸ τοῦ ἀκεσθαι, a medendo, hoc vocabulum effictum volunt. Iis qui venena sumserint centauriam minorrem commendat in primis Apuleius c. 35. tit. 5. ex aceto bibendam.

<sup>j</sup> *Tertia est*] Quis eam centaurida

*Plinius.*

10 U

eam secat, rarum est, ut non vulneret sese. Hæc succum sanguineum mittit. Theophrastus<sup>k</sup> defendi eam, impugnarique colligentes tradit<sup>z</sup> a triorche accipitrum genere, a quo et nomen accepit.<sup>3</sup> Imperiti<sup>1</sup> confundunt hæc omnia, et primo generi assignant.

XXXIII. (VII.) Clymenus<sup>1</sup> a rege<sup>m</sup> herba appellata est, hederæ foliis, ramosa, caule inani, articulis præcincta, odore gravi, et semine hederæ, sylvestribus et montuosis nascens.<sup>2</sup> Quibus morbis pota medeatur,<sup>3</sup> dicemus. Sed hic indicandum est, dum medeatur, sterilitatem pota<sup>4</sup> etiam viris fieri. Græci<sup>o</sup> plantagini similem esse dixerunt, caule

recentt. triorches Gronov. et vulgg.—2 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. tradidit Gronov. et al. vett. Mox, accipitrum generis Vet. Dalec.—3 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. accepit Gronov. et vulgg.

CAP. XXXIII. 1 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Clymenos* Gronov. et vulgg. *Perielymenon* Diosc.—2 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *montosis nascens* Gronov. et vulgg.—3 Dalec. *medetur*.—4 Cod. Dalec. *potu*.—5 Chiff.

#### NOTE

Plinio Theophrastoque commonstrat, obscurum: quæ forma ac facies illius sit, ne ipsi quidem indicant: divinare nec licet, nec lubet.

<sup>k</sup> Theophrastus] Hist. ix. 9.

<sup>1</sup> Imperiti] Et sunt hac ætate herbarii, qui se istis adjungant.

<sup>m</sup> Clymenus a rege] Fuit is Cænei filius, Arcadiæ rex, de quo Hyginus fab. 206. p. 45. et fab. 242. p. 47. Gemina porro clymenos a Plinio hoc cap. describitur. - Prior hæc alio nomine a Diosc. iv. 14. periclymenos appellatur, pingiturque iisdem plane notis. Eandem esse sanc vel ex remediis similitudine sæpius ostensuri sumus. Clymenos a Theophrasto, quem Plinius sequitur, nuncupata. A Diosc. ipso in Nothis p. 462. Περικλύμενον, οἱ δὲ κλύμενον, οἱ δὲ σπλήνιον, κ. τ. λ. quod et Oribasius confirmat. Pingitur a Matthiolo p. 972. Gallis, *Chevre-senille*, et Caprifolium officinis.

<sup>n</sup> Dum medeatur] Interim dum medetur. Theophrastus quoque Hist. ix. 9. sterilescere penitus hominem ait, si diebus xxx. continuis clymeni semen e vino albo ad sextarii mensuram ebiberit. Ἀγονον idecirco dici Diosc. prodit in Nothis p. 462.

<sup>o</sup> Græci] Hæc altera, a Dioscor. quidem iv. 13. sic appellata, clymenos est, quam verbis ille totidem delineat: Κλύμενον κανλὸν ἀνίησι τετράγωνον, ὅμοιον τῷ τοῦ κυάμου φύλλα δὲ πρὸς τὰ τοῦ ἄρνογλώσποντον θυλάκια δὲ ἔχει ἐπὶ τοῦ κανλοῦ εἰς κλλῆηλα νενοτα, οὐκέτι θρῖδι, καλ πολύποδος πλεκτάναις. Clymenon caule profert quadrangulum, ceu fabæ, folia plantagini similia: folliculos vero habet supra caulem ita dispositos, ut alter in alterum propendeat, velut in iride et in polyporum cirris. Que notæ omnes satis apte in Matthioli Clymenum cadunt, quod ipse exhibet, p. 971. et Lobelius in Observat. p. 517.

quadrato, folliculis cum semine<sup>s</sup> inter se implexis,<sup>6</sup><sup>p</sup> velut in polyporum cirris. Et succus<sup>t</sup> autem in usu, vi summa in refrigerando.

XXXIV. Gentianam<sup>a</sup> invenit Gentius rex Illyriorum, ubique nascentem, in Illyrico tamen præstantissimam, folio fraxini, sed magnitudine lactucæ, caule tenero,<sup>b</sup> pollicis crassitudine, cavo et inani, ex intervallis foliato, trium aliquando cubitorum, radice lenta, subnigra, sine odore:<sup>c</sup> aquosis montibus Subalpinis plurima. Usus in<sup>d</sup> radice et succo. Radicis natura est excalfactoria, sed prægnantibus non bibenda.<sup>e</sup>

XXXV. Invenit<sup>e</sup> et Lysimachus herbam Lysimachiam, quæ ab eo nomen retinet, celebrata Erasistrato. Folia habet<sup>f</sup> salicis viridia, florem purpureum,<sup>g</sup> fruticosa, ramulis erectis, odore acri:<sup>z</sup><sup>g</sup> gignitur<sup>h</sup> in aquosis. Vis ejus tanta est, ut jumentis discordantibus jugo imposita asperitatem cohibeat.

XXXVI. Mulieres quoque hanc gloriam affectavere, in



*in semine.*—6 Cod. Dalec. *complexis*. Mox, *veluti polyporum* Vet. Dalec.

CAP. XXXIV. 1 Chiffi, *bibendum*.

CAP. XXXV. 1 Vet. Dalec. *aureum*.—2 Cod. Dalec. *odore gravi*.

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *Inter se implexis*] *In sese mutuo conversis, eis ἔλληλα νεύοντα.*

<sup>t</sup> *Et succus*] Dioscor. hæc paulo überius loc. cit.

<sup>a</sup> *Gentianam*] Iisdem verbis Dioscor. III. 3. Γεντιανὴ, κ. τ. λ. Nomen apud omnes officinas retinet: *Gentiane*. A Dodonæo pingitur p. 340. De Gentio rege multa Livius lib. XL. p. 517. Cum Perseo Macedone bellum Romanis intulit: cum eo ductus in triumphum est. Vide Eutrop. lib. II. p. 767. et 769.

<sup>b</sup> *Caule tenero*] Diosc. loc. cit.

<sup>c</sup> *Sine odore*] At non est omnino expers odoris in cœlo hoc nostro soloque.

<sup>d</sup> *Usus in*] Diosc. loc. cit.

<sup>e</sup> *Invenit*] Hesychius: Λυσιμάχια,

βοτάνη εὑρεθεῖσα ὑπὸ Λυσιμάχου, a Lysimacho scilicet Thraciæ rege Alexandri comite. Sic dictam alii putant, παρὰ τὸ λύεν μάχην, quod animantium pugnas dirimat. Retinet nomen apud herbarios. Pliniana hæc, quæ purpurea est, et major communis, accurate delineatur a Clusio Hist. Rar. Plant. lib. IV. p. 51. visa a nobis in horto Regio.

<sup>f</sup> *Folia habet*] Sic etiam a Diosc. describitur, IV. 3. Λυσιμάχιον, οἱ δὲ λύτρον καλοῦσι . . . φύλλων λεπτῶν, παραπλησίων τοῖς τῆς Ιτέας.

<sup>g</sup> *Odore acri*] Sapore et gustu acri esse folia Diosc. prodidit loc. cit στύφοντα ἐν τῇ γεύσει.

<sup>h</sup> *Gignitur*] Diosc. loc. cit.

quibus Artemisia<sup>i</sup> uxor Mausoli, adoptata<sup>j</sup> herba quæ antea parthenis<sup>k</sup> vocabatur. Sunt qui ab Artemide Ilithyia<sup>l</sup> cognominatam putant, quoniam privatim medeatur fœminarum malis. Est autem<sup>m</sup> absinthii modo fruticosa, majoribus foliis, pinguibusque. Ipsius duo<sup>n</sup> genera: altera lationibus foliis, altera tenera tenerioribus,<sup>o</sup> et non nisi in maritimis nascens. Sunt qui<sup>p</sup> in mediterraneis eodem nomine appellant,<sup>q</sup> simplici caule, minimis foliis, floris copi-



CAP. XXXVI. 1 Chiff. altior.—2 ‘ Ita MSS. Reg. et Editio princeps. Hæc est artemisia rubra, maritima, Mentz. In recentioribus editionibus, tenuioribus.’ Brotier. tenuioribus Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. et recent.

#### NOTÆ

<sup>i</sup> *Artemisia*] Artemisiam tamen herbam ab Hippocrate nuncupatam, ante hujus Artemisiae tempora, apud ipsum Hippocratem reperio. Artemisia enim Mausoli uxor Hippocrate posterior est, quippe quæ Isocratis Demosthenisque ætate floruerit. Quare herbam hanc, si ab Artemisia regina nomen habet, non ab ea quæ uxor Mausoli fuit, sed ab altera quæ Lygdamidis filia, Persico bello, nomen sortitam esse oportet. Geminam hanc Artemisiam agnoscit Harpoeration, p. 48. Agnoscit et Tzetzes Chiliad. XII. vs. 966. Hist. 455. Μίαν Ἀρτεμισιὰν μὲν ἔχεις τὴν τοῦ Μαυσώλου, Ἀλλην Ἀρτεμισιὰν δὲ τὴν Ἐκατόμβου ἔχεις, Ἄμφω δὲ στρατηγέτιδας, γενναλαὶ ἀμφοτέρας. Sed cum ille utramque dicat Cariæ reginam fuisse, in eam suspicionem venio, reges Cariæ omnes Mausolos, ut Ægypti Ptolemaeos, cognominatos esse: ac de vetustiore Plinium locutum.—<sup>o</sup> Sed ille utramque dicit Cariæ reginam fuisse, et Mausoli quidem conjugem priorem alteram.’ Ed. sec.

<sup>j</sup> *Adoptata*] Hanc Galli armosiam vocant, et matrem herbarm, *Armoise*. A Lobelio pingitur in Observ. p. 441. qualis visa a nobis in horto Regio.

<sup>k</sup> *Parthenis*] Parthenion Apuleio cap. 10. ‘ de Artemisia :’ quasi virginea, quod Diana inventrix nomen ei fecerit, ut idem significat cap. 12.

<sup>l</sup> *Artemide Ilithyia*] Solenne Græcis fœminis erat in partu Dianam sive Artemidem Ilithyiam, Εἰλεῖθυιαν, invocare: quemadmodum Romanæ Junonem Lucinam implorabant. Ovid. Met. IX. 284. ‘ Præpositam tumidis parientibus Ilithyiam.’

<sup>m</sup> *Est autem*] Diosc. III. 127. ‘ Ἀρτεμισιὰ φύεται ἐν παραθαλασσοῖς τόποις ὡς τὸ πολὺ, πόδα θαυμοειδῆς, παρθροῖς ἀψινθίῳ, μείζῳ δὲ καὶ λιπαρώτερα τὰ φύλλα ἔχουσα, κ. τ. λ. Auctor libri de Simp. Med. ad Patern. tom. XIII. operum Galeni p. 985. ‘ Artemisia herba est subsimilis absinthio, sed per omnia vastior, id est, foliis latior, ramis altior, et fortior, sed aspectu et colore humidis.’

<sup>n</sup> *Ipsius duo*] Dioscor. III. 127. et 128. et Apuleius cap. 10. et 12.

<sup>o</sup> *Sunt qui*] Hæc totidem fere verbis Dioscor. III. 127. ‘ Ενιοι δὲ τὸ ἐν μεσογείοις λεπτόκαρφον βοτάνιον ἀπλοῦν τῷ καυλῷ . . . . καλοῦσιν ἀρτεμισιὰν μονόκλων, κ. τ. λ. Diversa hæc botrys ab ea de qua dicetur XXVII. 31.

osi, erumpentis cum uva maturescit, odore non injucundo, quam quidem botryn,<sup>4</sup> alii ambrosiam vocant. Talis in Cappadocia nascitur.

XXXVII. *Nymphæa*<sup>p</sup> nata traditur *Nympha* zelotypia erga Herculem mortua. Quare heracleon<sup>1</sup> vocant aliqui, alii rhopalon, a radice clavæ simili. Ideoque eos, qui biberint eam duodecim diebus,<sup>s</sup> coitu genituraque privari. Laudatissima<sup>t</sup> in Orchomeno et Marathone. Bœoti madon<sup>2</sup> vocant,<sup>u</sup> qui et semen edunt. Nascitur<sup>v</sup> in aquosis, foliis magnis, in summa aqua, et aliis ex radice prodeuntibus, flore lilio simili, et cum defloruit, capite papaveris,<sup>w</sup> tenui caule: secatur autumno.<sup>3</sup> Radix nigra in Sole siccatur, adversaturque alvinis.<sup>x</sup> Est et alia<sup>y</sup> *nymphæa* in Thessa-

—3 Cod. Dalec. *appellant*.—4 Chiff. *quem quidam betryon*.

<sup>1</sup> CAP. XXXVII. Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *heracion* Gronov. et vulgg.—2 Chiff. *mallon*.—3 Ita ex codd. Harduinus et recentt. ita quoque Diosc. et Vet. Dalec. *defloruit*, *capiti papaveris*. *In caule secatur autunno* edd. vett. et Gronov. *defloruerit*, &c. cod. Dalec. <sup>4</sup> *Lego: defloruit, capite papaveris, tenui caule. Secatur,* &c. Dalec.

#### NOTÆ

<sup>p</sup> *Nymphæa*] Νυμφαῖα Diosc. III. 148. Ab aquis dictam putat, in quibus nascitur. *Nenuphar* ab officinis barbara Maurorum. voce nuncupatur. A ceteris in Gallia quidem, *Blanc d'eau, ou lis d'étang*. Hæc *Nymphæa* alba Dodonæi est pag. 575. observata a nobis in horto Regio.

<sup>q</sup> *Quare heracleon*] Apuleius cap. 67. ‘Græci *Nymphæam* . . . . rhopalon, heracleon,’ &c. Dioscor. loc. cit. *Ρίζα ρόπαλοειδῆς*. Plinius ipse in Indice hujus libri, num. 83. ‘*Nymphæa Heraclia*.’ *Ρόπαλον Græcis clavam* sonat. Quare Marcellus Empir. cap. 33. pag. 231. hanc ‘clavam Herculis’ vocat.

<sup>r</sup> *Ideoque eos*] Diosc. loc. cit. *Ἄτονια τε ἐργάζεται αἰδολον πρὸς ὀλίγας ἡμέρας, εἴτις ἐνδελεχῶς πίνουι. Τὸ αὐτὸ δὲ ποιεῖ καὶ τὸ σπέρμα ποθέν.* Galenus de Fac. Simp. Med. lib. v. pag. 213. *Nymphæam* ait cohibere genituras,

sive per somnum, sive alio pacto, immodice profluentem.

<sup>s</sup> *Duodecim diebus*] Decem modo, si Marcello Empir. credimus, cap. 33. pag. 231. ‘*Herba est*,’ inquit, ‘quæ Græce *Nymphæa*, Latine *Clava Herculis*, Gallice *Baditis* appellatur: ejus radix contunditur, et ex aceto edenda datur puero per continuos decem dies: mirandum in modum fiet eunuchus.’

<sup>t</sup> *Laudatissima*] Theophr. Hist. ix. 13.

<sup>u</sup> *Madon vocant*] Hesychius: Μαδὸν, πόσα. Theophr. loc. cit. Καλοῦσι δ' αὐτὴν οἱ Βοιωτοὶ Μαδωνίαν, καὶ τὴν καρπὸν ἐσθίονται. Ut ρόδον et ροδωνία Græce dicitur, sic μαδὸν et μαδωνία.

<sup>v</sup> *Nascitur*] Hæc totidem verbis Diosc. loc. cit.

<sup>w</sup> *Capite papaveris*] Diosc. ad verbum loc. cit.

<sup>x</sup> *Alvinis*] Iis qui alvi profluvio la-

lia, amne Peneo, radice alba, capite luteo,<sup>4</sup> rosæ magnitudine.

XXXVIII. Invenit et patrum nostrorum ætate rex Juba, quam appellavit Euphorbiam,<sup>a</sup> medici sui nomine. Frater is fuit Musæ,<sup>1 b</sup> a quo Divum Augustum conservatum indicavimus. Idem fratres<sup>c</sup> instituere a balineis frigida multa corpora astringere.<sup>2</sup> Antea non erat mos, nisi calida tantum lavari, sicut apud Homerum<sup>d</sup> etiam invenimus. Sed Jubæ<sup>e</sup> volumen quoque extat de ea herba, et clarum præconium. Invenit<sup>f</sup> eam in monte Atlante: specie thyrsi,<sup>g</sup> foliis acanthinis.<sup>3 h</sup> Vis tanta est, ut e longinquo suc-

—4 *Diosc. flore luteo.*

CAP. XXXVIII. 1 Ita ex codd. Harduin et recentt. *medici sui nomine, et fratris Musæ* Gronov. et vulgg.—2 Ita codd. Harduni et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *astrungi* Gronov. et al. vett.—3 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Atlante, specie ferulae, foliis, &c.* margo edd. Dalec. et Gronov. *Atlante, specie tunsi foliis, &c.* Chiff. *Atlante: spectatur foliis acan-*

#### NOTÆ

borant: κοιλιακοῖς καὶ δυσεντερικοῖς, inquit Diosc. loc. cit. post Theophr. Sic etiam Apuleius cap. 67. tit. 1. ‘Ad dysentericos:’ ‘Herbae nymphæ semen,’ &c.

<sup>y</sup> *Est et alia* De qua totidem verba facit Diosc. III. 149. Τίνεται καὶ ἄλλη νυμφάλα, κ. τ. λ. Nymphæa lutea Dodonei pag. 575. visa a nobis in horto Regio. Eadem apud vulgus et officinas nomina, quæ prior, habet.

<sup>z</sup> *Capite luteo*] Hoc est, flore: ‘Ανθος μήλινον, στίλβον, θμοιον ρόδῳ, inquit Diocor. loc. cit.

<sup>a</sup> *Invenit . . . Euphorbiam*] Dictum id superioris v. 1. Nihilominus Homeri avo cognitam, et ab Euphorbo Patrocli occisore, de quo Homerus Iliad. II. appellatam ait Galenus κατὰ τόπους, ix. 4. p. 609. Sed in Africa fortassis, Europave, Juba prior invenit. De Juba rege dicemus in Auctorum Indice. Euphorbium hodieque nomen retinet in officinis.

<sup>b</sup> *Frater . . . Musæ*] Antonii Musæ, de quo diximus xix. 38.

<sup>c</sup> *Iudem fratres*] Marcellum, ab Augusto adoptatum, ea aquæ frigidæ lotione Musam occidisse, cum curare vellet, refert Dio LIII. 517. Frigida sic lavari a balneis, docuit etiam Agathinus apud Oribasium Collect. Medic. x. 7.

<sup>d</sup> *Apud Homerum*] Iliad. X. 444. πέλοιτο Ἔκτορι θερμὰ λοετρὰ, κ. τ. λ. Tamen aqua marina primum lavabantur, hoc est, frigida, qua sudorem sordesque detergerent: mox dulci seu calida, recreandi animi gratia. Homeri versus sunt hi Il. K. 572. Αὐτὸν δ' ἰδρῳ πολλὰδν ἀπενίζοντο θαλάσσῃ Ἐσβάτες, κ. τ. λ.

<sup>e</sup> *Sed Jubæ*] Vide Auctorum Indicem.

<sup>f</sup> *Invenit*] Solinus cap. 24. pag. 46.

<sup>g</sup> *Specie thyrsi*] Specie baenli, longiorisca caulis. In plantis id quod in virgulæ modum, vel teli rectitudinem consurgit, thyrsi nomen sibi vindicat. Vide Notas et Emend. num. 10.

<sup>h</sup> *Foliis acanthinis*] Acantho simi-

eus excipiatur: incisæ conto,<sup>1</sup> subditis excipulis ventriculo hædino,<sup>2</sup> humor lactis videtur effluere: siccatus cum coit, thuris<sup>3</sup> effigiem habet. Qui colligunt,<sup>4</sup> clarus vident. Contra serpentes<sup>1</sup> medetur, quacumque parte percussa: vertice<sup>5</sup> inciso, et medicamento addito. Ibi Gaetuli, qui legunt, hædino lacte adulterant: sed discernitur igni. Id enim, quod sincerum non est, fastidiendum odorem<sup>6</sup> habet. Multum infra hunc succum est, qui in Gallia<sup>7</sup> fit ex herba chamelæa,<sup>6°</sup> granum cocci ferente. Fractus<sup>8</sup> Hammonia-

---

*thinis* Gronov. et vulgg.—4 Ita ex codd. Harduinus et recentt. subditur excipulis, &c. Gronov. et vulgg. *excipula ventriculi hædini* Vet. Dalec. *excipulis ventriculus hædinus* al. Vet. ap. Dalec. *conto suscipitur expulso ventriculo hædino* cod. Dalec.—5 Vet. Dalec. *cuiuscunque parti percussæ, etiam vertici.* —6 Diosc. *herba thymelæa.*

#### NOTÆ

libus, de quo dictum est **xxii. 34.** Quam immerito Plinium carpat hoc loco Salmasius in *Præf.* pag. 29. tu, lector, ipse, si otium est, execute.

<sup>1</sup> *Incisæ conto]* Inciditur planta conto hastilive: subditur utricleus qui succum manantem excipiat, ex hædi ventriculo. Ita Dioscor. pariter, **iii. 96.** Excipulum pro utriculo qui excipit dictum. De ea voce jam diximus **ix. 38.**

<sup>2</sup> *Thuris]* Coire vitri effigie, dixit Dioscor. loc. cit. Τό δέ τι ἐν ταῖς κοιλαιοῖς ὑελῶδες καὶ συνεστῶτις.

<sup>3</sup> *Qui colligunt]* Dioscor. loc. cit. hanc ejus herbæ dotem esse solum admonuit, ut ejus succus oculorum suffusiones discuteret, et collyriis misceretur.

<sup>1</sup> *Contra serpentes]* Diosc. loc. cit. Ιστοροῦσι δέ τινες μηδὲν παρακολουθεῖν δυσχερὲς τοῖς ἔρπετοδῆκτοις, ἐάν τις ἐκκόψῃ ἄχρι δύτεον τὸ δέρμα τῆς κεφαλῆς ἐγχέῃ τὸν δύτην λεῖον, καὶ ράψῃ τὸ τραῦμα. Tradunt nonnulli nihil incommodi sensuros, qui a serpentibus demorsi fuerint, si quidem incisa osse tenuis capitis cute intritus liquor infundatur, vulnusque postea consuatur. Plinius

Valer. **iii. 57.** ‘Ejus qui percussus est vertex inciditur, eoque additur euphorbium, et medetur quacumque corporis parte periculum est.’

<sup>2</sup> *Odorem]* Vel nidorem potius, dum igni aduritur. Sic galbanum odore vel nidore probant, ut dictum est **xii. 56.** ‘Nam sincerum si uratur, fugat nidore serpentes.’ Hædium lac, quo dicitur euphorbium adulterari, olet pessime.

<sup>3</sup> *Qui in Gallia]* Nempe Circumpadana. ‘In partibus Italiae, quæ Galliae adjacent,’ inquit auctor libri de *Simp. Med.* ad *Patern. tom. xiii.* operum Galeni, p. 987.

<sup>4</sup> *Herba chamelæa]* Thymelæam intelligit, quam et chamelæam vocant: de qua nos egimus **xiii. 35.** Significat porro Plinius caute admodum et eruditæ, chamelææ succum ab euphorbio longe discrepare: neque adeo se favere hac in parte Sextio Nigro, qui teste Diosc. in *præf. lib. i.* p. 2. euphorbium esse chamelææ in Italia nascentis succum prodidit.

<sup>5</sup> *Fractus]* Jam redit ad verum Euphorbii succum, de quo hæc accipienda sunt, quæ totidem verbis recitat

co similis est, etiam levi gustū os accensum diu detincit, et magis ex intervallo, donec fauces quoque siccat.

**XXXIX.** (viii.) Celebravit et Themison medicus vulgarem herbam plantaginem,<sup>q</sup> tanquam inventor, volumine de ea edito. Duo ejus genera.<sup>r</sup> Minor augustioribus foliis et nigrioribus, linguæ pecorum<sup>s</sup> simillimis,<sup>t</sup> caule angulo, in terram inclinato, in pratis nascens. Altera major, foliis laterum<sup>z</sup> modo inclusa: quæ quia septena sunt, quidam eam heptapleuron<sup>t</sup> vocavere. Hujus et caulis cubitalis est, et angulosus.<sup>3</sup> Nascitur in humidis<sup>u</sup> multo efficacior. Vis mira<sup>v</sup> in siccando densandoque corpore, cauterii vicem obtinens. Nulla res<sup>w</sup> æque sistit fluxiones, quas Græci rheumatismos vocant.

**XL.** Jungitur huic<sup>a</sup> buglossos, boum linguæ similis, cui præcipuum,<sup>b</sup> quod in vinum dejecta animi voluptates auget: et vocatur euphrosynum.

**CAP. XXXIX.** 1 Chiffl. *similis*.—2 Margo edd. Dalec. et Gronov. *costarum*. Mox, ibid. *inclusis*, e Diosc. *quæque quod septena sunt Chiffl.*—3 ‘Ita vetus exemplar a Cornario laudatum.’ Brotier. et napi *similis* Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. et recent.

#### NOTÆ

pariter Diosc. III. 96. et Galenus κατὰ γένη, III. 4. p. 725. Hic sunt in Plinium, ut fere esse solent, iniquiore animo, Dalec. in notis, et Salmasius in Solin. pag. 301. et 303. nullo scriptoris, ut appareat, accurati, crimen.

<sup>q</sup> *Celebravit . . . plantaginem*] Græcis est ἀρνύγλωσσον: Gallis *Plantain*.

<sup>r</sup> *Duo ejus genera*] Hæc totidem verbis Diosc. II. 153. Utraque a Dodoneo pingitur, p. 107.

<sup>s</sup> *Linguæ pecorum*] Unde nomen ἀρνυγλώσσου, agnina lingua, et προβάτειον, et ἀρνεῖον.

<sup>t</sup> *Heptapleuron*] Quasi septenis costis instructum, Diocor. in Nothis, p. 445. Ἀρνύγλωσσον, οἱ δὲ ἄρνειον, οἱ δὲ προβάτειον, οἱ δὲ κυνόγλωσσον, οἱ δὲ ἐπτάπλευρον, οἱ δὲ πολύνευρον . . . Πωμαῖοι πλαντάγω μίνωρ.

<sup>u</sup> *Nascitur in humidis*] Hæc plantago aquatica est, picta a Lobelio in Observ. p. 160. visa a nobis in horto Regio.

<sup>v</sup> *Vis mira*] In exsiccando astrin- gendoque: Δύναμιν δὲ ἔχει τὰ φύλλα ξηραντικήν, στυπτικήν. Diosc. loc. cit. *Densare pro astringere* Plinio familiare est.

<sup>w</sup> *Nulla res*] Diosc. loc. cit.

<sup>a</sup> *Jungitur huic*] Quoniam affinis utriusque est appellationis causa: a lingua nempe animalium, ἀρνύγλωσσος et βούνγλωσσος. De ea Diosc. IV. 128. Βούνγλωσσον . . . φύλλον ἔχει θμοιον βοὸς γλώσσην ὅπερ καθιέμενον εἰς τὸν οἶνον εὐφρόσυνον δοκεῖ εἶναι. *Borraginem* nunc vulgus vocat, *Borrasche*. Pingitur a Dodoneo p. 616.

<sup>b</sup> *Cui præcipuum*] Diocor. loc. cit. et Galenus de Fæc. Simp. Med. lib.

**XLI.** Jungitur et cynoglossos,<sup>c</sup> caninas imitans linguas, topiariis operibus gratissima. Aiuntque quæ tres<sup>d</sup> thyrsos seminis emittit,<sup>e</sup> ejus radicem potam ex aqua ad tertianas prodesse: quæ quatuor, ad quartanas. Est alia<sup>f</sup> similis ei, quæ ferat<sup>g</sup> lappas minutæ: ejus radix pota ex aqua ranis et serpentibus adversatur.

**XLII.** Est et buphthalmus,<sup>f</sup> similis<sup>i</sup> boum oculis, folio fœniculi, circa oppida nascens, fruticosa caulibus, qui et manduntur decocti. Quidam cachlam<sup>j</sup> vocant. Hæc cum cera<sup>h</sup> scirrhomata discutit.<sup>k</sup>

CAP. **XLI.** 1 Chiff. *mittat*; Gronov. et al. ante Harduin. *emittat*; al. ap. Dalec. *emittit*.—2 Vet. Dalec. et Chiff. *fert*.

CAP. **XLIII.** 1 Margo edd. Dalec. et Gronov. *flore similis*, e Diosc. *Est et buphthalmus*, &c. codd. Regg. Brot. et Editio princeps; *Est et buphthalmos*, &c. Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—2 Chiff. *calcham*.—3 Vet. Dalec. *steatomata discutit*.

#### NOTÆ

**VI. p. 164.** Apuleius c. 41. ‘Buglossen Græci . . . Romani linguam bulbam dicunt . . . Hæc in vino mixta hilaritatem convivis facit.’ Et Schola Salernitana: ‘Vinum potatum, quo sit macerata buglossen, Mærorem cerebri dicunt auferre periti: Fertur convivas decoctio reddere lassos.’ Buglossen esse nepenthes Homericum, diximus **xxi. 91**. Est autem vis eadem et buglosso nostræ vulgari, quam eadem Schola borraginem nuncupat, eo versiculo: ‘Dicit borago, Gaudia semper ago: Cardiacos aufer, borago gaudia confert.’

<sup>c</sup> *Jungitur et cynoglossos*] De qua Dioscor. **iv. 129.** Κυνόγλωσσον, κ. τ. λ. Celso **v. 27.** sub finem, ‘Lingua canina.’ Plantagini similem Diosc. ait esse. Nondum satis nobis explorata, nec Anguillaræ, ut ipse fatetur, Par. **xiv. p. 287.**

<sup>d</sup> *Aiuntque quæ tres*] Quæ tergeminum caulem, seu ramulum, semine instructum habeat. Hæc Dioscorides incaute ad ἄρνογλωσσον, hoc est, ad plantaginem transtulit, **ii. 153.** quoniam et κυνογλώσσον nomine ali-

quando ea designata est, ut diximus. Quin et Dioscoridis interpolator, in Nothis p. **471.** buglossi hanc propriam dotem esse credidit, ipseque Apuleius, c. 41. tit. 1. qui tamen et ipse c. 96. tit. 2. cynoglosso adjudicat: ‘Ad quartanas,’ inquit, ‘Herbaque cynoglossa, quæ folia habet, pisata, et ex aqua potui data, prodest.’

<sup>e</sup> *Est alia]* Hæc Dodonæi cynoglossos est p. 53. a Lobelio quoque delineata in *Observ.* p. 313. visa a nobis in horto Regio. In Gallia vulgo, *Langue de chien*. Fert semina fere quatera simul cohærentia, aspera, et lapparum modo vestitui inhærentia. A Dioscoridis cynoglosso diversa.

<sup>f</sup> *Est et buphthalmus]* Habet eadem Dioscor. **iii. 156.** Βούφθαλμον . . . φύλλα δὲ μαραθροειδῆ, ἀνθη μήλινα . . . ὄφθαλμοειδῆ, οὐθεν καὶ ὄνδραστα. *Folia fœniculi, flores oculorum similitudine gerit: unde nomen.* Pingitur a Clusio Hist. Rar. Plant. lib. **iii. p. 332.** Vidimus in horto Regio. Gallis, *aïl de bœuf*.

**XLIII.** Invenere herbas et universæ gentes. Scythia primum eam, quæ Scythice vocatur, circa Boeotiam<sup>1</sup> nascentis, prædulcem alias<sup>j</sup> utilissimamque ad ea quæ spasmata vocant.<sup>2</sup> Magna et ea<sup>k</sup> commendatio, quod in ore eam habentes famem sitimque non sentiunt.

**XLIV.** Idem præstat apud eosdem hippace<sup>1</sup> dicta, quod in equis quoque eundem effectum habeat. Traduntque his duabus herbis Scythes etiam<sup>2</sup> in duodenos dies durare in fame sitique.

**CAP. XLIII.** 1 Ita quidem libri scripti et editi. At ex Theophr. Hist. Plant. ix. 13. ipsoque Plinio xxvii. 1. emendandum videtur, circa Maeotin. Scythice autem est glycyrrhiza, la Réglisse; de qua dictum supra xxii. 14. Brotier.—2 Ita Chiffi. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. prædulcis. Aliam utilissimam, &c. Gronov. et vulgg. prædulcem. Al. quoque utilissimam, quam Spar-taniam vocant cod. Dalec. prædulcis, alias utilissima, &c. Vet. ejusdem.

**CAP. XLIV.** 1 Hippice Gronov. et al. ante Harduin.—2 Chiffi. redam.

#### NOTÆ

<sup>e</sup> Quidam cachlam] Diosc. loc. cit. Βούθαλμον, οἱ δὲ κάχλαν καλοῦσσιν.

<sup>h</sup> Hæc cum cera] Dioscor. loc. cit. Ταύτης τὰ ἄνθη λεῖα σὺν κηρωτῷ οἰδήματα καὶ σκληρίας διαφορεῖ. Hujus flores triti cum cerato ademata duritiasque discutiunt. Dioscoridem Galenus sequitur, de Fac. Simp. Med. lib. vi. p. 165. Est autem σκίρφος sive σκιρφωμα, scirrhos, durities, tumor præter naturam dursus, et doloris expers. Vide Gorraeum in Desin. Med.

<sup>i</sup> Circu Boiotiam] Vide Notas et Emend. num. 11.

<sup>j</sup> Prædulcem alias] Hoc est, præter ceteras dotes, prædulcem. Hæc glycyrrhiza est, de qua egimus xxii. 14.

<sup>k</sup> Magna et ea] Theophr. Hist. ix. 13. Δύναται δὲ καὶ τὴν δίψαν πάνευ, ἐάν τις ἐν τῷ στόματι ἔχῃ διὸ ταῦτη τε καὶ τῇ ἵππᾳ διάγειν φασὶ τοὺς Σεύθας ἡμέρας καὶ ἑνδεκα καὶ δώδεκα. Sitim extinguit si teneatur in ore: quapropter Scythus contentos ea et hippace undenos aut duodenos dies vitam tolerare videntur.

<sup>l</sup> Idem . . . hippace] Hippacen, (sic enim libri omnes habent, tum hoc

loco, tum in Indice, non hippocen,) herbæ genus esse Plinius creditit. Pintianus aliquis post eum caseum equinum interpretantur. Hippocrates enim de Morbis iv. 25. “Οὐπερ οἱ Σκύθαι, inquit, ποιέουσιν ἐποῦ ἵππεον γάλακτος. Ἐγχέοντες γάρ τὸ γάλα . . . Ἐπῆν δὲ παγῆ καὶ ἔηρανθή, ἵππάκην μιν καλεόντων. Quod εἰ λαcle concretum ac siccatum fuerit, hippacen vocant. Diosc. ii. 80. Ἡ δὲ καλομένη ἵππάκη, τυρός ἔστιν ἵππειος . . . καὶ πολύτροφος, κ. τ. λ. Quod hippacen vocant, caseus est equinus . . . qui magnopere alit. Hesychius denique: ‘Ιππάκη, Σκυθικὸν βρῶμα ἐξ ἵππου γάλακτος, κ. τ. λ. Verum singulare quiddam narrare de Seythis velle Plinius ac Theophrastus videntur: nullam vero admiracionem habet dies duodecim, aut paulo plures, ea radice, quæ glycyrrhiza dicitur, et equino caseo, qui plurimum alat, aliquando transigi, cum Zoroastrem prodat ipse Plinius annos viginti totos caseo vixisse, xi. 97. Neque hippaces appellationem casei aut coaguli equini propriam esse idem nescivit, qui id diserte prodit, xxviii.

**XLV.** Ischæmonem<sup>m</sup> Thracia invenit, qua ferunt sanguinem sisti, non aperta modo vena, sed etiam præcisa. Serpit e terra milio similis, foliis asperis et lanuginosis, farcitur in nares. Quæ in Italia nascitur, et sanguinem eadem adalligata sistit.

**XLVI.** Vettones in Hispania eam, quæ Vettonica<sup>n</sup> dicitur in Gallia, in Italia autem serratula, a Græcis cestros,<sup>o</sup> aut psychotrophon,<sup>p</sup> ante cunctas laudatissima. Exit anguloso<sup>q</sup> caule, cubitorum duum, a radice<sup>r</sup> spargens folia fere lapathi,<sup>s</sup> serrata, semine<sup>t</sup> purpureo. Folia siccantur<sup>u</sup> in farinam plurimos ad usus. Fit vinum<sup>v</sup> ex ea et acetum,<sup>w</sup> stomacho et claritati oculorum. Tantumque<sup>x</sup> gloriae habet, ut domus in qua sata sit,<sup>y</sup> tuta existimetur a piaculis omnibus.

---

**CAP. XLVI.** 1 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recenti. *cestron* Gronov. et vulgg.—2 Chiffi. e radice.—3 Margo edd. Dalec. et Gronov. *flore*, e Diosc.—4 Ita edd. vett. Gronov. Harduin. 1. Miller. et Bipont. *ex aqua et aceto* Harduin. 2. ex errore, ut videtur, typothetarum; retinuit tamen Franzius.—5 Cod. Dalec. *sita sit*.

#### NOTÆ

34. et 58. sed et cum herba aliqua singulari, quæ sit incompta nobis, communem esse eam, Theophrasto, alterive credidit.

<sup>m</sup> *Ischæmonem*] Hæc Plinius a Theophr. ita scribente IX. 15. Περὶ δὲ τὴν Θράκην . . . τὴν Ὑσχαιμονίην δὴ λέγουσιν, οἱ μὲν κεντηθεῖσις τῆς φλεβὸς, οἱ δὲ καὶ σφοδρότερως διατμηθεῖσις, Ὑσχεῖν καὶ καλύειν τὴν χύσιν. Est Matthioli panicum sylvestre, in Dioscor. lib. II. p. 407. A sistendo sanguine ei nomen, παρὰ τὸ Ὑσχεῖν τὸ αἷμα.

<sup>n</sup> *Vettones . . . Vettonica*] Nomen Betonicæ in officinis retinet: Gallis *Betoine*. Pingitur a Dodonæo pag. 40. De hac singulare volumen edit Antonius Musa, quod inscripsit, ‘De herba Vettonica.’

<sup>o</sup> *Psychotrophon*] Quoniam frigidis reperitur in locis, ut ait Musa, loc. cit. pag. 1. Diosc. quoque IV. 1. Κέστρον τὸ καλούμενον ψυχότροφον, (vel

ψυχοτρόφον,) ἐπειδὴ ἐν τοῖς ψυχροτάτοις εὑρίσκεται τόποις ὁ Ρωμαῖοι οὐετονίκην καλοῦσιν.

<sup>p</sup> *Exit anguloso*] Hoc est, quadrangle. Diosc. loc. cit. Πόδα ἔστι κανλὸν ἔχοντα πήχεως τὸ ὕψος, ἢ καὶ μείζονα, τετράγωνον.

<sup>q</sup> *Folia fere lapathi*] Rectius ita multo Plinius, quam Dioscorides, qui similia quernis folia prodidit.

<sup>r</sup> *Folia siccantur*] Et mox teruntur in farinam. Dioscor. loc. cit. τὰ φύλλα ξηρὰ λεῖα, breviter et concise dixit.

<sup>s</sup> *Fit vinum*] Dioscor. v. 54. περὶ κεστρίτου οἴνου Γίνεται καὶ ἐκ τοῦ κέστρου τὸν ψυχότροφον οἶνος.

<sup>t</sup> *Tantumque*] Anton. Musa loc. cit. ‘Animas hominum et corpora custodit, et nocturnas ambulationes a maleficiis et periculis, et loca sancta et busta etiam a visibus metuendis tuerit et defendit,’ &c.

**XLVII.** In eadem Hispania inventa sic<sup>1</sup> Cantabrica,<sup>u</sup> per Divi Augusti tempora a Cantabris reperta. Nascitur ubique caule junceo pedali, in quo sunt flosculi oblongi, veluti<sup>2</sup> calathi: in his semen perquam minutum. Nec alias defuere Hispaniæ herbis exquirerendis, ut in quibus etiamnum hodie in numeroso et lætiore convictu, potionem e centum herbis mulso additis, credidere<sup>3</sup> saluberrimam suavissimamque: nec quisquam genera earum jam novit aut multitudinem:<sup>4</sup> numerus tamen constat in nomine.<sup>v</sup>

**XLVIII.** Nostra ætas<sup>a</sup> meminit herbam in Marsis reperitam. Nascitur in Æquicolis circa vicum Nervesiæ:<sup>b</sup> vocatur consiligo. Prodest, ut demonstrabimus<sup>c</sup> suo loco,<sup>c</sup> deploratis in phthisi.

**XLIX.** Invenit nuper et Servilius Democrates<sup>d</sup> e primis medentium, quam appellavit iberida,<sup>d</sup> quanquam facto nomine, inventioni ejus assignato<sup>e</sup> carmine.<sup>e</sup> Nascitur

---

**CAP. XLVII.** 1 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recent. *inventa est* Gronov. et vulgg.—2 Gronov. *vel ut.*—3 Vet. Dalec. *ut quæ etiamnum . . . credant.*—4 Idem Vet. *eius multitudinis.*

**CAP. XLVIII.** 1 Chiffi. *demonstravimus.*

**CAP. XLIX.** 1 *Democrites* Chiffi.—2 Gronov. et al. ante Harduin. *hiberi-*

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *Cantabrica]* Pingitur a Clusio Hist. Rar. Plant. lib. iv. p. 49. Vide nondum licuit.

<sup>b</sup> *Constat in nomine]* Genera herbarum, quibus ea potio constaret, nemo scit: numerus constat ex potionis nomine: appellatur enim ea ‘Potio centum herbarum.’

<sup>c</sup> *Nostra ætas]* Consiliginem mulemedicis nunc Pulmonariam dici testatur Vegetius. Vulgus Gallicum Pomeleam vocat, Pommelée, quasi pulmoneam: herbarii quidam, ‘Leonis patam,’ pastoribus, bubulcis, equisnibus, totique ruri præclare cognitam, qui ad eosdem, quos veteres consiliginem, usurpant effectus. Haec uberioris multo tractat Ruellius lib.

ii. p. 448. Cœpit pulmonaria dici, quod pulmonum vitiis præsens ha-

beatur auxilium: invenitque in posteris nomen a viscere, cui præsertim nuncupatur. Consiliginem rustici veteres olim vocarunt, quod in campis inter siliginem triticumque sæpius emicet. Pingitur a Lobelio in Observ. pag. 317. Vide quæ dicturi sumus ex Columella xxvi. 21.

<sup>d</sup> *Nervesiæ]* Situs hodie incogniti.

<sup>e</sup> *Suo loco]* Lib. xxvi. c. 21.

<sup>d</sup> *Invenit . . . iberida]* Græcis ἰβερὶς et καρδαμαντικῆ. Galeno κατὰ τόπους, x. 2. pag. 635. aliisque apud ipsum pag. 636. etiam λεπίδιον. Pingitur a Dodonæo pag. 703. Vidimus in horto Regio. De ejus inventore Servilio Democratice, sive Damocrate, dicemus in Auctorum Indice.

<sup>e</sup> *Assignato carmine]* Quod apud Galenum extat, loc. cit. pag. 636, ex-

maxime circa vetera monumenta parietinasque, et inculta itinerum. Floret semper<sup>4 f</sup> folio nasturtii, caule cubitali, semine tam parvo, ut vix aspici possit. Radici odor<sup>g</sup> nasturtii. Usus aestate<sup>h</sup> efficacior, et recenti<sup>i</sup> tantum. Tunditur difficulter. Coxendicibus<sup>j</sup> et articulis omnibus cum axungia modica utilissima, viris plurimum quaternis horis, foemini minus dimidio adalligata,<sup>j</sup> ut deinde in balineis descendatur in calidam, et postea oleo ac vino<sup>k</sup> corpus perungatur: diebusque vicenis interpositis idem fiat, si qua admonitio doloris supersit. Hoc modo rheumatismos omnes sanat occultos. Imponitur non in ipsa inflammatione, sed imminuta.

L. Animalia quoque invenerit herbas, in primisque chelidoniam.<sup>k</sup> Haec enim hirundines oculis pullorum in nido restituunt visum, ut quidam volunt,<sup>l</sup> etiam erutis oculis.

*da.—3 Chiff. inventioni ejus assignata.—4 Diosc. aestate.—5 Vet. Dalec. et recentis.—6 Diosc. lana.*

#### NOTÆ

pressumque est a Plinio totidem plane verbis hac reliqua sectione.

<sup>f</sup> *Floret semper]* Democrates, loco citato: 'Αεὶ δὲ θάλλει, φύλλα' ἔχοντα καρδάμου, ξαφνίου μὲν εὐθαλῆ τε καὶ μείζω, κ. τ. λ. Florere hoc loco virere est, non florem mittere: quem colore lacteo ferre aestate mox idem subdit: Φέρει δ' ὁ κανδής ἐν θέρει λεπτὸν πάνυ Πολύχροον ἄνθος, τῇ χρόᾳ γαλακτινόν.

<sup>g</sup> *Radici odor]* Servilius loco citato: 'Η δίζα δὲ καὶ δσμὴν δριμυτάτην ἔχει, Μάλιστα πάντων καρδάμῳ προσεμφερῆ.'

<sup>h</sup> *Usus aestate]* Servilius loc. cit. Τιντην ὄρύξας καὶ λαβὼν πλῆθος πολὺν, Θέρους μάλιστα δ' ἔστι πρακτικωτάτη, Καὶ πρόσφατος ξηρὰ γὰρ ἀδρανῆς τυγχάνει. Quæ idcirco referuntur a me, ut intelligent ii, qui Plinium, atque adeo veritatem ipsam ex Dioscoridis verbis sensuque metiuntur, quam iniuste agant: cum Plinium de iberide

scribentem, hand semel errasse autument, qui ab illo discedat scriptore, quem a Democrate ipso, longe probatoris fidei, deficere intelligimus.

<sup>i</sup> *Coxendicibus]* Haec totidem verbis Damocrates loc. cit.

<sup>j</sup> *Adalligata]* De ejusmodi ligaturis, sive amuletis, multa pereruditte V. Cl. Du-Cangius in Glossario, verbo 'Ligaturæ.'

<sup>k</sup> *Animalia . . . chelidoniam]* Pinxit a Dodonæo chelidonium majus appellatum, pag. 48. Gallis, *éclaire*. In horto Regio visum a nobis.

<sup>l</sup> *Ut quidam volunt]* Id vulgo creditur etiam Dioscor. II. 211. Fabulosum Celsus existimat, VI. 6. sub finem: 'Harum avium,' inquit, 'acies extrinsecus laesa interposito tempore in antiquum statum reddit, celerrime que hirundinis. Unde etiam locus fabulae factus est, aut per parentes, aut id herba chelidonia restitui, quod

Genera ejus<sup>m</sup> duo : major fruticosa<sup>1</sup> caule, folio pastinacæ<sup>2</sup> erraticæ ampliore, ipsa altitudine duum cubitorum. Colos albicans, flos luteus. Minori folia hederæ rotundiora, minus candida.<sup>3</sup> Succus croci mordax, semen papaveris. Florent adventu hirundinum, dissecessu marcescunt. Florentibus succus exprimitur, et in aereo vase cum melle Attico leniter cinere ferventi decoquitur, singulari remedio contra caligines oculorum. Utuntur et per se succo in colyriis, quæ chelidonia appellantur ab ea.

L1. Invenerunt et canes canariam,<sup>n</sup> qua fastidium<sup>o</sup> deducunt,<sup>r</sup> eamque in nostro conspectu mandunt, sed ita ut nunquam intelligatur quæ sit: etenim depasta cernitur. Notata est hæc animalis<sup>2</sup> hujus malignitas in alia herba major. Percussus enim a serpente mederi quadam sibi dicuntur: sed illam homine inspectante non decerpit.

LII. Simplicius cervæ monstravere elaphoboscon,<sup>p</sup> de qua diximus. Item seseli<sup>q</sup> enixaæ a partu.<sup>r</sup>

LIII. Dictamnum ostendere (ut indicavimus)<sup>r</sup> vulneratæ, pastu<sup>t</sup> statim decidentibus telis. Non est alibi,<sup>s</sup> quam in

---

CAP. L. 1 Cod. Dalec. *fruticoso*.—2 Diosc. *ranunculi*.—3 ‘Hæc clausula post marcescant, proxime ante Florentibus, poni debet e Diosc.’ Dalec.

CAP. LI. 1 *Inveniunt et canes qua fastidium vincunt Chiffi*.—2 *Notata est et animalis* Vet. Dalec. *Notata est autem animalis al. vett. ejusdem*.

CAP. LIII. 1 *Item helsine a partu dictam ostendere (ut indicavimus) dictamnum vulnerata, &c.* Chiffi.

CAP. LIII. 1 Ita codd. Harduini et Vet. Dalec. item edd. Harduin. 1.

#### NOTÆ

per se sanescit.’ Vide in eam rem quæ afferant auctores Miscellaneorum Medico-physicorum, seu Ephemeridum Germanicarum, anno 8. Observ. 18. pag. 32.

<sup>m</sup> *Genera ejus*] Quæ de gemina chelidoniæ specie hac sectione deinceps continentur, ea totidem fere verbis habet Dioseor. loc. cit. Minor delineatur a Dodonæo pag. 49. et a Dalecampio pag. 1048. Gallis est, *Petite Chelidoine*. Italis, *Coglie di Prete*, teste Anguill. par. xi. pag. 181.

<sup>n</sup> *Invenerunt . . . canariam*] ‘Gra-

men’ esse ‘legitimum’ Clusii videtur, Histor. Rar. Plant. lib. vi. p. 217. In insula Chio dici nunc quoque ἀκύρωψ, simillimamque gramine esse, ait Anguill. par. xii. p. 190.

<sup>o</sup> *Qua fastidium*] Cient et vulgari gramine vomitum, ut deducant pituitam canes: gramine eo, inquam, quod Græci ὄγρωστιν vocant, de quo anteriore libro diximus, cap. 118.

<sup>p</sup> *Simplicius . . . elaphoboscon*] De qua xxii. 37.

<sup>q</sup> *Item seseli*] Vide quæ diximus in Notis et Emend. ad viii. 50. num. 92. et 93.

Creta, ramis prætenue, pulegio simile, servens et acre gustu: foliis tantum utuntur. Flos nullus,<sup>1</sup> aut semen,<sup>2</sup> aut caulis. Radix tenuis ac supervacua. Et in Creta<sup>3</sup> autem non spatiose<sup>3</sup> nascitur: mireque capris expetitur. Pro eo est<sup>4</sup> et pseudodictamnum, multis in terris nascens, folio simile,<sup>4</sup> ramulis minoribus, a quibusdam chondris vocatum. Minoris<sup>5</sup> effectus statim<sup>5</sup> intelligitur. Dictamnum enim minima portione accedit os. Qui legere eam,<sup>6</sup> in ferula vel arundine condunt, præligantque, ne potentia<sup>w</sup> evanescat. Sunt qui<sup>x</sup> dicant, utramque nasci

---

2.3. et recentt. *pastæ* Gronov. et vulgg. ‘*Vulneratae: pasto]* Sic scribo; non *pastæ.*’ Nic. Heins. Vid. Advers. II. 14. p. 321.—2 ‘Ita bene cod. Reg. 2. Est quidem dictamno flos, semen, et caulis; sed nullius sunt usus.’ Brotier. *Flos nullus ei, aut semen* edd. ante Brotier.—3 Chiff. autem non spatiose; alii ap. Dalec. *autumno non spatiose.*—4 Gronov. *simili.*—5 Vet. Dalec. *gus-*

## NOTÆ

<sup>1</sup> *Dictamnum .... ut indicavimus]* Lib. VIII. cap. 41. Dictamnum hoc Francum seu Gallicum Angli vocant. A Lobelio pingitur in Observat. pag. 267.

<sup>2</sup> *Non est alibi]* Hæc sunt ex Theophrast. Hist. IX. 16.

<sup>3</sup> *Flos nullus]* Nullius in medicina usus: nam prius dixit, ‘foliis tantum utuntur.’ Nam florem habere, caulemque vel ipse Maro cecinuit, Æneid. XII. ‘Dictamnum genitrix Cretæa carpit ab Ida, Puberibus caulem foliis et flore comantem Purpureo: non illa feris incognita capris Gramina, cum tergo volucres hæsere sagittæ.’ Damocrates quoque apud Galen. κατὰ γένη, v. 10. pag. 789. dictamni meminit, quæ florem habeat, ἄνθος ἔχοντος. Confirmat interpretationem nostram Theophrasti verba, unde hæc manarunt, Histor. IX. 16. Χρῶνται δὲ τοῖς φύλλοις, οὐ τοῖς κλωστὶ οὐδὲ τῷ καρπῷ. *Foliis utuntur, non ramulis, neque fructu.* Quare apud Diosc. ubi legitur, III. 37. οὔτε ἄνθος, οὔτε καρπὸν φέρει, aut errasse illum, quod verius puto, existimandum est: aut legi

oportere, quod Matthiolus censuit, οὔτε καρπὸς συμφέρει .... Verum hand ita scripsisse Dioscoridem, sed ut in editis habetur, et Oribasii interpres admonet, et Apuleius, qui ita reddidit cap. 62. ‘Et neque florem generat, neque fructum.’

<sup>4</sup> *Et in Creta]* Theophr. loc. cit. Σπάνιον δέ ἔστι καὶ γὰρ διλύγος δ τόπος δέ φέρων καὶ τοῦτον αἱ αἴγες ἐκνέονται διὰ τὸ φιληδεῖν. *Et rara,* inquit, *hæc herba est: locus enim qui fert, exiguis est admodum: eamque capræ depascunt, quod sit eis pergrata.*

<sup>5</sup> *Pro eo est]* Hæc totidem verbis Theophr. Histor. IX. 16. et Diosc. III. 38. Pingitur a Lobelio in Observ. p. 267. pseudodictamnum. In paucorum hortis repertum ait Dodonæus pag. 281. Vidimus in horto Regio. Chondris iterum appellatur XXVI. 31. et in Indice ejus loci.

<sup>6</sup> *Minoris]* Theophr. loc. cit. ‘Ἐστι δὲ εὐθὺς ἐν τῷ στόματι φαερὰ ἡ τοῦ δικτάμου δύναμις θερμαλνεῖ γὰρ ἀπὸ μικροῦ σφόδρα.

<sup>w</sup> *Ne potentia]* Ne vis omnis expiret. Theophr. loco citato: Τιθέασι

multifariam, sed deteriores in agris pinguibus, veram quidem<sup>7</sup> dictanum non nisi in asperis. Est et tertium<sup>8</sup> genus dictanum vocatum, sed neque facie,<sup>9</sup> neque effectu simile, folio sisymbrii, ramis majoribus, præcedente<sup>9</sup> persuasione illa, quicquid in Creta nascitur, infinito præstare ceteris ejusdem generis alibi genitis: proxime quod in Parnasso. Alioqui<sup>a</sup> herbiferum esse et Pelium montem in Thessalia, et Telethrium in Eubœa, et totam Arcadiam ac Laconicam tradunt. Arcades<sup>b</sup> quidem non medicaminibus<sup>10</sup> uti, sed lacte circa ver, quoniam tunc maxime succis herbae turgeant, medicenturque<sup>c</sup> ubera pascuis. Bibunt<sup>d</sup> autem vaccinum,<sup>11</sup> quoniam boves omnivoræ fere sunt in herbis. Potentia earum<sup>e</sup> per quadrupedes etiamnum duobus claris exemplis manifesta fit. Circa Abderam, et limitem, qui Diomedis vocatur, equi pasti inflammantur rabie: circa Potnias vero et asini.<sup>12</sup>

tatum.—6 Dalec. ca.—7 Chiff. quidam.—8 Cod. Dalec. caule.—9 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. procedente Gronov. et vulgg.—10 Chiff. non in medicaminibus.—11 Cod. Dalec. lac vaccinum.—12 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. vero asini Gronov. et vulgg.

## NOTÆ

δὲ καὶ τὰς δεσμίδας ἐν νάρθηκι καὶ καλάμῳ, πρὸς τὸ μὴ ἀποπνεῖν ἀσθενέστερον γὰρ ἀποπνεῦσαν. Manipulos ferula aut canna intercludunt, ne expiret: imbecillius enim, cum expiraverit.

<sup>x</sup> Sunt qui] Totidem verbis Theophr. loc. cit.

<sup>y</sup> Est et tertium] Hæc pariter Theophr. loc. cit. ad verbum: Ἐστι δὲ καὶ ἔτερον δίκταμον, ὥσπερ διώνυμον, οὕτε τὴν ὄψιν ἔχον, οὕτε τὴν δύναμιν αὐτὴν, κ. τ. λ. Est hoc Dioscoridis dictanum alterum.

<sup>z</sup> Præcedente] Theophr. loco citato.

<sup>a</sup> Alioqui] Theophr. Hist. ix. 15. Τῶν δὲ περὶ τὴν Ἑλλάδα τόπων, φαρμακιδέσπατον τό, τε Πήλιον τὸ ἐν Θετταλίᾳ, καὶ τὸ Τελέθριον τὸ ἐν τῷ Εὐβοίᾳ,

καὶ δὲ Παρνασός· ἔτι δὲ ἡ Ἀρκαδία, καὶ ἡ Λακωνική· καὶ γὰρ αὗται φαρμακώδεις ἀμφότεραι. Montes herbiferos Plinius appellat, qui herbis scatent, quarum usus in medicina frequens et probatus.

<sup>b</sup> Arcades] Pro medicamine, inquit, quod alvum purget, lac sorbent vere, &c. Theophr. loc. cit. Ἀρκαδες εἰώθασιν ἀντὶ τοῦ φαρμακοποτεῖν, γαλακτοποτεῖν διὰ τὸ ἔσφ, κ. τ. λ.

<sup>c</sup> Medicenturque] Vim medicam accipiunt.

<sup>d</sup> Bibunt] Theophr. Πίνουσι δὲ τὸ βθειον δοκεῖ γὰρ πολυνομάτατον καὶ παμφαγάτατον πάντων ἡ βοῦς.

<sup>e</sup> Potentia carum] Herbarum scilicet, non dictamni.

LIV. Inter nobilissimas aristolochiae nomen dedisse gravidae videntur, quoniam esset ἀγίστη λεχούσαις.<sup>f</sup> Nostri in malum terrae vocant, et quatuor genera ejus servant.<sup>g</sup> Unum tuberibus<sup>h</sup> radicis rotundis, foliis inter malvam et hederam, nigrioribus mollieribusque. Alterum<sup>i</sup> masculae, radice longa quatuor digitorum longitudine, baculi crassitudine. Tertium<sup>j</sup> longissimae tenuitatis, vitis<sup>k</sup> novellæ, cuius sit præcipua vis, quæ clematitis<sup>l</sup> vocatur, ab aliis Cretica. Omnes colore<sup>m</sup> buxeo, caulis parvis, flore purpureo. Ferunt bacculas parvas, ut capparis.<sup>n</sup> Valent radice tantum. Est et quæ plistolochia<sup>s</sup> vocatur, quarti generis,

---

CAP. LIV. 1 Dalec. *obseruant*. Mox, *tuberibus radicum* Edd. vett. t. *radicis* Chiff. et Edd. recent.—2 Ita edd. vett. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. Bipont. et Miller. *radicum vitis* Franz. *radice vitis* Vet. Dalec.—3 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. *cui sit p. v. q. clematis* Gronov. et vulgg.—4 Chiff. *cappari*; margo edd. Dalec. et Gronov. *pyrus*, e Diosc.—5 Gronov. et al. ante Harduin. *pistolochia*.—6 Chiff. *et si modo*,

#### NOTÆ

<sup>f</sup> Ἀρίστη λεχούσαις] Dioscor. III. 4. Ἀριστολοχία ὡνμασται μὲν ἀπὸ τοῦ δοκεῖν ἄριστα βοηθεῖν τὰς λοχοῖς. Ex eo nomen accepit, quod optime puerperis opitulari credatur. Auctor est Tullius de Divin. lib. i. a muliere inventrice nomen habere. Favet et Nicandri Schol. in Theriac. Ταύτην δέ φησιν Ἀριστοτέλης γυναικά εὑρηκέναι.

<sup>g</sup> Nostri] Apuleius c. 19. 'A Græcis dicitur Aristolochia . . . Itali ter- ræ malum, Daci absinthium rusti- cum.' Diosc. in Nothis p. 451. Σικελοὶ δὲ χαμαίμηλον, Ἰταλοὶ τέρβια μάλα. Nunc retinet in officinis nomen, et in vulge, *Aristolochie*, ou *Aristoloco*.

<sup>h</sup> Unum tuberibus] Radice in or- bem tuberis aut napi modo conglobata. Hæc aristolochia prima, ro- tunda, eademque foemina appellata, στρογγύλη, θήλεια καλουμένη, φύλλα ἔχει κισσοειδῆ, inquit Dioscor. III. 4. Foliis inter hederam et periclyme- num, inquit Nicander in Theriac. p. 36. A Clusio delineatur Histor. Rar. Plant. lib. iv. p. 70. Aristolochia ro- tunda 1.

*Delph.* et *Var. Clas.*

<sup>i</sup> Alterum] Quo de genere Diosc. III. 5. Η δὲ μακρὰ ἀριστολοχία, ἄφρον καλεῖται, καὶ δακτυλῖτις, κ. τ. λ. Cælio Aurel. Chron. III. 5. Aristolochia longa. Clusio item dicitur aristolo- chia longa prima, pingiturque loc. cit. Italam a Græca discrepare scribit Anguillara par. XII. p. 191. Ve- rum in Græcia, Apulia, Syriaque nasci.

<sup>j</sup> Tertium] Dioscor. III. 6. 'Εστι δέ τις καὶ τρίτη μακρὰ, ἥτις καὶ κληματῖτις καλεῖται, κλωνία ἔχουσα λεπτὰ, κ. τ. λ. Est etiamnun tertia longa, quæ et clematitis (quasi sarmentosa, sive sar- mentitia) vocatur, ramulos tenues ha- bel, &c. Galeno pariter de Facult. Simp. Med. lib. vi. p. 158. Κληματῖ- τις εὐνδεστέρα. Et hæc a Clusio deli- neatur loc. cit. p. 71.

<sup>k</sup> Omnes colore] Diosc. III. 4. et 5. duo priora genera ait esse colore buxeo: flore purpureo: fructu piro simili. Pirastro Nicander assimilat in Theriac. p. 36.

<sup>l</sup> Est et quæ plistolochia] Sic MSS. tum hoc loco, tum in Indice: quasi

*Plinius.*

10 X

tenuior, quam proxime dicta, densis radicis capillamentis, junci plenioris crassitudine. Hanc quidem polyrrhizon<sup>m</sup> cognominant. Odor omnium medicatus, sed oblongæ radici tenuiorique gravior. Carnosi enim est corticis, unguentis<sup>n</sup> quoque nardinis conveniens. Nascuntur pinguisibus locis et campestribus. Effodere eas messibus tempestivum: ita desquamato<sup>o</sup> terreno servantur. Maxime tamen laudatur Pontica: et in quocumque genere ponderosissima quæque, medicinis aptior. Rotunda contra serpentes. Oblonga tamen<sup>p</sup> in summa gloria est, si modo a conceptu<sup>q</sup> admota vulvis in carne bubula, mares figurat, ut traditur. Piscatores Campaniæ radicem eam quæ rotunda est, venenum terræ vocant, coramque nobis contusam immixta calce, in mare<sup>r</sup> sparsere: advolant pisces cupiditate mira, statimque exanimati fluitant. Quæ polyrrhizos cognominatur, convulsis, contusis, ex alto præcipitatis, radice pota ex aqua, utilissima esse traditur: semine pleuriticis et nervis:<sup>s</sup> confirmare, excalfacere, eadem satyrion esse.<sup>t</sup>

<sup>§c.</sup> cod. Dalec. etiam modo. *A conceptu*.—7 Ita codd. Harduini et Chiff. in mari Gronov. et vulgg.—8 Ita edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Semine pleuriticos et nervos confirmare, excalfacere*. Eadem *satyrion est* Gronov. et vulgg. *saurion est* Vet. Dalec.

## NOTÆ

maximæ puerperis opis. Sic Λοχεῖα Diana cognominatur, parturientium opitulatrix. Potest et πιστολοχία dici, fidelis puerperis. Et hujus iconem Clusius exhibit loc. cit. p. 72. Et istud et tria superiora genera vidimus in horto Regio.

<sup>m</sup> *Hanc . . . polyrrhizon*] A densis radicibus. In Indice, *Lochia polyrrhizos*.

<sup>n</sup> *Unguentis*] Aristolochiæ tertiae, seu clematiti, radices esse crasso cortice vestitas, quæ aroma redolent, privatimque unguentariis utiles sint ad unguenta spissanda, auctor est Dioscor. III. 6.

<sup>o</sup> *Desquamato*] Derasa excussave terra, qua obvolutæ ac sordidae ex-

trahuntur.

<sup>p</sup> *Oblonga tamen*] In eam sententiam Albertus M. de Animal. x. 2. 3. p. 318. ‘Dixerunt quidam de valde expertis, quod si sumatur aristolochia aureus unus, et teratur, et conficiatur cum melle, et supponatur in vulvam cum lana viridi a mane usque ad meridiem jejunanti mulieri: tunc si dulcescit saliva ejus, concepit masculum: si amaricatur, concepit feminam . . . Sed ego miror si hoc est verum,’ &c.

<sup>q</sup> *Et nervis*] Theod. Priscianus I. 19. ‘Si telo, seu morsu canum, seu ex quolibet casu nervo vulnerato, quos νευροπότους appellamus, . . . hoc adhibendum erit quod glutinare

l.v. Verum et effectus earum ususque<sup>1</sup> dicendi sunt: ordinandumque a malorum omnium pessimo, id est, serpentium ictu. Medentur ergo brittanica herba, panacisque<sup>a</sup> generum omnium radix e vino, Chironii<sup>b</sup> flos et semen potum, illitumve ex vino et oleo: privatimque,<sup>c</sup> quæ cunila bubula appellatur: Polemonia<sup>d</sup> vel Philetæria radicis drachmis quatuor ex mero: teueria,<sup>e</sup> sideritis,<sup>f</sup> scordotis ex vino, privatim ad angues, potæ et illitæ,<sup>g</sup> sive succo, sive folio, sive decocto: centaurii majoris<sup>h</sup> radix drachma in vini albi cyathis tribus: Gentiana<sup>i</sup> præcipue adversus angues, duabus drachmis cum pipere et ruta, vini cyathis sex, sive viridis, sive sicca. Et Lysimachiæ<sup>j</sup> odorem fugiunt.<sup>4</sup> Datur ex vino percussis chelidonia. Morsibus<sup>k</sup> imponitur Vettonica præcipue, cui vis tanta perhibetur, ut inclusæ<sup>h</sup> circulo ejus serpentes ipsæ sese interimant flagellando. Datur ad ictus<sup>l</sup> semen ejus denarii pondere cum tribus

CAP. LV. 1 Verum effectus ususque Chiffl.—2 Vet. Dalec. teucrion.—3 Chiffl. pota et inlita.—4 Vet. Dalec. fugiunt serpentes.—5 Cantabriae, dictamni,

## NOTÆ

et curare valeat membra vulnerata .... Aristolochiæ pulvis cum aqua mixtus, hoc idem facit.'

<sup>r</sup> Eadem satyron esse] Subintellige, traditur. Et satyrii vim, inquit, inesse ei creditur, hoc est, vim Veneris concitatrixem. Prius legebatur: semine pleuriticos et nervos confirmare, excalfuscere. Eadem satyron est. At MSS. pleuriticis et nervis, et satyron esse.

<sup>a</sup> Panacisque] Dioscor. III. 55. et 56.

<sup>b</sup> Chironii] Panacis Chironii, de quo c. 13. Diosc. III. 57.

<sup>c</sup> Privatimque] Diximus xx. 61.

<sup>d</sup> Polemonia] Diosc. IV. 8. et Euprop. II. 114.

<sup>e</sup> Teueria] Sive Teuerion, de quo c. 20. Tradit hoc Diosc. de altera Teueria, quæ et chamaedrys dicta est, III. 3. et a Plinio xxiv. 80.

<sup>f</sup> Sideritis] Sideritis Heraclea, de qua c. 15.

<sup>g</sup> Centaurii majoris] Et minoris quoque, teste Apuleio c. 35. tit. 1. ‘Ad viperæ morsum?’ ‘Herbæ centauriæ minoris pulver in vino exhibitus, aut ipsa pisata in vino veteri, et potui data, validissime proficit.’ Plinius Valer. III. 57. ‘Centauriæ radix pondere denarii in tribus cyathis vini bibitur,’ adversus serpentium morsus scilicet.

<sup>h</sup> Gentiana] De Gentianæ temperamento ad venenatarum bestiarum morsus, hæc totidem verbis Dioscor. III. 3.

<sup>i</sup> Et Lysimachie] Dioscor. IV. 3.

<sup>j</sup> Morsibus] Diosc. IV. 1. et Plinius Valer. loc. cit.

<sup>k</sup> Ut inclusæ] Simile est quod de fraxino retulit, XVI. 24.

<sup>l</sup> Datur ad ictus] Dioscor. IV. 1.

cyathis vini: vel farina drachmis tribus sextario aquæ imponitur. Cantabrica, dictamnum, aristolochia:<sup>5 m</sup> radicis drachma in vini hemina sæpius bibenda. Prodest et illa ex aceto: similiter pistolochia.<sup>6</sup> Quin et omnino suspensa supra focum fugat e domibus serpentes.

LVI. (ix.) Argemonia quoque,<sup>n</sup> radice<sup>1</sup> ejus denarii pondere in vini cyathis tribus pota. Plura de ea convenit dici, ceterisque quæ primum nominabuntur: in eo autem genere medendi primum nominari<sup>2</sup> quamque, in quo maxime valebit. Folia habet,<sup>o</sup> qualia anemone, divisa apii modo, caput in caniculo papaveris sylvestris, item radicem.<sup>3</sup> Succum croci colore acrem et acutum. Nascitur et in arvis apud nos. Nostri<sup>4</sup> tria genera ejus faciunt, et id demum probant, cujus radix thus redoleat.

LVII. Agaricon<sup>p</sup> ut fungus nascitur in arboribus circa Bosphorum, colore candido. Datur obolis<sup>q</sup> quatuor contritum<sup>r</sup> cum binis cyathis aceti mulsi. Id quod in Gallia<sup>r</sup> nascitur, infirmius habetur. Præterea mas spissior, amrior-

---

*aristolochia* Vet. Dalec. Mox, sed sæpius bibenda Chiffl.—6 Gronov. et al. ante Harduin. *pistolochia*.

CAP. LVI. 1 Vet. Dalec. quoque. *Radix*.—2 Alii ap. Dalec. primum convenit nominari.—3 ‘*Folia habet dirisa anemone similia, ut et caulem: florē punicum: caput papaveris syl. rotundam radicem*, e Diose. correcto.’ Dalec.—4 *Nostri* deest in Chiffl.

CAP. LVII. 1 *Dantur oboli quatuor contriti* Chiffl. Mox, Diose. in Gallicia.

#### NOTÆ

<sup>m</sup> *Aristolochia*] Plinius Valer. III. 57. ‘Aristolochiæ radix pondere denarii in vini hemina sæpius bibitur: et ipsa ex aceto contrita impunitur plague.’ Sic etiam Apuleius c. 19. de aristolochia, tit. 5. Ante omnes Theophr. Hist. ix. 13.

<sup>n</sup> *Argemonia quoque*] Apuleius c. 31. tit. 5. ‘Ad morsum serpentis, et scorponis percussum:’ ‘Herba argemonia drachmis duabus in vini cyathis duobus potni data, mire discutit venenum.’ Egitus de ea xxii. 91.

<sup>o</sup> *Folia habet*] Haec totidem verbis

Diosc. II. 208. et Oribas. lib. XI. fol. 190. Ἀργεμώνη, ὅλον μὲν ἔστιν ὄμοιον ἀγράτη μήκωνι, τὸ δὲ φύλλον ἀνεμάνη, κ. τ. λ.

<sup>p</sup> *Agaricon*] Dioscor. III. 1. ab Agaria Sarmatiae regione deduci id nomen putat.

<sup>q</sup> *Datur obolis*] Plinius Valer. c. 57. ad serpentium morsus: ‘Agarici oboli quatuor in duobus cyathis aceti mulsi propinantrur.’

<sup>r</sup> *Id quod in Gallia*] Plinius XVI. 13. ‘Galliarum glandiferae maxime arbores agaricum ferunt:’ maxime vero larices, ut ibi diximus.

que.<sup>2</sup> Hic et capit is dolores facit. Fœmina solutior, initio gustu<sup>t</sup> dulcis, mox in amaritudinem transit.

LVIII. Echios<sup>a</sup> utriusque generis: pulegio similis foliis coronata,<sup>1</sup> drachmis duabus ex vini cyathis quatuor datur. Item altera,<sup>b</sup> quæ lanugine distinguitur spinosa, cui et capitula<sup>c</sup> viperæ similia sunt;<sup>2</sup> hæc ex vino et aceto. Quidam echion<sup>3</sup> personatam vocant, cujus folio nullum est latius, grandes lappas ferentem. Hujus radicem decoctam ex aceto dant potui. Hyoscyatum contusum cum foliis ex vino datur peculiariter contra aspidas.

LIX. Nulla tamen Romanæ nobilitatis plus habet, quam hierobotane. Aliqui peristereona,<sup>e</sup> nostri verbenacam vocant. Hæc est, quam legatos ferre ad hostes indicavimus.<sup>f</sup> Hac Jovis mensa<sup>g</sup> verritur, domus purgantur lustrantur-

—2 Ms. Dalecampii *majorque*; Diosc. *rotundior*.

CAP. LVIII. 1 Vet. Dalec. *coronaria*; Chiff. *carinata*.—2 Margo edd. Dalecamp. et Gronov. *cui et semina capiti viperæ simili sunt*.—3 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduini. 1. 2. 3. et recent. *arcion* Gronov. et vulgg.

#### NOTE

<sup>a</sup> *Amariorque*] Ita Reg. 2. In Reg. 1. *majorque*, minus recte.

<sup>b</sup> *Initio gustu*] Hæc de utroque, mare ac fœmina, Dioscor. loc. cit. Galenus item de Fac. Simp. Medic. lib. vi. p. 150.

<sup>c</sup> *Echios*] Serpentium morsibus, inquit, opitulatur echios utriusque generis: hoc est, ea quæ pulegio similis... Item altera, &c. Priorem hanc ocimum illud esse sylvestre censem herbarii eruditii, de quo egimus, xx. 48. Plinius ibidem: ‘Sylvestri ocimo vis efficacior... contraque bestiarum morsus e vino radice efficacissima.’

<sup>b</sup> *Item altera*] *Echium vulgare* Clusi Hist. Rar. Plant. lib. v. p. 143. *Buglossum nostri* vocant, *Buglose*. *Borraginem*, schola Salernitana, ut diximus c. 40.

<sup>c</sup> *Cui et capitula*] Semina, Nicander in Theriac. p. 44. cum Scholiaste p. 4. Diosc. iv. 27. *Ἐχιον*... τὰ μὲν φύλλα

ἔχει προμήκη... πρὸς τὰ τῆς ἀγχούστης, ... τὰ δὲ ἄνθη παρὰ τὰ φύλλα πορφυρεῖδη, ἐν οἷς ἔστι καὶ δικαρπός κεφαλὴ ἔχιος θυμοτος. *Echion*... folia habet oblonga... anchusa proxima... flores secundum folia purpureos, in quibus semen est viperæ capitulo simile. Addit demorsis a serpente opitulari e vino.

<sup>d</sup> *Quidam echion*] Vide Notas et E-mend. num. 12. Alia non est hæc personata, quam lappa major, de qua egimus xxI. 64.

<sup>e</sup> *Aliqui peristereona*] Diosc. iv. 61. *Ιερὰ βοτάνη*, οἱ δὲ περιστερέωνα ἐκάλεσαν, κ. τ. λ. Gallis, *Vervaine*. A Clusio pingitur lib. iv. p. 45. Apuleius c. 3. ‘Peristereona, hoc est, columbinam.’ Est enim Græcis columba, περιστερά. Vide quæ dicturi sumus xxvII. 6.

<sup>f</sup> *Hæc est, quam... indicavimus*] Lib. xxII. c. 3.

<sup>g</sup> *Hac Jovis mensa*] Magnus in templis sacrisque Gentilium usus mensa-

que.<sup>b</sup> Genera ejus duo sunt: foliosa, quam foeminam putant: mas rarioribus foliis. Ramuli utriusque plures, tenues, cubitales, angulosi. Folia minora, quam quercus, angustioraque, divisuris majoribus, flos glaucus,<sup>i</sup> radix longa,

CAP. LIX. 1 Margo edd. Dalec. et Gronov. *purpureus*, e Diosc.—2

#### NOTÆ

rum fuit. Festus: 'Mensæ in ædibus sacris ararum vicem obtinebant.' Hinc Tullius Orat. de Arusp. Resp. aras, mensas, focosqne conjungit. In mensis sacris sacra siebant, ac res divinæ. Aureas argenteasque fuisse discimus, ex Valerio Maximo 1. 12. Tullioque de Nat. Deor. lib. III. Marmoreas, ex eodem in Verrem. Proprio autem vocabulo, teste Festo, 'Anclabris mensa ministeriis divinis apta' nominatur. Quibus verrendi eas munus obtigit, everriatores crediderim appellatos, qua voce a Festo signari alios intelligo, qui domum purgarent, ex qua mortuus ad sepulturam ferendus esset, certo scoparum genere adhibito, ab extra verrendo. Ut porro Jovis, sic et aliorum Deorum peculiares mensæ fuere: in primis Junonis, quæ Curiales nominatae sunt, auctore Festo, quod Juno 'Curis est appellata.'

<sup>b</sup> *Domus purgantur lustranturque]* Lustrationes, cærimoniæ fuere, quibus se a noxis purgare, mala avertere, Numen placare nitebantur. Domus, si funus in illis fuisse: urbes, si prodigia nuntiata, si triste aliquod averruncandum omen: homines ipsi, tum aliis causis, tum vero in primis si cæde se polluerint, purgabantur, lustrabanturque. De domibus, testis Plinius, Festusque, verbo 'Everriator.' De urbibus quoque ipsis, Plinius x. 17. Lucanus lib. I. apud quem Aruns vates 'Mox jubet et totam pavidis a civibus urbem Lustrari, et festo purgantes mœnia lus-

tro, Longa per extremos pomœria cingere fines,' &c. Homine a cæde præsertim, Plinius xv. 40. ubi laurum docet esse suffimentum cædis et purgationem: similiterque Festus verbo 'Laureati': 'Laureati milites sequebantur currum triumphantis, ut quasi purgati a cæde humana intrarent urbem. Itaque eandem laurum omnibus suffitionibus adhiberi solitum erat, vel quod medicamento sicissima sit: vel quod omni tempore viret, ut similiter resp. vireat.' Quin et exercitus lustrari mos fuit, quem Livius lib. XL. fuse describit. Dii porro varii in lustrationibus culti: Jupiter τροπαῖος, Apollo ἀποτροπᾶος, hoc est, depulsor malorum: Hercules ἀλεξίκακος, Juno Sispita, Venus Cluacina, hoc est, purgatrix, ut dictum est xv. 36. A sacerdotibus lustratio saepè peracta: etiam et a mulierulis. Ovid. de Arte lib. II. 'Et veniat quæ lustret anus lectumque, locumque,' &c. Etiam se ipsi quandoque lustrabant. Sic Æneas: 'Donec me flumine vivo Abluero.' Lustrationum denique multiplices ritus. I. Circumactio, sive circumlatio. Quod enim rei lustrandæ admovebant, id in orbem ducebant. Hinc illud Maronis, sexto Æneidos: 'Socios pura circumtulit unda: 'hoc est, 'purgavit,' ut ait Servius: 'nam lustratio dicta est a circumlatione vel tæde, vel sulfuris.' Hanc religionem et villaribus inesse gallinis, ut se circumactæ purifcent, credidit Plinius x. 57.. Quod ex Aristotele hauserat,

tenuis. Nascitur ubique in planis aquosis. Quidam non distinguunt,<sup>i</sup> sed unum<sup>2</sup> omnino genus faciunt, quoniam eosdem effectus habeat. Utraque sortiuntur<sup>j</sup> Galli, et præcinunt responsa. Sed magi utique circa hanc insaniunt. Haec perunctos impetrare quæ velint, febres abigere, amicitias conciliare, nullique non morbo mederi. Colligi circa Canis ortum debere, ita ut ne Luna aut Sol conspiciat, favis ante et melle terræ ad piamentum datis. Circumscrip-tam ferro effodi sinistra manu, et in sublime tolli. Siccati in umbra separatim folia, caulem, radicem. Aiuntque,<sup>k</sup> si aqua spargatur triclinium, qua maduerit,<sup>l</sup> lætiores convictus fieri. Adversus serpentes<sup>l</sup> conteritur ex vino.

LX. Est similis<sup>m</sup> verbasco herba, quæ sæpe fallit pro ea capta, foliis minus candidis, cauliculis pluribus, flore luteo. Hæc abjecta blattas in se contrahit, ideoque Romæ blattaria vocatur.<sup>n</sup>



Chiff. et unum.—3 Alii ap. Dalec. qua madefacta fuerit.

CAP. LX. 1 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *blattariam* vocant Gronov. et vulg.

#### NOTÆ

ut ibi monimus, Histor. Anim. vi. 3. p. 650. ubi de περικαρφισμῷ gallinarum. 2. Aspersio, quæ in lustrationibus præcipuas partes obtinuit. E lauro siebant aspergilla. Testis Theophrast. in Charact. tit. de superstitione : Ovidius Fast. v. ‘Uda fit hinc laurus, lauro sparguntur ab uda Omnia quæ dominos sunt habitu novos,’ &c. Idecirco adhiberi solita in purificationibus a Plinio dicitur xv. 40. 3. Fumus et suffitus, sive sulfure, tædisque aceensis, sive herbis. De sulfure dicemus suo loco, xxxv. 50. Inter herbas principem tenuit locum verbena : de qua Maro Ecl. viii. ‘Verbenasque adole pingues.’ Myrtus deinde, quæ et verbena idecirco myrtlea appellata est, xv. 37. nam quævis virgulta religioni suffitue aperta, verbenæ dicebantur. Tum lau-

rus, ut ex allatis Plinii Festisque testimoniis, atque adeo aliis, palam est. De sabina pariter herba, de rore marino, ac ceteris, quæ in hos adhibentur usus, dixinus suis locis.

<sup>i</sup> *Quidam non distinguunt]* Ut Dioscorides.

<sup>j</sup> *Utraque sortiuntur]* Utramque adhibent in sortibus, ut futura prænuntient.

<sup>k</sup> *Aiuntque]* Diosc. loc. cit.

<sup>l</sup> *Adversus serpentes]* Diosc. loc. cit.

<sup>m</sup> *Est similis]* Sane verbasculum herbarii quidam etiamnum vocant. Blattaria est flore albo, quam Lobelius delineat in Observ. p. 304. Videlicet in horto Regio. Verbascum aurei floris, φλόμον χρυσοειδῆ, appellat Diosc. iv. 104.

LXI. Lemonium <sup>in</sup> succum lacteum mittit, concrescentem gummi modo, humidis locis. Datur denarii pondus in vino.

LXII. Quinquefolium <sup>o</sup> nulli ignotum est, cum etiam fraga gignendo commendetur: Græci vocant pentapetes,<sup>p</sup> sive pentaphylon.<sup>1</sup> Cum effoditur,<sup>q</sup> rubram habet radicem. Hæc inarescens, nigrescit et angulosa <sup>z</sup> fit. Nomen a numero foliorum habet.<sup>3</sup> Et ipsa herba<sup>r</sup> incipit et desinit cum vite. Adhibetur <sup>s</sup> et purgandis domibus.

LXIII. Adversus serpentes bibitur et ejus radix,<sup>t</sup> quæ sparganion vocatur, ex vino albo.

LXIV. Dauci genera <sup>a</sup> quatuor fecit Petronius Diodotus,

CAP. LXI. 1 *Leumonia* Vet. Dalec.

CAP. LXII. 1 Gronov. et al. ante Harduin. *pentapetes sive chamæzelon, sive pentaphylon*; Vet. Dalec. *chamæmelon*; Chiff. *aut camolen.*—2 Margo edd. Dalec. et Gronov. *quadrangula*, e Theophr.—3 Verbum habet deest in Chiff.

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *Lemonium*] Λειμώνιον, quoniam in pratis provenit, ἐν λειμῶσι, humidisque locis. Diose. iv. 16. In quibusdam MSS. *molemonium* inepte legitur. Est beta sylvestris, de qua xx. 28.

<sup>b</sup> *Quinquefolium*] Quinte-feuille. Marcellus Empir. c. 12. p. 93. ‘Quinquefolium in quo fraga nascuntur,’ &c. Et Quinquefolium quidem fragiferum a Clusio pingitur Hist. Rarior. Plant. lib. v. p. 107. visum a nobis in horto Regio. Quare hic temere Plinium Dalecampius inconsiderantiæ arguit.

<sup>c</sup> *Pentapetes*] Πενταπέτης Diose. in Nothis p. 465. et Nicandro in Theriac. p. 60. πενταπέτηλον, utrumque a foliorum numero, in quæ se pandit et extendit: ἀπὸ τοῦ πετάξεω, quod est extenderē. Sic et πεντάφυλλον. Χαμαῖζηλον humili depresso ac repens sonat.

<sup>d</sup> *Cum effoditur*] Hoc a Theophr. Hist. ix. 14. ‘Η δὲ τοῦ πενταφύλλου ή πενταπέτου ... ὄρυττομένη ἐρυθρά ἔηραιομένη δὲ μέλαινα γίνεται, καὶ τετράγωνος.

<sup>e</sup> *Et ipsa herba*] Theophr. loc. cit.

<sup>f</sup> *Adhibetur*] Diose. iv. 42. Τέμνεται δὲ καὶ πρὸς καθαρμούς. Inciditur ad expiationes, lustrationesque.

<sup>g</sup> *Et ejus radix*] Et ejus herbæ radix. Cave enim cum indicis Pliniani concinnatoribus, qui hactenus fuisse, ad quinquefolium ista spectare existimes, ut ejus radix sparganion vocetur. De sparganio, seu peculiari herba, tum legitimus Plinius index operi huic præfixus, tum Diose. iv. 21. Σπαργάνιον . . . δίδοται ή βίζα καὶ δικαρπὸς σὺν οὖν θηριοδῆκτοις. Butomos hæc Theophrasti est, cuius ille meminit Hist. iv. 11. Pingitur a Lobellio in Observ. p. 41. Platanaria a Dodoneo appellatur p. 591. Vidimus in horto Regio.

<sup>h</sup> *Dauci genera*] Schol. Nicandri in Theriac. p. 10. Δαῦκόν ἐστι βίζιον παρδομοῖν σταφυλίνῳ . . . εἰσὶ δὲ δύο γένη τῆς δαύκου ή μὲν Κρητική, η δὲ Ἀσιατική. Οἱ δὲ Πλούταρχος πλεόνα μὲν φροσιν αὐτῶν γένη εἶναι. *Daucus* est radicula similis *pastinaca* . . . Sunt autem

quæ persecui nihil attinet, cum sint differentiæ duæ: probatissimi<sup>b</sup> in Creta, mox in Achaia, et in siccis ubicumque nati,<sup>c</sup> fœniculi similitudine, candidioribus foliis et minoribus hirsutisque. Caule pedali recto, radice suavissimi gustus et odoris. Hoc in saxosis nascitur<sup>d</sup> meridianis. Reliqua genera<sup>e</sup> ubique nascuntur terrenis collibus limitibusque, nec nisi pingui solo, foliis coriandri, caule cubitali, capitibus rotundis, saepe pluribus quam ternis, radice lignosa, et cum<sup>f</sup> inaruit supervacua. Semen hujus cumino simile: prioris,<sup>g</sup> milio: album, acre, odoratum omnibus, et fervens. Secundum<sup>h</sup> priore vehementius est, ideoque parce sumi debet. Si jam maxime tertium<sup>i</sup> genus<sup>j</sup> facere libeat, est simile staphylino, quod pastinacam erraticam appellant, semine oblongo, radice dulci. Omnia hæc et hyeme et æstate sunt intacta quadrupedi, nisi post abortus.<sup>k</sup> Ex aliis usus seminis: ex Cretico, radicis est: magis ad serpentes bibitur<sup>l</sup> e vino drachma una. Datur et quadrupedibus percussis.

CAP. LXIV. 1 Ita ex codd. Harduin et recentt. *Probatissimum, &c.* natum Vet. Dalec. *probatisimæ, &c.* Gronov. et vulgg.—2 ‘Ita bene codd. Regg. et Editio princeps. Perperam recentiores omisere, nascitur.’ Brotier. *nascitur* habent etiam edd. vett. et Gronov. omisere Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—3 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. sed quum edd. vett. et Gronov.—4 Margo edd. Dalec. et Gronov. *quartum, e* Diosc.—5 Ita ex codd. Harduin et recentt. *ex Creta radicis dulcis, et magis ad serpentes est.* Bibitur Gronov. et vulgg. *ex Cretico et radicis et succi* Vet. Dalec.

## NOTÆ

genera duo: *Creticum, et Asiaticum.* *Plutarchus* etiam plura agnoscit.

<sup>b</sup> *Probatissimi]* Hæc primi dauci differentia, qui Creticus, Achaiensque cognominatur. Dioscoridi III. 83. Creticus: Theophrasto Hist. IX. 22. Patrensis ex Achaia: Δαῦκον τὴν Πατρικὴν τῆς Ἀχαίας. Describitur iisdem notis a Diosc. loc. cit. Pingitur a Matthiolo in Diosc. lib. I. pag. 779. Vidimus in horto Regio.

<sup>c</sup> *Reliqua genera]* Quæ coriandri, apiiæ folio constant. Ex hoc est numero daucus selinoides secundus Lo-

belii in Observ. p. 414. Matthioli in lib. III. p. 780.

<sup>d</sup> *Prioris]* Cretici.

<sup>e</sup> *Secundum]* Quod selinoides appellavimus: quod apii, et quod coriandri folio est.

<sup>f</sup> *Si jam . . . tertium genus]* A duobus proxime appellatis diversum, Cærotæ nomine vulgo notum, de quo egimus XIX. 27.

<sup>g</sup> *Nisi post abortus]* Ad partus mortuos expellendos, vel secundas ejiciendas. Dioscor. III. 83.

LXV. Therionarca<sup>b</sup> alia quam magica, et in nostro orbe nascitur fruticosa, foliis subviridibus, flore roseo: serpentes necat: cuicumque admota feræ et hæc<sup>i</sup> torporem<sup>i</sup> affert.

LXVI. Persolata,<sup>j</sup> quam nemo ignorat, Græci vero arcion<sup>k</sup> vocant, folia habet<sup>l</sup> majora etiam cucurbitis et hirsutiora, nigrioraque et crassiora, radicem albam et granadem. Hæc ex vino<sup>m</sup> bibitur denariorum duum pondere.

LXVII. Item cyclamini<sup>n</sup> radix contra serpentes omnes. Folia habet<sup>o</sup> minora, quam hedera, nigrioraque et tenuiora,



CAP. LXV. I Vet. Dalec. cuicumque admota fuerit. Et hæc; alii vett. ap. eundem, necat: et cuicumque admota feræ torporem affert, &c. al. et huic torporem affert.

CAP. LXVI. I Vet. Dalec. Persolatam, &c. Græci arcion.

#### NOTÆ

<sup>b</sup> Therionarca] Herbariis incognita.

<sup>i</sup> Et hæc torporem] Et huic vis eadem, inquit, quæ Magicæ, de qua xxiv. 102. unde et nomen utriusque commune, θηριονάρκη, ac si dicas, feræ torpor.

<sup>j</sup> Persolata] In magno hæc est ambitu nominum. Apuleius enim cap. 36. ‘Græce,’ inquit, ‘prosopites aut prosopes vocata est . . . Itali personaciam.’ Diosc. iv. 187. ‘Ἀρκετον, οἱ δὲ προσωπίδαι, οἱ δὲ προσώπιον καλοῦσθι. Et in Nothis: ‘Ρωμαῖοι περσονάκεαν, οἱ δὲ λάππαμ. Sed hæc postrema verba merito inter notha seu spuria censentur, cum ad personatam illa spectent, de qua cap. 58. non ad persolatam: hæc enim lappas nullas habet, personata plurimas: caulem hæc habet: persolata non habet. Eodem in errore versatus Apuleius videtur loc. cit. Petasites hæc officinarum est: pediculus scilicet cubito major, erasitidine pollicis, a quo prægrande folium galeri modo amplum, ut fungus, dependet. Petasites a petaso, pileum significante, nomen traxit apud Græ-

cos, apud quos petasati Castor et Pollux dicuntur: nec aliud in Mercurio petasus est, quam galerus. Tantæ amplitudinis folium est, ut et caput ab insolatu et pluviosis vindicare possit: inde persolatae nomen. Pingitur a Dodonæo p. 487. Vidimus in horto Regio.

<sup>k</sup> Græci arcion] Etiam et ἄρκτιον, apud Galenum de Fac. Simp. Med. lib. vi. p. 159.

<sup>l</sup> Folia habet] Totidem verbis Diosc. iv. 107. Galenus loc. cit.

<sup>m</sup> Hæc ex vino] Apuleius c. 36. tit. 1. quanquam is ibi, ut diximus, personatam cum persolata miscet. Diosc. loc. cit. drachmæ unius tantum pondus adhibet.

<sup>n</sup> Item cyclamini] Diosc. ii. 194.

<sup>o</sup> Folia habet] Diosc. loc. cit. etsi minus accurate quam Plinius. Nunc mutata interpollis ineruditorum voce, partim ‘Cyclamen,’ partim ‘panem porcinum’ nostra ætas appellat. Sunt et qui S. Claudii nomine indigent, Saint Claude. Vidimus folio maculato cyclaminum in horto Regio, qualis a Clusio describitur lib. ii.

sine angulis: in quibus albicant maculæ. Caule exiguo, inani, floribus purpureis, radice lata, ut rapum videri possit, cortice nigro. Nascitur in umbrosis: a nostris<sup>1</sup> tuber terræ vocatur: in omnibus serenda domibus, si verum est, ubi sata sit nihil nocere mala medicamenta: amuletum vocant. Narrant et<sup>2</sup> ebrietatem repræsentari<sup>3</sup> addita in vinum. Radix siccata,<sup>4</sup> scillæ modo concisa, reponitur: decoquitur eadem ad crassitudinem mellis. Suum tamen<sup>5</sup> venenum ei est:<sup>6</sup> traduntque, si prægnans radicem transgrediatur,<sup>7</sup> abortum fieri:

LXVIII. Est et altera<sup>8</sup> cyclamino cognomine cissanthemos,<sup>9</sup> geniculatis caulis, supervacuis, a priore distans, circa arbores<sup>10</sup> se volvens, acinis hederæ, sed mollibus,<sup>11</sup> flore candido, specioso, radice supervacua.<sup>12</sup> Acini tantum in usu, gustu acri, sed lenti.<sup>13</sup> Siccantur in umbra, tusique dividuntur in pastillos.

LXIX. Mihi et tertia cyclamino demonstrata est, cognomine chamæcissos, uno omnino folio, radice ramosa, qua pisces necantur.



CAP. LXVII. 1 Gronov. et al. ante Harduin. *umbrosis: nostris*, omissa præpositione.—2 Narrantque Gronov. et al. ante Harduin.—3 Cod. Dalec. *inest ei*.—4 Chiff. *radicem eam transgrediatur*.

CAP. LXVIII. 1 Diosc. κισσόφυλλος.—2 Margo edd. Dalec. et Gronov. *acinis uva similibus, ac ederæ, mollibus*, e Theophr. —3 Ibid. *lento*, e Diosc.

#### NOTÆ

pag. 264. tit. ‘Cyclamini odorati varietas.’

<sup>9</sup> Ebrietatem repræsentari] Statim induci. Μεθύσκει δὲ οὖν φυτόν τοις αὐτοῖς. Dioscor. loc. cit. post Theophr. Hist. ix. 10.

<sup>9</sup> Radix siccata] Dioscorides loc. cit.

<sup>r</sup> Suum tamen] Diosc. loc. cit. totidem verbis. Simile est, quod Theophrastus habet, Hist. ix. 10. ad accelerandum partum utile esse cyclamini radicem adalligari, εἰς ὡκυτοκίαν.

<sup>a</sup> Est et altera] Totidem verbis Diosc. II. 195. Κυκλάμινος ἐτέρα, ἥν ἔνοι κισσάνθεμον, ἢ κισσόφυλλον καλοῦ-

σιν φύλλα ἔχει κισσῷ ἐοικότα, κ. τ. λ. Hanc Ruellius lib. II. p. 413. male confundit cum uva taminia, de qua nos egimus xxI. 50. et xxIII. 14. Est Dodonæi Dulcamara p. 398. A similitudine cum folio et flore hederæ Græca nomina ea accepit.

<sup>b</sup> Circa arbores] Viticulæ et caprifolorum more: ἐλικοειδῶς. Diosc. loc. citato.

<sup>c</sup> Radice supervacua] Πίξα ἄχρηστος, nullius usus.

<sup>d</sup> Sed lenti] Dum manduntur, viscosi ac lubrici. Καρπὸς δὲ γλισχρός. Diosc. loc. cit.

LXX. Sed inter primas celebratur peucedanum,<sup>c</sup> laudissimum in Arcadia,<sup>f</sup> mox Samothrace. Caulis ei<sup>z</sup> tenuis, longus, foeniculo similis, juxta terram foliosus,<sup>g</sup> radice nigra, crassa, gravi odore, succosa: gignitur<sup>h</sup> in montibus opacis: foditur exitu autumni. Placent<sup>i</sup> tenerrimæ et altissimæ radices: hæ conciduntur<sup>j</sup> in quaternos digitos osseis<sup>k</sup> cultellis, funduntque succum in umbra, capite prius et naribus rosaceo perunctis, ne vertigo<sup>l</sup> sentiatur. Et alius<sup>m</sup> succus invenitur caulis adhaerens, incisisque manat. Probatur crassitudine<sup>n</sup> mellea, colore rufo, odore<sup>o</sup> suaviter gravi, fervens gustu. Et hic in usu, et radix, et decoctum ejus, plurimis<sup>p</sup> medicamentis. Succo tamen efficacissimo, qui resolvitur<sup>q</sup> amaris amygdalis, aut ruta: bibiturque contra serpentes, et ex oleo<sup>r</sup> perunctos tuerur.

LXXI. (x.) Ebuli quoque,<sup>s</sup> quem nemo ignorat, fumo fugantur serpentes.



CAP. LXX. 1 *Sardinia* Diosc.—2 *Ita* ex codd. Harduin et recentt. *caulis est ei* Gronov. et vulgg.—3 Dalec. *foliosum*, ‘snb. peucedanum.’—4 Cod. Dalec. *colligitur*.—5 Chiff. *offensis*. Mox, *in umbra servandum* margo edd. Dalec. et Gronov. e Diosc.—6 Margo edd. Dalec. et Gronov. *et capitis dolor*, e Diosc.—7 Chiff. *e crassitudine*.—8 *Ita* codd. Harduni et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *pluribus* Gronov. et al. vett.

#### NOTÆ

<sup>c</sup> *Sed inter . . . peucedanum*] Nostri, *Queue de pourceau*. Officinae pleræque Fœniculum porcinum appellant. Græcis πευκέδανος, quasi pinastellum, a πεύκη. Iconem vide apud Lobelium in Observ. p. 453. et apud Dodon. p. 314. Ipsum in horto Regio vidimus.

<sup>f</sup> *In Arcadia*] Diosc. III. 92. quem Serapion, Oribasius, et Apuleius c. 94. secuti sunt, ἐν Σαρδονίᾳ dixit, καὶ Σαμοθράκῃ.

<sup>g</sup> *Caulis ei*] Totidem verbis Diosc. loc. cit.

<sup>h</sup> *Placent*] Diosc. loc. cit.

<sup>i</sup> *Hæ conciduntur*] Diosc. totidem verbis loc. cit.

<sup>j</sup> *Ne vertigo*] Inter colligendum ca-

pitis dolorem vertiginemque inducit, nisi quis prius nares rosaceo perunxerit, eodemque caput irrigaverit. Diosc. loc. cit.

<sup>k</sup> *Et alius*] Dioscor. loc. cit. iisdem verbis.

<sup>l</sup> *Odore*] Hanc esse optimi indicaturam succi, etiam Diosc. approbat, loc. cit.

<sup>m</sup> *Qui resolvitur*] Diluitur, commiscetur, ad potionēs. Diosc. Λύεται δὲ δὸπες εἰς τὰ ποτήματα ἀμυγδάλοις πικροῖς, ἢ πηγάνῳ, κ. τ. λ.

<sup>n</sup> *Et ex oleo*] Nicander in Theriac. p. 7. Vel solo suffitu fungari serpentes auctor est Diosc. loc. cit.

<sup>o</sup> *Ebuli quoque*] De eo egimus xxiv. 35.

LXXII. Privatim<sup>p</sup> adversatur scorpionibus polemoniae radix, vel adalligata<sup>1</sup> tantum: item phalangio, ac ceteris minoribus venenatis. Scorpionibus<sup>q</sup> aristolochia: agaricum<sup>r</sup> obolis quatuor in vini mixti cyathis totidem. Verbenaca<sup>s</sup> et phalangio cum vino aut posca: item quinquefolium, daucum.<sup>t</sup>

LXXIII. Verbascum Graeci phlomon<sup>a</sup> vocant. Genera<sup>b</sup> habet prima duo: album, in quo mas intelligitur: alterum nigrum,<sup>i</sup> in quo foemina. Tertium<sup>c</sup> genus non nisi in sylvis invenitur. Sunt folia<sup>d</sup> brassicæ latiora, pilosa, caulis erectus, cubitali amplior. Semen nigrum<sup>e</sup> inutile. Radix<sup>f</sup> una, crassitudine digiti. Nascuntur et in campestribus. Sylvestri folia elelisphaci,<sup>g</sup> alta, ramis<sup>z</sup> lignosis.

CAP. LXXII. 1 Ita codd. Hardnini et Chiffi. cum edd. Hardnini. 1. 2. 3. et recentt. *alligata* Gronov. et al. vett.

CAP. LXXIII. 1 Margo edd. Dalec. et Gronov. intelligitur et femina: alterum nigrum, e Diosc.—2 Ibid. ex eodem, *altis ramis*.

#### NOTÆ

<sup>p</sup> *Privatim*] Totidem verbis Diosc. iv. 8.

<sup>q</sup> *Scorpionibus*] Dioscor. iv. 6. de Aristolochia clematiti.

<sup>r</sup> *Agaricum*] Diosc. III. 1. drachmæ unius pondus propinat.

<sup>s</sup> *Verbenaca*] Apuleius cap. 3. tit. 8. ‘Ad morsum araneorum, Graeci phalangia vocant:’ ‘Herbæ verbenacæ ramulos ex vino decoquito, et conterito: deinde quod acetaverit, plague imponito: et adaperiet: postea crudam contritam cum melle in ulcus audacter insertam mature ad sanitatem perducere, certus auctor affirmat.’

<sup>t</sup> *Daucum*] Diosc. III. 83.

<sup>a</sup> *Verbascum . . . . phlomon*] Φλόμον Graecis dicitur, nostris *Bouillon blanc*, et *bouillon noir*. In Officiis, Tapsus barbatus.

<sup>b</sup> *Genera*] Haec totidem verbis Apuleius cap. 71. Panlo aliter Diosc. IV. 104. qui genera primum duo sum-

ma statuit, nigrum et candidum: utrinque deinde generis marem ac foeminam. Dioscoridem, ut solet, sequitur Galenus de Fac. Simp. Med. lib. VIII. pag. 239. A ceteris dissidet in formæ verbasci gemina delineanda Cratevas apud Schol. Nicandri in Theriac. pag. 39. Nos etiam genera plura in horto Regio vidimus. Marem ac foeminam pingit Lobelius in Observ. pag. 303.

<sup>c</sup> *Tertium*] Nempe sylvestre, de quo mox.

<sup>d</sup> *Sunt folia*] Verbasco nempe sativo, mari ac foeminæ. Diosc. et Apuleius locis cit.

<sup>e</sup> *Semen nigrum*] Diosc. loc. cit.

<sup>f</sup> *Radix*] Diosc. loc. cit.

<sup>g</sup> *Sylvestri . . . . elelisphaci*] Sive, quod idem est, salviæ. Diosc. et Apuleius locis cit. Effigiem vide apud Dodon. pag. 146. ubi sylvestre alterum vocat.

LXXIV. Sunt et phlomides<sup>b</sup> duæ hirsutæ, rotundis foliis, hunciles. Tertia<sup>i</sup> lychinitis vocatur, ab aliis thryallis, foliis ternis, aut cum plurimum quaternis, crassis, pinguibusque, ad lucernarum<sup>j</sup> lumina aptis. Aiunt<sup>k</sup> in foliis ejus, quam fœminam diximus, ficus omnino non putrescere. Distingui genera hæc pæne supervacuum est, cum sint omnia ejusdem effectus. Contra scorpiones<sup>l</sup> bibitur radix cum ruta ex aqua, magna amaritudine, sed effectu pari.

LXXV. Thelyphonon<sup>m</sup> herba ab aliis scorpion vocatur, propter similitudinem radicis,<sup>n</sup> cuius tactu<sup>o</sup> moriuntur scorpiones. Itaque<sup>p</sup> contra eorum ictus bibitur. Scorpionem mortuum si quis helleboro candido linat, revivescere aiunt. Thelyphonon<sup>q</sup> omnem quadrupedem necat, impo-

## NOTÆ

<sup>b</sup> *Sunt et phlomides]* Diosc. totidem verbis, loc. cit. Εἰσὶ δὲ καὶ φλομίδες διπλαῖ, δασεῖαι, κ. τ. λ. Est autem φλομίς verbasculum Latinis veteribus: recentioribus herbariis, *primula veris*, enjus varias species delineat Clusius Hist. Rar. Plant. lib. III. p. 301. et 302. nos in horto Regio vidimus. *Primevere*. His vero ne plane assentiamur, prohibet lævitas foliorum, quæ in primula veris deprehenditur; cum hirsuta esse verbasculi, Dioscorides Pliniusque testentur.

<sup>i</sup> *Tertia]* Pingitur a Lobelio in Observ. pag. 301. Etiam Græcis dicta φλῶμος, et θρυαλλής, et λυχνίτης. Suidas: Φλῶμος, βοτάνη, ἢ καὶ ἀντὶ ἐλλύχνιου χρῶνται. Hesychius: Θρυαλλής, . . . τῶν φυομένων τι, ἐξ οὐ ἐλλύχνια γίνεται. Diosc. loc. cit. Καὶ τρίτη φλομίς ἡ καλούμενη λυχνίτης, ὑπὸ δὲ τινῶν θρυαλλής, κ. τ. λ. totidem verbis, quot Plinius. Cave porro hanc cum thryallide spicata confundas, de qua nos egimus XXI. 61.

<sup>j</sup> *Ad lucernarum]* Vicem ellychnii præbent arida folia.

<sup>k</sup> *Aiunt]* Diosc. loc. cit. Τὰ δὲ τῆς θηλεᾶς φύλλα φασὶ μετὰ σύκων ξηρῶν συντιθέμενα δισηπτα ἀντὰ διαφυλάττειν. Φα-

μινᾶς folia ferunt caricis interposita eas incorruptas et a putredine immunes tueri.

<sup>l</sup> *Contra scorpiones]* Diosc. loc. cit. ex aceto folia a scorpione ictis opitulari ait.

<sup>m</sup> *Thelyphonon]* Eadem hæc est cum aconito pardalianche, de quo XXVII. 2. Diosc. IV. 77. Ἀκόντιον, οἱ δὲ παρδαλιαγχὲς, οἱ δὲ κάμμορον, οἱ δὲ θηλυφόρον, οἱ δὲ μυοκτόνον, οἱ δὲ θηροφόρον. Eam vero θηλυφόρου nomenclationem accepit, quod tactis genitalibus fœminei sexus animalium eodem die inferat mortem, inquit Nicandri Scholiastes.

<sup>n</sup> *Propter . . . radicis]* Plinius XXVII. 2. ‘Radix incurvatur paulum scorpiorum modo: quare et scorpión aliqui appellavere.’ Diosc. loc. cit. ‘Πίζα δμὸς σκορπίου οὐρᾶ, κ. τ. λ. Sic et Theophr. Hist. IX. 14.

<sup>o</sup> *Cujus tactu]* Non eo tactu mori, sed resolutas torpescere serpentes ait Diosc. loc. cit. Hellebori contra tactu excitari. Τούτου τὴν βίσαν φασὶ προσαχθεῖσαν σκερπίῳ παραλίειν αὐτὸν. Διεγέρεσθαι δὲ πάλιν ἐλλεβόρου προστεθέντος.

<sup>p</sup> *Itaque]* Theophr. loc. cit.

<sup>q</sup> *Thelyphonon]* Dioscor. loc. cit.

sita verendis radice: folio quidem intra eundem diem, quod est simile cyclamino. Ipsa geniculata<sup>1</sup> nascitur in opacis. Scorpionibus adversatur et *Vettonicæ*<sup>2</sup> succus, ac plantaginis.

LXXVI. Sunt et ranis venena, rubetis maxime: vidimusque *Psyllos* in certamine patinis candelactas admittentes,<sup>3</sup> ocyore etiam quam aspidum pernicie. Auxiliatur eis phrynon<sup>4</sup> in vino pota. Aliqui neurada appellant, alii poterion, floribus parvis,<sup>5</sup> radicibus multis, nervosis, bene olentibus.

LXXVII. Item alisma,<sup>6</sup> quam alii damasonion,<sup>7</sup> alii lyron appellant. Folia erant<sup>8</sup> plantaginis,<sup>2</sup> nisi angustiora essent, et magis laciniosa, convexaque in terram, alias etiam venosa similiter, caule simplici et tenui,<sup>9</sup> cubitali, capite thyrsi, radicibus densis, tenuibus, ut veratri nigri, acribus, odoratis, pinguibus. Nascitur in aquosis. Alterum genus ejusdem in sylvis, nigrius, majoribus foliis. Usus in radice<sup>c</sup> utriusque adversus ranas et lepores marinos, drachmæ pondere in vini potu.<sup>4</sup> Lepori marino<sup>d</sup> adversatur et cyclaminos. Veneni vim canis quoque rabidi morsus habent, contra quos erit cynorrhodium, de quo diximus.<sup>e</sup>

CAP. LXXV. 1 *Vet.* Dalec. *cyclamino radice geniculata*; margo edd. Dalec. et Gronov. *Intybi folio*, e Theophr.

CAP. LXXVI. 1 Chiff. *eis phrynon . . . . . parrum*.

CAP. LXXVII. 1 Margo edd. Dalec. et Gronov. *damasion*.—2 Chiff. e *plantagine*; *Vet.* Dalec. *ei plantaginis*.—3 Margo edd. Dalec. et Gronov.

#### NOTÆ

<sup>a</sup> Et *Vettonicæ*] Diosc. IV. 1.

<sup>b</sup> *Candefactas admittentes*] Objicienses se earum morsibus.

<sup>c</sup> *Auxiliatur . . . . phrynon*] Φρύνοις a rubetis nomen habet, quas φρύνοις vocant, quod adversus eas auxilio sit. Herbariis incognita: neque existimat a nobis eadem esse cum ea quae iisdem quidem nominibus, sed facie longe dispari, describitur a Plinio XXVII. 97.

<sup>d</sup> *Item alisma*] Dioscor. III. 169. *Αλισμα, οἱ δὲ ἀλκέαν, οἱ δὲ δαμασάνιον,*

οἱ δὲ ἄκυρον, οἱ δὲ λύρον καλοῦσι. Plantago est aquatica humilis, angustifolia dicta a Lobelio, et ab eodem delineata in Observ. pag. 160. visa a nobis in horto Regio.

<sup>e</sup> *Foliū erant*] Totidem verbis Diosc. loc. cit. et post Dioscoridem Oribasius lib. XI. pag. 188.

<sup>f</sup> *Usus in radice*] Et hæc totidem verbis Diosc. loc. cit.

<sup>g</sup> *Lepori marino*] Diosc. II. 194.

<sup>h</sup> *Veneni . . . de quo diximus*] Cap. 6.

**Plantago**<sup>f</sup> ad omnes<sup>5</sup> bestiarum morsus pota atque illita prodest: **Vettonica**<sup>g</sup> ex mero vetere.<sup>6</sup>

**LXXVIII.** Peristereos<sup>h</sup> vocatur, caule alto,<sup>i</sup> foliato, caccumine in alios caules se spargens, columbis admodum familiaris, unde et nomen. Hanc habentes negant latrari a canibus.

**LXXIX.** Proxima his malis<sup>j</sup> venena sunt, quæ sibi met ipsi homines excogitant. Contra hæc omnia magicasque artes erit primum illud Homericum moly, dein Mithridation, et scordotis, et centaurium. Potu omnia mala medicamenta exigit per alvum Vettonicæ semen in mulso aut passo, vel farinæ drachma in vini veteris cyathis iv. Vomerē cogendi, atque iterum bibere. Iis, qui quotidie<sup>k</sup> gustent eam, nulla nocitura mala medicamenta tradunt. Poto veneno<sup>l</sup> aristolochia subvenit eadem mensura, qua contra serpentes: <sup>m</sup> quinquefolii<sup>n</sup> succus: agaricum,<sup>m</sup> postquam vomuerint, denarii pondere ex aquæ mulsæ cyathis tribus.

simpliciter tenui.—4 Vet Dalec. pota.—5 Chiffl. et ad omnes.—6 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recenti. veteri Gronov. et vulgg.

CAP. LXXXVIII. 1 Margo edd. Dalec. et Gronov. caule dodrantem alto.

CAP. LXXIX. 1 Ita cod. Reg. Brot. 2. et Editio princeps; Proxima ab his malis Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. et recent.

#### NOTÆ

<sup>f</sup> *Plantago*] Hæc Plinius Valer. ad verbum III. 50. Vide et Apuleium c. 1. de plantagine, tit. 7. ‘Ad morsum serpentis.’ Tit. 8. ‘Ad scorponis ictum.’ Et Tit. 23. ‘Ad morsum rabidi canis.’

<sup>g</sup> *Vettonica*] Anton. Musa de Vettonica tit. 42. ‘Ad serpentium morsus:’ ‘Vettonicæ drachmas tres in vini heminis tribus diluito, et potu dato..... Item illinito super vulnus.’ ... Et tit. 43. ‘Ad rabidi canis morsum:’ ‘Vettonica contusa morsui imponatur.’

<sup>h</sup> *Peristeros*] Latino ore ac sono dixit, quam Græci περιστερέων a recto περιστερέων vocant. A Diosc. totidem fere verbis describitur, IV. 60. Περιστερέων φύεται ἐν ἐνόδοις το-

ποις. Δοκεῖ δὲ ὀνομάσθαι ἐκ τοῦ τὰς περιστερὰς ἡδέως διατρίβειν ἐν αὐτῇ. Verbenacæ genus istud est, quod supinum dicitur: cum alterum, quod Græcis ἵερα βοτάνη, rectum Aëtius vocet lib. I. p. 41. Pingitur a Clusio Hist. Rar. Plant. lib. IV. p. 46. Visa a nobis in horto Regio.

<sup>i</sup> *Iis qui quotidie*] Diosc. IV. 1.

<sup>j</sup> *Poto veneno*] Diosc. III. 6.

<sup>k</sup> *Qua contra serpentes*] Hoc est, radicis drachma in vini hemina sæpius bibita, ut dictum est cap. 55.

<sup>l</sup> *Quinquefolii*] Teneræ radicis succus, δ χυλὸς τῆς βίζης ἀπαλῆς, Diosc. IV. 42.

<sup>m</sup> *Agaricum*] Id esse venenis pro antidoto, denarii seu drachmæ unius

LXXX. Antirrhinon<sup>u</sup> vocatur, sive anarrhinon, sive lychnis agria, similis lino,<sup>o</sup> radice nulla,<sup>t</sup> p flore hyacinthi, semine<sup>q</sup> vituli narium. Et hoc perunctos<sup>r</sup> venustiores fieri, nec ullo malo medicamento laedi posse aut veneno, si quis in brachiali habeat, arbitrantur magi.

LXXXI. Similiter ea, quam eupliam<sup>s</sup> vocant,<sup>t</sup> traduntque ea perunctos commendatoris esse famae. Artemisiam<sup>t</sup> quoque secum habentibus negant nocere mala medicamenta, bestiamve ullam, ne Solem quidem. Bibitur et haec ex vino adversus opium. Alligata privatim potens traditur, potave, adversus ranas.

LXXXII. Pericarpum bulbi genus<sup>t</sup> est. Duæ ejus species: cortice rubro alterum, nigro<sup>z</sup> papaveri simile. Sed

CAP. LXXX. 1 Gaza ap. Theophr. *minima*.

CAP. LXXXI. 1 [Similiter ea, quam eupliam vocant] Hæc sunt omittenda. Alter Plinius gravissimum in errorem incidit. Cum enim Theophr. Hist. Plant. ix. 21. dixerit antirrhinon conferre ad famæ commendationem, περὶ τῆς ἐνκλειᾶς καὶ ἐνδοξίας: eupliam, vel potius euclian, pro planta accepit Plinius. Forte tamen scriperat: et hoc perunctos venustiores fieri, nec ullo malo medicamento . . . arbitrantur magi: tradunt quoque eo perunctos commendatoris esse famæ.<sup>z</sup> Brotier. eupleam Edd. ante Brotier. Margo Ed. Dalec. S. ea contingere quam euclian vocant, e Theophr. S. ea, quam euclidean vocant, tradi. Namque ea Vet. Dalec. tradunt, eaque alii Vett.

CAP. LXXXIII. 1 Margo edd. Dalec. et Gronov. *bulbi sylvestris* genus e Diosc.—2 Sic Harduin. c. r. alterum, alterum nigro Edd. vett. et Franz.

NOTÆ

pondere cum diluta vini potionē sum-  
tum, scribit Diosc. III. 1.

<sup>n</sup> *Antirrhinon* Diosc. IV. 133. <sup>'Av-</sup>  
<sup>τίρρινον, οἱ δὲ ἀνάβρινον, ἔνιοι δὲ καὶ</sup>  
<sup>ταῦτην λυχνίδα ἀγλαπαν.</sup> Apuleius cap.  
86. <sup>'Græci cynocephalion dicunt, alii</sup>  
<sup>antirrhinon, alii anarrhinon, Prophete-</sup>  
<sup>tae (hoc est, Magi) osireostaphen,</sup>  
<sup>Itali canis cerebrum,' &c. Nostri vo-</sup>  
<sup>cant, *Mufle de veau*. Pingitor a Lo-</sup>  
<sup>belio in Observ. p. 221. Vix assentior</sup>  
<sup>Anguillaræ, antirrhinon Dioscoridis a</sup>  
<sup>Theophrasteo sive Pliniano distin-</sup>  
<sup>guenti, par. XIV. p. 288.</sup>

<sup>o</sup> *Similis lino*] Vel, ut Theophr. ait, <sup>ἀπαρίγη</sup>, cuius folia quoque lini similia.

<sup>p</sup> *Radice nulla*] Theophr. Hist. IX.  
21. <sup>Πλέξα δὲ οὐκ ὑπεστιν.</sup> Radix nulla  
vel minima subest.

<sup>q</sup> *Semine*] Theophr. loc. cit. 'Ο δὲ καρπὸς ὥσπερ μόσχον βίνας ἔχει. Sic etiam Diosc. loc. cit. et Galenus de Fac. Simp. Med. lib. vi.

<sup>r</sup> *Et hoc perunctos*] Hæc totidem verbis Diosc. loc. cit. post Theophr. Hist. IX. 21.

<sup>s</sup> *Similiter . . . eupliam*] Vide Notas et Emend. num. 13. In herbarium hæc Magicarum censu habenda.

<sup>t</sup> *Artemisiam*] Apuleius cap. 10.  
tit. 1. 'Ad iter faciendum' 'Herbam artemisiam monoclonon si quis iter faciens secum in manu portaverit, non sentiet itineris laborem. Fugat et dæmonia in domo posita, et prohibet mala medicamenta, et avertit oculos malorum hominum,' hoc est, visus effascinationem.

vis major quam priori: utrique autem excalfaciendi. Ideo contra cicutam dantur: contra quam et thus, et panaces, Chironium præcipue. Hoc<sup>u</sup> et contra fungos.

LXXXIII. (xi.) Verum et generatim membratimque singulis corporum morbis remedia subtexemus, orsi a capite.

Alopecias<sup>v</sup> emendat nymphææ et heracliae<sup>1</sup> radix, si una tritæ illinuntur. Polythrix<sup>w</sup> distat a callitriche,<sup>2</sup> quod juncos<sup>x</sup> albos habet, et folia plura, majoraque. Frutice quoque major est: defluentem<sup>y</sup> capillum confirmat et densat.

LXXXIV. Item lingulaca<sup>a</sup> circa fontes nascens, cujus radix admixta combusta teritur cum adipe<sup>z</sup> suis nigræ. Id quoque excipitur, ut ejus sit suis quæ nunquam peperit. Sol deinde<sup>2</sup> plurimum confert illitæ.<sup>b</sup> Similis usus<sup>c</sup> est cyclamini radicis. Porriginem<sup>3</sup> veratri radix tollit in oleo decocta, vel in aqua. Capitis dolori<sup>d</sup> medetur panacis om-



CAP. LXXXIII. 1 'In recentioribus editionibus, et cicutæ, sine ulla librorum auctoritate. Hic quidem corrupti sunt Mss. et Editio princeps, in quibus, nymphææ lacitæ. In Indice est nymphææ Heraclia. Vide et xxvi. 28.' Brotier. nymphææ lacitæ etiam Chiff. nymphææ et cicutæ Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—2 Ita codd. Harduin cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. Polytriche distat a callitriche Dalec. polytricha distat a callitricha Gronov. et al. vett.

CAP. LXXXIV. 1 Vet. Dalec. cujus radix comb. ter. cum admisto adipe.—2 Vet. Dalec. subinde.—3 Margo edd. Dalec. et Gronov. lepram et impetiginem, e Diosc.

#### NOTÆ

<sup>u</sup> *Hoc*] Valet et panaces Chironium contra fungos.

<sup>v</sup> *Alopecias*] Ἀλωπεκίατ, vel Ἀλωπέκιατ, defluvia capillorum. Vide Notas et Emend. num. 14.

<sup>w</sup> *Polythrix*] Plinius ipse xxii. 30. 'Id quod majus est, polytrichon ... vocant.'

<sup>x</sup> *Quod juncos*] Recte id quidem. Sed et alibi hand minus commode ramulos vocat: Dioscor. iv. 136. κανθάρα, et φαβία.

<sup>y</sup> *Defluentem*] Diosc. Εὐτορ. 1. 96. Τὰς δὲ βεούσας τρίχας ἀπὸ τῆς κεφαλῆς Ιστησιν . . . πολύτριχον ἔψήσας ἐν οὖν φ

μέλανι, κ. τ. λ. Theodorus Priscianus 1. 3. 'de cremenitis capillorum.' . . . 'Polytrichi herbæ radicis pondo duo, florum ejus pondo duo,' &c.

<sup>z</sup> *Item lingulaca*] De hac antea Plinius xxiv. 24. ' Lingua herba nascitur circa fontes,' &c. Pingitur a Dalecampio Hist. Plant. lib. ix. p. 1037.

<sup>b</sup> *Sol . . . confert illitæ*] Si herbæ illitæ Sol superveniat.

<sup>c</sup> *Similis usus*] Diosc. II. 194. At Marcellus Empir. cap. 4. pag. 41. pro suillo adipe, fel scrophæ, paululumque sulfuris asciscit.

nium generum radix in oleo contrita: aristolochia, et iberis adalligata hora, vel diutius, si pati possit, comitante<sup>e</sup> balinei usu. Medetur et daicum. Purgat autem<sup>f</sup> cyclaminos cum melle in nares addita: et ulcera capitis sanat illita. Medetur<sup>g</sup> et peristereos.

LXXXV. Cacalia<sup>h</sup> sive leontice<sup>i</sup> vocatur, semen margaritis minutis simile, dependens inter folia grandia, in montibus fere. Hujus grana<sup>j</sup> quindecim in oleo macerantur, atque ita adverso capillo caput ungitur.

LXXXVI. Fit et ex callitrichae<sup>j</sup> sternutamentum.<sup>k</sup> Folia sunt lenticulæ: caules junci tenuis<sup>l</sup> similes: radice minima. Nascitur in opacis et humidis, gustatu fervens.

LXXXVII. Hyssopum<sup>k</sup> in oleo contritum phthiriasi resistit, et prurigini in capite. Est autem<sup>l</sup> optimum Cilicum



CAP. LXXXV. 1 *Calcalla sive leontice* Chiff.

CAP. LXXXVI. 1 Harduin, ex codd. suis et Chiff. *sternumentum*; cumque secuti recent.—2 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Folia sunt lenticulæ similia: caules juncis tenuissimis* Gronov. et al. vett.

#### NOTÆ

<sup>d</sup> *Capitis dolori*] Plinius Valer. I. 1.

<sup>e</sup> *Comitante*] Sic etiam ad ischiadi-corum sanationem cum iberide balinei usum asciscit Dioscor. I. 188. et

Galenus ex Democrate κατὰ τόπους, x. 2. p. 636.

<sup>f</sup> *Purgat autem*] Marcellus Empir. cap. 5. pag. 44.

<sup>g</sup> *Medetur*] Nempe dolori capitis, ut panacis radix, daucumque. Theod. Priscianus II. 2. 1. ‘de querelis capitis, si causis veluti incertis caput doluerit’... ‘Peristereon herba oleo infusa medetur.’

<sup>h</sup> *Cacalia*] Diosc. IV. 123. Κακαλία, οἱ δὲ λεοντικῆι, φύλλα φέρει λευκά, εὐμεγέθη... ἐν ὥραισ δὲ φύεται. Pingitur a Clusio Hist. Rar. Plant. lib. V. p. 115. qualem in horto Regio vidimus, gemina facie. In Illyrico et Græcia nasci tradit Anguillara par. XIV. p. 286.

<sup>i</sup> *Hujus grana*] Ad extendendam entem in facie, et a rugis vindicandam, hæc grana Dioscor. adhibet, loc. cit.

<sup>j</sup> *Fit et ex callitrichae*] Callithrix idem quod trichomanes, de quo XXVII. 111.

<sup>k</sup> *Hyssopum*] Plinius Valer. I. 4. ad verbum. Hodiernis herbariis incognitum. Nam quæ hyssopi nomine in officinis venit, appellationem tantum cum hyssopo veterum communem habet: formam non habet. Vide Dodonæum pag. 286. Certe Dioscor. IV. 55. in chrysocome describenda, comam gerere hanc ait, specie corymborum, hyssopo simili, ἔχει κόμην κορυμβοειδῆ, δμολαν ὑσσώπῳ. Quæ nota abest ab hyssopo nostro vulgari. Plinius XXVI. 70. et 76. baccas hyssopo tribuit: nullæ sunt nostro.

<sup>l</sup> *Est autem*] Dioscor. III. 30.

e Tauro monte, dein Pamphylium, ac Smyrnæum : stomacho contrarium. Purgat<sup>m</sup> cum fico sumtum per inferna, cum melle vomitionibus. Putant<sup>n</sup> et serpentium ictibus adversari, tritum cum melle et sale et cumino.

LXXXVIII. Lonchitis<sup>o</sup> non (ut plerique existimaverunt) eadem est quæ xiphion, aut phasganion,<sup>1</sup> quanquam cuspidi<sup>p</sup> similis semine. Habet enim<sup>2</sup> folia porri, rubentia ad radicem, et plura, quam in caule, capitula, personis comicis similia, parvam exerentibus linguam, radicibus prælongis. Nascitur<sup>r</sup> in sientibus.

LXXXIX. E diverso xiphion,<sup>s</sup> et phasganion in humidis : cum primum exit,<sup>t</sup> gladii præbet speciem, caule duum cibitorum, radicis ad nucis avellanæ figuram fimbriatae,<sup>z</sup><sup>t</sup>

---

CAP. LXXXVIII. 1 Chiff. sparganion.—2 Habet autem margo edd. Dalec. et Gronov. Mox, et pauca in caule, ibid. e Diosc.

CAP. LXXXIX. 1 Margo edd. Dalec. et Gronov. primum folium exit, e Diosc.—2 Vet. Dalec. fibratæ; margo edd. Dalec. et Gronov. radicis nucis

#### NOTÆ

<sup>m</sup> Purgat] Dioscor. loc. cit.

<sup>n</sup> Putant] Nicander in Theriac. pag. 63. Plinius Valer. III. 57. ‘Serpentium morsibus . . . . Hyssopi semen bibitur.’

<sup>o</sup> Lonchitis] Videtur esse Iris tuberosa Dodonæi pag. 249. Lonchitis Dioscoridis prior, Lobelio in Observ. pag. 51.

<sup>p</sup> Quanquam cuspidi] Semen triangulum et lanceæ cuspidi simile, τὸ σπέρμα δὲ ὄμοιον λόγχη, τρίγωνον ἐν προκαρπίοις. Diosc. loc. mox cit. et Galenus de Fac. Simp. Med. lib. VII. pag. 204.

<sup>q</sup> Habet enim] Totidem verbis Dioscor. III. 161. Λογχῖτις φύλλα ἔχει πράσφ κάρτα ὄμοια, πλατύτερα δὲ καὶ ὑπέρυθρα, πλείστα, πρὸς τὴν ρίζαν περικλάμενα ὡς ἐπὶ τὴν γῆν. ἔχει δὲ καὶ περὶ τὸν καυλὸν ὀλίγα ἔφ' οὐδὲν θυμη ὄμοια πιλίσκοις, τῷ τύπῳ δὲ καμικοῖς προσωπεῖοις κεχηρόστι, κ. τ. λ. Ex quo interpres

Oribasii lib. XI. fol. 204. <sup>4</sup> Lonchitis folia habet porri, sed latiora, subrubra, plurima, ad radicem circumfracta, ut ad terram procumbentia : pauca etiam habet in caule : in quo flores sunt pileolis similes, more Comicarum personarum hiantes, &c. Brevius Apuleius cap. 56. quem consulte.

<sup>r</sup> Nascitur] Diosc. loc. cit. Φύεται ἐν τραχέσι καὶ ἀνίκητοις τόποις.

<sup>s</sup> E diverso xiphion] Dioscor. IV. 20. Ξειφον, οἱ δὲ φάσγανον, οἱ δὲ μαχαιράνιον καλοῦσι, διὰ τὸν φύλλον σχῆμα . . . . φύεται δὲ μάλιστα ἐν ἀρούραις. Gladiolus est, de quo disseruimus, XXI. 67.

<sup>t</sup> Fimbriatae] Plures fibras, sive radiculas, seu capillamenta habentis, quæ e radice orbiculata, ut in cepis, alliisque, pendent. Theophr. Hist. VII. 11.

quam effodi ante messes oportet, siccari in umbra. Superior pars ejus cum thure trita, aequo pondere admixto vino, ossa fracta<sup>u</sup> e capite extrahit: aut si quid in corpore suppurat, vel si calcata sunt ossa serpentis: eadem<sup>3</sup> contra venena efficax.

**Caput in dolore**<sup>v</sup> veratro, vel oleo, vel rosaceo decocto tritoque ungi convenit: peucedano<sup>w</sup> ex oleo vel rosaceo, et aceto. Tepidum<sup>x</sup> hoc prodest et doloribus, qui plerumque ex dimidia parte capitis sentiuntur, et vertigini. Perungunt et radice ejus sudoris causa eliciendi, quoniam caustica vis ei est.

**xc.** Psyllion<sup>a</sup> alii cynoides, alii crystallion, alii Sicelicon,<sup>f</sup> alii cynamoiam appellant, radice tenui, supervacua, sarmentosum, fabae granis in cacuminibus, foliis canino capiti non<sup>z</sup> dissimilibus, semine autem pulici, unde et nomen:<sup>b</sup> hoc in baccis, ipsa herba in vineis<sup>c</sup> invenitur. Vis ei<sup>d</sup> ad refrigerandum et discutiendum ingens. Semen in usu. Fronti<sup>e</sup> imponitur in dolore<sup>3</sup> et temporibus, ex aceto

avellanæ figuræ.—3 Vet. Dalec. ossa. Serpentis eadem.

**CAP. XC.** 1 Ita ex codd. Harduinns et recent. sicelion Gronov. et vulgg. Spyllion alii cinoida, alii chrysalion, alii sicilicon, alii cilompa appellant Chiffi.—2 Margo edd. Dalec. et Gronov. foliis coronopo non, e Diosc.—3 Vet.

#### NOTÆ

<sup>u</sup> *Ossa fracta*] Sic etiam spicula et aculeos e corpore extrahit, teste Diosc. loc. cit. Δύναται δὲ ἡ ἄνωθεν πλέξα καταπλασομένη μετ' οὐνου καὶ λιβανωτοῦ, ἀκίδας καὶ σκόλοπας ἐπισπάσθαι. Superior radix cum vino et thure spicula et aculeos e corpore extrahit. Dicimus de hac radice superiore **xxvi. 28.**

<sup>v</sup> *Caput in dolore*] Plinius Valer. 1. 1.

<sup>w</sup> *Peucedano*] Plinius Valer. loc. cit. Marcellus Empir. cap. 2. pag. 39. et Dioscor. III. 92.

<sup>x</sup> *Tepidum*] Marcellus Empir. loc. cit.

<sup>a</sup> *Psyllion*] Dioscor. in Nothis pag. 467. Ψύλλιον . . . οἱ δὲ κυνοκεφάλιον, οἱ δὲ κρυστάλλιον, οἱ δὲ κυνόμυια, . . . .

οἱ δὲ Σικελιωτικὸν, . . . . Ρωμαῖοι δὲ, . . . . ἔρβα πουλικαρία. Plinius, σικελικὸν, quod idem est ac Sieulum, ex alio scriptore repræsentat. Non videtur illud esse, quod a Lobelio pingitur. in Observat. pag. 239. vulgoque dicitur, l'herbe aux puces. Nam neque sarmenta huic ulla, nec fabæ grana, nec folia canino capiti similia adsunt. Anguillara par. XIV. pag. 269. existimat nihil psyllion discrepare a tithymalo πτυνόνσῃ.

<sup>b</sup> *Unde et nomen*] Nam ψύλλα pulicem apud Graecos sonat.

<sup>c</sup> *Ipsa . . . in vineis*] Dioscor. ἐν ἀρούραις, in arvis, IV. 70.

<sup>d</sup> *Vis ei*] Dioscor. loc. cit.

<sup>e</sup> *Fronti*] Dioscor. loc. cit. et Eὐπορ. I. 1.

et rosaceo aut posca. Ad cetera<sup>f</sup> illinitur acetabuli mensura sextario aquæ: densat se ac contrahit:<sup>g</sup> tunc terere, et crassitudinem<sup>g</sup> illinire oportet cuicunque dolori, et collectioni, inflammationique. Et vulneribus capitis medetur aristolochia,<sup>g</sup> fracta extrahens<sup>h</sup> ossa, et in alia quidem parte corporis, sed maxime capite: similiter plistrolochia. Rhyssellum<sup>i</sup> est non dissimile apio. Hujus radix commanducata purgat capitis pituitas.

XCI. (XII.) Oculorum<sup>j</sup> aciem centaurio majore putant adjuvari, si addita aqua soveantur. Succo vero<sup>k</sup> minoris cum melle, culices,<sup>l</sup> nubeculas, obscuritatem discuti, cicatrices extenuari: albugines quidem etiam jumentorum sideriti.<sup>m</sup> Jam chelidonia<sup>n</sup> supra dictis omnibus mire medetur.



Dalec. in capitibus dolore.—4 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *densat ac contrahit* Gronov. et vulgg. *aqua maceratum* Vet. Dalec. Mox, *hoc terere* Dalec.—5 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *medetur et aristolochia* Gronov. et vulgg.—6 Ita codd. Regg. Brot. et Editio princeps. *Thysselium* edd. Gronov. Harduin. et recentt.

CAP. XCI. 1 Margo edd. Dalec. et Gronov. *caligines*, e Diosc.—2 Cod.

#### NOTÆ

<sup>f</sup> *Ad cetera*] Diosc. loc. cit. Δεῖ δὲ δέκυβάφου πλῆθος λειανοντας βρέχειν ἐν δύσιν ὕδατος κοτύλαις· καὶ ὅταν παγῇ τὸ ὕδωρ, ἐπιπλάττειν. *Acetabuli mensuram tritam in duabus aquæ heminis macerari oportet: ac ubi sese aqua densaverit, lentorenque contrixerit, illini.*

<sup>g</sup> *Et crassitudinem*] Id quod in fundo concrevit: quod subsedit.

<sup>h</sup> *Fracta extrahens*] Et ossium squamas, et aculeos ac spicula extrahere dicitur a Dioscor. III. 6. Vide et Theophr. Hist. ix. 13. Theod. Priscianus I. 23. ‘Aristolochiæ pulvis patefacto vulneri imponendus est, et velocius exsiliet telum, aut aliud quod diu latnerit.’

<sup>i</sup> *Rhyssellum [Thysselium]* In MSS. *Thrysellum*. Forte, *Thryselinum*, quasi a θρύσον, quod *herbam palustrem*, et σέλινον, quod *apium* sonat. Est enim *apium sylvestre*, in uliginosis humili-

disque locis nascens, delineatum a Dodonæo pag. 687.

<sup>j</sup> *Oculorum*] Alium modum adhibendæ centaureæ majoris contra caliginem oculorum, vide apud Marcello Empir. cap. 8. pag. 61. et Plinius Valer. I. 18.

<sup>k</sup> *Succo vero*] Diosc. III. 9. ‘Ο δὲ χυλὸς πρός τε τὰ δόφθαλμικὰ εὔχρηστος, κ. τ. λ. Galenus de Fac. Simp. Med. lib. VII. pag. 188. Apuleius cap. 35. tit. 2. Vide Notas et Emend. num. 15.

<sup>l</sup> *Jam chelidonia*] Apuleius cap. 73. tit. 1. ‘Ad caliginem oculorum; et scabredinem, et qui vulnera habet in oculis, et albuginem oculorum.’ Marcellus Empir. cap. 8. pag. 57. ‘Chelidonia herba,’ inquit, ‘in hirundinum stercore nascitur, quæ oculis plurimum suffragatur: maxime autem caliginem deterget,’ &c.

Panacis<sup>m</sup> radicem cum polenta epiphoris imponunt.<sup>3</sup> Hyoscyami<sup>n</sup> semen bibunt, obolo, tantundem meconii adjicientes, vinumque, ad epiphoras inhibendas. Adjungunt<sup>o</sup> et Gentianæ succum, quem collyriis quoque acrioribus<sup>4</sup> pro meconio miscent. Facit claritatem<sup>p</sup> et euphorbium inunctis. Instillatur<sup>q</sup> plantaginis succus lippitudini. Caligines aristolochia discutit. Iberis adalligata capiti cum quinquesolio, epiphoras, et si qua in oculis vitia sunt, emendat. Verbascum<sup>r</sup> epiphoris imponitur. Peristereos<sup>s</sup> ex rosaceo vel aceto. Ad hypochysin<sup>t</sup> et caliginem, cyclaminon in<sup>u</sup> pastillos<sup>u</sup> diluunt. Peucedani succum, ut diximus,<sup>v</sup> ad claritatem et caligines, cum meconio et rosaceo. Psyllion<sup>6</sup> illinitum fronti epiphoras suspendit.

XII. (XIII.) Anagallida<sup>a</sup> aliqui corchoron<sup>t</sup> vocant.

Dalec. si detur rite; Chiffl. sideritide. Nam, &c.—3 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. radix . . . imponitur Gronov. et al. ante Harduin.—4 Ita Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. collyriis acrioribus Gronov. et vulgg.—5 Vet. Dalec. digestum in.—6 Spilion Chiffl.

CAP. XCII. 1 Cod. Dalec. aliqui acaron; Chiffl. aliqui acorum.—2 Cod.

#### NOTÆ

<sup>m</sup> Panacis] Succo seu opopanax oculorum aciem excitari, si inungantur, scribit Diosc. III. 55.

<sup>n</sup> Hyoscyami] Diosc. IV. 69. Τὸ δὲ σπέρμα . . . πρὸς ῥεῦμα ὀφθαλμῶν καὶ περιῳδυντάς . . . ὅσον ὄβολον σὺν μήκων σπέρματι καὶ μελικράτῳ ποθέν. Meconium Plinio succus est papaveris, ut diximus XX. 76. Semen ipsum papaveris Dioscorides adhibet.

<sup>o</sup> Adjungunt] Diosc. III. 3. succum Gentianæ laudat, ad oculorum inflammationes: misceri quoque collyriis acrioribus pro meconio iubet: Τὸ χύλισμα, ὀφθαλμῶν ἐπίχρισμα φλεγμανότων μίγνυται δὲ καὶ εἰς τὰ δριμέα τῶν κολλυρίων τὸ χύλισμα ἀντὶ μηκώνου.

<sup>p</sup> Facit claritatem] Plinius Valer. I. 18. et Dioscor. III. 96.

<sup>q</sup> Instillatur] Marcellus Empiricus cap. 8. pag. 60. et Dioscor. II. 153.

<sup>r</sup> Verbascum] Dioscor. IV. 104.

<sup>s</sup> Peristereos] Simili temperamento ad erysipelata Dioscorides adhibet IV. 60.

<sup>t</sup> Ad hypochysin] Dioscor. II. 194. Καὶ πρὸς τὸν ὄποκεχυμένους καὶ ἀμβλυωποῦντας ὀφθαλμὸν ἐγχριόμενος ὁ χυλὸς σὺν μέλιτι ἀριβόζει. Suffusis hebetioribusque oculis oblitus cum melle succus prodest. Τπόχνως sive ὄπόχνη, suffusio oculorum est: hoc est, crassi humoris in cornea membrana juxta pupillam concretio.

<sup>u</sup> In pastillos] Subintellige, digestum in pastillos.

<sup>v</sup> Ut diximus] Cap. 70. ubi diluit resolvique peucedani succum admouuit amaris amygdalis, aut ruta.

<sup>w</sup> Psyllion] Et vim inesse ei contra erysipelata efficacem scribit Dioscor. IV. 70.

<sup>x</sup> Anagallida] Diosc. in Nothis pag.

Duo genera<sup>b</sup> ejus: mas flore phœnicio, foemina cœruleo, non altiores palmo: frutice tenero, foliis pusillis, rotundis, in terra jacentibus:<sup>2</sup> nascuntur in hortis et aquosis. Prior floret cœrulea. Utriusque succus<sup>c</sup> oculorum caliginem discutit cum melle, et ex ictu cruentum, et argema rubens, magis cum Attico melle inunctis.<sup>3</sup> Pupillas dilatat: et ideo hoc<sup>d</sup> inunguntur ante, quibus paracentesis<sup>d</sup> fit. Jumentorum quoque oculis medentur. Succus caput<sup>e</sup> purgat per nares infusus, ita ut deinde vino colluatur.<sup>5</sup> Bibitur<sup>f</sup> et contra angues succi drachma in vino. Mirum, quod pecora foeminam vitant. At si decepta similitudine (flore enim tantum distant) degustavere,<sup>6</sup> statim eam, quæ asyla<sup>g</sup> appellatur, in remedio querunt: ea a nostris ferus oculus vocatur. Præcipiunt aliqui effossuris, ante Solis ortum, priusquam quicquam aliud loquantur,<sup>7</sup> ter salutare eam, tum sublatam exprimere: ita præcipias esse vires. De euphorbii<sup>h</sup> succo satis dictum est. Lippitudini, si tumor erit, absinthium<sup>i</sup> cum melle tritum, itemque Vettonicae farina conveniet.

Dalec. jacentibus calculis.—3 Vet. Dalec. et argema, rubentis magis, &c. inunctus.—4 Chiff. et ideo hac.—5 Vet. Dalec. colluantur; alii ap. Dalec. vino os colluantur.—6 Vet. Dalec. marem degustavere.—7 <sup>‘Ms. agant; fortassis, aiant.’</sup> Dalec.—8 Ita ex codd. Harduin et recentt. *De euphorbio satis dic-*

## NOTÆ

449. Ἀναγαλλὶς ἡ κοινὴ, οἱ δὲ κόρχο-  
ρον.

<sup>b</sup> *Duo genera]* Hæc totidem verbis Dioscor. II. 209. et Oribasius lib. XI. pag. 189. 6. et de Virt. Simp. lib. II. p. 53. ex Ms. nostro: Ἀναγαλλὶς ἐκα-  
τέρᾳ ἢ τε τὸ κνανοῦν ἄνθος ἔχοντα, καὶ  
τὸ φουκοῦν. Gallis, Mouron. Genus  
utrumque pingitur a Dodonæo p. 32.  
Genera undecim in horto Regio vi-  
dimus.

<sup>c</sup> *Utriusque succus]* Totidem fere verbis Dioscor. loc. cit. De mare, qui flore purpureo est, eadem Marcellus Empiricus prodidit, cap. 8. pag. 61.

<sup>d</sup> *Paracentesis]* Ita vocatur a Me-

dicis curationis genus quod punctione fit acu trajecto, ut in suffusione oculorum: fit autem ad latus pupillæ: ideo non κέντησις simpliciter, sed παρακέντησις vocatur. *Appunctio* es-  
set ad verbum, si quis prævivisset.

<sup>e</sup> *Succus caput]* Diosc. loc. cit. et Galenus de Fac. Simp. Med. VI. 39. pag. 156.

<sup>f</sup> *Bibitur]* Diosc. loc. cit.

<sup>g</sup> *Quæ asyla]* Quæ sit ea, nondum herbarii norunt.

<sup>h</sup> *De euphorbii]* Cap. 38. ‘Qui col-  
ligunt, clarissi vident.’

<sup>i</sup> *Absinthium]* Πρὸς ἀμβλυωπίας, ad  
hebetiorem oculorum aciem, ex melle  
jubet illini Dioscor. III. 26.

**XCIII.** *Ægilopas*<sup>j</sup> sanat herba eodem nomine, quæ in hordeo nascitur, tritici folio, semine contrito cum farina permixta impositaque,<sup>i</sup> vel succo. Exprimitur hic e canle foliisque pregnantibus, demta spica, et in trimestri<sup>k</sup> farina<sup>k</sup> digeritur in pastillos.

**XCIV.** Aliqui et mandragora utebantur: postea abdicatus in hac curatione est. *Epiphoris*<sup>l</sup> (quod certum est) medetur, et oculorum dolori, radix tusa cum rosacco et vino. Nam succus<sup>m</sup> multis oculorum medicamentis miscetur. *Mandragoram*,<sup>n</sup> alii *Circæum*<sup>o</sup> vocant. Duo ejus<sup>o</sup> genera: candidus, qui et mas: niger, qui<sup>o</sup> fœmina existimatur, angustioribus foliis, quam lactucæ, hirsutis et caulinis,<sup>p</sup> ra-



*tum est, cujus succus lippitudini, si tumor erit, item absinthium Gronov. et al. vett. est: lippitudini, si tumor est, detur: aut absinthium cod. Dalec. Est lip. si tum. erit, abs. cum mel. tr. item cum, Vet. Dalec. et Chiff. Mox, cod. Dalec. farina convenient.*

**CAP. XCIII.** 1 *Vet. Dalec.* permisto impositoque.—2 *Vet. Dalec. et cum trimestris.*

**CAP. XCIV.** 1 *Circeum* Gronov. et al. ante Harduin.—2 Ita codd. Harduini, Chiff. et *Vet. Dalec.* cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. quæ Gronov. et vulgg.—3 *Diosc. sine caulinis;* *Vet. Dalec. æqualibus.*—4 *Fert Diosc.*

#### NOTÆ

<sup>j</sup> *Ægilopas*] *Diosc.* iv. 139. Θεραπεύει δὲ ἡ πόδα μετὰ ἀλεύρου καταπλασθεῖσα ἀγιλάπια .... ἀποτίθεται δὲ ὁ χυλὸς πρὸς τὰ αὐτὰ μηρεῖς ἀλεύρῳ, καὶ ξηρανθεῖς. Galenus itidem de Fac. Simp. Med. vi. 9. pag. 151. post *Diosc.* iv. 139. De vitio oculorum, quod ægilopa et ægilopia vocitant, diximus xx. 56. De herba ægilope, xviii. 44.

<sup>k</sup> *In trimestri farina*] In farina e trimestri semine, de quo xviii. 12.

<sup>l</sup> *Epiphoris*] *Plinius Valer.* i. 14. ‘*Mandragoræ radices tusæ cum rosa-ceo, et ex vino tritæ, epiphoras sa-nant: ac circumligatae dolorem illico-sedant.*’

<sup>m</sup> *Nam succus*] Ita *Dioscor.* iv. 76.

<sup>n</sup> *Mandragoram*] *Dioscor.* iv. 76. Μανδραγόρας, οἱ δὲ ἀντίμηλον, οἱ δὲ Διρκαῖαν, οἱ δὲ Κίρκαιαν καλοῦστι, κ. τ. λ. In *Nothis* οἱ δὲ Κίρκαιον. Addit *Circæam*

vocari, quod radix credatur in amato-riis efficax esse. Nota satis Circæ sunt pocula. Gallis *Mandragore*. Pin-gitur a Dodonæo pag. 454. Vidimus in horto Regio.

<sup>o</sup> *Duo ejus*] *Diosc.* loc. cit.

<sup>p</sup> *Hirsutis et caulinis*] *Dioscoridis Mandragoras* expers caulis est: κανάλων δὲ οὐ φέρει. At *Theophrasteus* habet, *Hist.* vi. 2. et quidem ferula-CEUM: Τὰ μὲν δμοιστερὸν νάρθηκι τὸν κανάλων ἔχει, καθάπερ ὁ μανδραγόρας. Ita-que sunt diversi: nec *Theophrasteus* aliis est a letali solano, quod *Bella donna Paduæ*, alibi apud Italos *Sola-tro maggiore* nominatur, ut recte vidit *Anguillara par.* v. pag. 90. et post illum *Dodonæus*, a quo *mandragoræ* genus id delineatur pag. 453. ut et a *Clusio Hist. Rar. Plant. lib. v. p. 86.* Vidimus in horto Regio.

dicibus binis ternisve rufulis, intus albis, carnosis tenerisque, pæne cubitalibus. Ferunt<sup>4</sup> mala<sup>a</sup> avellanarum nucum magnitudine, et in his semen ceu pirorum.<sup>5</sup> Album hoc<sup>r</sup> alii arsen,<sup>6</sup> alii morion, alii hippophlomon vocant. Hujus folia alba, quam alterius latiora, ut lapathi<sup>7</sup> sativæ. Cavent<sup>t</sup> effossuri contrarium ventum, et tribus circulis ante gladio circumscribunt: postea fodiunt ad occasum spectantes. Succus fit<sup>u</sup> et e malis, et caule, deciso<sup>8</sup> cacumine, et radice punctis aperta, aut decocta:<sup>v</sup> utilis hæc<sup>w</sup> vel surculo.<sup>9</sup> Concisa<sup>x</sup> quoque in orbiculos servatur in vino. Succus non ubique invenitur, sed ubi potest, circa vindemias quæritur. Odor gravis ei:<sup>10</sup> sed radicis, et mali gravior.<sup>y</sup> Ex albo mala matura in umbra siccantur. Succus ex iis<sup>z</sup> Sole densatur: item radicis<sup>a</sup> tusæ, vel in vino nigro ad tertias decoctæ.<sup>11</sup> Folia servantur<sup>b</sup> in muria effi-

—5 Ita codd. Harduini et Chiffi. item edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. et in iis, &c. Vet. Dalec. et iis semen seu, &c. Gronov. et vulgg.—6 Ita ex codd. Harduin et recentt. et arsen. Gronov. et vulgg. Mox, alii hipporoman cod. Dalec.—7 Margo edd. Dalec. et Gronov. betæ, e Diosc.—8 Vet. Dalec. foliis præciso.—9 Cornar. veluti succus.—10 Ita cod. Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. ejus Gronov. et vulgg.—11 Vet. Dalec. radice tusa,

## NOTÆ

<sup>a</sup> Ferunt mala] Diosc. loc. cit.

<sup>r</sup> Album hoc] Dioscor. loc. cit. Τοῦ δὲ ἄρρενος καὶ λευκοῦ, ὃν ἔνοι μάριον ἐκάλεσαν, κ. τ. λ. Ἀρσην, sive ἄρρην, quia mas: μάριος, quia fatuitatem inducit et somnum, nominatur. Unde mandragoram bibisse dicuntur ii, qui sunt nimium desides, ac veluti sensu destituti. Julianus Cæsar, in Epist. ad Callixenum: Οὐ φανεῖται πολὺν πάννυ μανδραγόραν ἐκπεπωκώς; Denique ἵπποφλομος, quasi majus verbascum ob foliorum similitudinem appellatur. In Indice, neutro genere morion et hippophlomon MSS. omnes præ se ferunt.

<sup>s</sup> Ut lapathi] Cum foliis betæ confert Diosc. loc. cit.

<sup>t</sup> Cavent] Theophr. Hist. ix. 9. totidem verbis.

<sup>u</sup> Succus fit] Diosc. loc. cit.

<sup>v</sup> Aut decocta] Sunt enim qui radi-

ces in vino ad tertias decoquunt, excolatumque jus asservent in usus variis. Diosc. loc. cit.

<sup>w</sup> Utilis hæc] Vel per se solus radicis surculus arefactus prodest. Dioscor. loc. cit. Καὶ δὲ φλοίος δὲ τῆς βίξης περιαρεθεὶς καὶ διαβληθεὶς λίνῳ, κρεμᾶται εἰς ἀπόθεσιν. Quin et detractus radici cortex filoque trajectus ad usum suspenditur.

<sup>x</sup> Concisa] Theophr. Hist. ix. 10. Τέμνουσι δὲ τραχίσκους· ἐνειλήσαντες δὲ ἐν γλεύκει ἐκρέμασσαν ὑπὲρ καπνοῦ. Concidunt orbiculos, et involutos musto in fumo suspendunt.

<sup>y</sup> Et mali gravior] Et gravis idem et suavis: τὰ δὲ μῆλα εὐώδη μετὰ βάρους τινός. Diosc. loc. cit.

<sup>z</sup> Succus ex iis] Diosc. loc. cit.

<sup>a</sup> Item radicis] Diosc. loc. cit.

<sup>b</sup> Folia servantur] Diosc. loc. cit.

cacious, alias recentium succus pestis est: sic quoque <sup>c</sup> noxiæ vires. Gravedinem <sup>d</sup> etiam afferunt olfactu: quamquam mala in aliquibus terris manduntur,<sup>12</sup> nimio tamen odore <sup>e</sup> obmutescunt ignari.<sup>f</sup> Potu quidem <sup>g</sup> largiore etiam moriuntur. Vis somnifica <sup>h</sup> pro viribus bibentium. Media potio <sup>i</sup> cyathi unius. Bibitur et contra serpentes, et ante sectiones punctionesque, ne sentiantur. Ob hæc satis est <sup>j</sup> aliquibus somnum odore quæsisse. Bibitur et pro hellebore duobus obolis in mulso. Efficacius <sup>k</sup> helleborum <sup>13</sup> ad vomitiones, et ad bilem nigram extrahendam.

xcv. Cicuta quoque venenum est publica Atheniensium<sup>l</sup>

---

.... decocta.—12 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recent. mandantur Gronov. et al. vett.—13 Vet. Dalec. mulso, efficacius que est quam elleborum.

#### NOTÆ

<sup>c</sup> Sic quoque] Etiam conditæ muria.

<sup>d</sup> Gravedinem] Caput olfactu gravant. Vide quæ de hac voce diximus xxii. 76. Diosc. loc. cit. folia ait esse βραμάδη καὶ βαρέα κατὰ τὴν ὥσπειν, virosa et graveolentia.

<sup>e</sup> Nimio tamen odore] Diosc. loc. cit. Τὰ δὲ μῆλα δσφραυόμενα καὶ ἐσθιόμενα, καρωτικά. Mala seu nimio odore, seu etiam largiore cibo, vocem adimunt, soporem afferunt.

<sup>f</sup> Ignari] Ineauti, qui quæ vis sit ejus pomì, nesciunt.

<sup>g</sup> Potu quidem] Dioscor. loc. cit. Πλείων δὲ ποθεὶς ἔξαγει τοῦ ξύν.

<sup>h</sup> Vis somnifica] Huc pertinet, quod narrat Frontinus Strateg. lib. II. Hannibalem scilicet missum a Carthaginiensibus adversus rebellantes Afros, cum seiret gentem esse avidam vini, magnum ejus modum mandragora miscuisse, cuius inter venenum et soporem media vis est. Tunc prælio levi commisso, ex industria cessisse. Nocte deinde intempesta, relictis intra castra quibusdam sarcinis, et omni vino infecto, fugam simulasse. Cumque barbari occupa-

tis castris in gaudium effusi medicatum merum avide hausissent, atque in defunctorum modum strati jacent, reversum cepisse eos ac trucidasse.

<sup>i</sup> Media potio] Moderata ac justa. Sic Diosc. loc. cit. apud quem et sequentes medicinæ extant.

<sup>j</sup> Ob hæc satis est] Etiam pulvino subjecta mandragoræ mala somnum moliri, nonnulli censem, teste Celso III. 18.

<sup>k</sup> Efficacius] Diosc. IV. 150. Καθαλπει δὲ δι' ἐμέτων, ἄγων πουκλα. Helleborum porro candidum intellige.

<sup>l</sup> Cicuta . . . . publica Atheniensium] Publica dicuntur, quod cicuta publice Athenis custodiretur ad sotium poenæ: teste Joan. Tzetze, Chiliad. VIII. Histor. 181. vs. 238. ubi Κάνειον δημόσιον appellat. Seneca Epist. XIII. p. 186. ‘Cicuta magnum Socratem fecit,’ quem hausto cicuto veneno obiisse Laërtius refert lib. II. Nec Atheniensium modo, sed et Massiliensis publica poena hæc fuit, teste Valerio Max. II. 6. Gallis, de la Cigue, Græcis κάνειον. Genera in horto Regio octo vidiimus.

pœna invisa, ad multa tamen usus non omittendi. Semen habet noxium. Caulis autem et viridis estur a plerisque et in patinis. Lævis hic et geniculatus, ut calami, nigricans, altior sæpe binis cubitis, in cacuminibus<sup>1</sup> ramosus: folia coriandri teneriora, gravi odoratu: semen aneso crassius: radix<sup>2</sup> concava, nullius usus. Semini<sup>m</sup> et foliis refrigeratoria vis: quos enecat,<sup>3</sup> n incipiunt algere ab extremitatibus corporis. Remedio est,<sup>o</sup> priusquam perveniat<sup>+</sup> ad vitalia, vini natura excalsactoria. Sed in vino pota, irremediabilis existimatur.<sup>s</sup> Succus exprimitur<sup>p</sup> foliis floribusque, tunc enim<sup>q</sup> maxime tempestivus est.<sup>6</sup> Semine trito expressus, et Sole densatus in pastillos necat sanguine<sup>7</sup> spissando.<sup>r</sup> Hæc altera vis. Et ideo sic necatorum maculæ in corporibus apparent. Ad resolvenda<sup>8</sup> medicamenta utuntur illo pro aqua. Fit ex eo ad refrigerandum stomachum malagma. Præcipuus tamen<sup>t</sup> ad cohibendas epiphoras æstivas,<sup>9</sup> oculorumque dolores sedandos circumlitus. Miscetur<sup>u</sup> collyriis, et alios omnes rheumatismos cohibet. Folia quoque tumorem omnem, dolo-

CAP. XCV. 1 Vet. Dalec. *cacumine*.—2 Cod. Dalec. *radice*.—3 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. I. 2. 3. et recentt. *quæ si enecat* Gronov. et vulgg. *cito necat*. *Incipiunt*, &c. cod. Dalec.—4 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffi. cum edd. Harduin. I. 2. 3. et recentt. *perveniat* Gronov. et vulgg.—5 Chiffi. *existit*.—6 Idem codex, *est melior*.—7 Cod. Dalec. *sanguinem*.—8 Idem codex, *dissolvenda*. Mox, *illo cum aqua* Vet. Dalec.—9

## NOTE

<sup>m</sup> *Semini*] Dioscor. iv. 79.<sup>n</sup> *Quos enecat*] Diosc. in Alexiph. c.

11. Seribonius Largus Compos. 179.

'Cicutam ergo potam caligo, mentisque alienatio, et artuum gelatio insequitur: ultimoque præfocantur, qui eam sumserunt, nihilque sentiunt.'

'Remedio est] Diosc. iv. 79. et in Alexiph. c. 11. Vide quæ diximus xxiii. 23.

'Succus exprimitur] Diosc. iv. 79.

'Tunc enim] Priusquam semina siccescant, inquit Diosc. loc. cit. πρὸ τοῦ ξηρανθῆναι τὸ σπέρμα.

<sup>r</sup> *Sanguine spissando*] Vel *sanguinem*. Plinium magis forma loquendi prior sapit. Rem quoque tradit Aelianus Hist. Anim. iv. 23.<sup>s</sup> *Ad resolvenda*] Ad diluenda. Sic ipse de peucedani succo c. 70. 'Resolvitur,' inquit, 'amygdalis aut ruta?' 'Dilui' dixit c. 91.

'Præcipuus tamen] Hæc Plinius Valer. ad verbum, I. 14. extrita modo voce 'æstivas.'

'Miscetur] Diosc. iv. 79. τοῖς ἀνδόνοις κολλυρόis, collyriis quæ dolorem minuant, admiscetur.

remque, et epiphoras<sup>10</sup> sedant. Anaxilaus auctor est, mammae<sup>v</sup> a virginitate<sup>11</sup> illitas, semper staturas. Quod certum est, lac puerarum mammis imposita extinguit, Veneremque<sup>w</sup> testibus circa pubertatem<sup>12</sup> illita. Remedia liberationi, quibus bibenda censetur, non equidem præceperimus. Maxima vis<sup>x</sup> natæ Susis Parthorum, mox Laconicæ,<sup>y</sup> Creticæ, Asiaticæ. In Græcia<sup>z</sup> vero Megariæ, deinde Atticæ.

**XCVI.** Crethnos agrios<sup>a</sup> gramias<sup>b</sup> tollit<sup>c</sup> oculorum impositus, tumorem quoque polenta addita.



Vet. Dalec. *estuosa*.—10 Chiff. *epiphoram*.—11 Vet. Dalec. *in virginitate*.—

12 Vet. Dalec. *et circa pubem*.

CAP. XCVI. 1 Chiff. *gremias*.

#### NOTÆ

<sup>v</sup> *Mammæ*] Diosc. loc. cit. Καὶ γάλα σφέννυστι, μασθούς τε ἐν παρθενίᾳ κώλει αὔξεσθαι, καὶ διδύμους ἀτρόφους ποιεῖ ἐπὶ παιδίων. *Lac extinguit*, et *mammae virginum crescere non patitur*: ac *puerorum testes nutrimento defectos ita reddit*, ut *intabescant*.

<sup>w</sup> *Veneremque*] Diosc. iv. 79. Παρῆπτοι δὲ καὶ αἰδοῖα καταπλασθέντα. *Genitalia illitu effeta languidioraque reddit*. Atheniensium ἱεροφάντα sacerdotes cicutæ sorbitione solitos castrari, ac viros esse desinere usque ad sua tempora scribit Hieronym. lib. i. contra Jovin. Marcellus Empiric. c. 33. p. 231. ‘Ut eunnchum sine ferro facias, radices cicutæ ex aceto teres, et inde testiculos spississime illines . . hoc quantum tenerioribus infantibus feceris, eventu efficaciore proveniet.’

<sup>x</sup> *Maxima vis*] Ad venenum accommodatissimam censet esse cicutam e Susis Thrasyas Mantinenis, apud Theophr. Histor. ix. 17. ἐκ Σουσῶν, quæ urbs fuit imperii Parthici.

<sup>y</sup> *Mox Laconicæ*] Dioscor. loc. cit.

<sup>z</sup> *In Græcia*] In Peloponeso Laco-nicus ager censetur, non in Græcia proprie dicta: nam, ut Plinius ait, iv. 11. ‘Ab Isthmi angustiis Hellas

incipit, nostris Græcia appellata. In ea prima Attica . . . Attingit Isthmum parte sui, quæ Megaris appellatur, &c. Non vidit hoc vir aliqui eruditus, qui trajectione verborum locum hunc laborare censuit, quem contra omnium exemplarum fidem, atque adeo contra Plinii sententiam sic immutat: *Maxima vis natæ Susis Parthorum, mox Asiaticæ. In Græcia vero Laconicæ, Creticæ, Megaricæ, deinde Atticæ*.

<sup>a</sup> *Crethnos agrios*] Galeno de Fac. Simp. Med. lib. vii. p. 196. Κρῆθμον vocatur. Κρήθμον Diosc. II. 157. folio portulacea, in petrosis, maritimisque nascentes. Non est igitur foeniculum marinum, quod vulgus in Gallia vocat *Perce pierre, ou Crête marine, ou Bacille, ou Fenouil marin*, quod herbariis fere hactenus placuisse sentio: sed portulaca marina potius, halimi vulgaris nomine pieta a Matthiolo in Dioscor. lib. i. p. 160. A Lobelio in Observ. p. 213.

<sup>b</sup> *Gramias tollit*] Hoc est, oculorum pituitas, quæ palpebras veluti con-glutinant. Festus: ‘Gramiæ oculorum sunt vitia, quas alii glamas vo-cant.’ Nonius: ‘Gramia, pituitæ

**XCVII.** Nascitur vulgo molybdæna,<sup>c</sup> id est, plumbago, etiam in arvo, folio lapathi,<sup>i</sup> crassa radice, hispida. Hac commanducata si oculus subinde elingatur,<sup>2</sup> plumbum<sup>d</sup> (quod est genus vitii) ex oculo tollitur.

**XCVIII.** Capnos prima,<sup>e</sup> quam pedes gallinaceos vocant, nascens in parietinis et sepibus, ramis tenuissimis, sparsisque, flore purpureo, viridis, succo caliginem discutit: itaque in medicamenta oculorum additur.

**XCIX.** Similis<sup>f</sup> et nomine et effectu, sed alia est capnos fruticosa, prætenera, foliis coriandri, cineracei coloris, flore purpureo. Nascitur in hortis et segetibus hordeaceis. Claritatem facit inunctis oculis, delacrymationemque, ceu fumus: unde nomen.<sup>i g</sup> Eadem evulsas<sup>h</sup> palpebras renasci prohibet.

**c. Acoron<sup>i i</sup>** iridis folia habet, angustiora tantum, et

-----

**CAP. XCVII.** 1 'Ita codd. Regg. et Editio princeps,' Brotier. *folia lapathi* Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—2 'Ms. oculis subinde reli-gatur; fortassis, vel *illinatur*, vel *alligetur*.' Dalec.

**CAP. XCIX.** 1 Cod. Dalec. *nomen accepit*.

**CAP. c.** 1 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3.

#### NOTÆ

oculorum. Cæcilius: Gramiosis oculis ipsa, atratis dentibus.' Græcis est λήμη seu γλήμη. Nostris, *la chassie qui vient aux yeux*.

<sup>c</sup> *Nascitur . . . molybdæna*] Μολύβδαινα, quæ vox plumbaginem sonat. Hæc lepidum quoque, cum dentellariæ cognomine, seu dentariae, appellatur. Pingitur a Clusio Hist. Rar. Plant. lib. v. p. 124. a Lobelio in Advers. p. 136. Crescit in Romano et Monspeliensi agro juxta sepes et satia. Vidimus in horto Regio. Romæ, *Herba di S. Antonio* appellatur: in Marsis, *Coligillo*: in Illyrico, *Cucurida*: ut testatur Anguillara par. XII. p. 211.

<sup>d</sup> *Plumbum*] Quod Plinio *plumbum*, hoc Festo 'ampullas' esse 'plumbreas' arbitror, quas et 'calces' vocat: hoc est, lividas in palpebris maculas.

<sup>e</sup> *Capnos prima*] Delineatur hæc a Dodonæo p. 60. ubi Fumariam alteram vocat. Sunt e recentioribus qui *Splith* vocent.

<sup>f</sup> *Similis*] Dioscor. iv. 110. hæc fere totidem verbis: Καπνὸς, βοτάνιόν ἐστι θαυμοεῖδès, κ. τ. λ. Galenus quoque de Fac. Simp. Med. l. VII. p. 184. Κάπνιος, οἱ δὲ καπνόν. Hanc officinæ Fumariam vocant: *vulgaris Fumeterre*. Pingitur a Dodonæo p. 59. Vidimus in horto Regio.

<sup>g</sup> *Unde nomen*] Καπνὸς enim fumum Græce sonat.

<sup>h</sup> *Eadem evulsas*] Dioscor. loc. cit. et Marcellus Empir. cap. 8. pag. 70.

<sup>i</sup> *Acoron*] Sic MSS. omnes, non *acoros*. Tamen Auctori libri de Simp. Med. ad Patern. tom. XIII. operum Galeni, p. 986. *acorus* μικραπατούρ. At Dioscor. l. 2. Ἀκορον τὰ μὲν φύλλα ἔχει ἐμφερῆ ιριδί, στεγάντερα δὲ, καὶ τὰς

longiore pediculo, radices nigras, minusque venosas: cetero et has similes iridis,<sup>2</sup> gustu acres, odore non ingratas, ructu<sup>3</sup> faciles.<sup>j</sup> Optimæ Ponticæ, dein Galaticæ, mox Creticæ. Sed primæ<sup>4 k</sup> in Colchide juxta Phasin amnem, et ubicumque in aquosis. Recentibus virus majus<sup>s l</sup> quam vetustis. Creticæ candidiores Ponticis. Siccantur utribus in umbra digitalibus frustis.<sup>m</sup> Necnon<sup>n</sup> inveniuntur, qui oxymyrsinæ radicem acoron vocant, ideoque quidam hanc acoron agrium vocare malunt. Vis ei<sup>o</sup> ad calfacendum, extenuandumque efficax, contra suffusiones et caligines oculorum succo ejusdem poto, contraque serpentes.

C1. Cotyledon<sup>p</sup> parvula herba, caulinculo tenero pusillo, pingui folio et<sup>1</sup> concavo, ut coxendices:<sup>q</sup> nascitur in mari-

et recentt. *Acoros* Gronov. et vulgg. Mox, *angustiora tamen* Vet. Dalec.—2 Chiffl. *ederis*.—3 Vet. Dalec. *ruptu*; al. vett. *erutu*.—4 *Sed plurimæ Chiffl.*  
—5 ‘Ms. *mugis*: fortassis, *vires magis*’ Dalec.

CAP. C1. I Hæc, folio et, desunt in Chiffl. Mox, ut coxendicis acetabu-

#### NOTÆ

πίγας οὐκ ἀνομοῖος, κ. τ. λ. Cum iridem andis, herbam intellige, de qua diximus **xxi. 19.** Acorum legitimum in Syria Aleppi nasci, quæ a Plinio describitur, ait Anguillara par. 1. p. 19. Pingitur a Clusio Hist. Rar. Plant. lib. II. pag. 231. Vidimus in horto Regio. Calamus est aromatius officinarum, ut diximus **xii. 48.**

<sup>j</sup> *Ructu faciles*] Ructum facilem crient.

<sup>k</sup> *Sed primæ*] Prima his palma, præcipuaque commendatio.

<sup>l</sup> *Recentibus virus majus*] Odor multo gravior. Ita MSS. Reg. &c. editio- que libri.

<sup>m</sup> *Digitalibus frustis*] Concisa radice in orbiculos digitii crassitudine.

<sup>n</sup> *Necnon*] Vide quæ diximus **xv. 7.** Causa cur hæc appellatio oxymyrsinæ quoque tribuatur, hæc est, quod radices acori modo geniculatas habet.

<sup>o</sup> *Vis ei*] Hæc totidem verbis Dioscor. I. 2.

<sup>p</sup> *Cotyledon*] Dioscor. totidem verbis, IV. 92. Κοτυληδών, κ. τ. λ. Umbilicum Veneris nunc herbarii appellant. Pingitur a Dodonæo p. 131. Vidimus in horto Regio.

<sup>q</sup> *Ut coxendices*] Dioscor. loc. cit. Φύλλον ἔχει ωσπερ δέξιβαφον, *instar acetabuli*. Acetabulum, ut diximus **ix. 46.** vasculum est forma rotunda, nulla marginis latitudine, paulatim se undique contrahens, et sic descendens ad imum. Eadem forma cotyla quoque fuisse deprehenditur: unde κοτυληδόνας Græci ea denominarunt, quæ cavam illam decrescentis subinde rotunditatis speciem æmulabantur. Quin et in coxendice, qua inferius cruris os superiori inseritur, ob eandem cavi orbis figuram, cotyledonis vox auditur: rursusque in herba ista, cuius circumducta in orbem folia, sensim calycis effigie quadam descendentia in cavum desinunt. Ex qua similitudine Romani eam umbilicum Veneris appellarunt.

timis petrosisque, viridis, radice olivæ modo rotunda. Oculis medetur succo. Est aliud genus<sup>r</sup> ejusdem, sordidis foliis,<sup>s</sup> latioribus densioribusque circa radicem velut oculum cingentibus, asperrimi gustus, longiore caule, sed pergracili. Usus ejus<sup>t</sup> ad eadem, quæ iris.<sup>z</sup>

CII. Aizoi<sup>u</sup> duo genera. Majus in fictilibus<sup>b</sup> vasculis seritur, quod aliqui<sup>c</sup> buphthalmum vocant, alii zoophthalmum, alii stergethon, quod amatoriis<sup>d</sup> conveniat: alii hypogeson, quoniam in suggrundiis fere nascitur. Sunt qui ambrosiam<sup>e</sup> potius vocant, et qui amerimnon: Itali<sup>f</sup> sedum magnum, aut oculum, aut digitellum. Alterum minusculum,<sup>f</sup> quod erithales<sup>g</sup> vocant, alii trithales, quia ter floreat: alii chrysothalles,<sup>h</sup> aliqui isoëtes: sed aizoum utrumque, quo-

lum Vet. Dalec.—2 ‘Verius, pinguis foliis, ut habet Diosc. iv. 93. Legit ergo Plinius ῥυταρὰ, sordida, pro λίταρα, pingua.’ Brotier.—3 ‘Melius, quæ aizoum; ut habet Diosc. iv. 92.’ Idem. quæ iridis cod. Dalec.

CAP. CII. 1 Aizoi Gronov. et sic ubique.—2 Id alii cod. Dalec. Mox, aut oculorum Chiffi.—3 Chiffi. erysithales. Mox, aliqui isoëtes, alii sedum cod.

#### NOTÆ

<sup>r</sup> Est aliud genus] Describitur illud totidem fere verbis a Dioscor. iv. 93.

<sup>s</sup> Sordidis foliis] Ob pinguitudinem: quare alii, ut Dioscor. λιταρὰ φύλλα, alii, quos Plinius sequitur, ῥυταρὰ dixerunt.

<sup>t</sup> Usus ejus] Vide Notas et Emend. num. 16.

<sup>u</sup> Aizoi] Vox ea ἀείζων sempervivum sonat.

<sup>b</sup> Majus in fictilibus] Oribasius lib. XI. pag. 187.

<sup>c</sup> Quod aliqui] Diosc. in Nothis p. 468. ‘Αείζων τὸ μέγα, οἱ δὲ αειθαλὲς, οἱ δὲ ἀμβρόσιον, οἱ δὲ χρυσόσπερμον, οἱ δὲ ξωδόθαλμον, οἱ δὲ βούθαλμον, οἱ δὲ στέργηθρον, οἱ δὲ αἰώνιον . . . Ῥωμαῖοι, Ἰόβις κάουλις. Sedum majus vulgare est, pictum a Clusio Hist. Rar. Plant. lib. IV. p. 63. Nostris, la Juburbe. Vidimus in horto Regio. Βούθαλμον oculum bovis sonat: ξωδόθαλμον oculum vivum: στέργηθρον philtrum amato-

rium, a στέργω, amo: ὑπόγειον in suggrundiis nascens: sunt enim γεῖσα suggrundia, hoc est, partes tecti prominentes, quibus stillicidia a parietibus arcentur. Vide Apuleium c. 123.

<sup>d</sup> Amatoriis] Amatoria pocula, veneficiaque, quibus ad amorem induci homines arbitrantur, Graci fere φίλτρα, et φιλτρόποτα nuncupant, teste Cælio Anrel. I. 5. Horatius ‘desiderii pocula’ vocat.


<sup>e</sup> Sunt qui ambrosiam] Ἀμβροσίαν quasi divinam et immortalitatem: unde et Θεοβρότιον minus sedum appellatur in Nothis Diosc. p. 468. Ἀμέριμνον, quasi curas sedantem.

<sup>f</sup> Alterum minusculum] Gallis, Tricque Madame. Pingitur a Lobelio in Observ. pag. 202. Vidimus in horto Regio.

<sup>g</sup> Quod erithales] Ἔριθαλὲς, vere florens. Χρυσοθαλὲς, aureo flore comans: ἰσοëtes, per totum annum sui simile, hoc est, semper virens.

niam viret<sup>4</sup> semper, aliqui semperfivum. Majus cubiti<sup>5</sup> altitudinem excedit, crassitudine plusquam pollicari. Folia cacumine<sup>5</sup> linguæ similia, carnosa, pinguia, larga<sup>6</sup> succo, latitudine pollicari, alia in terram<sup>j</sup> convexa, alia stantia, ita ut ambitu effigiem imitentur oculi. Quod minus<sup>k</sup> est, in muris parietinisque nascitur, et tegulis: fruticosum a radice, et foliosum usque<sup>7</sup> ad cacumen: foliis angustis, mucronatis, succosis, palmo alto caule: radix inutilis.

CIII. Huic similis<sup>1</sup> est, quam Graeci andrachnen agriam vocant, Itali illecebram, pusillis, latioribus foliis, breviori cacumine.<sup>1</sup> Nascitur in petris, et colligitur cibi causa. Omnia harum<sup>m</sup> vis eadem, refrigerare<sup>2</sup> et astringere. Medentur<sup>n</sup> epiphoris folia imposita, vel succus inunctis.<sup>3</sup>



Dalec.—4 Cod. Dalec. quia viret. Voc. *gnia*, i. e. *quoniam*, et quia pæne sunt similia in codd. Cf. Phædr. I. 5. 7.—5 Vet. Dalec. in cacumine.—6 Gronov. *largo*.—7 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. I. 2. 3. et recentt. ita quoque Diosc. et sursum usque Gronov. et al. vett.

CAP. CIII. 1 Cod. Dalec. et brevi caule; Chiffi. et brevior cacumine.—2 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. I. 2. 3. et recentt. perfrigere Gronov. et al. vett.—3 Vet. Dalec. inunctus.—4 Ita codd. Harduini et

#### NOTÆ

<sup>h</sup> *Majus cubiti*] Diosc. totidem verbis, lib. IV. c. 89.

<sup>i</sup> *Folia cacumine*] Diosc. plane ad verbum loc. cit. Φύλλα λιπαρὰ, μέγεθος δακτύλου μεγάλου, γλωσσοειδῆ κατὰ τὸ ἄκρον, extremo cacumine linguæ similia, &c.

<sup>j</sup> *Alia in terram*] Nempe infima: quæ vero sunt in capite, ita sunt conferta, adductaque invicem, ut orbiculato ambitu effigiem oculi repræsentent. Καὶ τὰ μὲν κατωτέρω τῶν φύλλων ὑπτιούμενα τὰ δὲ κατὰ τὴν κεφαλὴν προσεσταλμένα ἐπ’ ἄλληλα, κύκλον δόφαλμοιδῆ περιγράφοντα. Diosc. loc. cit.

<sup>k</sup> *Quod minus*] Diosc. IV. 90.

<sup>l</sup> *Huic similis*] Hæc *Crassula minor* officinarum, eademque *Vermicularis*, a similitudine foliorum cum vermiculis, et *Illecebra major* appellata a Lobelio, a quo delineatur accurate in

*Delpñ. et Var. Clas.*

Observ. p. 205. et Advers. p. 162.

Diosc. IV. 91. Δοκεῖ δὲ εἶναι καὶ τρίτον εἶδος ἀειζώνου, ὃ ἔνιοι ἀνδράχνην ἀγριαν ἢ τηλέφιον ἐκάλεσαν, Ρωμαῖοι δὲ ἵλλεκεβραν. Εχει δὲ αὐτὴν παχύτερα τὰ φυλάρια, πρὸς τὰ τῆς ἀνδράχνης, καὶ δασέα. Φύεται ἐν πέτραις. *Pusillis* foliis, crassiulus, ad portulacæ similitudinem, ac densis. Ἀνδράχνη ἀγρια portulacam a-grestem sonat. Alii ἀνδράχλην scribunt, ut in Indice, *andrachle agria*.

<sup>m</sup> *Omnium harum*] De aizoo majore ac minore subscribit Dioscorides IV. 89. et 90. De illecebra, abit in partes contrarias. Verum Apuleius a Plinio facit, c. 103. ‘A Græcis,’ inquit, ‘dicitur andrachne . . . Latine portulacam . . . alii illecebram . . . Frigidæ virtutis, atque redarguentis,’ hoc est, astringentis.

<sup>n</sup> *Medentur*] Diosc. IV. 89. etiam et lippitudinibus a sanguine obortis

*Plinius.*

10 Z

Purgat enim ulcera oculorum, expletque, et ad cicatricem perducit: palpebras deglutinat.<sup>4</sup> Eadem capitis<sup>o</sup> doloribus medentur, succo vel folio temporibus illitis. Adversantur<sup>p</sup> phalangiorum ictibus: aconito vero<sup>q</sup> majus aizoum præcipue. A scorpionibus<sup>r</sup> quoque habentem id feriri negant.

Medentur et aurium dolori. Item succus<sup>s</sup> inunctus hyoscymami modice:<sup>t</sup> item Achilleæ, et minoris centaurii,<sup>u</sup> et plantaginis: peucedani cum rosaceo et meconio: acori succus cum rosa. Omnis autem<sup>v</sup> strigili calefactus infunditur. Cotyledon etiam purulentis, et cum medulla cervina calefacta. Ebuli radicis tritæ succus linteo colatus,<sup>w</sup> mox in Sole densatus, et cum opus sit,<sup>x</sup> rosaceo dilutus et calefactus, parotidas sanat. Verbenaca quoque:<sup>y</sup> item plantago:<sup>z</sup> item sideritis, cum axungia vetere.

.....

Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Purgant . . . explet . . . deglutanit* Gronov. et al. vett. *Purgant etiam . . . explet . . . deglutanit* Vet. Dalec.—5 Item *succus hyoscyamos modicus* Chiff. Mox, et minoris centaurii Gronov. et vulg.—6 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *linteolo colatus* Gronov. et al. vett.—7 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *cum opus est* Gronov. et vulg.

#### NOTÆ

utiliter inungi scribit.

<sup>o</sup> *Eadem capitis*] Diosc. loc. cit.

<sup>p</sup> *Adversantur*] Diosc. loc. cit.

<sup>q</sup> *Aconito vero*] Diosc. *Εὐπορ.* II. 127. 'Ιδως δὲ πρὸς ἀκνητὸν ἄρμόξει ἀειζών τοῦ μείζονος ἄνθεα μετ' οἴνῳ.

<sup>r</sup> *A scorpionibus*] Demorsis a scorpione opitulari sempervivum scribit Diosc. *Εὐπορ.* II. 121.

<sup>s</sup> *Item succus*] Et hunc commendat Diosc. IV. 70. πρὸς ωταλγίαν.

<sup>t</sup> *Et minoris centaurii*] Centaurii decoctum ex aceto, peucedanique succum, instillatum auri, illapsa educere animalcula, scribit Diosc. *Εὐπορ.* I. 67. Fractis auribus opitulari plantaginis succum idem monet, c. 58.

<sup>u</sup> *Omnis autem*] Omnis succus prius calefactus strigili infunditur. Strigilis

proprie instrumentum ferreum fuit, ad corporis sordes sudoremque detergendum: siebat autem ex argento, auro, ferro. De eo plura dicimus XXIX. 39.

<sup>v</sup> *Verbenaca quoque*] Marcellus Empir. c. 15. p. 107. 'Herba verbena cum plantagine in ore contrita, adjecto modico salis, pro emplastro apposita, parotidas mire discutit.' Sic et Apuleius c. 3. tit. 2. 'Ad ulcera et parotidas.'

<sup>w</sup> *Item plantago*] Diosc. I. 31. *Εὐπορ.* c. 148. Plinius Valer. I. 13. de parotidum curatione: 'Plantago cum vetere axungia persanat.' Apuleius similiter c. 1. tit. 20. 'Ad parotidas:' 'Plantago cum axungia vetere pisata et imposita sanat.'

civ. Narium<sup>x</sup> ozænas emendat aristolochia cum cypero.

cv. Dentibus remedio sunt panacis radix commanducata, præcipue Chironiæ, item succus collutis:<sup>1</sup> radix hyoscyami<sup>2</sup> ex aceto manducata, item Polemoniæ.<sup>3</sup> Commanducantur<sup>c</sup> et plantaginis radices, aut colluuntur in aceto decoctæ succo. Et folia<sup>d</sup> sunt utilia, vel si sanguine gingivæ putrescant.<sup>2</sup> Semen ejusdem apostemata, et collectiones gingivarum sanat. Et aristolochia<sup>e</sup> gingivas dentesque<sup>f</sup> confirmat. Verbenaca cum radice commanducata, et decocta<sup>g</sup> ex vino aut aceto succus collutus. Item quinquefolii<sup>f</sup> radices, decoctæ ad tertias vino<sup>h</sup> aut aceto. Prius

CAP. CV. 1 Vet. Dalec. *collutis*; Chiff. *collutibus*.—2 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *vel si sanguine gingivæ putrescant*, *vel sanguinis sit rejectio* Gronov. et vulgg. *vel si sanguineæ g. p. vel si sanguinis sit rejectio* Vet. Dalec. *vel si gingivæ alii vett. expuncto sanguine*.—3 Ita Chiff. *dentesve* Gronov. et al.—4 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Verbenacea cum rad. commanducatæ et decocta* Vet. Dalec. *Verbenaca cum radice manducata et decocta* Gronov. et vulgg. *Mox, succus collutu* Vet. Dalec.—5. Vet. Dalec. *cum vino*.

#### NOTÆ

<sup>x</sup> *Narium*] Marcellus Empir. c. 10. p. 86. ‘Succum hederæ,’ inquit, ‘et aristolochiam, et cyperum, et draconæ semen, et melilotum, æquis mensuris contere, ac naribus infunde: quo facto non solum foetorem, sed etiam carcinoma narium curabis.’

<sup>a</sup> *Radix hyoscyami*] Marcellus Empiricus c. 12. p. 91. radicem, semen, succum, ad dentium dolores sedandos commendat. De radice privatim Apuleius cap. 4. de symphoniaca tit. 3.

<sup>b</sup> *Item Polemoniæ*] Dioscor. iv. 8. Πάνει δὲ καὶ ὁδονταλγὰς διαμασσωμένη.

<sup>c</sup> *Commanducantur*] Plinius Valer. i. 36. Marcellus Empiricus c. 12. p. 95. et Diosc. ii. 153.

<sup>d</sup> *Et folia*] Diosc. ii. 143. Καὶ πρὸς ὄδηλα αἵμασσώμενα, καὶ πρὸς αἷμα ἀνάγοντας πινόμενος. Prodest foliorum succus

*et sanguinantibus gingivis, et sanguinem superne rejicientibus.*

<sup>e</sup> *Et aristolochia*] Diosc. iii. 6. Συήχει δὲ καὶ οὖλα καὶ ὀδύντας. Plinius Valer. i. 37. ‘Aristolochiam tusam in pulverem dentibus laxatis injicies, confirmat.’

<sup>f</sup> *Item quinquefolii*] Ejus nempe, in quo fraga nascentur, de quo cap. 62. Marcellus Empiricus c. 12. p. 93. ‘Quinquefolium, in quo fraga nascentur, colluetur ex aqua marina, deinde ad tertias decoquuntur, ex vino aut aceto, idque in ore diutius continetur: etiam exustæ ejus herbæ cinis prodest, si eo dentes infricentur.’ Habet hoc quoque Plinius Valer. i. 36. E Græcis Diosc. iv. 42. Ante hos Celsus vi. 9. ‘de dentium dolore:’ ‘Hujus rei causa quinquefolii radix in vino mixto recte coquitur,’ &c.

vero quam decoquantur, aqua marina aut salsa lavauntur. Decoctum diu tenendum in ore. Quidam cinere quinquefolii fricare malunt. Et verbasci<sup>g</sup> radix decoquuntur in vino ad colluendos dentes. Et hyssopo<sup>h</sup> colluuntur, et peucedani<sup>i</sup> succo, cum meconio: vel radicum<sup>j</sup> anagallidis magis fœminæ succo, ab altera nare, quam doleat, infuso.

**cvi.** Erigeron<sup>k</sup> a nostris<sup>l</sup> vocatur senecio. Hanc si ferro circumscriptam effodiat aliquis, tangatque ea dentem, et alternis ter despuat, ac reponat in eundem locum, ita ut vivat herba, aiunt dentem eum postea non dolitum. Herba est<sup>l</sup> trixaginis specie et mollitia,<sup>2</sup> caulinis subrubicundis. Nascitur in tegulis,<sup>3</sup> et in muris. Nomen<sup>m</sup> hoc Græci dederunt, quia vere canescit. Caput ejus<sup>n</sup> numerosa dividitur lanugine<sup>o</sup> (qualis est spinæ)<sup>p</sup> inter divisuras exente. Quare eam Callimachus acanthida appellat, alii pappum.<sup>s</sup> Nec deinde Græcis de ea constat. Alii erucæ foliis esse dixerunt, alii roboris,<sup>q</sup> sed minoribus multo. Radice alii<sup>r</sup>

---

**CAP. CVI.** *1* Erigeron a Græcis quæ a nostris cod. Dalec.—*2* Vet Dalec. specie mollis.—*3* Ita codd. Regg. Brot. Dalec. et Editio princeps. subrubicundis. Nascitur et in tegulis Harduin. 1. 2. 3. et recentt. subrubicundis nascitur et in tegulis Gronov. et vulgg.—*4* Corn. in Diosc. numerose dividitur, lanugine.

#### NOTÆ

<sup>g</sup> *Et verbasci]* Diosc. iv. 104.

desribit Diosc. loc. cit.

<sup>h</sup> *Et hyssopo]* Plinius Valer. i. 36. et Diosc. iii. 30.

<sup>m</sup> *Nomen]* Quasi ἡπι vel ξαπι γέρων. Vide Apuleium c. 75.

<sup>i</sup> *Et peucedani]* Pecedani succus addentium dolorem mitigandum dentium cavis utiliter inditur, inquit Diosc. iii. 92. Vide et Scribonium Largum Compos. 56.

<sup>n</sup> *Caput ejus]* Id quod extuberat, in quo semen est, et lanugo, ut in carduis fere, aliisque, cernimus.

<sup>j Vel radicum] Naribus infusus is succus dolorem dentium lenit, si in narem dolenti denti oppositam immensus fuerit. Diosc. ii. 209.</sup>

<sup>o</sup> *Qualis est spinæ]* Spina præsertim solstitialis, quæ a Dodoneo pingitur pag. 722. vel carduus, aut aliiquid simile.

<sup>k</sup> *Erigeron]* Ἡπιγέρων Dioscoridi iv. 97. Nostris, Senecon. Genera quatuor pingit Dodoneus p. 630. quorum priora tria in horto Regio videntur.

<sup>p</sup> *Alii erucæ]* Ex horum est numero Diosc. iv. 97.

<sup>l</sup> *Herba est]* Ita fate senencionem

<sup>q</sup> *Alii roboris]* Qui nempe herbam esse voluerunt trixaginis similem sive chamædryos, que cum queru habet similitudinem aliquam.

<sup>r</sup> *Radice alii]* Diosc. loc. cit. Πίστη χρηστος.

supervacua, alii nervis utili, alii potu<sup>5</sup> strangulante. E diverso quidam regio morbo cum vino dederunt, et contra omnia vesicæ vitia: item cordis et jocineris. Renibus extrahere arenam dixere. Ischiadicis<sup>6</sup> drachmam cum oxyelite ab ambulatione propinavere: torminibus quoque in passo<sup>6</sup> utilissimam: præcordiis etiam cibo ex aceto eam prædicantes, serentesque in hortis. Nec defuere, qui et alterum genus facerent, nec quale esset, demonstrarent,<sup>7</sup> contra serpentes in aqua bibendam, edendamque comitibus dantes. Nos eam Romanis experimentis per usus digeremus. Lanugo ejus cum croco et exiguo aquæ frigidæ trita illinitur epiphoris: tosta,<sup>8</sup> cum mica salis, strumis.

**CVII.** Ephemeron<sup>9</sup> folia habet liliæ, sed minora, caulem parem,<sup>v</sup> florem cœruleum,<sup>i</sup> semen supervacuum, radicem unam digitali crassitudine, dentibus<sup>w</sup> præcipuam, concissam in aceto decoctamque<sup>2</sup> ut tepido colluantur. Et ipsa etiam radix mobiles sistit. In cavis<sup>3</sup> et exesis imprimitur. Chelidoniae<sup>x</sup> radix ex aceto trita continetur ore. Erosis<sup>y</sup> veratrum nigrum imponitur: mobiles utralibet<sup>z</sup> decocta<sup>4</sup> in aceto firmantur.



—5 Vet. Dalec. *pappoden*.—6 Chiffl. *et in passo*.—7 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *demonstrarunt* Gronov. et vulgg.  
—8 Vet. Dalec. *tota*.

CAP. CVII. 1 Margo edd. Dalec. et Gronov. *album*, e Diosc. —2 Alii ap. Dalec. *concisam in acetum decoctam*.—3 Ita codd. Regg. Brot. et Editio princeps. *In deest* in edd. Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Mox, imponitur* Vet. Dalec.—4 Chiffl. *utralibet decocto*.

#### NOTÆ

<sup>s</sup> *Alii potu*] Diosc. loc. cit. non radicem, sed pappos, lanuginemve, potu strangulare ait.

lib. iv. p. 1111. Vidimus in horto Regio.

<sup>v</sup> *Caulem parem*] Liliaco cauli altitudine pari.

<sup>w</sup> *Dentibus*] Diosc. loc. cit. et Galenus de Fac. Simp. Med. lib. vi. pag. 175.

<sup>x</sup> *Chelidoniae*] Diosc. II. 211.

<sup>y</sup> *Erosis*] Dentium dolorem coccum eum aceto veratrum nigrum collutione mitigare scribit Diosc. IV. 151.

<sup>6</sup> *Ad lumborum et coxarum dolorem* :  
<sup>7</sup> *Herba senecion per se trita, et jejuno in potu data, validissime prodesse fertur.*

<sup>9</sup> *Ephemeron*] Ita fere Diosc. IV. 85. Ἐφέμερον φύλλα καὶ κανθάδια ὕδωρ ἔχει κρίνω, λεπτότερα δὲ, ἀνθη λευκὰ . . . . ρίζα δὲ οὐκ ὑπεστι δακτύλου πάχος μία, ε. τ. λ. Pingitur a Matthiolo in Diosc.

**CVIII.** Labrum Venereum<sup>a</sup> vocant in flumine<sup>b</sup> nascentem.<sup>c</sup> Est ei<sup>c</sup> vermiculus, qui circa dentes necatur,<sup>d</sup> aut cavis dentium cera includitur. Cavendum, ne avulsa herba terram tangat.

**CIX.** Ranunculum<sup>d</sup> vocamus, quem Græci batrachion. Genera ejus quatuor. Unum<sup>e</sup> pinguioribus, quam coriantri, foliis, et ad latitudinem malvæ accendentibus, colore livido, caule albo, gracili, et radice alba. Nascitur in limitibus humidis et opacis. Alterum<sup>f</sup> foliosius, pluribus foliorum incisuris, altis caulibus. Tertium<sup>g</sup> minimum est, gravi odore, flore aureo. Quartum<sup>h</sup> simile huic, flore lacteo.<sup>i</sup> Omnibus<sup>i</sup> vis caustica, si cruda folia imponantur: pusulasque, ut ignis,<sup>j</sup> faciunt. Ideo ad lepras<sup>j</sup> et psoras



**CAP. CVIII.** 1 Vet. Dalec. *nascens*.—2 Vet. Dalec. *ligatur*; al. vet. *ver-satur*. Mox, cum cera includitur Vet. Dalec.

**CAP. CIX.** 1 'Perperam libri scripti et editi, *flore luteo*. Emendandum certe est *lacteo*. Est enim flore albo, et Diosc. II. 206. recte dicitur ἄνθος γαλακτίζον.' Brotier.—2 Vet. Dalec. *caustica*. Si cruda fol. imp. pustulas ut

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *Mobiles utralibet*] Herba utralibet: chelidonia, veratrove.

<sup>a</sup> *Labrum Venereum*] Δίψακος est Dioscoridis III. 13. cuius genera tria pingit Dodonæus p. 723. quæ nos in horto Regio vidimus. Gallis, *Charodon a carder, ou de fonslon*. Græcis perinde ac Latinis, Αφροδίτης λουτρόν.

<sup>b</sup> *In flumine*] Juxta fluenta, in aquosis et humidis.

<sup>c</sup> *Est ei*] Hoc iterum repetit xxvii. 62, et xxx. 8.

<sup>d</sup> *Ranunculum*] Dioscoridi Βατράχιον, II. 206.

<sup>e</sup> *Unum*] Iisdem verbis Diosc. loc. cit. Florem luteum idem addit esse interdum purpureum. Gallis, *Bacinet*. Ranunculus est primus sylvestris Dodonæi p. 423. Vide Notas et Emend. num. 17.

<sup>f</sup> *Alterum*] Ranunculus sylvestris secundus Dodonæi loc. cit. Hoc apiastrum illud, sive ut Diosc. ait loc. cit.

*agreste apium, σέλινον ἄγριον*, quod ante indicavimus xx. 45. Eademque herba Sardonia appellata, et Scelerata.

<sup>g</sup> *Tertium*] Diosc. totidem verbis loc. cit.

<sup>h</sup> *Quartum*] Vide Notas et Emend. num. 18.

<sup>i</sup> *Omnibus*] Diosc. loc. cit. Galenus de Fac. Simp. Med. lib. vi. p. 163. Apuleius c. 8. tit. 1. 'Herbam seeleratam tusam cum axungia sine sale impones vulneri: excomedet putredinem, et si qua fuerit sordes, expurgat: sed non diutius patiaris, quam necesse est, ne et corpus sanum exedat. Si argumentum rei experiri volueris, tunde eam, et super manum sanam impone, et alligato: statim rodit corpus.'

<sup>j</sup> *Ideo ad lepras*] Galenus loc. cit. Ταῦτ' ἄρα συμμέτρως χρωμένῳ, καὶ φύρᾳ, καὶ λέπρᾳ ἀποδέρει, καὶ δυνχα-

eis utuntur, et ad tollenda stigmata: causticisque omnibus <sup>3</sup> miscent. Alopeciis <sup>k</sup> imponunt, celeriter removentes. Radix <sup>1</sup> in dolore commanducata diutius, rumpit dentes. Eadem <sup>m</sup> sicca concisa, sternutamentum est.<sup>4</sup> Nostri herbarii strumeam <sup>n</sup> vocant, quoniam medetur <sup>o</sup> strumis, et panis, parte <sup>6</sup> in fumo suspensa. Creduntque <sup>p</sup> ea rursus sata, rebellare quæ curaverint <sup>7</sup> vitia: quo scelere et plantagine <sup>q</sup> utuntur. Oris ulcera <sup>r</sup> intus succus plantaginis emendat, et folia radicesque commanducata,<sup>8</sup> vel si rheumatismo <sup>s</sup> laboret os. Ulcera foetoremque <sup>t</sup> quinquefolium: ulcera psyllium.

**CX.** Composita quoque ad foetorem,<sup>i</sup> vel maxime pudendum vitium, trademus. Ergo folia <sup>u</sup> myrti et lentisci pari pondere, gallæ Syriacæ dimidium pondus, simul terere et

\*\*\*\*\*

ignis; Gronov. et al. ante Harduin. etiam pustulas.—3 Vet. Dalec. medicaminibus.—4 Ita Gronov. et vulgg. sternutamentum ciet Vet. Dalec. sternutamentum facit alii vett. ap. Dalec.—5 Chiffl. strumum eam.—6 Vet. Dalec. postea.—7 Vet. Dalec. curata fuerint. Mox, et in plantagine Dalec.—8 Alii ap. Dalec. commanducata.

**CAP. CX.** 1 Chiffl. contra foetores.—2 Cod. Dalec. opus est; Gronov. et

#### NOTÆ

ἀφίστησι τοὺς λεπρὸν, καὶ στήγματα διαφορέν, καὶ ἀκροχορδόνας, καὶ μυρητὰς ἀφαιρέν. Dalecampius idcirco, quia λέπρας Dioscorides prætermisit, hallucinatum hic Plinium putat, quasi ὄνυχας λεπρὸν, quod unum ille memorat, de lepris præpostere iste intellexerit.

<sup>k</sup> Alopeciis] Diosc. et Galenus locis citatis.

<sup>l</sup> Radix] Diosc. et Galenus loc. cit.

<sup>m</sup> Eadem] Auctores mox laudati. Sternumentum esse autem ea dicitur, hoc est, sternutamentum concitare, trita videlicet, et admota naribus.

<sup>n</sup> Nostri . . . strumeam] In Reg. 2. et Chiffl. Strumum eam. Et in Indice, Strumos.

<sup>o</sup> Quoniam medetur] Apuleius c. 8. de herba scelerata, tit. 2. ‘Ad stru-

mas et furunculos:’ ‘Herba scelerata tusa et subacta cum fimo porcino, imposita strumis vel furunculis, intra paucas horas discutit, et pus ejicit.’

<sup>p</sup> Creduntque] Vide quæ de iride diximus xxii. 83.

<sup>q</sup> Et plantagine] Hoc est, et in plantagine serenda iterum, ut iterum morbi recrudescant.

<sup>r</sup> Oris ulcera] Plinius Valer. i. 30.

<sup>s</sup> Vel si rheumatismo] Fluxione noxii humoris.

<sup>t</sup> Ulcera foetoremque] Plinius Valer. i. 33. ‘Ad foetorem oris:’ ‘Radices quinquefolii ex aqua decoquæ, et subinde os collues, ita ut in ore aqua diu teneatur.’

<sup>u</sup> Ergo folia] Ad verbum Marcellus Empir. c. 11. p. 88. et Plinius Valer. i. 30.

vino vetusto sparsa mandere matutino, ex usu est.<sup>2</sup> Vel hederæ<sup>v</sup> baccas cum casia et myrrha, pari pondere ex vino. Naribus<sup>w</sup> utilissimum est dracontii semen contritum ex melle, etiamsi carcinomata in his sint. Sugillata<sup>x</sup> hyssopo emendantur. Stigmata<sup>y</sup> in facie mandragoras illitus<sup>z</sup> delet.

\*\*\*\*\*

al. vett. *optimum est*.—3 Ita codd. Hardnini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *mandragora illinitus* Chiff. *mandragora illita* Gronov. et al. vett.

#### NOTÆ

<sup>v</sup> *Vel hederæ*] Plinius Valer. I. 30. ‘Hederæ item baccæ, cum casia et myrrha pari pondere, ex vino commanducatæ, ulcera oris commendant.’ Quod remedium Plinius noster ad fœtorem oris commendat, hoc Plinius alter ad oris ulcera perperam detorsit. Rectius Theod. Priscianus I. 11. ad narium fœtorem: ‘Fœtori vero narium,’ inquit, ‘succum hederæ frequenter infundas, et draconteæ

succum cum melle similiter.’

<sup>w</sup> *Naribus*] Marcellus Empir. totidem verbis c. 10. p. 86. et Theod. Priscianus loc. cit.

<sup>x</sup> *Sugillata*] Diosc. III. 30.

<sup>y</sup> *Stigmata*] Diosc. loc. cit. de mandragoræ foliis: *Si quinis sensive diebus leniter affricentur, stigmata circa exulcerationem delent.* Διατριβόμενα δὲ ἡσυχῆ ἐπὶ ἡμέρας ε' η' σ' στίγματα ἀνεύ τοῦ ἐλκοῦν ἀφανίζει.

## NOTÆ ET EMENDATIONES

### AD LIBRUM XXV.

### NATURALIS HISTORIÆ

### C. PLINII SECUNDI.

---

1. CAP. IV. *Libertum suum Le-*  
*næum, Grammaticæ artis, jussit] Libri*  
editi, *Grammaticæ artis doctissimum,*  
quæ vox inserta temere ab interpolatore aliquo, nec Plinium sapit.  
Abest ea sane a MSS. Reg. Colb. Chiffi. Sic xxx. 6. ‘Adolescentibus nobis visus Apion Grammaticæ artis,’ hoc est, Grammaticus. Et supra vii. 40. ‘Grammaticæ artis Daphni Gnatius.’ ix. 8. ‘Arionem quoque, citharædicæ artis, interficere nautis in mari parantibus.’

2. Ibid. *Ex his Cratevas] In libris hactenus editis, ita legitur: Ex his Evax rex Arabum, qui de simplicium effectibus ad Neronem scripsit. Cratevas, &c.* Interjecta verba nulli codices agnoscent manu exarati, non Reg. Colb. Chiffi. aliive. Unde vero ea huc irreperserint, conjicere hand in promtu est. Meminit illius Marbodeus de Gemmis, fol. 6. ‘Evax, rex Arabum, fertur scripsisse Neroni, Qui post Augustum regnavit in orbe secundus.’ Tiburium igitur Cæsarem intelligit, cum cui et Neronis cognomentum fuit, et summa post Augustum Rei-

publicæ cura commissa. Hunc Plinius Neronem nusquam vocat: nec, si faceret, approbarem.—‘Ne si Neronem diceret, Domitus Nero inteligeretur.’ Ed. sec.—Pergit: ‘Quot species lapidis, quæ nomina, quive colores, Quæque sit his regio, vel quanta potentia cuique: Hoc opus excerpens dignum componere duxi, Aptum gestanti forma breviore libellum.’ At diversum id opus est ab eo quod de simplicium effectibus inscriptum esse dicitur. Hujus Evacis opera carmine Elegiaco scripta haberri aiunt Ferrariæ, ac Viennæ Austriae, inquit Andreas Tiraquellus de Nobil. c. 31. p. 194.

3. CAP. VII. *Tanta res videbatur, herbam invenire, vitam juvare] In libris ad hunc diem vulgatis, ut res tanta debetur. In Reg. 2. tanta res ut debetur: quæ sinceræ lectionis hand obscura retinent vestigia. Pintianus hand male quoque conjiciebat, tanti eis videbatur.*

4. Ibid. *Et de hoc tamen judicavere avi experimento] In MSS. omnibus experimentaliter legimus. Quare aut ritæ, aut*

*ævi experimenta malim: nam avi pro majoribus dici non admodum arridet.*

5. CAP. XVII. *Exprimitur separatim, et caulinibus, foliisque: utuntur et radice]* Prius vitiosa interpunctione legebatur, et caulinibus foliisque utuntur et radice: perinde quasi e semine solo separatim, de quo proxime ante sermo erat, non etiam e caulinibus foliisque, succus exprimeretur. Retexit errorem Dioscor. iv. 69. is enim ex eodem hausisse fonte videtur, ex quo hæc Plinius: Χυλίζεται δὲ ὁ καρπὸς ἀπαλὸς, καὶ τὰ φύλλα, καὶ οἱ κανδλοὶ κοπτόμενοι, καὶ ἐκθλιβόμενοι, ἐν ἥλιῳ ξηραινομένου τοῦ ὑγροῦ . . . Χυλίζεται δὲ καὶ τὸ σπέρμα αὐτοῦ κατ' ιδίαν κοπτόμενον ξηρὸν, κ. τ. λ. Recentī semine, foliis, caulinbusque tuis succus exprimitur, qui ad Solem exsiccatur . . . Elicitur et separatim succus ex semine, cum inaruit, &c. Nec suam interim priori lectioni constare sententiam inficias eo.

6. CAP. XXI. *Radice fimbriata]* Prius insulse, vibrata, legebatur. Seuti sumus fidem codicū MSS. Reg. Colb. Chiffi. et vet. Dalec. et, quod his multo certius est, Dioscoridem ipsum, enjus, hæc verba de helleboro candido, iv. 150. Ρίζαι δὲ ὑπεισι πολλαῖ, λεπταῖ, ἀπὸ κεφαλῶν μικρῷ καὶ ἐπιμήκους, ὀσπερὲ κρομμύνου, συμπεφυκναῖ. Radices subjacent numerosa, tenues ac fibratæ, ab exiguo et oblongo capitulo, cœi cœpa, excantes, eidemque annexæ. Tradit eadem et de veratro nigro, cap. seq.

7. CAP. XXIV. *Elephantiasi alba]* Sic MSS. omnes. Cur alba Plinius addiderit, Dalecampius miratur. Apud Græcum scriptorem, a quo hæc mutuatis sit, legisse suspicatur idem, ἐλεφαντισει, λεύκῃ, deceptumque vocis δμωνυμίᾳ Plinium: cum sit λευκὴ aliud nihil, quam vitiligo alba, quæ ab humore pituitoso fit, de qua nos alibi diximus. Verum elephantiasim incipientem elephantiae albae nomine intelligi, discere Medicus potuit ex Theodoro Prisciano, non illo

quidem Cæsariensi Grammatico, sed Medico perillustri, cuius extant libri ad Timotheum, aliasque. Sic enim ille i. 32. ‘Sunt quibus certis ex accidentibus maculae in corporibus frequentius inhæserunt. Sunt nigræ, sunt albæ, velut elephantiasin aliquando annuntiantes,’ &c.

8. Ibid. *Spasticis, cynicis]* Ita MSS. Reg. Colb. et vet. Dalec. quam vocem interpolatores Pliniani cum non intelligerent, clinicis reposuere: quod hic locum habere nullum potest. Est enim id verbum ægrotis omnibus commune, qui lecto affxi sunt.

9. CAP. XXX. *Medetur et iisdem morbis decoctæ succus]* In libris haecenus vulgatis, Medetur et oviū morbis. In MSS. et obvium. Nos interim, dum certius occurrat aliquid, et iisdem morbis rescripsimus, auctore Diosc. iii. 48. qui, enarratis centaureæ viribus, e radice præsertim, mox subdit, ὁ τε χυλὸς τὰ αὐτὰ ποιεῖ, eadem succus etiamnum præstat. Galenus quoque similiter, de Fac. Simp. Med. lib. vii. p. 188. Τὰ δὲ αὐτὰ τῆς βίζης καὶ ὁ χυλὸς αὐτῆς ἐργάζεται.

10. CAP. XXXVIII. *Specie thyrsi, foliis acanthinis]* Prius legebatur, spectatur foliis acanthinis. At in Reg. 1. spectetur si foliis, &c. In Reg. 2. et Chiffi. specie tunsi. Nihil est nostra emendatione certius. Sic xxiv. 113. ‘Herba impia . . . thyrsi modo vestita atque capitata’ dicitur. Atque ex ea sane intelligitur non esse Euphorbium integra facie delineatum ab herbariis, a Dodoneo quidem, p. 374. et Lobelio in Observ. pag. 642. cum nullus ibi caulis, ramusve, aut thyrsus appareat: sed fructus duntaxat, qui e radice prodeunt. Integræ repræsentant Scaliger, in Cardan. Exercit. 181. p. 586. ‘Afri,’ inquit, ‘qui hodie e regno Fez et Ma-rocho cum Hispanis inuenit rationem commerciorum, aiunt esse spinosam plantam, sylvestri cinarae similem: ex ejus radice fructus exire, cucume-

rum specie, sed oblongos adeo, ut binos interdum pedes expleant; vicenos, aut vicenos quinos numero. Ubi maturuerint, ferro punctim aperrinuntur: ex quibus exit lactis liquor latus, quem in utrem lapsum condunt. Etiannum Alfarbiū vocant.' Hæc ille, quæ dudum antea occupat Joannes Leo Africanus Descript. Africæ lib. ix. p. 300. 'Euphorbium est cujusdam herbæ liquor, quæ in modum capituli sylvestris cardui nascitur, inter cujus ramos fructus quidam prodeunt, crassitudine viridis cùcumeris, ad cuius etiam similitudinem grana quædam perparva emitunt: longitudine quidem alii ulnam excedunt, alii paulo etiam amplius. Atque hi quidem fructus non oriuntur ex plantæ ramis, sed velut stipites ex humo procedunt, et uno cespite sæpe viginti, nonnunquam etiam triginta nascuntur. Agrestes ejus regionis homines, ubi maturuerunt fructus, cultello pungunt, unde exit liquor laeti persimilis, qui sensim crassescit, et viscosus efficitur. Hinc cultello ita crassum ligorem tollunt, et in utres mittunt, atque sic exsiccatur. Planta est undique spinosa.'

11. CAP. XLIII. *Scythia primum eam, quæ Scythice vocatur, circa Bœotiam nascens, prædulcem*] Ita libri omnes, tum editi typis, tum exarati manu. Placet tamen emendatio Pintiani, circa Mæotim legentis, tum quia hæc ipsa Theophrasti Scythice est, de qua ille Hist. ix. 13. Γλυκεῖα δὲ καὶ ἡ Σκυθική καὶ ἔνοι γε καλοῦσν αὐτὴν εὐθυγλυκέαν. Γίνεται δὲ περὶ τὴν Μαιῶτιν tum quia de hac ipsa Plinius sermonem iterum instituens, xxvii. I. 'Scythicam herbam,' inquit, 'a Mæotidis paludibus.' Sequitur in eo Plinius loco, quem nunc versamus, *prædulcem alias, utilissimumque ad ea quæ spasmata vocant.* Sic enim ex MSS. Reg. Colbertinisque rescriptis. Perperam in editis prius, *perduclis.* Aliam utilissimam ad ea, &c. extrita videlicet vocula que, ceteris-

que, quas restituimus, immutatis. Eandem esse sane quæ Scythice vocatur, et circa Mæotim nascitur, cum ea quæ est ad spasmata utilis, docet aperte Theophr. his verbis, quæ superioribus statim annectit: Χρησίμη δὲ πρὸς τε τὰ ἀσθματα, καὶ πρὸς βῆχα ξηρὸν, κ. τ. λ. *Utilis ad anhelitus, et ad tussim siccum, &c.* Unde et asthmata forte satius legi, quam spasmata cuiam videatur, quod jampridem visum est Pintiano. Sed in MSS. spasmata legimus, cui voci affinior est ea, spasmata.

12. CAP. LVIII. *Quidam echion personatam vocant]* Ita restituimus, tum auctoritate codicum MSS. Reg. Colb. Chiff. tum Parmensis etiam editionis: quibus et Index suffragatur, in quo ea ex ordine describenda promittit, quæ nunc persequitur: LXI. *De argemonia, IV.* LXII. *De agarico,* XXXIII. LXIII. *Echio, genera II.* LXIX. *Hierobotane, &c.* Ipsa etiam argumenti ratio, in quo nunc Plinius habitat, apertissime ita legi postulat. Cum enim de echo proxime ante egerit, ex occasione ad personatam transit, quod echii nomine olim ea quoque venerit. Prius in editis legebatur, *quidam arcion:* transducta huc scilicet e cap. 66. ea voce, quæ personatæ propria est, non personatæ.

13. CAP. LXXXI. *Similiter ea, quam eupleam vocant]* Sic libri omnes, etiam manu exarati, Reg. Colb. Chiff. &c. tum hoc loco, tum vero in Indice. Reg. 2. *eupliam.* In libris quibusdam *eucleiam* legi monet Dalecampius. Arripuit hoc avide Salmasius in Praefat. ad Plin. ne calumniandi Plinio locum ullum prætermitteret. Is igitur *eucleiam* scripsisse hunc asseveranter affirmat: adeoque stipitem ac fungum fuisse, ut ex his Theophrasti verbis encliam herbam commentus sit, quæ nihil aliud significant, quam opinione Magorum antirrhinon prodesse ad εὔκλειαν, hoc est, ad commendationem famæ sibi conciliandam. Καὶ τὰ περὶ τῆς εὔκλειας,

inquit, Hist. ix. 21. καὶ εὐδοξίας ὅμοιως καὶ μᾶλλον εὔκλειαν γάρ φασιν ἀεὶ ποιεῖν τὸ ἀντίρριον καλούμενον. Tantam vero supinitatem, quantam affingit Plinio, ne Salmasio quidem inesse, vel ipse putarem. Et benignioris animi, et ingenii cautoris videtur esse, de Magica incognitaque nobis herba sermonem hoc loco institutum suspicari, quam redarguendi studio vetustum scriptorem, alias, ut vidi mus, perdiligentem, temere laces se.

14. CAP. LXXXIII. *Alopecias emendat nymphææ et cicutæ radix, si una tritæ illinantur]* In MSS. Reg. et Chiff. *nymphææ lacitæ radix.* Dioscor. III. 148. nymphæam cum pice impositam alopecis mederi scribit : hoc tantum : Ἀλωπεκίας τε σὸν πίσσην ἐπιτεθεῖσα λάται. Hic alias lampadem tradit.

15. CAP. XC. *Succo vero mīnoris cum melle, culices, nubeculas, &c.]* Ita libri sane omnes : sed culex in oculo quid porro sit, alibi me legere non memini. *Caligines* scribi hand dubie sincerius fuerit, aut certe intelligi. Nam et Dioscor. III. 9. de centaurio minore : 'Ο δὲ χυλὸς inquit, πρὸς τε τὰ ὄφθαλμικὰ εὔχρηστος, ἀποκαθαρών τὰ ἐπισκοτοῦντα ταῖς κόραις σὸν μέλιτι. Succus oculorum medicamentis perquam utilis : quippe qui, que pupillis caliginem offendunt, una cum melle discutiat. Et Apuleius cap. 35. tit. 2. 'Ad oculorum vitia : ' Herbae centauriae minoris succo oculos inunges : aciem oculorum extenuatam sanat : adjecto etiam melle mirifice proficit : caligintibus quoque oculis et claritas restituuntur.' Et Marcellus Empir. cap. 8. p. 61. 'Centauræ minoris succo oculi ex melle inuncti, caligine cito deposita, tenuissimam aciem resumunt.'

16. CAP. CI. *Usus ejus ad eadem quæ iris. Aizoi duo genera]* Ita libri vulgati. At Ms. Reg. 1. ad eadem que iridi. *Aizio, &c.* Reg. 2. ad eadem quæ iridi. Vetus cod. Dalec. *iris.* In Coll. 3. quæ *hyridi.* Malim, si favent aliqui alii codices, quæ *prioris.*

Vel certe, trajectis voculis : *Usus ejus ad eadem quæ aizoi.* *Hujus duo genera.* Diosc. enim IV. 92. ubi de cotyledone disserit, Ποιεῖ δὲ, inquit, πρὸς ἄ καὶ τὸ ἀεὶς ὡν. *Usus ejus ad eadem, quæ semperviri.* Nam quod Salmasius in Solin. pag. 705. legit, *ad eadem quæ majoris aizoi.* *Duo genera:* et longius id recedit a vestigiis antiquorum exemplarium, et abruptam facit orationem, quæ quo ista pertineant verba, *Duo genera,* ponit in ambiguo.

17. CAP. CIX. *Unum . . . caule albo]* Alto scribi hand dubie multo est satius. Nam MSS. Reg. Colb. aliique, *alio, non albo,* præ se ferunt : et, quod validius arbitror, Dioscorides qui ex eodem ac Plinius fonte hauisit, II. 206. Κανλὸν δὲ οὐ παχὺν scripsit, θύσος δὲ θσον πήχεως. Et alias sane de caulis colore dicere nihil attinet.

18. Ibid. *Tertium . . . flore aureo. Quartum . . . flore luteo]* Ita sane libri omnes, tum impressi typis, tum vero etiam manu exarati : a quibus proinde desciscere, in tanta consensione, religio fuit. Hand dubio tamen in mendo locus hic enbat. Nam si Dioscoridem audimus, qui eadem ad verbum de quadrigeminio batrachii genere recitat, II. 206. *flore lacteo* legi præstabilis est. Καὶ τρίτον, inquit, σφέδρα μικρὸν καὶ δύσοσμον, τὸ ἄνθος χρυσῷ θμοιον. Καὶ τέταρτον ἔοικε τούτῳ, θνθος γαλακτίζον. Neque vero quid flos luteus ab aureo discrepet, satis oculi nostri dijudicant. Adde Apuleium, qui Plinii verba transcripsisse omnino videtur, cap. 8. de Selerata : 'Sunt ejus species quatuor : quarum altera cum foliis pinguis, atque crassis, et latis : . . . Nascitur autem in stagnosis et umbrosis locis. Secunda est longioris thyrsi, et foliis hirtis cum incisuris, gusto acerrimis. Nascitur saepè in Sardinia. Tertia est brevissima, tetri odoris, cum floribus aurosis. Quarta est cum floribus lacteis.' Et Oribasii interpres lib. XI. fol. 192. b. *flore lacteo* scripsit.

# C. PLINII SECUNDI

## NATURALIS HISTORIÆ

### LIBER XXVI.

---

*Medicinae ex herbis per genera morborum.*

I. (I.) **S**ENSIT et facies hominum novos, omnique aevi priore incognitos, non Italiæ modo, verum etiam universæ prope Europæ, morbos: tunc quoque non tota <sup>1</sup> Italia, nec per Illyricum Galliasve aut Hispanias magnopere vagatos, aut alibi, quam Romæ, circaque: sine dolore quidem illos, ac sine pernicie vitæ, sed tanta foeditate, ut quæcumque mors præferenda esset.

II. **G**ravissimum<sup>a</sup> ex his lichenas appellavere Græco nomine: Latine, quoniam a mento fere oriebatur, joculari primum lascivia, (ut est procax natura multorum in alienis miseriis,) mox et usurpato vocabulo, mentagram: occupantem in multis totos utique <sup>1</sup> vultus, oculis tantum immunis-

---

CAP. I. 1 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recenti. nec tota Gronov. et vulg. Mox, magno opere vagatos Chiffi.

CAP. II. 1 Cod. Dalec. multis et intuitus, tolosque utique; Chiffi. multis et intus totos, &c.

#### NOTÆ

<sup>a</sup> **G**ravissimum] Plinius Valer. hæc totidem fere verbis, II. 56. Quod genus hoc morbi sit, diximus xx. 2.—  
‘Tiberii Claudi Cæsaris nomine, sub

quo hoc malum in Italiam irrepssisse mox Plinius dicit, ipsum (ut alibi) Tiberium Augusti successorem inteligit. Vide cap. 6.<sup>1</sup> Ed. sec.

bus, descendenter vero et in colla pectusque ac manus, fœdo cutis furfure.

III. Non fuerat hæc lues apud majores patresque nostros. Et primum Tiberii Claudi Cæsaris principatu medio irrepit in Italiam, quodam Perusino equite Romano, quæstorio scriba, cum in Asia apparuisset, inde contagionem ejus importante. Nec sensere id malum fœminæ, aut servitia, plebesque humilis, aut media: sed proceres veloci transitu osculi maxime: fœdiore multorum, qui perpeti medicinam toleraverant, cicatrice, quam morbo. Causticis namque curabatur: ni usque in ossa<sup>1</sup> corpus exustum esset, rebellante tædio.<sup>b</sup> Adveneruntque ex Ægypto genitrice talium vitiorum medici, hanc solam operam<sup>2</sup> afferentes, magna sua præda. Siquidem<sup>c</sup> certum est, Manilium Cornutum, e prætoriis,<sup>3 d</sup> legatum Aquitanicæ provinciæ, H-S. CC.<sup>4 e</sup> elocasse in eo morbo curandum sese. Acciditque sæpius, ut nova contra genera morborum gregatim<sup>f</sup> sentirentur. Quo mirabilius quid potest reperiri? aliqua gigni repente vitia terrarum in parte certa, membrisque hominum certis, vel ætatibus, aut etiam fortunis, tanquam malo eligente,<sup>g</sup> hæc in pueris grassari, illa in adultis: hæc proceres sentire, illa pauperes.

CAP. III. 1 Chiff. ad ossa.—2 Pintian. opem.—3 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recent. ex Prætoriis Gronov. et vulgg. —4 <sup>c</sup> Perperam in Editione principe, solidis CC. Bene codd. Regg. H-S. CC. Minime probabiliter edidit eruditus Harduin, H-S. CC. quod efficit ducenties centena millia sestertium.' Brotier.—5 Alii ap. Dalec. generatim. —6 Cod. Dalec. mala elegant.

#### NOTÆ

<sup>b</sup> *Rebellante tædio]* Recrudescente morbo.

<sup>c</sup> *Siquidem]* Hæc totidem verbis Plinius Valer. loc. cit. Manilium Cornutum idem pro Manilio perperam vocat.

<sup>d</sup> *E prætoriis]* Ex eorum numero qui Præturam gesserant.

<sup>e</sup> *H-S. CC. [H-S. CC.]* Hoc est sestertium ducenties centena millia. Monetae nostræ librae sunt 2000000.

sive, ut aiunt, millions librarum duo. Quod si cui hoc valetudinis pretium incredibile videatur, haud gravate assentiar, ut extrita lineola legat, H-S. CC. hoc est, ducenta sestertia; si quidem prius antiquum scribendi morem id ita ferre docuerit; critique ea summa tantum librarum 20000.

<sup>f</sup> *Gregatim sentirentur]* A grege tantum et humili plebe sentirentur.

iv. L. Paulo,<sup>g</sup> Q. Marcio censoribus, primum in Itiam carbunculum venisse, Annalibus conscriptum est,<sup>i</sup> <sup>h</sup> peculiare Narbonensis provinciae<sup>i</sup> malum: quo duo consulares obiere contendibus haec nobis eodem anno, Julius Rufus,<sup>j</sup> et Q. Lecanius<sup>k</sup> Bassus, ille medicorum inscientia<sup>z</sup> secus, hic vero pollici laevae manus evulso<sup>3</sup> acu ab semetipso, tam parvo vulnere, ut vix cerni posset. Nascitur in occultissimis corporum partibus, et plerumque sub lingua, duritia rubens vari modo,<sup>4</sup> sed nigricans capite: alias livida, corpus intendens, neque intumescens, sine dolore, sine pruritu, sine alio quam somni indicio, quo gravatos in triduo aufert: aliquando et horrorem afferens, circaque<sup>1</sup> pulsulas parvas, rarius febrem: stomachum faucesque cum invasit, ocyssime exanimans.

v. Diximus<sup>m</sup> elephantiasin ante Pompeii Magni ætatem non accidisse in Italia, et ipsam a facie<sup>n</sup> saepius incipien-



CAP. IV. 1 Chiff. notatum est.—2 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. inscritia Gronov. et vulgg.—3 ‘Ita optime codd. Reg. et Editio princeps. Pessime in recentioribus editionibus, pollice. Pollex non potest evelli acu, tam parvo vulnere, ut vix cerni possit. At carbunculus pollici, aut e pollice, acu potuit evelli, tam parvo vulnere.’ Brotier. divulso Vet. Dalec. pollice l. m. evulso Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. —4 Ita ex codd. Harduinus et recentt. varicis modo Gronov. et vulgg. aut varicis modo nigricans capite, sed et alias lividum corpus intendens, neque valde intumescens Dalec. ex codd.

#### NOTÆ

<sup>g</sup> L. Paulo] L. Æmilius Paulus, Q. Marcius Philippus Censuram gesse, ac lustrum fecere LIII. anno Urbis DCCX.

<sup>h</sup> Conscriptum est] In Reg. 1. constitutum. In Reg. 2. et Chiff. notatum.

<sup>i</sup> Narbonensis provinciae] Atque id morbi genus hodieque ibi sentitur, nomenque habet, *le Charbon Provençal*, ab ea regione. Vide Honor. Bouche, Hist. Provinc. 1. 8. p. 47.

<sup>j</sup> Julius Rufus] Consul hic fuit Neronis principatu, cum C. Fonteio Capitone, anno Urbis DCCXIX. Caius ei prænomen fuit.

<sup>k</sup> Q. Lecanius] Gesserat Consulatum C. Lecanius Bassus, cum M. Licinio Crasso Frugi, triennio ante Rufum, de quo dictum est proxime, anno DCCXVI. ut auctor est Tacitus Annal. xv. pag. 250. Sibi fuisse per familiarem Dioscorides in præfatione testatur.

<sup>l</sup> Circaque] Circa carbunculum.

<sup>m</sup> Diximus] Lib. xx. cap. 52. Plutarch. hoc ipsum ex Athenodoro Philosopho refert Sympos. Quæst. viii. 9. p. 731.

<sup>n</sup> Et ipsam a facie] Totidem fere verbis haec morbi facies a Marcello Empir. describitur, cap. 19. p. 130.

tem in nare prima<sup>1</sup> veluti lenticula: mox inarescente<sup>2</sup> per totum corpus, maculosa, variis coloribus, et inæquali cute, alibi crassa, alibi tenui, dura alibi,<sup>3</sup> ceu<sup>4</sup> scabie aspera: ad postremum vero nigrescente,<sup>5</sup> et ad ossa carnes apprimente, intumescentibus digitis in pedibus manibusque. *Ægypti*<sup>6</sup> peculiare hoc malum: et cum in reges incidisset, populis funebre. Quippe in balineis solia<sup>7</sup> temperabantur humano sanguine ad medicinam eam. Et hic quidem morbus celeriter in Italia restinctus est:<sup>8</sup> sicut et ille, quem gemursam<sup>9</sup> appellavere prisci, inter digitos pedum nascentem, etiam nomine obliterate.

VI. Id ipsum mirabile, alios desinere in nobis, alios durare, sicuti colum.<sup>a</sup> Tiberii Cæsaris principatu irrepsit id malum. Nec quisquam id prior<sup>1</sup> imperatore ipso sensit,

---

CAP. V. 1 Harduin. 2. 3. Miller. et Franz. *primum*.—2 Ita ex codd. Harduin et recentt. *invalescentem* Vet. Dalec. *invalescente* Gronov. et vulgg. —3 Ita ex codd. Harduin et recentt. *dura seu* Gronov. et al. vett.—4 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *in balneis folia* edd. vett. et Gronov.—5 Chiff. *restrictus est*.—6 Chiff. *quem gemursa*.

CAP. VI. 1 *Nec quisquam prior*, omisso *id*, Gronov.—2 Gronov. *legeret*.—

#### NOTÆ

Genus est lepræ, qua cutis aspera, et elephanti corio similis efficitur. Celsus III. 25. ‘ Ignotus pñne in Italia, frequentissimus in quibusdam regionibus is morbus est, quem ἐλεφαντίαν Græci vocant: & que longis annumeratur. Totum corpus afficitur, ita ut ossa quoque vitiani dicantur. Summa pars corporis crebras maculas, crebrosque tumores habet. Rubor harum paulatim in atrum colorem convertitur. Summa cutis,’ &c. Hunc morbum σταυριδέως nomine Philosophus intellexit de Gener. Anim. IV. 3. In Germaniaæ quibusdam oris non infrequens morbus: in Hispania Africaque, quam in reliquo orbe, frequentior: in Gallia Narbonensi, Aquitaniaque, quam in reliqua Gallia. Elephantia hæc Græcorum, sive lepra dicitur: a qua differt elephantia Arabum, qui insignis est

unius vel alterius pedis tumor.

<sup>b</sup> *Mox inarescente*] Cutæ videlicet, quæ vox post paulo sequitur. Ita porro MSS. non *invalescente*, ut prius.

<sup>c</sup> *Dura alibi*] Celsus III. 25. ‘ Summa cutis inæquabiliter crassa, tenuis, dura, mollisque, quasi squamis quibusdam exasperatur.’

<sup>d</sup> *Nigrescente*] Vide Notas et E-mend. num. 1.

<sup>e</sup> *Ægypti*] Marcellus Empiricus loc. cit.

<sup>f</sup> *Quippe in balneis solia*] Solium vas erat, in quo sedentes lavabantur.

<sup>g</sup> *Gemursam*] Festus: ‘ Gemursa sub minimo digito pedis tuberculum, quod gemere faciat enim qui id gerat.’

<sup>h</sup> *Sicuti colum*] Κολικὸς πόθος, morbus majoris intestini. Sunt qui κωλυκὸν scribi malint. Vide Vossium in Etymol. verbo, *Colicus dolor*.

magna civitatis ambage, cum edicto ejus excusantis valetudinem, legeretur<sup>2</sup> nomen incognitum. Quid hoc esse dicamus, aut quas Deorum iras?<sup>3</sup> Parum enim erant homini certa morborum genera, cum supra<sup>4</sup> CCC. essent, nisi etiam nova timerentur? Neque ipsi autem homines pauciora sibi opera sua<sup>5</sup> negotia important.

(II.) Haec apud priscos erant, quae memoramus, remedia, medicinam ipsa quodammodo rerum natura faciente, et diu suere. Hippocratis<sup>b</sup> certe, qui primus medendi praecepta clarissime condidit, referta herbarum mentione invenimus volumina: nec minus Diocles Carystii, qui secundus aetate famaque extitit: item Praxagorae, et Chrysippi, ac deinde Erasistrati: Herophilo quidem, quanquam subtilioris sectae conditori, ante omnes celebratam rationem eam paulatim usu efficacissimo rerum omnium magistro, peculiariter utique medicinæ, ad verba garrulitatemque de-

<sup>3</sup> Cod. Dalec. *minas*.—<sup>4</sup> Chiff. *super*.—<sup>5</sup> Cod. Dalec. *opere suo*.—<sup>6</sup> Gronov.

#### NOTÆ

<sup>b</sup> *Hippocratis*] Habuit hunc Plinius ante oculos Corn. Celsi locum, dum haec conderet, ex præfatione vide-licet operis ejus: ‘ Democriti autem, ut quidam crediderunt, discipulus Hippocrates Cous, primus quidem ex omnibus memoria dignus .... Post quem Diocles Carystius, deinde Praxagoras et Chrysippus: tum Herophilus, et Erasistratus, sic artem hanc exercuerunt, ut etiam in diversas curandi vias processerint .... Donec Aselepiades medendi rationem ex magna parte mutavit. Ex cuius successoribus Themison nuper ipse quoque quædam in senectute deflexit.’ De Herophilo et Erasistrato rursum xxix. 3. et 5. De Praxagora, Crinagoræ extat epigramma in Anthologia, lib. iv. tit. 13. Κριναγόρου εἰς εἰκόνα Πραξαγόρου ἴατροῦ. Αὐτὸς σοι Φοίβῳ πάϊς λαθικηδέα τέχνης ἰδμοσύνην, πα-

νάκη χεῖρα λιπηνάμενος, Πρηξαγόρη, στέρ-  
νοις ἐνεμάξατο τοι γὰρ ἀνίαι Ὁρυννται  
δολικῶν δππόσαι ἐκ πυρετῶν, Καὶ δπόσα  
τμηθέντος ἐπὶ χρόδες ἄρκια θεῖναι Φάρμα-  
κα, πρηηῆς οἰσθα παρ' Ἡπιδυῆς. Θυητοῖ-  
σιν δὲ εἰ τοῖοι ἐπήρκεον ἵητῆρες, Οὐκ ἂν  
ἐπορθμεύθῃ νεκροβαρῆς ἄκατος. Ipse ma-  
nus Panaces succo tibi maximus unxit  
Phæbigena, atque artes tradidit ipse  
suas, Praxagora, fixisque animo: quos  
namque dolores Corporibus febris gig-  
nere longa solet, Et bene quæ sectis  
ponantur in artibus herbæ, Quis liquor,  
a miti doctus es Epione. Si medici tales  
multi mortalibus essent, Non, ut nunc,  
umbris iret onusta ratis. Aesculapii  
conjux Epione, vel nata, fertur.  
Meminit et Tzetzes Praxagoræ: Τιοι  
τοῦ Ἰπποκράτους δὲ δ Θεσσαλὸς καὶ δ  
Δράκων οὖς καὶ τὸν Πραξαγόραν δὲ τὸν  
Κῶν καὶ ἐτέρους ἴατρικὴν ἐδίδαξεν.

fendente.<sup>6c</sup> Sedere namque in his scholis<sup>7</sup> auditioni operatos<sup>8d</sup> gratius erat, quam ire per solitudines, et querere herbas alias aliis diebus anni.

VII. (III.) Durabat tamen antiquitas firma, magnasque confessæ rei vindicabat reliquias, donec Asclepiades ætate Magni Pompeii orandi<sup>i</sup> magister,<sup>f</sup> nec satis in arte ea quæstuosus, ut ad alia, quam forum, sagacis ingenii,<sup>2</sup> huc se<sup>g</sup> repente convertit: atque (ut necesse erat, homini, qui nec id egisset, nec remedia nosset, oculis usque<sup>3</sup> percipienda) torrenti ac meditata quotidie oratione blandiens omnia abdicavit; totamque medicinam ad causam revocando,<sup>h</sup> conjecturæ<sup>4</sup> fecit: quinque res maxime communium auxiliorum<sup>i</sup> professus, abstinentiam cibi, alias vini,<sup>5j</sup> fricationem

---

et al. vett. descendente. ‘Bene eruditus Harduius, defendant, e cod. Reg. 1. Infelicit Cl. Rezzonicus, peculiariter utique medicina ad verba garrulitatemque descendente. Quid enim tunc regeret, celebratam rationem can?’ Brotier.—7 Dalec. namque in scholis.—8 ‘Sic cod. Reg. 1. et eleganter. In cod. Reg. 2. operatus. Male cod. Reg. 5. et Cl. Rezzonicus, occupatum.’ Brotier. Dalecampius habet etiam *occupatum*.

CAP. VII. 1 Cod. Dalec. rhetorices. Mox, non satis arte ea quæstuosa, vir ad, &c. Vet. Dalec.—2 Ita codd. Hardui et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. ut ad alia sagacis ingenii Gronov. et vulgg.—3 Chiff. oculis usque.—4 Ita codd. Hardui, Regg. Brot. 2. 5. Chiff. et Vet. Dalec. item edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. causam r. conjecturas Editio princeps; causam r. conjecturam Gronov. et vulgg. causam r. conjecturam cod. Dalec. causas

#### NOTÆ

<sup>c</sup> *Defendant*] Vide Notas et Emend. num. 2.

<sup>d</sup> *Auditioni operatos*] Hoc est, operam dantes. Sic, ‘operari liberalibus studiis,’ Tacitus: Maro, ‘novis arvis operata juventus.’ Naso denique, ‘studiis operata Minervæ,’ Latine dixere.

<sup>e</sup> *Magnasque*] Diu servata ea ratio est, quæ remedia petebat ex herbis, cum essent confessæ omnibus et exploratae ejus utilitates.

<sup>f</sup> *Orandi magister*] Hoc est, artis oratoriæ, ex qua instituebat ille sibi quæstum, nec tamen maximum in ea fecit. De Asclepiade agemus in Auctorum Indice.

<sup>g</sup> *Huc se]* Ad medicinæ tractati-

onem.

<sup>h</sup> *Ad causam revocando*] Ita Reg. 1. In Reg. 2. *causas*. Ad suas, inquit, singula quæque causas revocando, morbos scilicet, ac remedia, novam medicinam ex conjectura instituit.

<sup>i</sup> *Communium auxiliorum*] Hunc libro suo titulum Asclepiades præfixerat. Celsus 11. 14. de frictione: ‘De frictione vero,’ inquit, ‘et gestatione, adeo multa Asclepiades, tanquam inventor ejus, posuit, quod in eo volumine, quod Communum Auxiliorum scripsit, cum trium tantum faceret mentionem, vini scilicet, aquæ, et gestationis, tamen maximam partem in hoc consumserit,’ &c.

corporis, ambulationem, gestationes : quæ cum unusquisque semetipsum sibi præstare posse intelligeret, faventibus cunctis, ut essent vera quæ facillima erant, universum prope humanum genus circumegit in se, non alio modo, quam si cœlo emissus advenisset.

VIII. Trahebat præterea mentes artificio mirabili, vinum promittendo ægris, dandoque tempestive, tum frigidam aquam. Et quoniam causas morborum scrutari prior Herophilus instituerat, vini rationem illustraverat Cleopanthus apud priscos, ipse cognominari<sup>2</sup> se<sup>a</sup> frigida danda præferens, ut auctor est M. Varro, alia quoque blandimenta excogitabat, jam suspendendo lectulos, quorum jactatu<sup>3</sup> aut morbos extenuaret, aut somnos alliceret : jam balineas avidissima hominum cupidine instituendo, et alia multa dictu grata atque jucunda : magna auctoritate : nec minore fama, cum occurrisset ignoto funeri relato homine<sup>b</sup> ab rogo atque servato, ne quis levibus momentis tantam conversionem<sup>c</sup> factam existimet. Id solum possumus indignari, unum hominem e levissima gente,<sup>d</sup> sine opibus ullis orsum,



*r. conjecturam Chiffi. causam r. conjecturalem al. vett. ap. Dalec.—5* ‘Muretus Var. Lect. lib. xv. delet hæc duo verba, alias vini. Ego lego aliquando vini, ut sint quinque ab eo commendata, quot fuisse dixit.’ Dalec.

CAP. VIII. 1 Cod. Dalec. *vino*. Mox, Chiffi. *jam frigidam*.—2 Cornarius, *Dosipsychros* ipse cognominari. Mox *frigidam dando cod.* Dalec.—3 Chiffi.

#### NOTÆ

<sup>j</sup> *Alias vini*] Ita MSS. omnes. Hoc est, aliquando etiam vini.

<sup>a</sup> *Cognominari se*] Forte Δοσίψυχρον. De eo agemus in Auctorum Indice.

<sup>b</sup> *Relato homine*] Id jam delibatum ante VII. 37. Fabulam speciose narrat Apuleius Florid. lib. iv. p. 30. ‘Asclepiades ille,’ inquit, ‘inter præcipuos Medicorum, si unum Hippocratem excipias, ceteris princeps, primus etiam vino reperit ægris opitulari : sed dandi scilicet in tempore : eujus rei observationem probe callebat, ut qui diligentissime animadverteret venarum pulsus iuconditos

vel præclaros. Is igitur cum forte in civitatem sese recipere, . . . aspergit in pomæriis civitatis fonus ingens locatum . . . Jam miseri illius membra omnia aromatis perspersa . . Etiam atque etiam pertractavit corpus hominis, et invenit in illo vitam latenter. Confestim exclamavit, vi vere hominem,’ &c.

<sup>c</sup> *Tantam conversionem*] Conversiōnem animorum a vetere instituto ad novam medicinam.

<sup>d</sup> *E levissima gente*] Asiatica scilicet. Nam Prusiensis fuit.

vectigalis<sup>e</sup> sui causa, repente leges salutis humano generi dedisse, quas tamen postea abrogavere multi. Asclepiadem adjuvare multa, in antiquorum cura nimis anxia et rudia,<sup>f</sup> ut obruendi ægros<sup>f</sup> veste, sudoresque omni modo ciendi: nunc corpora ad ignes torrendi, Solesve assiduo quærendi,<sup>g</sup> in urbe nimbosa,<sup>g</sup> immo vero tota Italia imperatrice: tum primum pensili balinearum<sup>h</sup> usu ad infinitum blandientem. Præterea in quibusdam morbis medendi cruciatus detraxit, ut in anginis, quas curabant<sup>i</sup> in fauces organo demisso. Damnavit<sup>j</sup> merito et vomitiones, tunc supra modum frequentes. Arguit<sup>k</sup> et medicamentorum potus stomacho inimicos, quod est<sup>l</sup> magna ex parte retitum.<sup>m</sup> Itaque nos in primis quæ sunt stomacho utilia signamus.<sup>n</sup>

IX. (IV.) Super omnia adjuvare eum magicæ vanitates,

---

*jactatura.*—4 Ita ex codd. Harduin et recentt. multa, quorum cura... rudit Gronov. et vulgg.—5 Vet. Dalec. torrendo sol. ass. querendo.—6 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. urbe umbrosa Gronov. et vulgg. Mox, tota I. i. f. p. pensilium bal. us. ad inf. blandiente Vet. Dalec. toti Italiae al. vet.—7 Alii curabat. —8 Vet. Dalec. et Chiff. verum. Vid. Cels. Praefat. lib. v. ‘Quod est magna ex parte retitum’ Bene Ms. Reg. 1. Nempe quod magna medicorum pars vetat. Male vulgo MSS. et Editio princeps, quod est magna ex parte verum.’ Brotier.—9 Vet. Dalec. signemus.

#### NOTÆ

<sup>e</sup> *Vectigalis]* Quæstus sui causa.

<sup>f</sup> *Ut obruendi ægros]* De hac curandi ratione Celsus III. 9. ‘Apud antiquos quoque,’ ait, ‘ante Herophilum et Erasistratum, maximeque post Hippocratem, fuit Petro quidam, qui febricitantem hominem ubi acceperat, multis vestimentis operiebat, ut simul calorem ingentem sitimque excitaret. Deinde ubi paulatim remitti cœperat febris, aquam frigidam potui dabat,’ &c.

<sup>g</sup> *In urbe nimbosa]* Vide Notas et Emend. num. 3.

<sup>h</sup> *Pensili balinearum]* Pensiles balneas invenisse priuum Sergium Oratam vidimus IX. 79.

<sup>i</sup> *Quas curabant]* Medici priores specillo in fauces demisso, aliove si-

mili instrumento, anginas curabant, non sine cruciatu.

<sup>j</sup> *Damnavit]* Celsus 1. 3. ‘Rejectum esse ab Asclepiade vomitum in eo volumine, quod de tuenda sanitate composuit, video: neque reprehendo, si offensus est eorum consuetudine, qui quotidie ejicendo vorandi facultatem moluntur,’ &c.

<sup>k</sup> *Arguit]* Celsus in Praefat. lib. y. ‘Medicamentorum usum ex magna parte Asclepiades non sine causa sustulit: et cum omnia fere medicamenta stomachum lœdant, malique succi sint, ad ipsius victus rationem potius omnem curam suam transtulit.’

<sup>l</sup> *Quod est]* Quod et magna pars Medicorum vetat.

in tantum evectæ, ut abrogare herbis fidem cunctis possent. *Æthiopide*<sup>m</sup> herba<sup>1</sup> amnes ac stagna siccari conjectu, tactu clausa omnia aperiri. Achæmenide conjecta in aciem hostium trepidare agmina, ac terga vertere.<sup>2</sup> Latacen dari solitam a Persarum rege legatis, ut quocumque venissent, omnium rerum copia abundantaret, ac multa similia. Ubinam istæ fuere, cum Cimbri Teutonique<sup>3</sup> terribili Marte ulularent, aut cum Lucullus tot reges magorum paucis<sup>n</sup> legionibus sterneret? Curve Romani duces primam semper in bellis commerciorum<sup>4</sup> habuere curam? Cur Cæsar is miles<sup>5 p</sup> ad Pharsaliam famem sensit, si abundantia omnis contingere unius herbæ felicitate poterat? Non satius fuit Æmilianum Scipionem Carthaginis portas herba patefacere, quam machinis claustra per tot annos quatere? Siccentur hodie Meroide<sup>q</sup> Pomptinæ<sup>6 r</sup> paludes, tantumque agri suburbanæ reddatur Italiæ.<sup>s</sup> Nam quæ apud eundem De-

---

CAP. IX. 1 *Æthiopidis herbae* Vet. Dalec.—2 Dalec. verti.—3 *Teutonesque* Vet. Dalec.—4 Vet. Dalec. *commeatuum*.—5 <sup>t</sup> *Cur Cæsar is miles*] Ita hene codd. et Editio princeps. Frustra in recentioribus editionibus additum, *Cur hercule Cæsar is miles*. Brotier.—6 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Meroide*

#### NOTÆ

<sup>m</sup> *Æthiopide*] De *Æthiopide* et Achæmenide inter herbas Magicas dictum est superius **xxiv. 102.**

<sup>n</sup> *Magorum paucis*] Mithridatem, Tigranemque, quos cum diuensis peditum millibus, equitum sexaginta congressos acie devicit, anno Urbis **DCLXXXV.** multis antea secundissimis præliis terra marique factis. Magorum reges appellat, quod plurimi in iis terris in arte ea se exercerent.—‘*Multos in Parthia regulos Magorum hoc nomine Plinius designat; non Mithridatem unum, vel Tigranem.*’ Vide **xxx. 1.** *Ed. sec.*

<sup>o</sup> *Commerciorum*] Ne militi commeatus decesset, frustra laborabant: quin enim latacen sibi coëmbeant a Persis?

<sup>p</sup> *Cur [hercule] Cæsar is miles*] Fru-

menti penuria laborasse Cæsar is exercitum, scribit etiam Dio lib. **XLI.** p. 198. Vide et *Tranquillum* in *Julio*, cap. 68.

<sup>q</sup> *Meroide*] Hoc est, herba *Æthiopide*, quam et *Meroide* appellari admonuit **xxiv. 102.**

<sup>r</sup> *Pomptinæ*] Sive *Pontinæ*: qua de palude diximus **iii. 9.** Destinabat hanc siccare Julius Cæsar, sub tempus cædis, nt auctor est *Suetonius* in ejus *Vita*, cap. 44. Siccata quondam a Cornel. Cethego Consule, anno Urbis **DXCIV.** nt auctor est *Livius* in *Epitome* lib. **XLVI.** Hodie *Paludi Pontine*. Siccari necdum penitus potuere, tum propter amplitudinem, tum propter interfluentes amnes.

<sup>s</sup> *Suburbanæ . . . Italiae*] Ei parti

mocritum invenitur compositio medicamenti, quo pulchri bonique et fortunati gignantur liberi, cui unquam<sup>7</sup> Persarum regi tales dedit? Mirum esset profecto, hucusque provectam credulitatem antiquorum, saluberrimis ortam initios: si in ulla re modum humana ingenia novissent, atque non<sup>8</sup> hanc ipsam medicinam ab Asclepiade repertam, suo loco<sup>9</sup> probaturi essemus evectam ultra magos etiam. Sed haec est omni in re animorum conditio, ut, a necessariis orsa primo, cuncta<sup>9</sup> pervenerint ad nimium. Igitur demonstratarum priore libro herbarum reliquos effectus redemus: adjiciemus,<sup>10</sup> ut quasque ratio dictaverit.

X. Sed in lichenis remediis, atque tam feedo malo, plura undique acervabimus, quanquam non paucis jam demonstratis. Medetur ergo plantago<sup>a</sup> trita, quinquesfolium, radix albuci<sup>b</sup> ex aceto, ficulni<sup>c</sup> caules<sup>c</sup> aceto decocti, hibisci radix<sup>d</sup> cum glutino et aceto acri decocta ad quartas.<sup>e</sup> Defricantur<sup>f</sup> etiam pumice, ut rumicis radix trita



*Pomptinae* Chiff. *Æthiopide Pontinæ* Gronov. et vulgg.—7 Ita ex codd. Harduin et recentt. cur nunquam Gronov. et al. vett.—8 Vet. Dalec. atqui nos. Mox, probatuli sumus margo edd. Dalec. et Gronov.—9 Cod. Dalec. primum, aucta.—10 Chiff. adjidentes; cod. Dalec. adjiciemusque quas ratio. Mox, Chiff. dictabit.

CAP. X. 1 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *ficulnei* Gronov. et al. vett.—2 Chiff. *quartanas*.—3 Vet. Dalec. pu-

#### NOTÆ

Italiæ, quæ Urbi est proxima, Latium novum ac vetus intelligit. Eodem sensu Florus III. 19. Siciliam appellat ‘provinciam quodammodo suburbanam,’ quod erat ea Urbi vicina.

<sup>a</sup> *Suo loco*] Lib. XXIX. cap. 5. ubi de auctoritate ac potentia Medicorum, qua Magos etiam superarunt.

<sup>a</sup> *Medetur ergo plantago*] Et hoc remedium ad ipsam quoque elephantiasim pertraxit Celsus III. 25. ‘Corpus,’ inquit, ‘contrita plantago et illita tueri optime videtur.’

<sup>b</sup> *Radix albuci*] Sive asphodeli, de quo XXI. 68.

<sup>c</sup> *Ficulni caules*] Marcellus Empir. cap. 19. pag. 129. ‘Ficulni caules teneri in aceto execoeti, triti, et illiti, mentagrae (hoc est, licheni,) medentur. Idem præstat hibisci radix eug lupino et aceto, ad tertias cocta et apposita.’

<sup>d</sup> *Hibisci radix*] Vide Notas et E-mend. num. 4.

<sup>e</sup> *Ad quartas*] Marcellus Empir. loc. cit. *ad tertias*. Plinius Valer. II. 56. *Ad quartas*.

<sup>f</sup> *Defricantur*] Marcellus Empir. c. 19. p. 130. ‘Lapathi agrestis radices sarenlo erue, easque sine ferro contunde: adjectoque acri aceto

ex aceto illinatur, et flos visci<sup>3</sup> cum calce subactus. Laudatur<sup>b</sup> et tithymali<sup>4</sup> cum resina decoctum. Lichen vero<sup>i</sup> herba omnibus his præfertur, inde nomine invento. Nascitur in saxosis, folio uno ad radicem lato, caule uno parvo, longis foliis dependentibus. Hæc delet et stigmata. Teritur cum melle. Est aliud<sup>j</sup> genus lichenis, petris totum inhærens,<sup>5</sup> ut muscus, qui et ipse illinitur.<sup>k</sup> Hic et sanguinem<sup>l</sup> sistit vulneribus instillatus, et collectiones illitus. Morbum quoque<sup>m</sup> regium cum melle sanat, ore illito, et lingua. Qui ita curantur, salsa<sup>6</sup> lavari jubentur, ungi oleo amygdalino, hortensiis<sup>n</sup> abstinere. Ad lichenas<sup>o</sup> et thapsiae radice utuntur trita cum melle.

XI. Anginæ<sup>p</sup> argemonia<sup>1</sup> medetur sumta ex vino: hysopum cum vino<sup>2</sup> decoctum et gargarizatum: peucedanum

*mice, et rumicis, &c. illinitur, et flos hibisci.*—4 Cod. Dalec. *tithymalum*.—5 Cod. Dalec. *tantum adhærens*; Vet. Dalec. *in totum inhærens*; Cliffl. *totum adhærens*.—6 Gronov. et al. vett. *aqua salsa*.—7 Vet. Dalec. *hortensibus*.

CAP. XI. 1 Vet. Dalec. *argemone*.—2 Cliffl. *cum fico*.—3 Cod. Dalec.

#### NOTÆ

subige, et parum salis misce, atque ex eo omnem corporis asperitatem in balneo cum sudore confrica, cito sanat.<sup>j</sup> Est autem lapathum sylvestre, rumex Latinis.

<sup>g</sup> *Et flos visci*] Pars ea visci levior, quæ inter coquendum supernat. Marcellus Empir. c. 19. p. 129. et Plinius Valer. II. 56. totidem hoc apicibus transcripsere..

<sup>h</sup> *Laudatur*] Plinius Valer. loc. cit. Tithymali succo hanc vim lichenas sanandi Dioscorides adjudicat, IV. 165.

<sup>i</sup> *Lichen vero*] Lichen petræus, caulinulo pileolum sustinente, visus a nobis in horto Regio: delineatum a nemine herbariorum adhuc vidi, quos quidem legerim. Pictum tamen a nescio quo audio.

<sup>j</sup> *Est aliud*] Dioscor. IV. 53. Λειχήν ὁ ἐπὶ τῶν πετρῶν, οἱ δὲ βρύον καλοῦσι, βρύον ἔστι προσεχόμενον ταῖς ἐνδρόσιοι

*πέτραις*. Ea est quæ omnibus tum officinis tum herbariis hodie dicitur Hepatica, quod jocinerum fibris similis conspicitur. Pingitnr a Dodonaeo p. 470. Sic etiam Anguillara par. XIV. p. 264.

<sup>k</sup> *Qui et ipse illinitur*] Ad sanandos lichenas. Diosc. loc. cit. et Galenus de Fac. Simp. Med. lib. VII. pag. 201.

<sup>l</sup> *Hic et sanguinem*] Dioscor. loc. cit. Τοῦτο καταπλασθὲν αἵμορφαγλαΐστησι, καὶ φλεγμὸνὰς παρατείται, καὶ λειχῆνας θεραπεύει.

<sup>m</sup> *Morborum quoque*] Vide Notas et Emend. num. 5.

<sup>n</sup> *Hortensiis*] Hoc est, omni olere.

<sup>o</sup> *Ad lichenas*] Plinius Valer. II. 56.

<sup>p</sup> *Anginæ*] Fanciūm vitiiis generatim et universe prodesse argemoniam scribit Marcellus Empir. c. 15. p. 110.

num<sup>r</sup> cum coagulo vituli marini æquis partibus. Proserpinaca<sup>s</sup> cum muria ex mænis et oleo trita, vel sub lingua habita. Item succus<sup>t</sup> de quinquefolio, potus cyathis tribus. Hic et omnibus faucium vitiis medetur gargarizatus: verbascum<sup>z</sup> privatim tonsillis in aqua potum.

XII. (v.) *Strumis*<sup>a</sup> *plantago*: *chelidonia* cum melle et axungia: quinquefolium:<sup>b</sup> radix persolatae, item cum axungia, operitur folio suo imposta. Item *artemisia*: radix mandragoræ<sup>c</sup> ex aqua. *Sideritis latifolia*<sup>d</sup> clavo sinistra manu circumfossa adalligatur,<sup>i</sup> custodienda sanatis, ne rursus sata diro herbariorum scelere (ut in quibusdam)<sup>e</sup> rebellet:<sup>z</sup> quod in his, quos *artemisia* sanaverit, prædicti<sup>j</sup> reperio: item in his, quos *plantago*. *Damasonium*,<sup>f</sup> quæ et alcea vocatur,<sup>g</sup> sub solstitio collecta, imponitur ex aqua



medetur. *Gargarizatur verbascum*.

CAP. XII.—1<sup>r</sup> Ita cod. Reg. 2. et Editio princeps. De sideriti latifolia vide supra xxv. 19.<sup>r</sup> Brotier. Ita quoque Vet. Dalec. et Chiff. *lata folia*... *adalligantur* Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—2 Vet. Dalec. *quibusdam morbus rebellet*.—3 Dalec. edici.—4 *Damasonium*, quod *alisma* vocant Vet.

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *Hyssopum cum vino*] Vide Notas et Emend. num. 6.

<sup>r</sup> *Pucedanum*] Plinius Valer. 1. 52.

<sup>s</sup> *Proserpinaca*] De ea dicemus XXVII. 104. Marcellus c. 15. p. 106. ‘Herbæ proserpinalis, quæ draconitione dicitur, contritæ succo, admisceto salsam aquam, et olei parum: atqne inde linguam, et quæ sunt circa linguam, et fauces, perfriato, donec vomat cui medebere, cito sanabitur.’

<sup>t</sup> *Item succus*] Plinius Valer. 1. 52. cui titulum fecit, ‘Anginæ medendo,’ iisdem verbis: ut et Apuleius, c. 2. de quinquefolio, tit. 6.

<sup>a</sup> *Strumis*] Apuleius c. 1. de plantagine, tit. 11. ad omnem corporis duritiam adhibet. Ad strumas Diosc. II. 153, et Marcellus Empir. c. 15. p. 107.

<sup>b</sup> *Quinquefolium*] Apuleius cap. 2. de quinquefolio, tit. 10. ‘Ad herpetas, et chœradas, et omnes duritias:’

‘Herba quinquefolium aceto decocta, et trita, et corpori imposta, herpetas, et chœradas, et omnes duritias mirifice sanat.’ *Xoipdōes strumæ* sunt: quibus quinquefolii tritam radicem prodesse ait Diosc. IV. 42.

<sup>c</sup> *Radix mandragoræ*] Diosc. IV. 76. Σὺν ὅδαι δὲ (ἡ βίζα λεία) χοιρδᾶς καὶ φύματα διαχεῖ.

<sup>d</sup> *Sideritis latifolia*] De qua XXV. 19. ‘Nostræ eam, quæ est latissimo folio, scopam regiam vocant.’

<sup>e</sup> *Ut in quibusdam*] In ranunculo et plantagine, ut dictum est anteriore libro c. 109. In iride quoque, ut monuit idem, XXI. 83.

<sup>f</sup> *Damasonium*] Ad tumores commendatur a Dioscor. III. 169.

cœlesti, folium tritum, vel radix<sup>s</sup> cum axungia tusa, ita ut imposita folio suo operiatur. Sic et ad omnes cervicis dolores, tumoresque quacumque in parte.

**xiii.** Bellis<sup>g</sup> in pratis nascitur, flore albo, aliquatenus rubente. Hanc cum artemisia illitam, efficaciorem esse produnt.

**xiv.** Condurdum<sup>h</sup> herba<sup>i</sup> solstitialis, flore rubro, suspensa in collo, comprimere dicitur strumas. Item verbenaca,<sup>j</sup> cum plantagine. Digitorum<sup>j</sup> vitiis omnibus, et privatum pterygiis, quinquefolium medetur.

**xv.** In pectoris vitiis vel gravissimum est tussis: huic medetur<sup>k</sup> panacis radix in vino dulci. Succus<sup>l</sup> hyoscyami etiam sanguinem exscreantibus: nidor quoque accensi tussientibus. Item scordotis<sup>m</sup> mixto nasturtio, et resina, cum melle<sup>n</sup> tusa arida. Facit et per se<sup>n</sup> faciles exscretiones. Item centaurium<sup>o</sup> majus, vel sanguinem<sup>p</sup> rejicientibus: cui vitio<sup>p</sup> et plantaginis succus medetur. Et

Dalec.—5 Vet. Dalec. nempe folium, &c. Alii vett. ap. Dalec. folio trito, vel radice.

CAP. XIV. 1 Chiff. quoque herba.

CAP. XV. 1 Chiff. et melle; Vet. Dalec. et cum melle.—2 Cod. Dalec. et

#### NOTÆ

<sup>s</sup> *Bellis*] Bellis hæc sylvestris est disco luteo, foliolis ex albo rubro mixtis, in Eystettensi horto picta, visa a nobis in Regio. E genere earum est, quas vulgus appellat *Pasquettes*, et *Marguerites*.

<sup>h</sup> *Condurdum*] Herbariis ad hunc diem haud liquet, quid condurdum sit. Ac nihil magis compertum, eane sit solstitialis herba, enjus meminit in Pseudolo Plantus 1. 36. ‘Quasi solstitialis herba, paulisper fui: Repente exortus sum, repentina occidi.’

<sup>i</sup> *Item verbenaca*] Apuleius cap. 3. de verbenaca, tit. 1. ‘Ad strumas:’ ‘Herbæ verbenacæ radix in collo ligata, summe juvat.’ De plantagine idem Dioscorides affirmat, II. 153.

<sup>j</sup> *Digitorum*] Diosc. IV. 42.

<sup>k</sup> *Huic medetur*] Dioscor. III. 55. et Plinius Valer. I. 58.

<sup>l</sup> *Succus*] Marcellus Empir. c. 17. p. 125. et Plinius Valer. IV. 69.

<sup>m</sup> *Item scordotis*] Totidem verbis Diosc. III. 125.

<sup>n</sup> *Facit et per se*] Hoc est, sola. Diosc. loc. cit.

<sup>o</sup> *Item centaurium*] Marcellus Empir. c. 16. p. 118. ‘Herba centauria trita ex vino dulci bibitur, tussi laborantibus mire prodest, etiam his qui sanguinolentum aut purulentum extussiunt, quos phthisicos dicunt.’ Galenus quoque de Fac. Simp. Med. lib. VII. p. 188.

<sup>p</sup> *Cui vitio*] Diosc. II. 152.

Vettonica<sup>4</sup> obolis tribus in aqua, contra purulentas, contraque cruentas exscrectiones. Persolatae<sup>5</sup> radix drachmæ<sup>3</sup> pondere, cum pineis nucleis undecim. Peucedani<sup>6</sup> succus, pectoris doloribus, et acorum<sup>4</sup> subvenit, et ideo<sup>7</sup> antidotis miscetur. Tussi daicum:<sup>8</sup> item Scythica herba. Ea demum<sup>w</sup> omnibus pectoris vitiis, tussi, et purulenta exscrentibus, obolis tribus in passo.

(vi.) Totidem<sup>x</sup> verbascum, cuius est flos aureus.<sup>5</sup> Tanta huic vis est, ut jumentis etiam non tussientibus modo, sed ilia quoque trahentibus, auxilietur potu: quod et de Gentiana reperio. Radix cacaliae<sup>y</sup> commanducata,<sup>6</sup> et in vino madesfacta, non tussi tantum, sed et faucibus prodest. Hyssopi quinque<sup>7</sup> rami cum duobus ruta et ficiis tribus decocti thoracem purgant.

---

sanguinem.—3 Idem codex, didrachmæ.—4 Vet. Dalec. *ut et acorum*.—5 Ita ex codd. Harduinus et recentt. Totidem obolis bibitur verbaseum, cuius flos aureus Chiff. Totidem v. cuius flos aureus Gronov. et al. vett. Mox, *Huic tantavis, ut, &c. cod. Dalec.*—6 Cod. Dalec. *chamaluces, que tussilago dicitur, commanducata*; codex alter ejusdem, *cacalia, que et leontica vocatur, commanducata*.—7 *Hyssopi quoque quinque* Gronov. et al. ante Harduin. in eius codd. deerat τὸ quoque. Mox, *et ficibus tribus* Vet. Dalec.

#### NOTÆ

<sup>4</sup> *Et Vettonica*] Marcellus Empir. c. 16. p. 120. non tamen in aqua, sed in passo præbet. Paulo aliter temperat Antonius Musa, sive quis alius, libello de herba Vettonica, tit. 9. et 30. Dioseor. quoque, iv. 1. et Galenus loc. cit. p. 189.

<sup>5</sup> *Persolatae*] Sic Diose. iv. 107. de arecio sive persolata: ήτις βοηθεῖ ποθεῖσα < α' πλῆθος μετὰ στροβίλων, αἷμοπτοῖς, ἐμπύκιοις. *Drachmæ unius* pondere pota cum pineis nucleis, cruenta exsputentibus, purulentaque exscrentibus auxiliatur.

<sup>6</sup> *Peucedani*] Diose. iii. 92.

<sup>7</sup> *Et acorum*] Radice videlicet. Dioseor. i. 2.

<sup>8</sup> *Et ideo*] Dioseor. loc. cit. Μήγνυται δὲ καὶ τοῖς ἀντιδότοις ἡ βίξα χρηστός.

<sup>v</sup> *Tussi daicum*] Dioscor. iii. 83. Βηχῶν χρονίων πραῦτικόν.

<sup>w</sup> *Ea demum*] Et pectorum quoque vitiis glycyrrhizam commendat Diose. iii. 7.

<sup>x</sup> *Totidem*] Totidem, inquit, obolis bibitur verbaseum illud, cuius flos aureus est. Blattariam intelligit, similem verbaseo, quæ sœpe fallit pro ea capta, flore luteo, de qua xxv. 60.

<sup>y</sup> *Radix cacaliae*] Diose. iv. 123. et Galenus pariter de Fac. Simp. Med. lib. vii. p. 183.

<sup>z</sup> *Hyssopi quinque*] Vide Notas et Emend. num. 7.—<sup>4</sup> Audiendum interim Augustinus Enarrat. in Psalm. l. Aliiquid etiam dicam, quod a medicis solemus audire, vel experiri in ægrotis. Hyssopum dicunt purgandis

XVI. Tussim sedat<sup>a</sup> bechion, quæ et tussilago dicitur. Duo ejus genera. Sylvestris<sup>b</sup> ubi nascitur, subesse aquas credunt: et hoc habent signum aquileges.<sup>c</sup> Folia sunt<sup>d</sup> majuscula, quam hederæ, quinque aut septem, subalbida a terra, superne pallida, sine caule, sine flore, sine semine, radice tenui. Quidam<sup>e</sup> eandem esse bechion et alio nomine chamæleucen putant. Hujus aridæ<sup>f</sup> cum radice fumus per arundinem haustus et devoratus, veterem sanare dicitur tussim: sed in singulos haustus passum gustandum est.

XVII. Altera<sup>g</sup> a quibusdam salvia appellatur, similis

## NOTÆ

pulmonibus aptum esse,<sup>h</sup> &c.<sup>i</sup> Ed. sec.

<sup>a</sup> *Tussim sedat*] Sic Diosc. III. 126. A *tussi*, quam Græci βῆχα appellant, in utraque lingua nomen habet. Herbariis et Officinis ‘Ungula Caballina,’ vulgo ‘Pata equina,’ inquit Ruellius de Nat. Stirp. III. 60. p. 557. A nonnullis, ‘Farfara.’ Aliis, *Pas d’âne*, *Tussilage*, ut diximus xxiv. 85.

<sup>b</sup> *Sylvestris*] Dioscor. loc. cit. nasci ait circa scaturigines, φύεται περ λιβάδας.

<sup>c</sup> *Aquileges*] Aquarum indagatores, aquarum libratores: ab aquis legendis, sive colligidendis, dicti. Usi ea voce Seneca Natur. Quæst. III. 15. et Plinius Junior Epist. ad Trajanum, x. 38.

<sup>d</sup> *Folia sunt*] Dioscor. ita fere, loc. cit. *Folia χλωρὰ* dixit: Plinius *pallida* transtulit: adjecitque sine caule esse ac sine flore, quoniam scilicet fugacissimi, iisque enatis brevi vigor et vita durat, longissimaque mora bidentum, post quod illico tempus flaccidescentes evanescunt, caducique marcent. Quare nonnisi iis, qui medio vere sese forte fortuna ferunt observiam, et flos et caulis cernitur. Ita fere Ruellius III. p. 557.

<sup>e</sup> *Quidam*] Et illi quidem recte,

ut ante monuimus xxiv. 85.

<sup>f</sup> *Hujus aridæ*] Diosc. loc. cit. et Galenus de Fac. Simp. Med. lib. vi. p. 164. Marcellus Empir. c. 16. p. 121. Ad tussem remedium efficax: ‘Herba quæ Gallice Calliomarcus, Latine equi ungula vocatur, collecta Luna vetere liduna die Jovis, siccata prius in ollam novam mittitur cum prunis ardentibus, quæ intra ollam mitti debent: superficies sane ejus argilla diligenter claudi debet, et calamus inseri, per quem humor vel fumus caloris hauriatur intra os, donec arteriam omnem et stomachum penetrat.’ Unde et illud intelligis veteribus Gallis *Calliomarcum* idem valuisse atque equinam ungulam. March certe veteribus Gallis, hodieque Britonibus Aremoricis, *equum* sonat: quod et Pausanias testatur, in Phocicis, seu lib. x. p. 645. *Liduna* porro quæ vox in eo Marcelli loco, aliasque, occurrit, Lunam decrescentem significat, ut abunde declarat DuCangius in Glossario, verbo *Ledo*.

<sup>g</sup> *Altera*] Sylvestre hoc verbascum esse, simile salviæ, de quo diximus libro anteriore, cap. 73. cum Ruellio, non ignobili sane herbario, suspicamur.

verbasco: conteritur ea et colata calefit,<sup>1</sup> atque ita ad tussim laterisque dolores bibitur: contra scorpiones eadem et dracones marinos efficax. Contra serpentes quoque ex oleo perungi ea prodest. *Hyssopi*<sup>h</sup> fasciculus cum quadrante<sup>z</sup> mellis decoquitur ad tussim.

XVIII. (vii.) *Lateris*<sup>i</sup> et pectoris doloribus<sup>j</sup> verbasco cum ruta ex aqua: *Vettonicae*<sup>j</sup> farina bibitur ex aqua calida.

*Stomachum*<sup>k</sup> corroborat scordotis succus: *centaurium*,<sup>l</sup> *Gentiana*<sup>m</sup> ex aqua potae. *Plantago* aut per se sumita in cibo, aut cum lente, aliceve sorbitione. *Vettonica*<sup>n</sup> alias gravis stomacho, vitia tamen sanat pota, vel foliis commanducata. Item *aristolochia* pota: *agaricum*<sup>o</sup> manducatum siccum, ut ex intervallo merum sorbeatur: *nymphæa*<sup>p</sup> heraclia illita: peucedani<sup>q</sup> succus. *Psyllion*<sup>r</sup> ardoribus imponitur: vel cotyledon<sup>s</sup> trita polenta, vel aizoum.

XIX. Molon<sup>a</sup> scapo est striato, foliis mollibus, parvis,



CAP. XVII. 1 *Chiffl. calcific.*—2 Idem codex, et cum quadrante.

CAP. XVIII. 1 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Ad lateris et pectoris dolores* Vet. Dalec. *Lateris et pectoris dolores* Gronov. et vulgg.—2 Gronov. *centaureum*.

#### NOTÆ

<sup>b</sup> *Hyssopi*] Celsus iv. 4. de tussi: 'Oportet hyssopum altero quoque die bibere.'

<sup>i</sup> *Lateris*] Totidem fere verbis Marcellus Empir. cap. 24. pag. 169.

<sup>j</sup> *Vettonicae*] Marcellus Empir. loc. cit. et cap. 17. p. 125. et 126. Anton. Musa, sive quis alias, de *Vettonica*, tit. 8. et 14.

<sup>k</sup> *Stomachum*] Diosc. III. 125. ad stomachi rosiones commendat. Ad stomachi morsus, quod idem est, Marcellus Empir. c. 20. p. 139.

<sup>l</sup> *Centaurium*] Marcellus Empir. loc. cit. 'Centaureæ tenuis succus, quantum cicer, ex aqua datus, stomachis prodest.'

<sup>m</sup> *Gentiana*] Dioscor. III. 3.

<sup>n</sup> *Vettonica*] Anton. Musa, tit. 10.

'Ad stomachi dolorem.' Et Mar-

cellus Empir. c. 16. p. 117. Item c. 20. p. 142. 145. et 148.

<sup>o</sup> *Agaricum*] Diosc. III. 1.

<sup>p</sup> *Nymphæa*] Diosc. III. 148.

<sup>q</sup> *Peucedani*] Marcellus Empir. c. 20. p. 151. 'Peucedani radicem contritam ex vino qui frequenter biberit, nec stomachi dolorem, nec pulmonis inflationes patietur.' Sic etiam Dioscor. III. 92.

<sup>r</sup> *Psyllion*] Diosc. IV. 70. vim ei summe refrigerandi tribuit.

<sup>s</sup> *Vel cotyledon*] Diosc. IV. 92. stomacho pariter aestuanti imponit.

<sup>a</sup> *Molon*] Μῶλυ videtur esse Dioscoridis III. 54. ut recte suspicatus est Anguillara, par. XII. p. 215. sed accenratius a Latino scriptore, quam a Graeco, delineatum. Pingitur a Clusio Hist. Rar. Plant. I. II. p. 192.

radice iv. digitorum,<sup>1</sup> in qua extrema allii caput est. Vocatur a quibusdam syron. Ex vino stomacho, et dyspnœæ medetur: centaurium majus<sup>b</sup> eeligmate: plantago<sup>c</sup> succo vel cibo: Vettonicæ tusæ pondo libra, mellis Attici semuncia,<sup>2</sup> ex aqua calida quotidie bibentibus. Aristolochia,<sup>d</sup> vel agaricon,<sup>e</sup> obolis ternis ex aqua calida, aut lacte asini pota. Cissanthemos<sup>f</sup> ad orthopneas bibitur: item hyssopum<sup>g</sup> et asthmaticis. Peucedani<sup>h</sup> succus in jocineris doloribus, et pectoris laterisque, si febres non sint. Sanguinem quoque<sup>i</sup> spuentibus subvenit agaricum, Victoriati pondere tritum, et in mulsi quinque cyathis datum. Idem et amomon facit.

Jocineri privatim Teueria<sup>j</sup> bibitur recens, drachmis iv. in poscae hemina: Vettonicæ drachma<sup>j</sup> una in aqua calida cyathis tribus: ad cordis vitia,<sup>k</sup> in frigidæ<sup>+</sup> cyathis duobus. Quinquefolii<sup>l</sup> succus jocineris, et pulmonis vitiis, sanguinemque rejicientibus, et cuicunque sanguinis vitio intus occurrit. Jocineri<sup>m</sup> anagallides mire prosunt. Cap-

---

CAP. XIX. 1 <sup>‘</sup> Cl. Guettard ex Diosc. III. 54. emendat: *scapo est stricto ... caule IV. digitorum.* Vet. Dalec. etiam *stricto.*—2 Vet. Dalec. *pondō cum libra mellis Attici semunciam;* cod. Dalec. *pondō l. m. A. hemina.*—3 Teuerion Vet. Dalec.—4 Ita ex codd. Harduin et recentt. *aqua calida,* &c. *frigida* margo edd. Dalec. et Gronov. *aqua calida,* &c. *in frigida* Gronov. et vulgg.—

#### NOTÆ

quale vidimus in horto Regio. Fre-  
quens in Dalmatia.

<sup>a</sup> *Centaurium majus*] Diosc. III. 8. et Galenus de Fac. Simp. Med. lib. VII. p. 188. De minore id quoque prodidit Marcellus Empir. c. 17. p. 123.

<sup>b</sup> *Plantago*] Diosc. II. 153.

<sup>c</sup> *Aristolochia*] Et hanc dyspnœæ sive suspiriosis opitulari scribit Diosc. III. 6.

<sup>d</sup> *Vel agaricon*] Sic Dioscor. III. 1.

<sup>e</sup> *Cissanthemos*] Cyclamino nempe cissanthemos, de qua superiore lib. cap. 68. De ea Diosc. II. 195. Πίνεται δὲ καὶ τρὸς ὄρθρουνοιαν.

<sup>g</sup> *Item hyssopum*] Diosc. III. 30. et Marcellus Empir. c. 17. p. 123.

<sup>h</sup> *Peucedani*] Diosc. III. 92.

<sup>i</sup> *Sanguinem quoque*] Diosc. III. 1.

<sup>j</sup> *Vettonicæ drachma*] Anton. Mu-  
sa, tit. 11. ‘Ad jocineris dolorem:’  
‘Vettonicæ drachmas tres, aquæ ca-  
lidæ cyathos quatuor bibat.’ Dio-  
sc. IV. 1. Vettonicam drachmæ unius  
pondere adhibet in aceto mulso, μετ’  
δξυμέλιτος δλκη < α' ἐπιποθεῖσα. Vide  
et Marcellum Empir. cap. 22. pag.  
160.

<sup>k</sup> *Ad cordis vitia*] Ἐν καρδιαλγίᾳ, in  
affectu stomachi, seu oris ventriculi  
dolore. Est enim os stomachi καρδία,  
ut alibi diximus.

<sup>l</sup> *Quinquefolii*] Dio- sc. IV. 42. Αἴ-  
μορφαγλας ζωτησι πινόμενον καὶ κατα-  
πλαστόμενον. Άς paulo antea: ‘Ο δὲ  
χυλὸς τῆς φίξης ἀπαλῆς ποιεῖ τρὸς τὰ ἐν  
ήπατι καὶ πνεύμονι πάθη.

<sup>m</sup> *Jocineri*] Diosc. II. 209.

non<sup>n</sup> herbam qui edere, bilem per urinam reddunt.<sup>5</sup> Acoron<sup>o</sup> jocineri medetur, thoraci quoque, et praecordiis.

XX. Ephedra, ab aliis<sup>1 p</sup> anabasis vocata, nascitur ventoso fere tractu, scandens arborem et ex ramis propendens, folio nullo, cirris numerosa, qui sunt junci geniculati, radice pallida. Datur ex vino<sup>q</sup> nigro austero trita ad tussim, suspiria, tormina, et sorbitione facta, in quam vinum addi convenit. Item Gentiana madefacta pridie contrita denarii pondere in vini cyathis tribus.

XXI. Geum<sup>a</sup> radiculas tenues habet, nigras, bene olen tes. Medetur non modo pectoris doloribus, aut lateris, sed et cruditates discutit, jucundo sapore. Verbenaca<sup>b</sup> vero omnibus visceribus medetur, lateribus, pulmonibus, jocinribus, thoraci. Peculiariter autem pulmonibus, et quos ab his phthisis tentat, radix<sup>c</sup> herbae consiliginis, quam nuper

<sup>5</sup> Cod. Dalec. *trahunt.*

CAP. XX. 1 Ita ex codd. Harduin et recentt. ita quoque cod. Dalec. Caucon, que et ephedra, ab aliis Gronov. et vulgg. Mox, *anabasis* vocetur Vet. Dalec.

CAP. XXI. 1 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *phthisis tentat.* Radix edd. vett. et Gronov.

#### NOTÆ

<sup>n</sup> Capnon] Diosc. iv. 110. de capno fruticosa, quam alteri effectu similem esse ac nomine Plinius admis- nuit, libro sup. cap. 99. Βρωθεῖσα δὲ ἡ πόα, inquit, οὐρα ἔγει χολῶδη. Sic etiam Galenus de Fac. Simp. Med. lib. vii. p. 184.

<sup>o</sup> Acoron] Totidem verbis Diosc. i. 3.

<sup>p</sup> Ephedra, ab aliis] Prius legebatur, Caucon que et ephedra, &c. Sed priores voces nulli codices MSS. exhibent: ne in Indice quidem. Dioscoridis hæc ἵππονης est, iv. 46. In Notis, οἱ δὲ ἀνάβασις, οἱ δὲ φαῖδραν, (lege οἱ δὲ ἐφέδραν) . . . . Ρωμαῖοι, ἐκ νάδις, οἱ δὲ σάλιξ ἐκυνάδις, οἱ δὲ ἀναβάσιον, οἱ δὲ ἐφυδρον καλοῦσι. Hoc equisetum majus, pictum a Dodonæo, p. 73. visum a nobis in horto Regio. Officinis, Cauda equina: aliis, salix equinalis: Gallis, *Queue de cheval.*

Vide Anguillar. par. xii. p. 205. A sessili foliorum seu juncorum positu, ἐφέδρα, et c. 77. et 83. ἐφεδρος; a reptili arborum ascensi, ἀνάβασις dicitur. Non quod iis se circumvolvat, innestate claviculis: juxta tantum ac pone gaudet consistere.

<sup>q</sup> Datur ex vino] Dioscor. loco citato.

<sup>r</sup> Geum] Caryophyllata hæc vulgaris est, pieta a Dodonæo p. 137. visa a nobis in horto Regio: quod nomen obtinuit ab odore caryophyl- lorum, quem odores præ se ferunt. A nonnullis Sanamunda, et Benedicta dicitur: Gallis, *Saliot.*

<sup>s</sup> Verbenaca] Ad vitia sane jocinrum quod attinet, subserbit Apuleius c. 3. de verbenaca, tit. 4. <sup>t</sup> Ad hepatitis dolorem: <sup>u</sup> Herba verbenaca solstitio lecta, et in pulverem reducta, et potui sumta mire proficere

inventam diximus: <sup>c</sup> suum quidem et pecoris omnis remedium præsens est pulmonum vitio, vel trajecta tantum in auricula. Bibi debet ex aqua, haberique in ore assidue sub lingua. Superficies ejus herbæ an sit in aliquo usu, adhuc incertum est. Renibus <sup>d</sup> prodest plantaginis cibus, Vettonicæ <sup>e</sup> potus, agaricum <sup>f</sup> potum, ut in tussi.

XXII. Tripolium <sup>g</sup> in maritimis nascitur saxis, ubi al-ludit <sup>h</sup> unda, <sup>i</sup> neque in mari, neque in sicco, folio isatis crassiore, palmo alto,<sup>j</sup> in mucrone diviso, radice alba odo-rata, crassa, calidi gustus. Datur hepaticis in farre decoc-ta.<sup>k</sup> Hæc herba eadem videtur <sup>i</sup> quibusdam, quæ polium, de qua suo loco diximus.<sup>j</sup>

XXIII. Gromphæna,<sup>l</sup> alternis viridibus roseisque per caulem foliis, in posca sanguinem rejicientibus medetur.

CAP. XXII. 1 *Tripolion* Chiff. — 2 Chiff. *ablludit*; Vet. Dalec. *alliditur*; codex ejusdem, *allidit*; alii vett. ap. eundem, *abluit*. — 3 Margo edd. Dalec. et Gronov. *crassiore caule, palmum alto*, e Diosc. — 4 Chiff. *cocta*.

CAP. XXIII. 1 Ita ex codd. Harduin et recentt. *Sympnoia*, vel *Gom-phæna* Gronov. et al. vett., Mox, *alternatim* Vet. Dalec.

#### NOTÆ

creditur, &c. quæ totidem verbis Marcellus Empir. c. 22. p. 160.

<sup>c</sup> *Radix herbæ . . . . diximus*] Lib. sup. c. 48. Hoc Plinius accepit a Columella vii. 5. p. 262. ‘Ovem pul-monariam,’ inquit, ‘similiter ut suem curari convenit, inserta per auricu-lam, quam veterinarii consiliginem vocant,’ &c. Et vi. 5. p. 217. ‘Præ-sens etiam remedium cognovimus ra-dieulæ, quam pastores consiliginem vocant. Ea in Marsis montibus plu-rima nascitur, omnique pecori maxime est salutaris.’ Vide Notas et Emend. num. 8.

<sup>d</sup> *Renibus*] Marcellus Empir. cap. 26. pag. 179. imponi ex melle jubet: bibi in passo Dioscorides ii. 153.

<sup>e</sup> *Vettonica*] Diosc. iv. 1. *Kal νε-* φριτικοῦς μεθ' θάτος. Anton. Musa tit. 13. ‘Ad renum dolorem:’ ‘Vettoni-

cae drachmas duas ex mulso cyathis duobus dum biberit, sanus erit.’

<sup>f</sup> *Agaricum*] Diosc. iii. 1.

<sup>g</sup> *Tripolium*] Diosc. iv. 135. tot-idem verbis: Τριπόλιον φύεται ἐν παραθαλασσίοις τόποις, οὓς ἐπικλύζει ἡ θάλασσα, καὶ ὑποχωρεῖ, κ. τ. λ. Vulgare tripolium a Lobelio pingitur, in Ob-servat. p. 157. atque hoc ipsum esse Diocorideum tripolium arbitratur. Vidimus in horto Regio. Τριπόλιον di-citur, quasi ter canescens. Ter in die floris colorem mutat.

<sup>h</sup> *Ubi alludit unda*] In MSS. Reg. et Chiff. *abludit*.

<sup>i</sup> *Hæc herba . . . . videtur*] Sed non recte iis videtur.

<sup>j</sup> *Suo loco diximus*] Lib. xxii. cap. 21.

<sup>k</sup> *Gromphæna*] Herbariis adhuc ignota.

**xxiv.** Jocineri autem herba malundrum,<sup>11</sup> nascens in segete ac pratis, flore albo odorata. Ejus caulinus conteritur ex vino vetere.

**xxv.** Item herba chalchetum<sup>m</sup> e vineis contrita imponitur. Faciles præstat<sup>n</sup> vomitiones radix Vettonicæ, hellebori modo, iv. drachmis in passo aut mulso. Hyssopum<sup>o</sup> tritum cum melle utilius, præsumto nasturtio aut irione :

Molemonium<sup>p</sup> denarii pondere. Est et silybo<sup>q</sup> lacteus succus, qui densatus in gummi, sumitur cum melle supra dicto pondere: præcipueque bilem trahit. Rursus sistunt vomitionem cuminum sylvestre, Vettonicæ farina: sumuntur ex aqua. Abstergunt fastidia,<sup>r</sup> cruditatesque digerunt, daicum, Vettonicæ farina ex aqua mulsa, plantago decocta canarium modo. Singultus<sup>s</sup> hemionium<sup>z</sup> sedat: item aristolochia.<sup>t</sup> Suspiria<sup>u</sup> clymenos. Pleuriticis et peripneu-

**CAP. xxiv.** 1 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *melandryum* Gronov. et al. vett.

**CAP. xxv.** 1 'Ita quidem libri omnes. Forte tamen est *Lemonium*, de quo dictum xxv. 61.' Brotier. *Polemonium* Vet. Dalec. *Moleum*, vel *Molium* Chiffi.—2 Chiffi. *hermonium*.—3 Gronov. *centaureum*.

#### NOTÆ

<sup>1</sup> *Jocineri . . . malundrum*] Sic MSS. omnes, tum hoc loco, tum in Indice: non, ut editi, *melandryum*: quod ineptum est, si flore albo odorata ea herbula est. Herbariis et officinis perinde incognita.

<sup>m</sup> *Item herba chalchetum*] Neque hæc adhuc cognita.

<sup>n</sup> *Faciles præstat*] Dioscor. iv. 1. 'Πλέον δὲ . . . φλεγματώδη προσκαλούσιν ἔμετον μεθ' ὕδρομέλιτος πινόμεναι.'

<sup>o</sup> *Hyssopum*] Sic temperatum nasturtio vel iride ad subducendam alvum Dioscorides adhibet, iii. 30.

<sup>p</sup> *Molemonium*] Sic libri omnes, etiam MSS. tum hoc loco, tum in Indice. Sed *Lemonium* utrobique legi satius credimus, ut lib. sup. c. 61.

<sup>q</sup> *Est et silybo*] Dioscor. iv. 159. *Stilans*, inquit, e radice liquor drachmæ seu denarii pondere potus ex aqua mulsa

vomitiones ciet: Τῆς δὲ βίξης δὲ ὅπος θυσον δλκή ποθεὶς σὺν μελικράτῳ ἐμέτρους κινεῖ. Carduus est lactens Lobelii, in Observ. p. 479. Carduus Mariæ Tragi. Carduus leucographus Dodonæi, p. 710. visus a nobis in horto Regio. Itali *Cardo Maria*, et a lactis copia *Cardo Lettario* vocitant, teste Anguilara par. viii. p. 151.

<sup>r</sup> *Abstergunt fastidia*] De Vettonica quidem Anton. Musa tit. 37. 'Ἐγρις fastidientibus cibos: ' 'Vettonicæ drachmas duas ex aqua mulsa cyatethos tres bibat: sanatur.'

<sup>s</sup> *Singultus*] Dioscor. iii. 151. de asplenio, sive hemionio: Λυγμῷ βοηθεῖ.

<sup>t</sup> *Item aristolochia*] Dioscor. iii. 6.

<sup>u</sup> *Suspiria*] Dioscor. iv. 14. de periclymeno, quam esse clymenon Plinii diximus.

monicis<sup>a</sup> centaurium<sup>b</sup> majus: item hyssopum<sup>c</sup> bibitur.  
Pleuriticis peucedani succus.

**XXVI.** Halus autem,<sup>a</sup> quam Galli<sup>b</sup> sic vocant, Veneti cotoneam, medetur lateri: item renibus,<sup>c</sup> convulsisque et ruptis. Similis est<sup>d</sup> cunilæ bubulæ, cacuminibus thymo, dulcis, et sitim sedans, radicis<sup>e</sup> alibi albæ, alibi nigræ.

**XXVII.** Eosdem effectus in lateris<sup>f</sup> doloribus habet chamaerops,<sup>g</sup> myrtleis circa caulem geminis foliis, capitibus Graeculæ rosæ, ex vino pota. Ischiadicos<sup>h</sup> dolores et spinæ levat agaricum potum, ut in tussi.<sup>i</sup> Item stœchadis, aut Vettonicæ<sup>j</sup> farina ex aqua mulsa.

**XXVIII. (VIII.)** Plurimum tamen homini<sup>k</sup> negotii alvus exhibet, cuius causa major pars mortalium vivit. Alias enim cibos non transmittit, alias non continet, alias non caput, alias non conficit. Eoque mores venere, ut homo maxime cibo pereat. Pessimum corporum vas instat, ut creditor, et saepius die appellat. Hujus gratia præcipue avaritia expedit: huic luxuria conditur: huic navigatur ad Phasin:



**CAP. XXVI.** 1 Ita ex codd. Harduin et recentt. rarae radicis Gronov. et vulg.

**CAP. XXVII.** 1 Ita codd. Harduni et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. effectus lateris edd. vett. et Gronov.

**CAP. XXVIII.** 1 Cod. Dalec. humano generi.—2 Vet. Dalec. profunda.—

#### NOTE

<sup>a</sup> Pleuriticis et peripn.] Diosc. III. 8.

cit.

<sup>b</sup> Item hyssopum] Dioscor. III. 30.

<sup>c</sup> Halus autem] Ita scribitur adjecto spiritu, tum hoc loco, tum in Indice, etiam in MSS. Eodem subtato alius XXVII. 24. Consolidam vocat Apuleius cap. 59. Symphytum illud est, seu consolida major, picta a Matthiolo in Diosc. lib. IV. p. 961. Vidimus in horto Regio. Grande Consolida, Oreille d'âne. De ea nunc Plinius obiter, quod laterum dolori, ut superiores aliæ medeatur.

<sup>d</sup> Similis est] Dioscor. loc. cit.

<sup>e</sup> Chamærops] Sive trixago, quam et chamæropem vocari vidimus, XXIV. 80.

<sup>f</sup> Ischiadicos] Hoc est, coxendicum dolores. Diosc. III. 1. Ποιεῖ καὶ πρὸς ισχίων ἀλγήματα.

<sup>g</sup> Ut in tussi] Hoc est, siccum si commanducetur, ita ut ex intervallo merum sorbeatur, uti dictum est cap. 18.

<sup>h</sup> Aut Vettonicæ] Anton. Musa tit. 45. Ad lumborum et coxarum dolores. Dioscor. IV. 1. Ἰσχιαδικοῖς τε μεθ' ὕδατος.

<sup>i</sup> Quam Galli] Circumpadani.

Plinius.

<sup>c</sup> Item renibus] Diosc. IV. 9. de symphyto petræo: et Apuleius loc.

Delpn. et Var. Clas.

11 B

huic profundi<sup>2</sup> vada exquiruntur. Et nemo vilitatem<sup>3</sup> ejus aestimat consummationis<sup>1</sup> foeditate. Ergo numerosissima<sup>4</sup> est circa hanc medicinæ opera.

Sistit eam<sup>k</sup> scordotis recens,<sup>4</sup> drachma cum vino trita, vel decocta potu. Polemonia<sup>1</sup> quoque et dysentericis ex vino datur: verbasci<sup>m</sup> radix pota ex aqua duorum digitorum magnitudine: nymphææ<sup>n</sup> heracliae semen cum vino potum: radix superior<sup>o</sup> e xiphio, drachmæ pondere ex aceto. Semen plantaginis<sup>p</sup> in vino tritum, vel ipsa ex aceto cocta, aut alica ex succo ejus sumta. Item cum lenticula<sup>q</sup> cocta, vel aridæ farina inspersa potioni cum papavere tosto et trito, vel succus infusus, aut succus Vettonicæ,<sup>s</sup> in vino ferro calefacto. Eadem<sup>r</sup> cœliacis in vino austero datur: his et iberis imponitur, ut dictum est.<sup>s</sup> Tenesmo<sup>t</sup> radix nymphææ heracliae e vino bibitur: psyllium in aqua: acori radicis decoctum. Aizoi succus<sup>u</sup> alvum sistit, et dysenterias, et tineas<sup>v</sup> rotundas pellit. Symphyti<sup>w</sup> radix dysenterias sistit: item dauci.<sup>x</sup> Aizoum<sup>y</sup> foliis contritis ex

<sup>3</sup> Ita ex codd. Harduin et recentt. *Et nemo utilitatem Gronov. et vulgg.*  
<sup>—4</sup> Gronov. *recentis. Mox, vel decocta potus Chiſſl.* —5 *Vet. Dalec. infusus aut potus: et Vettonicæ.* —6 *Chiſſl. et tænias.*

## NOTÆ

<sup>i</sup> *Consummationis] Egestionis.*

<sup>j</sup> *Ergo numerosissima] Plurima, occupatissima. Lib. VIII. cap. 77. de sue: ' Neque alio ex animali numerosior materia ganeæ.'*

<sup>k</sup> *Sistit eam] Dioscor. III. 125.*

<sup>l</sup> *Polemonia] Dioscor. IV. 8.*

<sup>m</sup> *Verbasci] Dioscor. IV. 104.*

<sup>n</sup> *Nymphææ] Dioscor. III. 148.*

<sup>o</sup> *Radix superior] Constat enim xiphion radice gemina, quarum una alteri insidet, pusillorum bulborum figura, ut tradit Dioscor. IV. 20. etsi ad alios usus medicinæ adhibet, ad quos et a Plinio destinatur, XXV. 89. his verbis, ' Superior radix,' &c.*

<sup>p</sup> *Semen plantaginis] Marcellus Empir. cap. 27. p. 188. et 189. Apuleius*

*cap. I. tit. 9. ' Ad ventrem stringendum.' Dioscor. II. 153.*

<sup>q</sup> *Item cum lenticula] Dioscor. et Marcellus Empir. loc. cit. Item Apuleius cap. I. de plantagine, tit. 4. et 19.*

<sup>r</sup> *Eadem] Vettonica.*

<sup>s</sup> *Ut dictum est] Lib. XXV. cap. 40.*

<sup>t</sup> *Tenesmo] Dioscor. III. 148.*

<sup>u</sup> *Aizoi succus] Diosc. III. 89. 'Ο δὲ χυλὸς . . . ἐν πτῶ δίδοται διαφροῖσομένοις, καὶ δυσεντέρικοις στρογγύλας τε ἔλμινθας ἐκτινάσσει σὺν οὖν ποθείσ. Succus potui datur profluvio alvi tabrantibus, atque dysentericis. Sed et teretes lumbricos pellit ex vino potus.*

<sup>v</sup> *Symphyti] Diosc. IV. 9.*

<sup>w</sup> *Item dauci] Mederi torminibus*

vino terminibus resistit. Alceæ<sup>y</sup> siccæ farina terminibus pota cum vino.

XXIX. Astragalus<sup>a</sup> folia habet longa incisuris multis, obliqua circa radices,<sup>i</sup> caules tres aut quatuor foliorum plenos, florem hyacinthi, radices villosas,<sup>2b</sup> implicatas, rubras, præduras. Nascitur<sup>c</sup> in petrosis, apricis, et iisdem nivalibus, sicut Pheneo Arcadiæ. Vis ei ad spissanda<sup>d</sup> corpora. Alvum<sup>e</sup> sistit radix in vino pota: quo fit ut moveat urinam repercuendo liquore,<sup>f</sup> sicut pleraque quæ alvum sistunt. Sanat et dysentericos in vino rubro tusa. Difficile<sup>g</sup> autem tunditur. Eadem gingivarum suppurationi utilissima est fotu. Colligitur exitu autumni, cum folia amisit: siccatur in umbra.

XXX. Et ladano sistitur alvus utroque:<sup>h</sup> quod in segetibus<sup>i</sup> nascitur, contuso et cibrato: bibitur ex aqua mulsa: item nobili e vino.<sup>j</sup> Ledon<sup>k</sup> appellatur<sup>l</sup> herba, ex qua ladanum fit in Cypro, barbis caprarum adhaerescens. Nobilius in Arabia. Fit jam et in Syria atque Africa, quod

CAP. XXIX. 1 Vet. Dalec. radicem.—2 Chiffl. pillosas.

CAP. XXX. 1 'Lego, item ad bilem (id est, cholera) e vino.' Dalec.—  
2 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.

#### NOTÆ

dancum ait Diosc. III. 83. Dysente-  
riæ, III. 169.

<sup>x</sup> Aizoun] Diosc. IV. 89.

<sup>y</sup> Alceæ] Sive damasonio. Diosc. III.  
169.

<sup>a</sup> Astragalus] Dissimilis hic parum  
facie, par effectu, Dioscoridis astra-  
galoo. Is est quem Bæticum Clusius  
appellat, delineatque, Histor. Rar.  
Plant. lib. vi. pag. 234. qualèm in  
horto Regio vidimus.

<sup>b</sup> Radices villosas] Quæ annatas ap-  
pendices seu radiculas habent.

<sup>c</sup> Nascitur] Totidem verbis et de  
suo astragalo Dioscor. IV. 62. et Ga-  
lenus de Fac. Simp. Med. lib. VI.  
pag. 160.

<sup>d</sup> Vis ei ad spissanda] Ad astrin-

genda, στυπτική. Diosc. et Galenus.  
<sup>e</sup> Alvum] Diosc. et Galenus locis  
citatis.

<sup>f</sup> Repercuso liquore] Humore, qui  
dysenteriam adjuvat, in vesicam re-  
jecto.

<sup>g</sup> Difficile] Diosc. Κόπτεται δὲ δυσ-  
χερῶς διὰ τὸ στρεψεν αὐτῆς. Difficile  
soliditatis suæ ratione tunditur.

<sup>h</sup> Et ladano . . . utroque] Terreno  
scilicet, et factit: de utroque dixi-  
mus XII. 37. Diosc. I. 128. de ladano :  
Κοιλαν τε ἵστησι σὸν οἴνῳ παλαιῷ ποθέν  
ἔστι δὲ καὶ οὐρητικόν.

<sup>i</sup> Quod in segetibus] In arvis.  
<sup>j</sup> Ledon appellatur] Ita MSS. Reg.  
Colb. &c. non Lada. Sic etiam Diosc.  
ut diximus XII. 37.

toxicon<sup>k</sup> vocant. Nervos enim<sup>1</sup> in arcu<sup>3</sup> circumdatos lanis trahunt, adhaerente roscida lanugine.<sup>4</sup> Plura de eo<sup>m</sup> diximus inter unguenta. Hoc gravissimum odore est, durissimumque tactu.<sup>5</sup> Plurimum enim terræ colligit: cum probetur<sup>n</sup> maxime purum, odoratum, molle, viride, resinosum. Natura ei<sup>o</sup> molliendi, siccandi, concoquendi, somnum alliciendi. Capillum<sup>p</sup> fluentem cohibet, nigritione custodit. Auribus<sup>q</sup> cum hydromelite aut rosaceo infunditur. Furfures cutis et manantia ulcera sale addito sanat. Tussim<sup>r</sup> veterem cum styrace sumtum. Efficacissimum ad ructus.

XXXI. Alvum sistit et chondris, sive pseudodictamnum.

Hypocisthis, orobethron<sup>s</sup> quibusdam dicta, malo granato immaturo similis. Nascitur, ut diximus,<sup>t</sup> sub cistho,

---

ita quoque Diosc. *Lada* Gronov. et vulgg.—3 Cod. Dalec. *in arcum*.—4 Margo edd. Dalec. et Gronov. *pinguedine*.—5 Vet. Dalec. *onere est durissimumque tactu*; Gronov. et al. ante Harduin. *odore est, durissimumque tactu*.

CAP. XXXI. 1 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. ita quoque Diosc. *orobathion* Gronov. et vulgg.

#### NOTÆ

<sup>k</sup> *Quod toxicon]* Ἀπὸ τοῦ τόξου, quæ vox arcum sonat.

<sup>l</sup> *Nervos enim]* Nervos enim vel in ipso adhuc arcu adductos, lanisque circumvolutos, fruticibus admovent, ac deinde trahunt, adhaerente iisdem interim lanugine foliorum pinguis ac rorulenta. Frustra locum hunc solicitat Salmasius in Solin. pag. 363. libris non secundis, scriptoris ipsius labefactata ejus emendatione sententia.

<sup>m</sup> *Plura de eo]* Lib. XII, cap. 37.

<sup>n</sup> *Cum probetur]* Diosc. I. 128.

<sup>o</sup> *Natura ei]* Diosc. loc. cit. Δύναμις δὲ ἔχει στυπτικὴν, θερμαντικὴν, μαλακτικὴν, ἀγαστομωτικὴν.

<sup>p</sup> *Capillum]* Diosc. loc. cit. Theodorus Priscianus I. 2. ‘de capillis cadentibus’ ‘*Ladanum cum vino teri facies, et oleum myrtleum admis-*

cebis, et uteris ut pinguissimo limento.’

<sup>q</sup> *Auribus]* Totidem verbis Diosc. loc. cit.

<sup>r</sup> *Tussim]* Inseri medicamentis ad tussim sedandam utilibus, ait Dioscor. loc. cit.

<sup>s</sup> *Hypocisthis, orobethron]* Ὑποκιστής, et ὄποκισθής. Sic Diosc. I. 127. Φύεται δὲ παρὰ τὰς βίβλας τοῦ κιάστου ἡ λεγομένη ὑποκιστής, ὅπ' ἐντων δὲ ὁρόθηθρον, ἡ κύτινος καλυμμένη, θμοίόν τι κυτίνῳ φοῖας. In MSS. Reg. et Colb. *orobothron*. In libris haec tenus editis, *orabation*. Hujus hypocistidis iconem Clusius accurate delineat Hist. Rar. Plant. lib. I. pag. 68. Aliud vero Scribonio Largo Compos. 85. *hypocystis* est, ὄποκιστής, nempe ‘succus rosæ sylvaticæ, quam quidam caninam vocant.’

<sup>t</sup> *Nascitur, ut diximus]* Lib. XXIV.

unde nomen. Hæc arefacta<sup>a</sup> in umbra sistit alvum ex vino austero nigroque utraque. Duo enim genera ejus, candida et rufa. Usus in succo: spissat,<sup>v</sup> siccat. Et rufa magis stomachi rheumatismos emendat. Pota<sup>w</sup> tribus obolis, sanguinis exscretes, cum amylo.<sup>x</sup> Dysenterias pota, et infusa. Item verbenaca ex aqua data, aut parentibus febre ex vino amineo cochlearibus quinque additis in cynthos tres vini.

XXXII. Laver quoque<sup>a</sup> nascens in rivis condita et cuncta terminibus medetur.

XXXIII. Potamogeton<sup>b</sup> vero ex vino dysentericis etiam et coeliacis, similis betæ foliis: minoribus tantum hirsutioribusque, paulum supereminens extra aquam. Usus in foliis:<sup>c</sup> refrigerant, spissant:<sup>e</sup> peculiariter cruribus vitiosis utilia,<sup>z</sup> et contra ulcerum<sup>d</sup> nomas, cum melle vel aceto. Castor<sup>e</sup> hanc aliter noverat, tenui folio velut equinis setis, thyrso longo et laevi, in aquosis nascentem. Radice sanabat strumas et duritias. Potamogeton adversatur et crocodilis:<sup>g</sup> itaque secum habent eam, qui venantur.<sup>h</sup> Alvum sistit<sup>f</sup> et Achillea.

CAP. XXXIII. 1 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *paulatim supereminens extra aquam, peculiariter refrigerant, spissat.* Usus in foliis Gronov. et al. vett. minor tantum hirsutiorque paulum semper eminens, &c. Chiffl.—2 Vet. Dalec. utilibus.—3 Cod. Dalec. adversatur crocodilis, omissa conjunctione.—4 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. qui venantur illos Gronov. et vulgg.

## NOTÆ

cap. 48.


<sup>a</sup> *Hæc arefacta*] Diosc. loc. cit.<sup>v</sup> *Spissat*] Astringit. Δύναμιν δὲ ἔχει . . . στυπτικωτέραν τε καὶ ξηραντικωτέραν. Dioc. i. 117.<sup>w</sup> *Pota*] Dioc. loco citato.<sup>x</sup> *Cum amylo*] Vide Notas et Emend. num. 11.<sup>a</sup> *Laver quoque*] Quod et sion nuncupatum olim indicavimus XXII. 41. De quo eadem Dioscorides prodidit, II. 154. In Indice, *Laver, sive sion*.<sup>b</sup> *Potamogeton*] Iisdem verbis describitur a Diocor. IV. 101. Ποταμογείτων φύλλον ἐστὶν ὅμοιον τεύτλῳ,<sup>c</sup> τ. λ. Pingitur a Matthiolo, qualem in horto Regio vidimus, in lib. IV. Dioc. pag. 1137. Nomen habet a locis aquosis, ἀπὸ τῶν ποταμῶν καὶ ἐνδρῶν τόπων, quos prope nascitur. Nam γείτων vicinum sonat.<sup>e</sup> *Refrigerant, spissant*] Hoc est, astringunt, Diocor. loc. cit. Ψύχει δὲ καὶ στήφει.<sup>d</sup> *Et contra ulcerum*] Diocor. loc. cit. Ἀρμόζον καὶ νεμομένοις καὶ παλαιοῖς ἔλκεσιν.<sup>g</sup> *Castor*] Dodonæi forte myriophyllum aquatile is intellexit.<sup>f</sup> *Alvum sistit*] Diocor. IV. 36.

Eosdem effectus præstat et statice<sup>g</sup> septem caulisbus veluti rosæ capita sustinens.

**xxxiv.** Ceratia<sup>h</sup> uno folio, radice nodosa magna, in cibo cœliacis et dysentericis medetur.

Leontopodium,<sup>i</sup> alii leuceoron,<sup>j</sup> alii doripetron, alii thorybetron vocant, cuius radix alvum sistit, purgatque bilem, in aquam mulsam addito pondere denariorum duorum.<sup>2</sup> Nascitur in campestri et gracili solo. Semen ejus potum lymphatica somnia facere dicitur.

Lagopus<sup>j</sup> sistit<sup>3</sup> alvum e vino pota, aut in febri ex aqua. Eadem<sup>k</sup> inguini adalligatur in tumore. Nascitur in segetibus. Multi super<sup>l</sup> omnia laudant ad deploratos dysentericos quinquefolium, decoctis in lacte radicibus potis: et aristolochiam Victoriati pondere in cyathis vini tribus. Quæ ex supradictis calida sumentur,<sup>4</sup> hæc candente ferro temperari aptius erit.



CAP. XXXIV. 1 Cod. Dalec. *letheon*. Mox, *dorypetron* Gronov.—2 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *duum* Gronov. et al. vett.—3 Vet. Dalec. *ciet*.—4 Cod. Dalec. *sumuntur*.—5 Vet. Da-

#### NOTÆ

<sup>g</sup> *Eosdem . . . et statice*] Officinis herbariisque incognita.

<sup>h</sup> *Ceratia*] Videtur esse Unifolium officinarum, pictum a Dodonæo, pag. 205. Meminit hujus Marcellus Empir. cap. 27. pag. 188. <sup>i</sup> *Ceratidos*, inquit, ‘quam herbam violam marinam appellamus, radices trium digitorum magnitudine, incocta vino anstero, torminosos juvant, si illud vinum admixta leviter aquæ calidæ portione potetur.’

<sup>j</sup> *Leontopodium*] Est illud Dioscoridis, *λεοντοπέταλον*, III. 110. In Nothis, pag. 457. *Λεοντοπέταλον*, οἱ δὲ *λεοντοπόδιον*, οἱ δὲ *λευκήρον*, οἱ δὲ *λεύτιον*, οἱ δὲ *δωρὶς*, οἱ δὲ *δωρικτερὶς*, οἱ δὲ *λυχνὶς ἀγρία*, . . . οἱ δὲ *θορύβητρον*, κ. τ. λ. Et ab Apulcio Leontopodium nominatur, cap. 7. A Dodonæo pin-

gitur, pag. 69. quale in horto Regio vidimus. *Λεοντοπέδιον*, *pedem leonis*: *λευτοπέταλον*, *leonis folium* interpretantur.

<sup>l</sup> *Lagopus*] Dioscor. IV. 17. totidem verbis: *Λαγώπος δύναμιν ἔχει σταλτικὴν κοιλίας, πινόμενον μετ' οἴνου ἐπὶ δὲ τῶν πυρεσθντῶν μεθ' ὕδατος. Pedem leporinum vocant officinæ, alii Trifolium humile.* Vidimus in horto Regio, quale delineatur a Dodonæo pag. 567. et lagopus major vocatur. *Pied de lièvre.* Eadem cum Plinio et Dioscoride tradit Apuleius cap. 61.

<sup>k</sup> *Eadem*] Diosc. loc. cit. *Περιάπτεται δὲ καὶ πρὸς φλεγμονὴν βαυβώνων φύεται δὲ ἐν πρασιᾶς.*

<sup>l</sup> *Multi super*] Marcellus Empiricus cap. 27. pag. 193. Dioscor. I. 42.

E diverso<sup>m</sup> purgat alvum succus centaurii minoris drachma in hemina aquæ cum exiguo salis et aceti, bilemque detrahit. Majore<sup>n</sup> tormina discutiuntur. Vettonica<sup>o</sup> alvum solvit drachmis quatuor, in hydromelitis cyathis novem. Item euphorbium,<sup>p</sup> vel agaricum,<sup>q</sup> drachmis duabus cum sale modico potum ex aqua, aut in mulso obolis tribus. Solvit<sup>r</sup> et cyclaminos ex aqua pota, aut balanis<sup>s</sup> subditis : item chamaecissi balanus. Hyssopi<sup>t</sup> manipulus decoctus ad tertias cum sale pituitas<sup>u</sup> trahit illitus, vel contritus cum oxymelite et sale : pellitque ventris animalia. Pituitam<sup>u</sup> et bilem detrahit peucedani radix.

XXXV. Alvum purgat anagallis ex aqua mulsa : item epithymon,<sup>a</sup> qui est flos<sup>b</sup> e thymo, satureiae simili. Diffe-

rec. pituitam.

CAP. XXXV. 1 Dalec. epithymum. Id flos est.—2 Cod. Dalec. sedat.—

#### NOTÆ

<sup>m</sup> E diverso] Ad verbum ista Marcellus exscripsit c. 30. p. 212. Diosc. III. 9.

<sup>n</sup> Majore] Diosc. III. 8. πρὸς στρόφους, κ. τ. λ.

<sup>o</sup> Vettonica] Marcellus Empiricus totidem verbis c. 30. p. 217. Anton. Musa tit. 17. ‘Ad alvum concitandam,’ &c. et Dioscor. IV. 1. plane ad verbum omnes.

<sup>p</sup> Item euphorbium] Gaspar Hoffmannus Var. Lect. I. 12. hic quædam immutat, libris invitit.

<sup>q</sup> Vel agaricum] Marcellus Empir. c. 30. p. 214. Diosc. quoque, III. 1. cum mulsa propinat.

<sup>r</sup> Solvit] Dioscor. II. 194. ex hydromelite bibi eam ob rem jubet. Marcellus Empir. c. 30. p. 212. et 217.

<sup>s</sup> Aut balanis] Balani glandes sunt, et id quod glandis forma ad subducendam alvum in podicem manu inditur. Vulgus ‘Suppositorium’ vocat. Apuleius c. 14. tit. 2. ‘Ad alvum concitandam :’ ‘Herba orbicu-

laris, in collyrium facta et injecta, catharticum est : hoc est, cyclaminos, in balanum subdita, purgativa est. Diosc. loc. cit. ἐν ἑρίῳ προστίθεται, in vellere subditur. Marcellus Empir. de Medic. c. 30. ‘Orbicularis herbæ, quam Græce κυκλάμινον vocant, si quis expresso succo anum perunxerit, mira celeritate experietur ani solutionem.’

<sup>t</sup> Hyssopi] Marcellus Empir. c. 30. p. 214. et Dioscor. III. 30. totidem plane verbis. ‘Ventrī animalia’ ἔλαμψθας hic vocat, hoc est, teretes lumbicos.

<sup>u</sup> Pituitam] Dioscor. III. 92. Pituita ex quatuor humoribus corporis nostri is est, qui potissimum magis serosus est et aqueus, magisque fluxilis : Græci phlegma appellant.

<sup>v</sup> Item epithymon] Dioscor. IV. 179. Επίθυμου θύμου ἔστιν ἄνθος τοῦ σκληρότερου καὶ θύμβρι ἐοικότος ... Πινόμενον δὲ σὺν μέλιτι κάτω καθαρίτε φλέγμα καὶ χολὴν μέλαναν. Epithymum flos est thymi durioris et satureiae similis ....

rentia, quod hic herbaceus<sup>b</sup> est, alterius thymi albus: qui-dam hippopheon<sup>c</sup> vocant: stomacho minus utilis, vomitio-nes minus movet: sed<sup>d</sup> tormina et inflationes<sup>e</sup> discutit. Sumitur et ecligmate ad pectoris vitia cum melle, et ali-quando iride. Alvum<sup>f</sup> solvit, a quatuor drachmis ad sex cum mellis exiguo salisque et aceti. Quidam aliter<sup>g</sup> epi-thymum tradunt sine radice nasci, tenue, similitudine pallio-li,<sup>h</sup> rubens: siccari in umbra, bibi ex aqua acetabuli parte dimidia,<sup>i</sup> detrahere pituitam bilemque. Alvum leniter<sup>j</sup> solvit<sup>k</sup> et nymphæa in vino austero.

XXXVI. Solvit et pycnocomon,<sup>i</sup> erucæ foliis crassioribus, et acrioribus,<sup>l</sup> radice rotunda, lutei coloris, terram olente, caule quadrangulo,<sup>m</sup> modico, tenui, flore ocimi. In-venitur<sup>n</sup> in saxosis locis. Radix ejus<sup>l</sup> in aqua mulsa de-nariorum duum pondere, et alvum,<sup>o</sup> et bilem, et pituitam exinanit. Semen somnia<sup>p</sup> tumultuosa facit, una drachma in vino potum. Et panos<sup>q</sup> discutit.<sup>r</sup>

XXXVII. Detrahit bilem<sup>s</sup> polypodium, quam nostri fili-

\*\*\*\*\*

<sup>3</sup> Vet. Dalec. *tenue simil. pili.*—<sup>4</sup> Cod. Dalec. *mensura.*—<sup>5</sup> Chiffl. *alvo leni-ter soluta.*

CAP. XXXVI. <sup>1</sup> Gronov. et al. ante Harduin. *rarioribus.*—<sup>2</sup> Chiffl. *qua-drangulo.*—<sup>3</sup> Dalec. *per alvum.*—<sup>4</sup> Ita Harduin. <sup>1. 2. 3.</sup> et recent. *Panos et strumas* Diose. *Et capnos strumam discutit* Gronov. et vulg.

#### NOTÆ

*Potum id cum melle detrahit pituitam  
bilemque atram per inferna.*

<sup>b</sup> *Differentia ... herbaceus]* Hoc est, viridis. Vide Notas et Emend. num. 10.

<sup>c</sup> *Hippopheon]* Vide Notas et Emend. num. 11.

<sup>d</sup> *Et inflationes]* Dioscor. loc. cit.

<sup>e</sup> *Ίδως ὄφεον ἐπὶ μελαγχολικῶν καὶ ἐμ-  
πνευματουμένων.*

<sup>f</sup> *Alvum]* Marcellus Empir. c. 30. p. 214.

<sup>g</sup> *Quidam aliter]* Quod genus illud epithymi sit, incompertum.

<sup>h</sup> *Similitudine pallioli]* Hoc est, pi-leoli. Ovidius: <sup>i</sup> *Palliolum nitidis imposuisse comis.*

<sup>h</sup> *Alvum leniter]* Diose. III. 148.

<sup>i</sup> *Solvit et pycnocomon]* Dioscor. IV.

176. iisdem fere verbis representat: Πυκνοκομόν φύλλα τέχει δύοια εὐξώμαρ,  
κ. τ. λ. Herbariis adhuc incognita.

<sup>j</sup> *Et acrioribus]* Sic MSS. et Diose. καὶ δριμύτερα. In quibusdam editis, *rarioribus*, male.

<sup>k</sup> *Invenitur]* Dioscor. loc. cit.

<sup>l</sup> *Radix ejus]* Totidem verbis Dios-  
cor. loc. cit.

<sup>m</sup> *Semen somnia]* Diose. loc. cit.

<sup>n</sup> *Et panos]* Vide Notas et Emend. num. 12.

<sup>o</sup> *Detrahit bilem]* Marcellus Empir. c. 30. p. 211, et 215.

culam<sup>1</sup> vocant: similis enim est filici. Radix in usu, pilosa, coloris intus herbacei, crassitudine digiti minimi, acetabulis<sup>2</sup> cavernosa, ceu<sup>3</sup> polyporum cirrhi,<sup>3</sup> subdulcis, in petris nascens, aut sub arboribus vetustis. Exprimitur<sup>4</sup> succus aqua madefactæ: ipsa minute concisa<sup>4</sup> inspergitur oleri, vel betæ, vel malvæ, vel salsa mento: aut cum<sup>5</sup> pulticula coquitur ad alvum vel in febri leniter solvendam. Detrahit bilem<sup>6</sup> et pituitam, stomachum offendit. Aridæ<sup>7</sup> farina indita naribus polypum consumit. Florem et semen<sup>6</sup> non fert.

XXXVIII. Scammonium<sup>v</sup> quoque dissolutionem stomachi facit, bilem detrahit, alvum solvit, præterquam si<sup>w</sup> ad-

CAP. XXXVII. 1 Chiffl. *filicolum*.—2 Gronov. seu.—3 Theophr. τῶν πλεκτῶν, *cirrhos*.—4 Ita ex codd. Harduin et recentt. *ipsa minuta concisa* Chiffl. *madefacta*: *ipsa concisa* Gronov. et vulgg.—5 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *vel cum* edd. vett. et Gronov. Mox, *leviter solvendum* Chiffl.—6 Ita ex codd. Harduin et recentt. *Nec floret, nec semen fert* Vet. Dalec. *Florem et semen, &c.* cod. Dalec. *Floret et semen non fert* Gronov. et vulgg.

## NOTÆ

<sup>p</sup> *Filiculum*] Apuleius c. 83. *filicinam* et *radiolum* vocat. *Polypodium majus* et apud nostros nomen servat, *Polyponde*. A Dodonæo pingitur p. 461. Vidimus in horto Regio.

<sup>q</sup> *Acetabulis*] Habet tubercula quædam acetabulis iis similia, quæ in polyporum ac sepiarum cirrhis apparent: inde πολυποδίον nomen. Iisdem ferme verbis a Dioscor. describitur, iv. 188. post Theophr. Hist. ix. 14.

<sup>r</sup> *Exprimitur*] Diosc. loc. cit. totidem fere verbis: et Marcellus Empir. c. 30. p. 211. Apuleius item c. 83. tit. 2.

<sup>s</sup> *Detrahit bilem*] Diosc. loc. cit. post Theophr. loc. cit.

<sup>t</sup> *Aridæ*] Apud Theophr. Hist. ix. 14. ubi quis eam contigerit, sunt qui innasci polypum asseverent. Est autem polypus, auctore Celso vi. 8. ‘caruncula modo alba, modo subrubra, quæ narium ossi inhæret, et mo-

do ad labra pendens narem implet, modo retro per id foramen, quo spiritus a naribus ad fauces descendit, adeo increscit, uti post uvam conspici possit, strangulatque hominem, maxime Austro aut Euro flante.’ Gallis, un *Polipe*.

<sup>u</sup> *Florem et semen*] Vide Notas et Emend. num. 13.

<sup>v</sup> *Scammonium*] Marcellus Empir. c. 30. p. 212. ‘Scammonia succus solam detrahit bilem: datur ex aqua ad denarii semissim, . . . sed stomacho infirmo non convenit.’

<sup>w</sup> *Præterquam si*] Hoc est, dum billem detrahit, et alvum solvit, stomachi simul dissolutionem facit, nisi adjiciatur aloë, &c. Marcellus Empir. c. 30. p. 211. ‘Purgat bene hæc compositione ventrem: Aloës denarii semissis, Colophoniæ (quæ Scammonia est) denarii semissis: una teruntur hæc: adjicitur mellis quod satis sit

jificantur aloës drachmæ duæ obolis ejus duobus. Est autem succus<sup>1</sup> herbæ ab radice ramosæ pinguibus foliis, triangulis, albis, radice crassa, madida, nauseosa. Nascitur pingui et albo solo. Radix circa Canis ortum excavatur, ut in ipsam<sup>2</sup> confluat<sup>2</sup> succus: qui Sole siccatus, digeritur in pastillos. Siccatur et ipsa, vel cortex. Laudatur<sup>2</sup> natione Colophonium, Mysium, Prienense: specie autem nitidum, et quam simillimum taurino glutini, fungosum tenuissimis fistulis, cito liquescens,<sup>3</sup> virus redolens, gumminosum, linguae tactu lactescens, quam levissimum, cum diluitur<sup>4</sup> albescens. Hoc evenit<sup>a</sup> et adulterino, quod fit ervi farina, et tithymali marini succo, in Judæa fere: quod etiam strangulat sumtum. Deprehenditur<sup>b</sup> gustu: Tithymalus enim linguam excalfacit. Usus bimo:<sup>c</sup> nec ante, nec postea utili.<sup>5</sup> Dedere et per se ex aqua mulsa et sale quaternis obolis. Sed utilissime cum aloë, ita ut incipiente purgatione mulsum bibatur. Fit et decoctum<sup>d</sup>

CAP. XXXVIII. 1 Vet. Dalec. facit, præterquam si, &c. duobus. Bilem detrahit, alrum solevit. Est autem succus.—2 Ita bene codd. Reg. 1. 2. et Editio princeps. Brotier. Ita quoque Chiffl. et al. ap. Dalec. ut ex ipsa confluat Vet. Dalec. ut in ipsa confluat Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. et recent. —3 Chiffl. liquescit. Mox, redolens, sub lingua elactescens quam, &c. cod. Dalec. cummosum Gronov. et al. vett. cumminosum Harduin. ex codd.—4 Chiffl. diluatur.—5 Ita Harduin. et recent. excalfacit bulbi more, nec ante, nec postea utile Gronov. et vulgg.

## NOTÆ

ad colliganda ea: datur ex aquæ calidæ vel frigidæ cyathis quatuor: hoc medicamentum stomachum non corumpit.'

<sup>x</sup> Est autem succus] Hæc totidem fere verbis Dioscor. iv. 171. Σκαμωνία, κ. τ. λ. Pingitur a Dodonæo stirps ipsa, p. 387. visa a nobis in horto Reggio: la Scammonée.

<sup>y</sup> Ut in ipsam] Ut in ipsum cayum cultro factum confluat succus. Vide Notas et Emend. num. 14.

<sup>z</sup> Laudatur] Hæc fere verbis totidem Dioscor. loc. cit. et auctor libri de Simp. Med. ad Patern. tom. XIII. operum Galeni, p. 1000.

<sup>a</sup> Hoc evenit] Diosc. loc. cit.

<sup>b</sup> Deprehenditur] Dioscor. loc. cit. Nam si linguam vehementer excalfacit, exuritve, est id admixti tithymali argumentum. Καὶ τῷ μὴ λιαν πνροῦν τὴν γλῶσσαν, ὅπερ γίνεται τιθυμάλων μηγέντος. Sic et auctor libri mox citati apud Galenum.

<sup>c</sup> Usus bimo] Biennio recentior, vestustiorve succus inutilis. Vide Notas et Emend. num. 15.

<sup>d</sup> Fit et decoctum] Diosc. loc. cit. Εὐηθέλες δὲ ἐν ὅξει καὶ καταχρισθέλες, λέπτρας ἔξαγει κεφαλαλγίας τε χρονίας ἐστὶν ἐπιβρεγμα σὸν ὅξει καὶ ροδίνῳ.

radicis in aceto ad crassitudinem mellis, quo lepræ illuminatur, et caput ungitur in dolore cum oleo.

XXXIX. Tithymalum nostri herbam lactariam vocant, alii lactucam caprinam: <sup>e</sup> narrantque lacte ejus inscripto corpore, cum inaruerit, si cinis inspergatur, apparere literas, et ita quidam adulteras alloqui maluere quam codicillis. Genera ejus multa. Primus <sup>f</sup> cognominatur characias, qui et masculus existimatur, ramis <sup>i</sup> digitali <sup>g</sup> crassitudine, rubris, succosis, <sup>h</sup> quinque aut sex, cubitali longitudine: a radice foliis <sup>i</sup> pæne oleæ, <sup>2</sup> in cacuminibus coma junci. <sup>j</sup> Nascitur <sup>k</sup> in asperis maritimis. Legitur <sup>l</sup> semen autumno, cum coma: siccatum Sole tunditur, et reponitur. Succus vero <sup>m</sup> incipiente pomorum lanugine, defractis ramulis, <sup>3</sup> excipitur farina ervi, aut fici, ut cum iis arescat. Quinas autem guttas singulis <sup>n</sup> excipi satis est. Traduntque etiam toties purgari hydropicos fico sumta quot guttas lactis excepert.

CAP. XXXIX. 1 Diosc. *caulibus*.—2 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. et sic quoque conj. Dalec. *rubris, rugosis . . . foliis pendulis* Gronov. et vulgg. *penuleæ* Chiff. Mox, Diosc. *ut et coma*.—3 Chiff.

#### NOTÆ

<sup>e</sup> *Lactucam caprinam*] Quod ea capræ vescuntur. Lactucam marinam, Apuleius c. 108. aliique, quos retulimus xx. 24.

<sup>f</sup> *Primus*] Diosc. iv. 165. Ο μὲν ἔρ-  
βην χαρακίας καλέσται· ὑπὸ δέ τινων κο-  
μῆτης, ἢ ἀμυγδαλοειδῆς, ἢ κωβιός. Gal-  
lis, *Tithymale*. Pingitur a Joan. Bau-  
hino tom. IIII. p. 672: qualem vidimus  
in horto Regio. *Xarakías*, quasi *val-  
laris* dicitur. Hoc genus peculiariter  
rnra nostra vocant evigilem matuti-  
num, *Reveille-matin*.

<sup>g</sup> *Ramis digitali*] Dioscor. loc. cit.  
*κανδοὺς, caules*, dixit: Apuleius cap.  
108. *thyrsoς*, seu *scapos*.

<sup>h</sup> *Succosis*] Vide Notas et Emend.  
num. 16.

<sup>i</sup> *A radice foliis*] Vide Notas et E-  
mend. num. 17.

<sup>j</sup> *Coma juncii*] In summitate cau-

lium, cacuminibusque, coma est simili-  
lis virgultis juncieis. Dioscor. et A-  
puleius locis citatis.

<sup>k</sup> *Nascitur*] Diosc. loc. cit.

<sup>l</sup> *Legitur*] Diosc. loc. cit.

<sup>m</sup> *Succus vero*] Dioscorides circa  
vindemiam, περὶ τὸν τρυγητὸν, ita suc-  
cum exprimi ait, loc. cit. Plinius, in-  
cipiente pomorum lanugine, nempe  
cotoneorum: quo nempe tempore la-  
nuginosa ea esse incipiunt, circa Au-  
gustum mensem.

<sup>n</sup> *Quinas . . . singulis*] Nempe sin-  
gulis ficiis. Dioscor. loc. cit. *Alii in  
ficos quæ exsiccantur ternas quaternas-  
ve guttas instillant, ut cum iis inares-  
cant, ejusmodique ficos ad usum recon-  
dunt*. Τινὲς δὲ εἰς τὰ ξηρανδρενα σύκα  
ἀποστάζουσι σταλαγμοὺς γ' ἢ δ', ξηρα-  
νούστες ἀποτίθενται.

Succus cum<sup>o</sup> colligitur, ne attingat oculos<sup>4</sup> cavendum est. Fit et e foliis tuis priore minus efficax. Fit et decoctum e ramis. Est semen<sup>p</sup> in usu cum melle decoctum<sup>s</sup> ad catapotia solvendae alvi gratia. Semen et dentium<sup>q</sup> cavis cera includitur. Colluuntur<sup>r</sup> et radicis decocto e vino aut oleo. Illinunt<sup>s</sup> et lichenas succo: bibuntque eum, ut purgent<sup>6</sup> vomitione et alvo soluta, alias stomacho inutili. Trahit pituitam sale adjecto in potu, bilem aphronitro.<sup>7</sup> Si per alvum<sup>t</sup> purgari libeat, in posca: si vomitione, in passo aut aqua mulsa. Media potio tribus obolis datur. Ficos a cibo sumsisse melius est. Fauces urit<sup>u</sup> leniter: est enim tam<sup>3</sup> serventis naturae, ut per se extra corpori impositum, pusulas ignium modo faciat, et pro caustico in usu sit.

XL. Alterum<sup>a</sup> genus tithymali myrsiniten<sup>1</sup> vocant: alii caryiten: foliis myrti acutis et pungentibus, sed mollioribus: et ipsum in asperis nascens. Colliguntur comae ejus hordeo turgescente, siccataeque in umbra diebus novem in

---

*ramis.* Mox, in eodem, ut cum iis ecrescat.—4 Diosc. ne manus intingat.—5 Chiff. decocto.—6 Cod. Dalec. ut purget.—7 Chiff. addito in p. b. aphronitro.—8 Vet. Dalec. Est et alias tam.

CAP. XL. 1 Chiff. myrsiten.—2 Chiff. lavatumque deinde; cod. Dalec.

#### NOTÆ

<sup>o</sup> Succus cum] Diosc. loc. cit.

<sup>p</sup> Est semen] Dioscor. loc. cit. totidem verbis. Καταπότιον medicamentum est quod sumitur deglutiendo. Pilulas alibi Plinius, et vulgus, vocat. ‘Catapotium, id est, medicamentum quod non diluitur, sed ita ut est, devoratur.’ Scribonius Largus Compos. 87.

<sup>q</sup> Semen et dentium] Dioscor. loc. cit. succo hanc vim attribuit, ut dentium cavis inditus, dolores levet: Theod. Priscianus 1. 14. ut decidere sponte faciat.

<sup>r</sup> Colluuntur] Collui dentes radicis decocto cum aceto jubet Dioscor. loc. cit.

<sup>s</sup> Illinunt] Dioscor. loc. cit. et Apuleius c. 108, tit. 4.

<sup>t</sup> Si per aleum] Apuleius c. 108.

<sup>u</sup> Fauces urit] Diosc. loc. cit. Quoniam fauces exasperat, catapotia quæ ex eo concinnantur, cera aut decocta melle oblini, atque ita dari par est. Τραχύνει δὲ καὶ τὴν φάρυγγα· θέντη δεῖ καταπότια περιπλάττειν κηρῷ ἢ μέλιτι ἔθφῳ, καὶ οὕτως διδύναι.

<sup>a</sup> Alterum] Dioscor. iv. 165. ‘Ο δὲ θῆλυς, ὃν ἔνιοι μυρσινήν, ἢ καρυτήν ἐκάλεσαν, κ. τ. λ. iisdem enim plane notis describit, ac Plinius. Myrsinites legitimus tithymalus id genus appellatur a Clusio Hist. Rar. Plant. I. vi. p. 189. ab aliis latifolius. Vidi mus in horto Regio. In Indice Myrtilles: Theophrasto Hist. ix. 12. Μυρτίης. Et Apuleio.

Sole inarescunt. Fructus non pariter maturescit, sed pars anno sequente, et nux vocatur. Inde cognomen<sup>b</sup> Græci dedere. Demetitur<sup>c</sup> cum messium maturitate, lavaturque, dein<sup>d</sup> siccatur, et datur cum papaveris nigri duabus partibus, ita ut sit totum acetabuli modus:<sup>e</sup> minus hic vomitionibus,<sup>f</sup> quam<sup>g</sup> superior, ceteri item. Aliqui sic et folium ejus dedere, nucem vero ipsam in mulso, aut passo, vel cum sesama.<sup>h</sup> Trahit bilem<sup>i</sup> et pituitam per alvum. Oris ulceræ sanat. Ad nomas oris folium cum melle estur.

**XLI.** Tertium<sup>b</sup> genus tithymali paralium<sup>i</sup> vocatur, sive tithymalis, folio rotundo, caule palmum alto, ramis rubentibus, semine albo, quod colligitur incipiente uva,<sup>j</sup> et siccatum teritur, sumiturque acetabuli mensura<sup>j</sup> ad purgationes.

**XLII.** Quartum genus<sup>k</sup> helioscopion appellant, foliis



*lotum deinde.*—3 Cod. Dalec. modo: *minus hic non vom. aptus, quam.*

CAP. XLI. 1 Ita Harduin. I. 2. 3. et recent. Ita quoque Chiff. *paralias* edd. vett. et Gronov.—2 Theophr. *uva nigrescere.*

#### NOTÆ

<sup>b</sup> *Inde cognomen]* Caryitæ. A voce Græca κάρνον quæ nucem sonat. Theophr. Hist. IX. 12. Τάντα δ' οὐκ ἄμα φέρει τὸν καρπὸν, ἀλλὰ παρ' ἔτος . . . δὲ καρπὸς αὐτοῦ καλεῖται κάρνον.

<sup>c</sup> *Demetitur]* Quæ deinceps sequuntur, accepta sunt totidem verbis a Theophr. Hist. IX. 12.

<sup>d</sup> *Acetabuli modus]* Mensura. Theophr. loc. cit. Τὸ δὲ συναμφότερον ὅσον δέξιθαφορ.

<sup>e</sup> *Minus hic vomitionibus]* Subintellige, accommodatus. Sic Diosc. loc. cit. et Apuleius c. 108.

<sup>f</sup> *Vel cum sesama]* Et quidem tosta, ἐν σησάμῳ πεφρυγμένῳ. Theophr. loc. cit.

<sup>g</sup> *Trahit bilem]* Theophr. loc. cit.

<sup>h</sup> *Tertium]* Hæc tota descriptio petitæ similiter ad verbum ex Theophr. Hist. IX. 12. De hoc tithymali genere diximus xx. 80. Dioscor. IV. 165.

'Ο δὲ παράλιος λεγόμενος τιθυμαλίδα ή μήκων ἐκάλεσαν, κ. τ. λ. Ab Apuleio dicitur cap. 108. 'Tithymalis, peplis tithymalis, paralion mecon.' Et hoc genus Galli evigilium matutinum vocant.

<sup>i</sup> *Incipiente uva]* Pubescente, matrrescente, variante. Theophr. loc. cit. ὅταν ἄρτι περκάζῃ σταφυλή. Plinius XX. 80. 'florente uva.'

<sup>j</sup> *Acetabuli mensura]* Dimidio acetabulo ipse dixit xx. 80.

<sup>k</sup> *Quartum genus]* De eo genere eadem ad verbum prodidit Apuleius cap. 108. et Diosc. IV. 165. 'Ο δὲ ἡλιοσκόπιος λεγόμενος ἀνδράχνη ὅμοια φύλλα ἔχει, κ. τ. λ. Pingitur a Dodoneo, pag. 367. quale in horto Regio observatum a nobis. Helioscopos ab Apuleio nuncupatur loc. cit. idemque cicer columbinum, et caprago.

porcilacæ,<sup>1</sup> ramulis stantibus a radice quatuor aut quinque, rubentibus, semipedali altitudine, succi plenis. Hoc circa<sup>1</sup> oppida nascitur, semine albo, columbis gratissimo.<sup>2</sup> Nomen accipit,<sup>3</sup> m quoniam capita cum Sole circumagit. Trahit bilem<sup>n</sup> per inferna in oxymelite dimidio acetabulo: ceteri usus, qui characiæ.

XLI. Quintum<sup>o</sup> cyparissian vocant, propter foliorum similitudinem, caule gemino aut triplici nascentem in campestribus: cui eadem vis,<sup>p</sup> quæ helioscopio aut characiæ.

XLIV. Sextum<sup>q</sup> platyphyllon vocant: alii corymbiten, alii amygdaliten a similitudine. Nec ullius latiora sunt folia. Pisces necat,<sup>r</sup> alvum solvit, radice, vel foliis, vel succo in mulso, aut aqua mulsa drachmis quatuor. Detrahit privatim aquas.

XLV. Septimum<sup>s</sup> dendroiden<sup>t</sup> cognominant, alii cobion,<sup>z</sup> alii leptophyllum,<sup>t</sup> in petris nascens, comosissimum<sup>u</sup> ex om-

CAP. XLIII. 1 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. portulaceæ edd. vett. et Gronov.—2 Ita ex codd. Harduinus et recentt. gratissimo, quod colligitur incipiente uva Gronov. et al. vett. ‘Hæc, quod c. i. uva, supervacua sunt, et repetita ex superioribus periodis.’ Dalec.—3 Vet. Dalec. accepit.

CAP. XLV. 1 Ita cod. Reg. 2. et Editio princeps.<sup>v</sup> Brotier. dendroides Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—2 Chiff. in emend. cubion.—

#### NOTÆ

<sup>1</sup> *Hoc circa*] Diosc. loc. cit.

<sup>m</sup> *Nomen accipit*] Dioscor. loc. cit. Συμπεριφέρεται δὲ τούτου ἡ κόμη τῇ τοῦ ἥλιου κλίσει θεν καὶ ὀνδρασται ἥλιοςκόπιος.

<sup>n</sup> *Trahit bilem*] Diosc. loc. cit.

<sup>o</sup> *Quintum*] Κυπαρισσίας, a foliorum similitudine cum cupresso nomen accepit. A Dodonæo pingitur, pag. 367. Vidimus in horto Regio.

<sup>p</sup> *Cui eadem vis*] Dioscor. loc. cit.

<sup>q</sup> *Sextum*] Diosc. 'Ο δὲ πλατύφυλλος φλόμωφουκε. Nomen habet a latitudine foliorum. Pingitur a Clusio, Hist. Rar. Plant. lib. vi. pag. 190. quale est a nobis observatum in horto Regio. Amygdalitæ cognomen primo generi tribuit Diosc. minus recte.

<sup>r</sup> *Pisces necat*] Dioscor. III. 165.

<sup>'Αποκτεῖνει δὲ καὶ τὸν ἵχθυας, κοπεῖς καὶ διεθεῖς τῷ ὑδάτι. Pisces necat tusus, et aqua dilutus.</sup>

<sup>s</sup> *Septimum*] Dioscor. loc. cit. 'Ο δὲ ἐν ταῖς πέτραις φύσμεκος, δενδροειδῆς δὲ καλούμενος, ἀμφιλαφῆς ἄνωθεν καὶ πολύκομος, δύοι μεστὸις, ὑπέρυθρος τὸν κλάδους, κ. τ. λ. Qui in petris nascitur, dendroides (quasi arborescens) cognominatus, foliosus est in cacumine, densamque spargit comam, succo lacteo prægnans, subrubentibus ramis, &c. Pingitur a Lobelio, in Advers. pag. 150. Tithymalus myrsinites angustifolius appellatur. In horto Regio vidimus.

<sup>t</sup> *Leptophyllum*] A foliorum tenuitate; sunt enim myrti tenuioris similia,

nibus maxime,<sup>3</sup> cauliculis rubentibus, et semine copiosissimum : ejusdem effectus,<sup>4</sup> cuius characias.

**XLVI.** Apios ischas,<sup>a</sup> sive raphanos agria, juncos duos<sup>b</sup> sive tres spargit in terra rubentes, foliis rutæ:<sup>c</sup> radix cepæ, sed amplior: quare quidam<sup>d</sup> raphanum sylvestrem vocant. Intus habet mammam<sup>e</sup> candidam, extra cortices nigros. Nascitur<sup>f</sup> in montuosis asperis, aliquando et herbosis.<sup>2</sup> Effoditur vere, tusaque in fictili mergitur, dejectoque quod supernatat, reliquus succus purgat<sup>3</sup> utraque parte,<sup>g</sup> sesquiobolo in aqua mulsa. Sic et hydropicis datur acetabuli mensura. Inspergitur et aridæ radicis farina potionis, aiunteque<sup>h</sup> superiorum partem ejus vomitione biles<sup>i</sup> extrahere: inferiorem, per alvum, aquas.

<sup>3</sup> Codd. Dalec. et Chiff. *maximis*.

CAP. XLVI. 1 Vet. Dalec. *carnem*.—2 <sup>f</sup> Ita cod. Reg. 2. et Editio principes. *Brotier*. aliquando et in herbosis edd. vett. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recent.—3 Vet. Dalec. *relictus succus colligitur*, purgat.—4 Diosc. *bilem et pituitam*. Mox, Chiff. *alvum aqua*.

#### NOTÆ

τὰ φύλλα μυρσίνη λεπτῆ προσεοικότα, inquit Dioscor. loc. cit.

<sup>a</sup> *Comosissimum*] Largiore coma.

<sup>b</sup> *Ejusdem effectus*] Diosc. loc. cit.

<sup>c</sup> *Apios ischas*] Diosc. iv. 177. <sup>"</sup>Apios, οἱ δὲ ἵσχας, οἱ δὲ Χαμαιράφανος ὄρεινή ἡ ἀγρία, οἱ δὲ λινόβοστις. Vide Saracenum in Notis ad Dioscor. <sup>"</sup>Apios dicitur, et ἵσχας, quod radicem habet accedentem ad piri formam, vel fucus. Nullum nomen invenit Gallicum, inquit Ruellius lib. III. p. 658. Vidimus tamen per inopiam frugum ruri pauperes hac radice vesci.

<sup>d</sup> *Juncos duos*] Diosc. loc. cit. ramulos junceos binos ternosve dixit, κλωνία δύο ἡ τρία ἀπὸ γῆς ἀνίησι σχοινάδη λεπτὰ, κ. τ. λ.

<sup>e</sup> *Foliis rutæ*] Foliis quidem rutæ, sed oblongioribus iisdem, et angustioribus: Φύλλα πηγανφέ έικότα, ἐπιμηκέστερα μέντοι καὶ στενότερα. Theophr. Hist. IX. 10. φύλλον μὲν ἔχει πηγανώδες βραχύ.

<sup>f</sup> *Quare quidam*] Ἀegineta VII. 10. Καλοῦσι δέ τινες αὐτὸν χαμαιράφανον.

<sup>g</sup> *Intus . . . mammam*] Corpus, carnem, pulpare candidam. Diosc. loc. cit. Πίξα . . . φλοιὸν ἔχοντα ἔξωθεν μέλανα, ἔνδοθεν δὲ λευκόν. Quoniam lactei succi plena radix est, mammam idcirco, et quidem sat eleganter, vocat.

<sup>h</sup> *Nascitur*] Diosc. loc. cit.

<sup>g</sup> *Purgat utraque parte*] Per supernaque vomitione, atque per inferna. Diosc. loc. cit. Τούτου τρία ἡμιαβόλια ποθέντα ἀννα καὶ κάτω καθαίρει. Sed differt a Dioscoride Plinius, quod supernatantem liquorem rejicit, reliquum in medicos usus asciscit: ille contra liquorem qui supernatantem pennam collectum exsiccatumque adhibet in eosdem usus.

<sup>h</sup> *Aiunteque*] Dioscorides loc. cit. post Theophr. Hist. IX. 10. Sic etiam Ἀegineta VII. 10.

**XLVII.** Tormina<sup>i</sup> discutit quodcumque panaces, et Vettonica,<sup>j</sup> præterquam a cruditate:<sup>k</sup> peucedani<sup>l</sup> succus et inflationes, ructus gignens: item acori<sup>l</sup> radix, daucumve,<sup>m</sup> si lactucæ modo<sup>n</sup> sumatur. Ladanum<sup>o</sup> Cyprium potum interaneorum vitiis occurrit: item Gentianæ<sup>p</sup> farina, ex aqua tepida fabæ magnitudine. Plantago mane<sup>q</sup> sumta duabus lingulis,<sup>r</sup> et tertia papaveris in vini cyathis quatuor non veteris.<sup>s</sup> Datur et in somnum euntibus, addito nitro vel polenta, si multo post cibum detur. Colo<sup>t</sup> infunditur hemina succi, vel in febri.

**XLVIII.** Agaricum<sup>u</sup> potum obolis tribus in vini veteris

**CAP. XLVII.** 1 Vet. Dalec. *prætereaque cruditatem*.—2 Ita cod. Reg. 2. et Editio princeps. Cod. Dalec. *linguis seu cochlearibus*; Gronov. al. vett. Harduin. et recentt. *duabus linguis*.—3 Ita ex codd. Harduin. et recentt. *non veteris* desunt in Chiff. *in vini non veteris cyathis IV.* Gronov. et vulgg.

#### NOTÆ

<sup>i</sup> *Tormina*] Diosc. III. 55. Etiam ad jumentorum tormina panacis radicem utilem esse scribit Theophr. Hist. IX. 10. Ad quoscumque ventris dolores, cap. 12.

<sup>j</sup> *Et Vettonica*] Anton. Musa tit. 16. <sup>k</sup> *Ad ventris dolorem*: <sup>l</sup> *Herbæ Vettonicae drachmam unam in aqua calida cyathis duobus bibendam dato.* His autem duntaxat hæc apta erit compositio, quorum non ex cruditate intestina torquentur. Sic etiam Marcellus Empir. cap. 29. p. 203.

<sup>m</sup> *Peucedani*] Torminibus, inflationibusque subvenire pariter auctor est Diosc. III. 92.

<sup>n</sup> *Item acori*] Diosc. I. 2.

<sup>o</sup> *Daucumve*] Dauci semen ad secunda tormina commendat Diosc. III. 83.

<sup>p</sup> *Si lactucæ modo*] Ex aceto oleoque.

<sup>q</sup> *Ladanum*] Alvum sistit, urinam ciet. Diosc. I. 128.

<sup>r</sup> *Item Gentianæ*] Succum hujus prodesse stomachicis scribit Diosc. III. 3.

<sup>u</sup> *Plantago mane*] Marcellus Empir. cap. 27. pag. 188. <sup>v</sup> *Plantaginis aridae semen tritum, ex partibus duabus, et papaveris capita arida, ex parte tertia, oportet per cribrum tenuiter foratum trajici, ex eoque pulvere dari torminoso ligulae magnæ mensuram, interdum plus aut minus, cum vini veteris mixti non nimium, id est, cyathis tribus.* Hoc medicamentum ante somnum utiliter etiam ad vesperam datur. <sup>w</sup> Et paulo ante: *Plantago cocta ante alium cibum data ex aceto plurimo, et exiguo sale atque oleo, torminosis plurimum prodest.*

<sup>x</sup> *Duabus lingulis [linguis]* Vel, ut alii Ms. habent, *lingulis*, hoc est, *cochlearibus*.

<sup>y</sup> *Colo*] In coli tormento, hoc est, in tenuioris intestini morbo. Apponi jubet ad colici umbilicum contusam plantaginem Marcellus Empir. cap. 29. pag. 206.

<sup>z</sup> *Agaricum*] Lienosis in aceto multo præbet Diosc. III. I.

cyatho uno, lieni medetur: et panacis omnium generum radix in mulso.<sup>1</sup> Sed Teucria<sup>b</sup> præcipue, pota arida et decocta quantum manus capiat, in aceti heminis tribus. Ad vulnus<sup>2</sup> illinitur eadem cum aceto: aut si tolerari non possit, ex sicu vel aqua. Polemonia<sup>c</sup> bibitur ex vino. Vettonica<sup>d</sup> drachma in oxymelitis cyathis tribus. Aristolochia,<sup>e</sup> ut contra serpentes.<sup>f</sup> Argemonia<sup>g</sup> septem diebus in cibo sumta lienem consumere dicitur: agaricum<sup>h</sup> in aceto mulso obolis duobus. Nymphææ<sup>i</sup> heracliae radix e vino<sup>j</sup> pota, et ipsa consumit. Cissanthemus,<sup>k</sup> drachma bis die sumta, in vini albi cyathis duobus per dies XL. lienem dicitur paulatim emittere per urinam. Prodest<sup>j</sup> et hyssopum cum fico decoctum. Lonchitidis<sup>k</sup> radix decocta, priusquam semen emittat.<sup>l</sup> Peucedani<sup>m</sup> quoque radix decocta, et lieni et renibus. Lien acori<sup>n</sup> potu<sup>o</sup> consumitur. Præcordiis<sup>p</sup> et ilibus utilissimæ radices. Clymeni semen<sup>o</sup> po-

CAP. XLVIII. 1 Vet. Dalec. *in aceto mulso*.—2 Vet. Dalec. *vulnera*; Chiffl. *heminam*.—3 Argemone Vet. Dalec.—4 Chiffl. *in vino*.—5 Chiffl. *demittat*.—

## NOTÆ

<sup>b</sup> *Sed Teucria*] Quæ hemionitis Dioscoridis est III. 152. ut alibi monuimus: ἦτις σὺν ὅξει ποθεῖσα τήκει σπλῆνα.

<sup>c</sup> *Polemonia*] Ex aceto drachmæ pondere dari liensis, auctor est Diosc. IV. 8.

<sup>d</sup> *Vettonica*] Diosc. IV. 1.

<sup>e</sup> *Aristolochia*] Ex aqua propinat Diosc. III. 6.

<sup>f</sup> *Ut contra serpentes*] Lib. XXV. c. 55. radicis drachmam in vini hemina sæpius bibendam adversus serpentes prædictit.

<sup>g</sup> *Agaricum*] Diosc. III. 1. et Plin. Valer. II. 18. <sup>h</sup> *Agarici oboli duo in aceto mulso poti per dies xx. consumunt lienem.*

<sup>i</sup> *Nymphææ*] Diosc. III. 148. totidem verbis.

*Delph. et Var. Clas.*

<sup>j</sup> *Cissanthemus*] Hoc est, cyclamino cyssanthemos, de quo idem narrat Diosc. III. 195.

<sup>k</sup> *Prodest*] Diosc. III. 30. ad verbum.

<sup>l</sup> *Lonchitidis*] Et hoc de altera lonchitide Dioscorides III. 162. quam et asperam vocat: Τήκει δὲ καὶ σπλῆνα μετ' ὅξους πινομένη.

<sup>m</sup> *Peucedani*] Diosc. III. 92. post Theophr. Hist. IX. 22.

<sup>n</sup> *Lien acori*] Diosc. I. 2. σπλῆνας τήκει.

<sup>o</sup> *Præcordiis*] Dioscor. loc. cit. lateri, hepatici, thoraci, subvenire ait.

<sup>p</sup> *Clymeni semen*] Subintellige, lienem absumit. Diosc. IV. 14. de periclymeno, quam esse clymenon Plinianam suo loco docuimus: Τούτου δὲ καρπὸς πέπειρος συλλαγεῖται, καὶ ξηρανθεῖται.

*Plinius.*

II C

tum diebus triginta pondere denarii in vino albo. Vettunicæ farina ex melle et aceto scillite<sup>7</sup> pota. Radix lontanitidis in aqua, et Teucrium illinitur. Item scordium<sup>p</sup> cum cera, agaricum cum farina foeni Græci.<sup>8</sup>

XLIX. Vesicæ malis,<sup>q</sup> contraque calculos, gravissimis<sup>r</sup> cruciatibus, ut diximus,<sup>r</sup> auxilio est Polemonia<sup>s</sup> ex vino pota: item agaricum.<sup>t</sup> Plantago<sup>u</sup> radice vel foliis potis ex passo. Vettonica,<sup>v</sup> ut in jocinere diximus:<sup>w</sup> item ramifici, pota atque illita: eadem ad strangurias<sup>x</sup> efficacissima. Ad calculos<sup>y</sup> quidam Vettunicam et verbenacam et millefolium æquis portionibus, ex aqua, pro singulari remedio bibere suadent. Strangurias discuti et dictamno certum est. Item quinquefolio decocto ad tertias in vino: hoc et enterocellicis<sup>z</sup> dari atque illini, utilissimum est. Xiphii

<sup>6</sup> Cod. Dalec. acoro poto.—<sup>7</sup> Chiffl. scillito.—<sup>8</sup> Gronov. et al. ante Harduin. cum farina fænigræci, vesicæ malis . . . auxilio est. Polemonia, &c.

CAP. XLIX. 1 Vet. Dalec. in gravissimis.—<sup>2</sup> Ita cod. Reg. 2. et Editio

#### NOTÆ

Ἐν σκιᾷ, πίνεται μετ' οἴνου Λαζήν α' δλκῆν  
ἐπὶ ἡμέρας μ', καὶ σπλῆνα τήκει, κ. τ. λ.  
Semen postquam ematuruit collectum, et  
in umbra siccatum, si drachmæ pondere  
ex vino bibatur quadragenis diebus, lie-  
nem absunit, &c.

<sup>p</sup> Item scordium] Diosc. III. 125. Kal ὑποχόνδριον χρονίως φλεγμανὸν  
ἀναληφθεῖσα κηρωτὴ παρηγορεῖ. Diuturnam hypochondrii inflammationem cerato  
excepta lenit.

<sup>q</sup> Vesicæ malis] Ab his verbis instituendam periodum novam loci sententia admonuit, quæ connexa perperam cum anterioribus hactenus fuere.

<sup>r</sup> Ut diximus] Lib. xxv. 7. ‘Indi-  
cavere,’ inquit, ‘experimento, asper-  
rimos cruciatus esse calculorum a stil-  
licidio vesicæ.’

<sup>s</sup> Polemonia] Diosc. IV. 8. ex aqua  
præbet.

<sup>t</sup> Item agaricum] Diosc. III. I.

<sup>u</sup> Plantago] Totidem verbis Diosc.  
II. 153. et Apuleius c. 1. tit. 24.

<sup>v</sup> Vettonica] Vettonica pariter cal-  
culos rumpi docet Galenus de Fac.  
Simp. Med. lib. VII. p. 189.

<sup>w</sup> Ut in jocinere diximus] Cap. 19.  
his verbis: ‘Vettonica drachma una  
in aqua calida cyathis tribus.’ Ex  
melle et aceto bibi jubet Anton.  
Musa tit. 24.

<sup>x</sup> Eadem ad strangurias] Diosc.  
IV. 1.

<sup>y</sup> Ad calculos] Verbis plane totidem Marcellus Empir. c. 26. p. 177.  
Item suspectæ vetustatis anctor, Æ-  
milius Macer, cap. de verbenæ: ‘Her-  
bam cui nomen foliis de mille dedere,  
Bettonicamque, pari verbenæ pondere  
junge: Hæc mixta potentur  
aqua: nullum medicamen Utilius cre-  
dunt illis quos calculus angit.’

<sup>z</sup> Hoc et enterocellicis] Diosc. IV.  
42.

quoque<sup>a</sup> radix superior urinam ciet infantibus. Enteroce-  
licis<sup>b</sup> datur ex aqua, et illimitur vesicæ vitiis. Peucedani  
succus infantium<sup>c</sup> ramici : et umbilicis<sup>d</sup> eminentibus psyl-  
lion illinitur. Urinam cient<sup>e</sup> anagallides, acorique radicis<sup>f</sup>  
decoctum, vel ipsa trita potaque : et omnia vesicæ<sup>g</sup> vitia  
sanat. Et calculos<sup>h</sup> herba et radix cotyledonis. Itemque<sup>i</sup>  
genitalium inflammationem omnem, pari pondere caulis, et  
seminis,<sup>j</sup> et myrrhæ. Ebulum<sup>k</sup> teneris<sup>l</sup> cum foliis tritum,  
ex vino potum, calculos pellit : impositum testes sanat.<sup>m</sup>  
Erigeron<sup>n</sup> quoque cum farina thuris et vino dulci, testium  
inflammationes sanat. Symphyti<sup>o</sup> radix illita enterocelas  
cohibet : genitalium nomas hypocisthis<sup>p</sup> alba. Artemisia<sup>q</sup>  
quoque datur contra calculos ex vino dulci, et ad strangu-  
riam. Dolores vesicæ<sup>r</sup> sedat ex vino nymphææ heracliae  
radix.

L. Eadem vis crethmo<sup>s</sup> ab Hippocrate admodum lau-

---

princeps.<sup>t</sup> Brotier. Et Vettonica Gronov. Harduin. et recentt.—3 Ictericis  
cod. Dalec.—4 Chiffl. infantibus.—5 Cod. Dalec. potaque etiam vesicæ.  
Vox omnia deest in cod. Dalec.—6 Vet. Dalec. pondere semenis caulis.—  
7 Chiffl. tenerum.

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *Xiphii quoque*] Diosc. iv. 20.

<sup>b</sup> *Enterocelis*] Iisdem verbis Dios-  
cor. loc. cit.

<sup>c</sup> *Et umbilicis*] Dioscor. iv. 70. 'Εν-  
τεροκήλας τε τὰς ἐπὶ παλῶν καὶ ἔξομ-  
φάλους ὑγιάζει καταπλαστόμενον σὺν  
ὅξει. *Infantium enterocelis et eminenti-  
umblico illitum ex aceto medetur.* Un-  
de forsitan legi hoc loco oporteat, ut  
in Chiffl. cod. *Peucedani succus infan-  
tibus: ramici et umbilicis eminentibus  
psyllion illinitur.*

<sup>d</sup> *Urinam cient*] Certe nephriticis  
hydropicisque opitulari ait Diosc. ii.  
209.

<sup>e</sup> *Acorique radicis*] Diosc. i. 2.

<sup>f</sup> *Et calculos*] Diosc. iv. 92. Item  
Galenus de Fae. Simp. Med. lib. vii.  
p. 195. Dysuriā statim ea sanari  
in vino pota, auctor est Theod. Pris-  
cianus ii. 2. 20.

<sup>g</sup> *Itemque*] Diosc. loc. cit.

<sup>h</sup> *Ebuli*] Ebuli radices ad calen-  
los commendat Marcellus Empir. c.  
26, p. 176.

<sup>i</sup> *Testes sanat*] Testium epiphoras,  
seu inflammations.

<sup>j</sup> *Erigeron*] Iisdem verbis Diosc.  
iv. 97.

<sup>k</sup> *Symphyti*] Diosc. iv. 9.

<sup>l</sup> *Hypocisthis*] Cistho ipsi hanc vim  
assignat Diosc. i. 126.

<sup>m</sup> *Artemisia*] Diosc. iii. 127. et  
Apuleius c. 59. tit. 4.

<sup>n</sup> *Dolores vesicæ*] Diosc. iii. 147.

<sup>o</sup> *Eadem vis crethmo*] Diximus de  
eo, anteriore lib. cap. 96. Laudatur  
ab Hippocrate, ad ejiciendos fœmi-  
narum menses, de Natura Mul. tex.  
20, p. 372, et de Morb. Mul. lib. i.  
tex. 10, p. 422. Ad uteri morbos in-  
ter optima remedia, ἄριστα φάρμακα,

datæ.<sup>1</sup> Est autem inter eas quæ eduntur sylvestrium herbarum. Hanc certe apud Callimachum apponit rustica illa Hecale: <sup>p</sup> speciesque est batis hortensiæ.<sup>2</sup> <sup>q</sup> Caulis unus <sup>r</sup> palmum altus, semen ferens odoratum, ceu libanotidis rotundum, siccatum rumpitur: habet intus nucleus candidum, quem aliqui cachrym vocant. Folio pingui, albicante veluti olivæ, crassiore, et salso gustu: <sup>s</sup> radices digitæ crassitudine tres aut quatuor. Nascitur in maritimis petrosis.<sup>t</sup> Estur crudum <sup>u</sup> coctumve cum olere, odorati saporis <sup>v</sup> et jucundi. Servatur <sup>w</sup> etiam in muria: præcipui usus <sup>x</sup> ad stranguriam, folio, vel caule, vel radice ex vino. Colorem quoque corporis gratiorem facit: verum æquo largior inflationes. Alvum solvit decocto, urinamque,<sup>y</sup> et a renibus humorem trahit.<sup>z</sup> Sic et alceæ <sup>z</sup> siccaæ farina in vino pota strangu-

---

CAP. L. 1 Ita ex codd. Harduin et recentt. laudato Dalec. laudata Gronov. et vulgg.—2 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. speciesque ejus est batis hortensiæ Vet. Dalec. speciesque est b. hortensiæ Gronov. et vulgg.—3 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. Folia pinguis, albicant . . . . crassiore, et salsa gustu Gronov. et vulgg.—4 Dalec. et petrosis.—5 Vet. Dalec. odoratum, saporisque.—6 Idem Vet. præcipiusque usus ejus.—7 Cod. Dalec. verum largior inflationes alei solvit. Decocta urinam et a renibus, &c. Vet. Dalec. verum largior quoque inflationem. Alvum, &c. alii vett. ap. eundem: inflationes facit. Alvum, &c.—8 Sine auctoritate in recentioribus editionibus, althæa. Ex codd. Regg. 1. 2. emendandum, alceæ. Est damasonium. Vide supra cap. 12. et 28. Brotier. althæa Gronov. et al. vett. item Harduin. 1. 2. 3. et recentt.

## NOTÆ

eodem volumine, tex. 56. p. 450.

<sup>p</sup> *Illa Hecale]* De qua diximus ante, xxii. 44.

<sup>q</sup> *Batis hortensiæ]* Nec batis quoque bacillarum nomine, de quibus egimus xxv. 96. intelligenda est: quando neque ipsa crethmos ea est appellatione censenda, ut diximus. Quin et bacillas herbarii perperam in marinæ distinxere, atque hortenses, ut acute vidit Petr. Quiqueranus de Laud. Provinciæ lib. II. sol. 50. cum nihil discrepent: nisi quia maritimæ littorum prærogativa gustantibus salaciorem morsum infligunt. Conditura bacillarum acetô constat: ei nihil

salis adjicitur, quod (ut aiunt) salem sibi secum ferant. Quæ ratio me quoque monet, ut asseverem bacillum eam non esse batin, quod Dalecampius censuit: quando Columella, Plinius, ac Dioscorides, sue batini nunc salem, nunc muriam injiciunt. Batin esse potius censuerim eam quæ nomine alio hortensis sive sativa portulaca est: crethmon, marinam.

<sup>r</sup> *Caulis unus]* Iisdem pâne notis a Diosc. describitur, II. 157.

<sup>s</sup> *Estur crudum]* Dioscor. loc. cit.

<sup>t</sup> *Servatur]* Dioscor. loc. cit.

<sup>u</sup> *Urinamque]* Dioscor. loc. cit.

<sup>v</sup> *Sic et alceæ]* Dioscor. III. 163.

riam tollit, efficacius addito dauco. Lieni quoque utilis. Adversus serpentes<sup>w</sup> bibilitur. Jumentis quoque in pituita aut stranguria hordeo inspersa succurrit.

LII. Anthyllion<sup>a</sup> est lenti simillima, quæ in vino<sup>b</sup> pota vesicas vitiis liberat, sanguinem sistit. Altera est<sup>c</sup> anthyllis, chamæpityos similis, flore purpureo, odore gravi, radice intubi.<sup>d</sup>

LIII. Vel magis medetur cepæa,<sup>d</sup> similis<sup>e</sup> porcilaræ, nigriore radice, sed inutili, nascens in littoribus arenosis, gustu amara. In vino<sup>f</sup> cum asparagi radice vesicæ plurimum prodest.

LIII. Eadem præstat hypericon,<sup>f</sup> quam alii chamæpytin, alii corion<sup>g</sup> appellant, oleraceo<sup>h</sup> frutice,<sup>h</sup> tenui, cubitali,

---

CAP. LI. 1 Margo edd. Dalec. et Gronov. simillima nascens in littorib. arenosis gustu amara (subsalsa Diosc.) quæ in vino et cet. intubi. Sed id magis cepæa, &c. inutili, in vino, &c. e Diosc.

CAP. LIII. 1 Vesicæ magis cepæa medetur similis Vet Dalec. vel magis medetur. Cepæa similis Chiffi. Ita bene cod. Reg. I. et Editio princeps. Male in recentioribus omissum medetur. Cepæa antem est sedum cepæa dictum, H. L. B. Brotier. medetur omissum est in edd. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.

CAP. LIII. 1 Chiffi. corissum.—2 Vet. Dalec. surculaceo; et sic Diosc.

#### NOTÆ

<sup>w</sup> *Adversus serpentes]* Dioscor. loco citato.

<sup>a</sup> *Anthyllion]* Ἀνθυλλὸς hæc prima Dioscoridis III. 153. pieta a Lobeilio, in Advers. pag. 195. visa a nobis in horto Regio. In Dalmatia et Creta frequens, teste Anguillara par. XIII. p. 237.

<sup>b</sup> *Quæ in vino]* Diosc. loc. cit.

<sup>c</sup> *Alteræ est]* Et hæc altero simili- ter loco a Diosc. appellata, loc. cit. iisdem signata notis. Iva Moschata Monspeliensium, scite effigiata a Lobeilio in Observ. p. 208. visa a nobis in horto Regio.

<sup>d</sup> *Vel magis m. cepæa]* Κηπατα Diocoridi III. 168. iisdem ferme verbis describitur. Vidimus in horto Regio, qualem Matthiolus delineat in Diosc. lib. III. p. 933. In Paduano et Bononiensi agro nasci testatur An-

guillara par. XIII. p. 242.

<sup>e</sup> *In vino]* Diosc. loc. cit.

<sup>f</sup> *Eadem ... hypericon]* Diosc. III. 171. Ὅπερικὸν, οἱ δὲ ἀνδρόσαμον, οἱ δὲ κόριον, οἱ δὲ χαμαπίτων, κ. τ. λ. Officinæ Perforatam vocant, Galli Millepertuis, quod folia Soli objecta innumeris foraminibus scatere, et omni ex parte punctis quibusdam pertundi visantur. Vulgus item herbam S. Joannis sæpe nuncupat. Pingitur a Dodonæo p. 76. Vidimus in horto Regio.

<sup>g</sup> *Alii corion]* Ita Dioscor. MSS. tamen, tum hoc loco, tum in Indice, pertinaciter corison exhibent. Sic rursum inferius c. 60.

<sup>h</sup> *Oleraceo frutice]* Altitudine oleribus pari, sive inter olera frutice agnascente.

rubente, folio rutæ, odore acri,<sup>1</sup> semine in siliqua nigro, maturante cum hordeo. Natura semini<sup>2</sup> spissandi: alvum sistit: urinam ciet:<sup>3</sup> vesicæ<sup>4</sup> cum vino bibitur.

LIV. Est aliud<sup>5</sup> hypericon, quod alii corin<sup>6</sup> appellant, folio tamaricis, et sub ea nascitur, sed pinguioribus foliis et minus rubentibus,<sup>7</sup> odoratum, palmo altius, suave, leniter acutum. Vis semini excalfactoria: et ideo inflationem facit: sed stomacho non inutile:<sup>8</sup> præcipuum ad<sup>9</sup> stranguriam, si exulcerata non sit vesica. Medetur et pleuriticis ex vino potum.

LV. Vesicæ autem<sup>10</sup> callithrix<sup>11</sup> trita simul cum cumino, et data ex vino albo. Verbenaca<sup>12</sup> quoque cum foliis<sup>13</sup> decocta ad tertias, vel radix ejus e mulso calido calculos ejicit.

Item perpressa,<sup>14</sup> quæ Aretii et in Illyrico nascitur, in aqua decocta e tribus heminis ad unam, et pota. Trifolium<sup>15</sup> ex vino sumtum. Et chrysanthemum. Anthemum<sup>16</sup>

---

—3 Vox semini deest in cod. Dalec.—4 Ita codd. Harduin et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. ad calculos vesicæ Gronov. et al. vett.

CAP. LIV. 1 Chiffl. caro. Mox, folio erice margo edd. Dalec. et Gronov. e Diosc.—2 Vet. Dalec. et minoribus ac rubentibus.—3 Ita ex codd. Harduin et recentt. altius suave et ideo inflationem facit, et stomacho non inutile cod. Dalec. non altius margo edd. Dalec. et Gronov. e Diosc. altius, l. s. aculeatum. Vis, &c. inflationem facit enterocelis: sed, &c. Gronov. et vulgg.

CAP. LV. 1 Ita codd. Harduin et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. callitrichæ Vet. Dalec. callitrichon Gronov. et al. vett.—2 Ita codd. Harduin et Chiffl. et Vet. Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. quoque foliis Gronov. et vulgg. Mox, e mulso calido Chiffl.—3 Ita Harduin.

#### NOTÆ

<sup>1</sup> Odore acri] Resinam pineam obolemente, unde et χαμαιπίτνος nomen.

<sup>2</sup> Urinam ciet] Diosc. loc. cit. Δύναμιν δὲ ἔχει διουρητικήν.

<sup>3</sup> Est aliud] Dioscor. III. 174. Κόρπις, οἱ δὲ καὶ τοῦτο ὑπερικὸν καλοῦσι, φύλλον ἔχει παραπλήσιον τῷ τῆς ἐρείκης, κ. τ. λ. A Matthiolo pingitur in Diosc. lib. III. p. 939. In horto Regio vidi- mus.

<sup>4</sup> Alii corin] Ita sanc Dioscor. Sed Pliniani codices MSS. non hic modo, sed et in Indice, et tursum inferius

c. 73. et 81. constantissime caron vocant.

<sup>5</sup> Præcipuum ad] Diosc. loco cit.

<sup>6</sup> Vesicæ autem] Diosc. IV. 136.

<sup>7</sup> Verbenaca] Marcellus Empiricus cap. 26. pag. 175. et Apuleius cap. 3. tit. 5.

<sup>8</sup> Item perpressa] ‘Repressa Romanis,’ inquit Anguillara par. XII. pag. 218. dasi a i cavalli quando sono ripresi, onde . . . tal nome. Id esse ibi pabulum equorum ait, cum aestuant.

<sup>9</sup> Trifolium] Lib. III. c. 123. Mar-

quoque<sup>r</sup> calculos ejicit, parvis a radice foliis quinis, caulis longis duobus flore roseo: radices tritae per se, ceu laver crudum.

**LVI.** Silaus nascitur<sup>a</sup> glareosis<sup>r</sup> et perennibus rivis, cubitalis apii similitudine. Coquitur, ut olus acidum,<sup>2 b</sup> magna utilitate vesicæ: quæ si scabiem<sup>c</sup> sentiat, panacis radice sanatur, aliter inutile vesicis. Calculos pellit malum erraticum,<sup>d</sup> radicis libra in vini congio decocta ad dimidias: inde heminæ sumuntur per triduum. Reliquum ex vino cum sio:<sup>3</sup> urtica marina, et daicum,<sup>e</sup> et plantaginis semen ex vino.

**LVII.** Et herba Fulviana<sup>f</sup> trita ex vino, (et hæc nomen inventoris habet, nota tractantibus,) urinas ciet.

**LVIII.** Scordion testium tumores sedat. Hyoscyamum<sup>g</sup> genitalibus medetur: peucedani<sup>h</sup> succus ex melle, et se-

1. 2. 3. et recentt. et chrysanthemum Antemii Chiffi. et chrysanthemum primum. Anthemum Gronov. et al. vett. Mox, seu laver crudum Gronov.

CAP. LVI. 1 Chiffi. glabriolis.—2 Vet. Dalec. ut olus atrum. Mox, sanatur, aliter inutili. Vesicæ calculos cod. Dalec.—3 Vet. Dal. cum conyzæ; al. Vet. ejusdem, sicut et sion.

#### NOTÆ

cellus Empir. c. 26. p. 180. de tri-  
folio minuto: ut et Plinius Valer. II.  
38.

<sup>r</sup> *Anthemum quoque*] Sic Reg. I. At  
Reg. 2. et Index, *Anthemis*. In Illy-  
rico reperiri, dicique *Sassifragia*, quod  
calculos nempe vesicæ frangit, vel  
ejicit, auctor est Anguillara par. XII.  
p. 218.

<sup>a</sup> *Silaus nascitur*] Non est hæc la-  
ver, sive sion, de quo diximus XXII.  
41. ut existimavit Ruellius lib. II. p.  
369. cum de lavere proxime antea,  
ceu stirpe diversa, mentio habeatur.  
Sed apium potius palustre, ut acute  
vidit Anguillara par. 2. p. 219. et  
cum eo Lobelius in notis MSS. ad eum  
locum.

<sup>b</sup> *Coquitur, ut olus acidum*] Olus-  
atrum, credo, intelligit.

<sup>c</sup> *Quæ si scabiem*] Si sit exulcerata

vesica.

<sup>d</sup> *Malum erraticum*] Quid hac voce  
intelligat, haud satis liquet. Dale-  
campius de aristochchia interpreta-  
tur, quæ malum terræ superius ap-  
pellata est, c. 54. quod radix in glo-  
bum mali rapique modo rotundetur.  
Vix assentior: cum illa ubique nobis-  
liore nomine Græco quam Latino a  
Plinio appelletur.

<sup>e</sup> *Et daicum*] Daicum urinas pel-  
lere auctor est etiam Dioscor. III.  
83.

<sup>f</sup> *Et herba Fulviana*] Quæ sit ea  
porro, cum nullis signetur notis, sta-  
tui auspicato nequit.

<sup>g</sup> *Hyoscyamum*] Testium tumorimé-  
deri dixit hyoscyami semen Dioscor.  
IV. 69.

<sup>h</sup> *Peucedani*] Dioscor. III. 92.

men, stranguria: agaricum<sup>i</sup> obolis tribus in vini veteris cyatho uno: trifolii<sup>j</sup> radix drachmis duabus in vino: dauci<sup>k</sup> una drachma, vel seminis.<sup>l</sup> Ischiadic<sup>m</sup> et semine et foliis erythrodani tritis sanantur: panace poto:<sup>n</sup> et inficata<sup>o</sup> Polemonia, aristolochiae decocto folii. Agarico quidem et nervus, qui platys<sup>p</sup> appellatur, et humerorum dolor sanatur, obolis tribus in vini veteris cyatho uno poto.<sup>q</sup> Quinquefolium<sup>r</sup> ischiadicis et bibitur et imponitur. Item scammonia<sup>s</sup> decocta cum<sup>t</sup> hordei farina. Semen hyperici<sup>r</sup> utriusque bibitur ex vino. Sedis vitia et attritus celerrime sanat plantago: condylomata<sup>u</sup> quinquefolium: sedem eversam<sup>v</sup> cyclamini radix ex aceto. Anagallidum<sup>w</sup> cœru-

CAP. LVIIL. 1 Vet. Dalec. *vino dulci*, *vel una drachma seminis*; cod. Dalec. *rino dulci*, *una drachma*, &c.—2 Ita codd. Harduin et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *panace pota* edd. vett. et Gronov.—3 Chiffl. qui *platus*.—4 Vet. Dalec. *potis*.—5 Chiffl. et cum.—6 Ita codd. Harduin et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *conversam* Gronov. et vulgg.—7 Ita codd. Harduin et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Anagallis* Gronov. et vulgg. *Mox*, Gronov. et vulgg. *procidentia*; Vet.

## NOTÆ

<sup>i</sup> *Agaricum*] Dioscor. III. 1.

<sup>j</sup> *Trifolii*] Hujus seminis drachmas ternas, foliorum quaternas præbet Diose. III. 123.

<sup>k</sup> *Dauci*] Subintellige, radicis. Semen certe ad pellendas urinas commendat in primis Diose. III. 83.

<sup>l</sup> *Ischiadicu*] Dioscor. III. 160.

<sup>m</sup> *Panace poto*] Illini jubet ischiadi Diose. III. 55.

<sup>n</sup> *Et inficata*] Et pota quoque ex aqua, si Dioscoridem audimus, IV. 8. et, qui Dioscoridem ubique sequitur, Galenum de Fac. Simp. Med. lib. VIII. p. 221.

<sup>o</sup> *Nervus, . . . qui platys*] Πλατὺς, hoc est, latus, amplus, patens. Nervum intelligit curvis crassissimum, maximumque inter lumbares, qui ad genu usque procedit. Ad coxendum articulorumque dolores facere agaricum ex aceto mulso potum, ait Diose. III. 1.

<sup>p</sup> *Quinquefolium*] Dioscor. IV. 42.

Marcellus Empir. c. 25. p. 174. ‘Ad ischiadem,’ inquit, ‘herba pentaphyllos, foliis fragorum simillima, cum vino trita, in balineo in solio data potui hac valetudine laborantes cito remediat.’

<sup>q</sup> *Item scammonia*] Dioscor. IV. 171. Συνεψησίσα δὲ ὅξει καὶ λεανθεῖσα μετὰ ἀλεύρου κριθίνου ἴσχιαδικῶν ἔστι κατάπλασμα.

<sup>r</sup> *Semen hyperici*] Dioscor. III. 171. et 174.

<sup>s</sup> *Condylomata*] Dioscor. IV. 42.

<sup>t</sup> *Sedem eversam*] Procidentem. Dioscor. II. 194. ‘Ἐδραν δὲ προπεσοῦσαν σὸν ὅξει καταχριδένεος δὲ χυλὸς καθίστησι. Sedem prociduam radicis succus ex aceto illitus restitutus.

<sup>u</sup> *Anagallidum*] Diose. II. 209. Φασὶ δὲ ἔνιοι τὴν μὲν ἔχουσαν τὸ κυάνεον ἄνθος, προπτώσεις δακτυλίου στέλλειν τὴν δὲ τὸ φωικοῦν, ἐρεθίζειν καταπλασθεῖ-

Iea procidentiam sedis retro agit : e diverso rubens proritat. Cotyledon condylomata et hæmorrhoidas mire curat. Testium tumores acri radix decocta in vino, tritaque, et illita.<sup>s</sup> Intertrigines<sup>v</sup> negat fieri Cato, absinthium Ponticum secum<sup>9</sup> habentibus.

(IX.) Alii adjiciunt et pulegium : quod jejonus qui legit, si post se alliget, inguinis dolores prohibet, aut sedat cœptos.

LIX. Inguinalis<sup>i w</sup> (quam quidam argemonem vocant) passim in vepribus nascens, ut prosit inguinibus, in manu tantum habenda est.

LX. Panos sanat<sup>a</sup> panaces cum melle :<sup>i</sup> plantago<sup>b</sup> cum sale : quinquefolium :<sup>c</sup> persolatae<sup>d</sup> radix, ut in strumis : item damasonium :<sup>e</sup> verbascum<sup>f</sup> cum sua radice tusum, vino aspersum, folioque involutum, et ita in cinere calfac-



Dalec. et Chiffl. *procidentiam*; quod recepere Harduin. et recentt.—8 Chiffl. *tritaque illita*.—9 Vet. Dalec. *siccum*.

CAP. LIX. 1 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Inguinaria* Gronov. et vulg.

CAP. LX. 1 Vet. Dalec. *ex melle*. Mox, in eodem, *ut et strumas*.—2 Vox

#### NOTÆ

<sup>a</sup>av. *Aiunt nonnulli impositam anagallidem eam, quæ cœruleum edit florem, sedis procidentiam retro agere : quæ vero phœniceum, eandem proritare.*

<sup>v</sup> *Intertrigines*] Cato de Re Rust. c. 159. p. 89. ‘Intertrigini remedium : In viam cum ibis, absinthii Pontici surculum sub annulo habeto.’ Apuleius cap. 100. tit. 4. ‘Ad inguinum vel intertriginis molestias :’ ‘Herbae absinthii et marrubii surculum sumito, et in semicinctio tecum portato, sanaberis.’ Intertrigines attritus sunt femorum. In Notis quæ Tironis falso dicuntur, apud Gruterum p. 180. ‘Rhagadium. Intestigo. Intestiginosum.’ Lege, ‘Intertrigo. Intertriginosum.’

<sup>w</sup> *Inguinalis*] In Reg. 2. *Inguinalis*, quam quidam argemonion. In Reg.

<sup>i</sup> *argemon*. In Indice, *Inguinalis*, sive *Argemo*. Argemoniam vocare videtur Marcellus Empir. c. 32. p. 225. et c. 34. p. 235. Quam porro Plinius ‘inguinalem’ vocet, si alia est ab argemonia, de qua xxv. 56. aut a lappa canaria, quam pariter argemonem dixerit, ut vidimus xxiv. 116. obscurum est.

<sup>a</sup> *Panos sanat*] Diosc. III. 56.

<sup>b</sup> *Plantago*] Sic et Diosc. II. 153.

<sup>c</sup> *Quinquefolium*] Dioscor. IV. 42.

<sup>d</sup> *Persolatae*] Quod et arcion a Dioscoride appellatur IV. 107. Quo illa modo in strumis imponatur, diximus cap. 12.

<sup>e</sup> *Item damasonium*] Diosc. III. 169.

<sup>f</sup> *Verbascum*] Ad οἰδήματα, hoc est, ad tumores, commendatur a Diosc. IV. 104.

tum, ut imponatur calidum. Experti affirmavere, plurimum referre si virgo imponat nuda, jejuna jejuno,<sup>2</sup> et manu supina tangens dicat: ‘ Negat Apollo pestem posse crescere, cui nuda<sup>3</sup> virgo restinguat:’ atque ita retrorsa<sup>4</sup> manu<sup>5</sup> ter dicat, totiesque despuant ambo. Medetur<sup>6</sup> et radix mandragoræ ex aqua: radicis scammoniæ<sup>7</sup> decoctum cum melle: sideritis cum adipe vetere:<sup>8</sup> vel Chrysippea<sup>9</sup> cum ficiis pinguibus: et haec ab inventore habet nomen.

LXI. (x.) Venerem in totum adimit, ut diximus,<sup>k</sup> nymphæ heraclia: eadem<sup>1</sup> semel<sup>1</sup> pota, in XL. dies. Insomnia quoque<sup>m</sup> Veneris a jejuno pota, et in cibo sumta. Illita quoque radix genitalibus inhibet non solum Venerem, sed et affluentiam genituræ, ob id<sup>n</sup> corpus alere<sup>2</sup> vocemque dicitur. Appetentiam<sup>o</sup> Veneris facit radix e xiphio superior, data potu in vino. Item quam crethmon<sup>3</sup> agrion appellant: et horminos<sup>p</sup> agrios cum polenta contrita.<sup>4</sup>

LXII. Sed inter pauca<sup>q</sup> mirabilis est orchis herba: sive



*jejuno* deest in cod. Chiffi.—3 Ita ex codd. Harduinus et recentt. ita quoque Fulv. Ursin. ad Varr. p. 20. *quam nuda* Gronov. et vulgg.—4 Cod. Dalec. *retorsa*; unde Dalecampius conj. *retorta*.—5 Gronov. et al. ante Harduin. *veteri*.

CAP. LXI. 1 ‘Vox eadem vacat.’ Dalec.—2 Chiffi. *habere*.—3 Chiffi. *cremonn*.—4 Vet. Dalec. *hormion agrion cum pol. contritum*; margo edd. Dalec. et Gronov. *ormenos agrios cum pol. contritus*.

#### NOTÆ

<sup>g</sup> *Retrorsa manu*] Aversa manu, prona, cum vola terram spectat: ut contra supina, cum vola cœlo obvertitur.

<sup>h</sup> *Medetur*] Diosc. IV. 76.

<sup>i</sup> *Radicis scammoniæ*] Dioscor. IV. 171.

<sup>j</sup> *Vel Chrysippea*] Quid Chrysippea sit, velle indicare, harioli foret, et conjectoris parum sani.

<sup>k</sup> *Venerem . . . ut diximus*] Lib. XXV. 37. ‘Qui biberint eam duodecim diebus, coitu genituraque privari.’

<sup>l</sup> *Eadem semel*] Hoc est: si per dies duodecim bibatur, ut dictum est XXV. 37. in totum Venerem adimit: si vel

semel bibatur, Venerem in XL. dies restinguat.

<sup>m</sup> *Insomnia quoque*] Subintellige, adimit in totum. Diosc. ad verbum III. 148.

<sup>n</sup> *Ob id*] Vide quæ de raphano diximus XX. 13.

<sup>o</sup> *Appetentiam*] Diosc. IV. 20. Φασὶ δὲ καὶ ἀφροδίσια παρομάν τὴν ἀνωτέρω βίξαν σὺν οἴνῳ ποθεῖσαν.

<sup>p</sup> *Et horminos*] Diosc. III. 145. “Ορμίνον ἄγριον . . . δοκεῖ δὲ τοῦτο σὺν οἴνῳ πινθμενον συνονσταν παρομάν. Illud est quod XVIII. 22. a Dodoneo delineari diximus, p. 290.

<sup>q</sup> *Sed inter pauca*] Diosc. III. 141. “Ορχις ἔτερος, ὁν Σεραπιδα ἔτεροι καλοῦ-

serapias,<sup>1</sup> foliis porri, caule palmeo, flore purpureo, gemina radice, testiculis simili : ita ut major,<sup>2</sup> sive (ut aliqui dicunt) durior,<sup>3</sup> ex aqua pota excitet libidinem : minor sive mollior, e lacte caprino<sup>4</sup> inhibeat. Quidam folio<sup>5</sup> scillæ esse dicunt, læviore ac minore,<sup>6</sup> caule spinoso. Radices<sup>7</sup> sanant<sup>8</sup> oris ulcera : thoracis pituitas, alvum<sup>9</sup> sistunt e vino potæ. Concitaticem<sup>10</sup> vim habet satyron.<sup>5</sup> Duo ejus genera: una longioribus<sup>x</sup> foliis, quam oleæ, caule quatuor digitorum, flore purpureo, radice gemina ad formam hominis testium, alternis annis intumescente ea ac residente. Altera<sup>y</sup> satyrios orchis<sup>6</sup> cognominatur, et fœmina esse creditur. Distinguitur internodiis et ramosiore

CAP. LXII. 1 Chiffl. *tenuior*. Mox, margo edd. Dalec. et Gronov. ex lacte caprino pota, e Diosc.—2 Margo edd. Dalec. et Gronov. ex aqua, e Diosc. sic paulo post.—3 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduini. 1. 2. 3. et recentt. leviori ac minori Gronov. et vulgg.—4 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. ejusque radices Gronov. et vulgg. Mox, et thoracis Vet. Dalec.—5 Vet. Dalec. ut satyron.—6 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. satyron or-

## NOTE

*σιν, ὡς καὶ Ἀνδρέας διὰ τὸ πολύχρηστον τῆς βίσης φύλλα ἔχει ἐουκότα πράσφ,* κ. τ. λ. Nam totidem verbis et a Dioscoride, et ab Oribasii interprete delineatur, lib. XII. p. 210. Testiculum canis officinæ vocitant. Quin et eadem omnia orchium genera Satyria nominant, Gallique officinas secuti, du *Satyron*: Apuleium quoque, qui cap. 5. orchies et satyria nullo discrimine habuit. Nos viginti omnino genera vidimus in horto Regio. Sunt omnium cognatæ vires, et ad Venetrem in primis concitandam pares.

<sup>1</sup> *Sive serapias*] In Indice, more Latino, *serapiu*. Ut rhæan alibi pro rhæade dixit.

<sup>2</sup> *Ita ut major*] Diosc. III. 141. et 142. e gemina radice seu bulbo, teneriorem ait a mulieribus Thessaliam e lacte caprino propinari ad excitandam libidinem: alteram, quæ aridior

duriorque est, ξηρὸς, ad eandem inhibendam. Theophr. Hist. IX. 19. utrumque e lacte caprino sumi ait: sic sumto majore libidinem excitari: inhiberi, minore. Vide et Galenum de Fac. Simp. Med. lib. VIII. p. 216.

<sup>5</sup> *Quidam folio*] Theophr. loc. cit. <sup>6</sup> Εχει δὲ τὸ φύλλον σκιλλῶδες, λειότερον δὲ καὶ ἔλαττον· τὸν δὲ καυλὸν δμοιότατον . . . . ἢ ἀκάνθη.

<sup>7</sup> *Radices sanant*] Dioscor. III. 142.

<sup>8</sup> *Alvum*] Diosc. loc. cit. "Ιστησι δὲ καὶ κοιλαν σὺν οὐνῳ ποθεῖσα.

<sup>9</sup> *Concitaticem*] Ad venereos impetus.

<sup>x</sup> *Una longioribus*] Hic Dioscoridis orchis est, III. 141. Latinis satyron nuncupatum. <sup>y</sup> *Oρχις, οἱ δὲ κυνόσορχιν καλοῦσι, φύλλα ἔχει . . . . ἔλαια μαλακῆ δμοια . . . . μακρότερα, κ. τ. λ.*

<sup>y</sup> *Alteria*] Hoc vero genus a Græcis scriptoribus prætermissum.

frutice, radice fascinis utili.<sup>7</sup> Nascitur fere juxta mare. Hæc tumores, et vitia<sup>8</sup> partium earum<sup>9</sup> cum polenta illita sedat, vel per se.<sup>10</sup> Superioris<sup>a</sup> radix in lacte ovis colonicæ data<sup>11</sup> nervos intendit: eadem ex aqua remittit.

LXIII. Græci satyrimon,<sup>b</sup> foliis lili rubri, minoribus, et tribus non amplius e terra exeuntibus tradunt, caule lævi, cubitali, nudo, radice gemina:<sup>c</sup> cuius inferior<sup>e</sup> pars et major mares gignat, superior ac minor foeminas. Et aliud<sup>d</sup> genus<sup>d</sup> satyrii erythraicon appellant, semine viticis majore, lævi: duræ<sup>e</sup> radicis, cortice rubro, intus album includi, sapore subdulce,<sup>f</sup> fere in montuosis<sup>g</sup> inveniri. Venerem, etiamsi<sup>h</sup> omnino manu teneatur radix, stimulari: adeo<sup>i</sup> si bibatur in vino austero. Arietibus quoque et hircis segnioribus in potu dari. Et a Sarmatis, equis ob assiduum laborem pigrioribus in coitu, quod vitium prosedatum vocant. Vim ejus restinguunt aqua mulsa, aut lactuca<sup>g</sup> sumta. In totum<sup>h</sup> quidem Græci, cum concitationem hanc volunt

---

*chis Gronov. et vulgg. Mox, et fæminam esse Chiffl.—7 Chiffl. radice fascini; alii ap. Dalec. semine acri, radice inutili.—8 Margo edd. Dalec. et Gronov. tumores discutit, et vitia corporis serpentia, e Diosc.—9 Ita codd. Hardni et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recent. partium earum erumpentia Gronov. et vulgg.—10 Ita ex codd. Hardnius et recentt. per se trita Gronov. et vulgg.—11 Dalec. Superioris quoque radix, &c. Cod. Dalec. Superioris radix in lacte ovino data.*

CAP. LXIII. 1 Margo edd. Dalec. et Gronov. magnitudine mali, e Diosc. —2 Est aliud Chiffl.—3 Vet. Dalec. duro. Mox, cortice ruffo Chiffl. et sic Diosc.—4 Ita ex codd. Hardnius et recentt. dulce Diosc. subducere Gronov. et al. vett.—5 Ita ex codd. Hardnius et recentt. fertur in montosis cod. Dalec. fere in montosis Gronov. et vulgg.—6 Vet. Dalec. stimulari

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *Partium earum]* Genitalium.

<sup>a</sup> *Superioris]* Ejus quam orchin esse Diocoridis diximus.

<sup>b</sup> *Graci satyrimon]* Ut Diosc. III. 143. Σατύριον, οἱ δὲ τρίψυλλον καλοῦσι . . . φύλλα τρία φέρει . . . κρίνω ψυσιά, κ. τ. λ.

<sup>c</sup> *Cuius inferior]* Hoc de priore orchi pariter Diosc. III. 141. ut sunt nimitem, quod ante monimus, congeneres omnium horum facultates.

<sup>d</sup> *Et aliud genus]* Diosc. III. 144. Σατύριον τὸ ἐρυθρόνιον, οἱ δὲ σατύριον ἐρυθραικδν, κ. τ. λ.

<sup>e</sup> *Venerem, etiamsi]* Totidem verbis Diosc. loc. cit.

<sup>f</sup> *Adeo si]* Multo magis, si.

<sup>g</sup> *Aut lactuca]* Quoniam hæc maxime refragetur Veneri, ut dictum est vix. 38.

<sup>h</sup> *In totum]* Omnino Græci, inquit, cum herbam aliquam, aliudve, quod

significare,<sup>7</sup> satyrimon appellant: sic et eratægin cognominales, et thelygonon, et arrhenogonon, quarum<sup>8</sup> semen testium simile est. Tithymali quoque ramorum medullam habentes, ad Venerem proniores fieri dicuntur. Prodigiosa<sup>1</sup> sunt, quæ circa hoc tradidit<sup>2</sup> Theophrastus, auctor alioqui gravis, septuageno coitu durasse libidinem contactu herbæ ejusdam, cuius nomen genusque<sup>10</sup> non posuit.

LXIV. Sideritis adalligata varices minuit, et sine dolore persanat.<sup>1</sup> Podagræ<sup>2</sup> morbus rarer solebat esse non modo patrum avorumque memoria, verum etiam nostra, peregrinus et ipse. Nam si Italæ fuisse antiquitus, Latinum nomen invenisset. Insanabilis non est credendus: quippe quoniam et in multis sponte<sup>3</sup> desiit, et in pluribus cura. Medentur<sup>j</sup> panacis radices, cum uva passa: succus hyoscyami<sup>k</sup> cum farina,<sup>4</sup> vel semen: scordion<sup>l</sup> ex aceto: iheris, uti dictum est.<sup>m</sup> Verbenaca<sup>n</sup> cum axungia trita, cyclamini<sup>o</sup> radix, cuius decoctum et pernionibus<sup>s</sup> prodest. Po-

---

*mugis adeo; cod. Dalec. stimulat adeo.—7 Cod. Dalec. significari.—8 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. ‘Lego, *thel.* et *arrhenogonon.*’ Dalec. et *thelygonon,* quarum Gronov. et vulgg.—9 Codd. Dalec. et Chiffi. tradit.—10 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *nomen speciemque* Gronov. et al. vett.*

CAP. LXIV. 1 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *præstat* Gronov. et al. vett.—2 Hinc est alterius capitis initium in Vet. Dalec. et Chiffi.—3 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *et sponte*, omissis *in multis*, Gronov. et al. vett. *Mox, desinit, et in pl. curatur* Vet. Dalec.—4 Vet. Dalec. *cum farina sesamæ.*—

#### NOTÆ

hanc vim concitaticem Veneris habeat, significare volunt, satyrimon appellant. Sic enim et eratægin sive eratægonon nuncupant, aliasque. Arrhenogoni certe semen esse testium simile prodidit Theophr. Hist. ix. 19.

<sup>i</sup> *Prodigiosa*] Theophr. Hist. ix. 20, et ex eo Athenæus lib. 1. pag. 18. Ab India in Græciam allatum id herbae addit Theophrastus. In libris Indicarum navigationum aliquot herbarum simili virtute prædictarum historiam reperias: cuiusmodi sunt Am-

fiam, Agnacat, Tambor sive Betel, et aliæ.

<sup>j</sup> *Medentur*] Diosc. iii. 55. ‘Αρμόζει καὶ ποδαγρικοῖς μετὰ σταφίδος ἡμέρου καταπλαστόμενος.

<sup>k</sup> *Succus hyoscyami*] Vide Notas et Emend. num. 18.

<sup>l</sup> *Scordion*] Sic et Diosc. iii. 125.

<sup>m</sup> *Iberis, uti dictum est*] Lib. xxv. c. 49.

<sup>n</sup> *Verbenaca*] Ad tumores et inflammations commendatur a Diosc. iv. 61.

<sup>o</sup> *Cyclamini*] Dioscor. ii. 194. Eb-

dagras refrigerat radix e xipho, semen e psyllio,<sup>r</sup> cicuta cum lithargyro aut axungia, aizoum<sup>s</sup> in primo impetu podagræ rubentis, hoc est, calidæ. Utrilibet vero<sup>r</sup> convenit erigeron cum axungia, plantaginis<sup>t</sup> folia trita addito sale modico, argemonia<sup>6t</sup> tusa ex melle. Medetur et verbenaca illita, aut si pedes macerentur in aqua in qua decocta sit.<sup>7</sup>

LXV. Et lappago,<sup>u</sup> similis anagallidi,<sup>1</sup> nisi esset ramosior, ac pluribus foliis aspera, rugosa, asperioris succi, gravis odoris: quæ talis est,<sup>2</sup> v mollugo vocatur. Similis, sed asperioribus foliis, asperugo. Superioris succus expressus pondere xi. denariorum in vini<sup>3</sup> cyathis duobus quotidie sumitur.

LXVI. Præcipue vero<sup>a</sup> liberat eo malo phycos thalassion, id est, fucus marinus, lactucæ similis, qui conchyliis<sup>b</sup> sub-

<sup>5</sup> Chiffl. et in pernionibus.—<sup>6</sup> Vet. Dalec. et cod. ejusdem, argemone.—<sup>7</sup> Ita ex codd. Harduinus et recentt. illita ad pedes in aqua decocta cod. Dalec. illita pedibus in aqua decocta Vet. Dalec. et al. illita, a. si p. m. in ejus decocto Gronov. et al. vett.

CAP. LXV. 1 Dodon. galio.—2 Margo edd. Dalec. et Gronov. mollis est, e Diosc.—3 Chiffl. in vino.

#### NOTÆ

Θετεῖ δὲ καὶ πρὸς ποδάγραν . . . καὶ χιμετλα τὸ ἀφέψημα αὐτῆς καταπλούμενον.

<sup>r</sup> Semen e psyllio] Dioscor. iv. 70.

<sup>s</sup> Aizoum] Aizoi folia vel per se vel cum polenta imposita, Diosc. iv. 89. et 90.

<sup>t</sup> Utrilibet vero] Hoc est, sive podagræ frigidæ, sive calidæ et aestuantæ. Marcellus Empir. c. 36. p. 243.

<sup>c</sup> Herba senecio quæ in tegulis nascit, cum sale trita, vice malagmatis imposita, podagræ prodest.

<sup>6</sup> Plantaginis] Marcellus Empir. c. 36. p. 246.

<sup>7</sup> Argemonia] Inflationes omnes sedari ea imposita, scribit Dioscor. ii. 208.

<sup>u</sup> Et lappago] Sive Lappa canaria, de qua diximus xxiv. 116.

<sup>v</sup> Quæ talis est] Duo innuit esse lappaginis genera: utrumque a pecu-

liari qualitate denominatum. Molligo altera ex iis apud Marcellum Empir. p. 179. c. 26. dicitur, et ad renes commendatur. De asperugine diximus in Notis ad xxiv. 116.

<sup>a</sup> Præcipue vero] Diosc. iv. 100. Φῦκος θαλάσσιον . . . ψυκτικὴν ἔχει δύναμιν, ποιῶσαν ἐν καταπλάσμασι, ποδαγρικοῖς, καὶ ταῖς φλεγμοναῖς δεῖ δὲ αὐτῷ χρῆσθαι ἐνίκμῳ πρὸ τοῦ ξηρανθῆναι.

<sup>b</sup> Qui conchyliis] Hoc est, ejus colore lana primum imbutitur, cum vestis conchyliatae tintura præparatur. Huic deinde colori pretiosior alter superindincitur: unde is, qui prior est, substerni dicitur. Ab hoc suco tingendis olim vestibus idoneo tinturam omnem deinde Latini fucum dixerunt. Disputat de eo suco prolixe Philosophus Hist. Anim. vi. 12. p. 692.

stermitur:<sup>1</sup> non podagræ modo, sed omnibus articulorum morbis impositus, priusquam exarefiat. Tria autem<sup>c</sup> genera ejus: latum, et alterum longius, quadamtenus rubens: tertium crispis foliis, quo in Creta vestes tinguunt:<sup>2</sup> omnia ejusdem usus. Nicander<sup>d</sup> ea et adversus serpentes in vino dedit. Salutare est et semen ejus herbæ, quam psyllion appellavimus,<sup>3</sup> madefactum aqua, admixtis in heminam seminis, resinæ Colophoniacæ cochlearibus duobus, thuris uno. Laudantur<sup>e</sup> et mandragoræ folia cum polenta tusa.

(xi.) Talis vero<sup>f</sup> tumentibus limus aquaticus cum oleo subactus mire prodest. Articulis succus e centaurio minore. Idem nervis<sup>g</sup> utilissimus. Item centauris. Vettonica nervis<sup>h</sup> discurrentibus per scapulas, humeris, spinæ, lumbis, pota,<sup>i</sup> ut in jocinere.<sup>j</sup> Articulis<sup>j</sup> quinquefolium impositum. Mandragoræ<sup>k</sup> folia cum polenta, vel radix recens tusa cum cucumere sylvestri, vel decocta in aqua.

---

CAP. LXVI. 1 Margo edd. Dalec. et Gronov. *conchis insternitur*, e Theophr. id est, innascitur.—2 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *tinguntur* Gronov. et al. vett.—3 Chiff. *nominarimus*.—4 ‘Cod. posita; fortassis, imposita.’ Dalec. Mox, et jocineri Vet. Dalec.—

## NOTÆ

<sup>c</sup> *Tria autem]* Totidem verbis hæc Dioscor. iv. 100. Φῦκος θαλάσσιον, φύεται τὸ μέντοι αὐτοῦ πλατύ τὸ δὲ ὑπόμηκες καὶ φοινίσσον· τὸ δὲ λευκὸν, φύμενον δὲ ἐν Κρήτῃ πρὸς τῷ γῆ, εὔανθες ἄγαν καὶ ἀσηπτον: Plinius et Oribasius τὸ δὲ οὐλὸν legere, non λευκόν.

<sup>d</sup> *Nicander]* Diosc. loc. cit. Νίκανδρος δέ φησι καὶ θηριακὸν ἔναι τὸ φοινικῶν. Nicandri versus est ejusmodi in Theriae. p. 60. Ἡ τι φοινίσσον δὴ καταβάλλεο φῦκος.

<sup>e</sup> *Laudantur]* Diosc. iv. 76.

<sup>f</sup> *Talis vero]* Ad verbum hæc Plinius Valer. ii. 48. et Marcellus Empir. c. 34. p. 233.

<sup>g</sup> *Idem nervis]* Dioscor. iii. 9. Ποθεῖς δὲ ἀρμάζει τοῖς περὶ τὰ νεῦρα πάθεσιν

ἰδίως.

<sup>h</sup> *Vettonica nervis]* Etiam præcisos glutinari ea censuit Marcellus Empir. c. 35. p. 240. Vide Notas et E-mend. num. 19.

<sup>i</sup> *Ut in jocinere]* Hoc est, eo temperamento, quo in jocineris remedii usi sumus, nempe c. 19. Vettonicæ drachma una in aqua calida eyathis tribus.

<sup>j</sup> *Articulis]* Plinius Valer. ii. 47. Apuleius c. 2. de quinquefolio, tit. 11. ‘Ad pedum dolorem.’ Jus radicis decoctæ prodesse ἀρθριτικοῖς scribit Dioscor. iv. 42.

<sup>k</sup> *Mandragoræ]* Dioscor. iv. 76. post Theophr. Histor. ix. 10.

Digitorum in pedibus<sup>1</sup> rimis<sup>5</sup> polypodii radix. Articulis<sup>2</sup> succus hyoscyami cum axungia: amomi<sup>6</sup> succus cum decocto: item centunculus decocta, vel muscus recens ex aqua obligatus,<sup>6</sup> donec inarescat.

Item lappæ boariæ<sup>°</sup> radix e vino pota. Cyclaminos<sup>P</sup> decocta in aqua perniunculos curat, omniaque alia frigoris vitia. Perniunculos<sup>q</sup> et cotyledon<sup>r</sup> cum axungia: folia ex batrachio:<sup>r</sup> epithymi succus. Clavos pedum extrahit ladanum cum castoreo: verbenaca ex vino.

LXVII. Nunc peractis malis quæ membratim sentiuntur, dicemus de his, quæ totis corporibus grassantur. Remedia autem hæc communia invenio.<sup>s</sup> Ante omnes potandam<sup>t</sup> dodecatheum, de qua diximus:<sup>s</sup> deinde panacis<sup>t</sup> omnium generum radices, peculiariter longinquis morbis, et semen interaneorum vitiis. Ad omnes vero corporis dolores succum e scordio: item Vettonicæ, quæ pota colorem plumbeum corporis privatum emendat, gratioremque reducit.<sup>t</sup>

LXVIII. Geranion aliqui<sup>a</sup> myrrhin: alii myrtidan<sup>t b</sup> ap-



<sup>5</sup> Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Cubitorum ac pedum rimis* Gronov. et vulgg.—<sup>6</sup> Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *obligatur* edd. vett. et Gronov.—<sup>7</sup> Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *perniunculos curat et cotyledon* Gronov. et al. vett.

CAP. LXVII. 1 Chiff. *inveniunt*.—2 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *potam* Gronov. et vulgg.—3 Vet. Dalec. *redit*.

CAP. LXVIII. 1 <sup>t</sup> Ita bene cod. Reg. 2. <sup>r</sup> Brotier. *alii myrrhida* Vet. Dalec. *aut myrrhidam* Chiff. *alii merthryda* Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. et

#### NOTE

<sup>1</sup> *Digitorum in pedibus*] Libri editi, *cubitorum ac pedum*, Reg. 1. *cubitorum in pedibus*, Reg. 2. *digitorum inde pedibus*. Malui, *digitorum in pedibus*. Diosc. iv. 188. *polypodii radicem impositam prodesse ait adversus rimas quæ inter digitos sunt*, Ποιεῖ καλ . . . ἡ βίξα λέλα καταπλασσομένη πρὸς φαγάδας τὰς ἐν μεσοδακτύοις.

<sup>m</sup> *Articulis*] Diosc. iv. 69. et Apuleius c. 4. *de symphoniacæ*, tit. 5.

<sup>n</sup> *Amomi*] Diosc. 1. 14. Ποδαγρικοῖς συμβάλλεται.

<sup>°</sup> *Item lappæ boariæ*] A lappagine, de qua sup. cap. si discrepat, ignota herbariis.

<sup>P</sup> *Cyclaminos*] Dioscor. II. 194.

<sup>q</sup> *Perniunculos*] Diosc. IV. 92. et Schol. Nicandri, in Theriac. p. 32.

<sup>r</sup> *Folia ex batrachio*] Diosc. II. 206.

<sup>s</sup> *De qua diximus*] Lib. xxv. c. 9.

<sup>t</sup> *Deinde panacis*] Ex Theophr. Hist. IX. 12.

<sup>a</sup> *Geranion aliqui*] Diosc. IV. 116. Μυρῆς, οἱ δὲ μύρθαν καλοῦσσι, τῷ κανλῷ καὶ τοῖς φύλλοις ψυκε κανεῖσθαι βίζων δὲ

pellant. Similis est cicutæ, foliis minutioribus, et caule brevior, rotunda,<sup>2</sup> saporis et odoris jucundi. Nostri sic eam tradunt. Græci foliis candidioribus paulo quam malvæ,<sup>3</sup> caulibus tenuibus, pilosis, ramosam ex intervallis, binum<sup>4</sup> palmorum, et in his foliis, inter quæ in cacumini bus capitula sint gruum. Alterum genus<sup>5</sup> foliis anemones, divisuris longioribus, radice mali modo rotunda, dulci, resistentibus se ab imbecillitate utilissima: et fere talis vera est.<sup>6</sup> Bibitur contra phthisin drachma in vini cyathis tribus bis die. Item contra<sup>7</sup> inflationes:<sup>8</sup> et cruda idem præstat. Succus radicis auribus medetur. Opisthotonicis<sup>9</sup> semen drachmis quatuor cum pipere et myrrha potum. Phthisin sanat<sup>10</sup> et plantaginis succus, si bibatur, et ipsa decocta. In cibo cum sale et oleo, et a somno<sup>11</sup> matutino, refrigerat. Eadem datur his, quos atrophos vocant, interpositis diebus. Vettonica<sup>12</sup> vero phthisicis,<sup>13</sup> ecligmate

recentt.—2 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. breviore, rotundo Gronov. et vulgg.—3 Cod. Dalec. trium. Mox, et his foliis . . . sunt gruum Vet. Dalec.—4 Vet. Dalec. rara est.—5 Margo edd. Dalec. et Gronov. inflationes vulvæ, e Diosc.—6 Opisthotonis cod. Chiffi.—7 Vet. Dalec. decocto cibo sumptu cum sale et oleo a somno; aliud Vet. decocta in vino cum sale, &c.—8 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1.

## NOTÆ

ἔχει ἐπιμήκη, ἀπαλὴν, περιφερῆ, εὐώδη, ήδειαν βραθῆναι. Geranium cicutæ folio, supinum vocat Dodonæus, a quo delineatur, pag. 63, quale vidimus in horto Regio: sed illud inodorum. Alterum moschatum, folio ad myrrhem accedente, et ibi observatum a nobis, pictum vide apud Joan. Bauhinum, tom. III. p. 479.

<sup>b</sup> Alii myrtidan [merthryda] Diosc. in Nothis, p. 459. οἱ δὲ μερτρὺς, οἱ δὲ μυρῆς. In MSS. myrtidam, forte pro myrtida. Nam in Indice, Geranion, sive myrrhis, sive myrtis.

<sup>c</sup> Græci foliis . . . malvæ] Malvæ folio rotundo geranium, Pes columbinus dicitur Dodonæo, p. 61. Gallis, Pied de pigeon. In horto Regio vidimus. Describitur iisdem pæne verbis a

Diosc. III. 131.

<sup>d</sup> Alterum genus] Et istud ab eodem Diosc. iisdem designatur notis, loc. cit. Γεράνιον τὸ μὲν φύλλον ἔχει ὄμοιον ἀνεμόνῃ, κ. τ. λ. Vulgo id Rostrum gruis, ciconiæ, appellatur: *Bec de cicogne*. Geranium est Dodonæi tuberosum, p. 61. visum a nobis in horto Regio.

<sup>e</sup> Item contra] Contra vulvæ inflationes, inquit Dioscor. III. 131. Ποθεῖσα ἐν οἴνῳ ἄχρι < πλῆθος, δυτέρας ἐμπνευματώσεις λένε.

<sup>f</sup> Phthisin sanat] Diosc. II. 153. Πίνεται δὲ καὶ πρὸς φθίσιν. Et Celsus III. 22.

<sup>g</sup> Vettonica] Diosc. IV. 1. ad verbum.

cum melle, fabæ magnitudine: agaricum<sup>h</sup> potum duobus obolis in passo, vel dacon cum centaurio<sup>9</sup> majore in vino. Phagedænis<sup>i</sup> (quod nomen<sup>j</sup> sine modo esurientum est, et alias<sup>k</sup> ulcerum) <sup>a</sup> tithymali medentur cum sesamis<sup>l</sup> sumti.

LXIX. Inter mala universi<sup>r</sup> corporis vigiliae sunt plerisque. Harum remedio monstratur panaces, clymenos, aristolochia,<sup>k</sup> et odore, et peruncto capite: aizoum, sive sedum, si involutum panno nigro, ignorantis pulvino subjiciatur: et onothera,<sup>z</sup> sive onuris, hilaritatem affert in vino, amygdalaceo folio,<sup>s</sup> flore roseo,<sup>t</sup> fruticosa, longa ra-

<sup>a</sup> Et alioqui nomen est ulcerum generis cuiusdam phagedæna.



2. 3. et recentt. Vettonica phthisicus Gronov. et vulgg.—9 Gronov. centaureo; Chiff. centaurio.—10 Ita ex codd. Harduin et recentt. sinuum modo excedentium, &c. Vet. Dalec. sine m. esurientum est, alia Chiff. sine m. excedentium est, et alias Gronov. et vulgg.—11 ‘Ms. sesamio; fortassis, sesamino.’ Dalec.

CAP. LXIX. 1 Cod. Dalec. universa.—2 Margo edd. Dalec. et Gronov. onagra, e Diosc. ænothera Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. onothera codd. Regg. 1. 2. et Editio princeps; quod revocavit Brotier. Mox, hilaritatem affert Vet. Dalec.—3 Cod. Dalec. amygdalino est folio.—4 Ita codd. Harduni et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. rosaceo Gronov. et

#### NOTÆ

<sup>h</sup> Agaricum] Totidem verbis Diosc.  
III. 1.

<sup>i</sup> Phagedænis] Diosc. IV. 165. de tithymalo: Ἀρμόζει καὶ πρὸς πτερύγια, καὶ δυθράκας, φαγέδαλας, γαγγαλας, σύριγγας. Quid hoc loco phagedæna sit, docimus xx. 13.

<sup>j</sup> Quod nomen] Geminus inesse huic voci significatus innuit: alterum pro ulcere, ut diximus xx. 13. alterum, ut sit inexplebilis voracitas, immanis esurito, inexsaturabilisque appetitus comedendi, et quasi βούλιμος. Ἀπὸ τοῦ αἰνῶ φαγεῖν, φάγαινα et φαγέδαινα. Vide Cælium Aurel. de Chron. Morb. III. 3. ‘Est etiam phagedæna,’ inquit, ‘ex stomachi passionibus, qua affecto sequetur cibi vehemens appetitia, quam Græci ὕρεξιν appellant,’ &c.

<sup>k</sup> Harum remedio . . . aristolochia] Ad somnum conciliandum valere plurimum aristolochiam in vino anstero tritam, potamque, auctor est Theophr. Hist. IX. 13.

<sup>l</sup> Et onothera [ænothera] Subintellige, ex antecedentibus, vigiliarum remedio est. In MSS. tum hoc loco, tum in Indice, sine diphthongo, Onothera, sive onuris. Sic etiam Galenus de Fac. Simp. Med. I. VIII. p. 214. Ὄναγρον, ἡ ὄνοθήρα, ἡ ὄνοθηρία. Sequitur Theophrastum Plin. Hist. IX. 23. ‘Η δὲ τοῦ ὄνοθήρα βίξα δοθεῖσα ἐν οἴνῳ, πραθέρον ποιεῖ καὶ ἵλαρώτερον τὸ θῆρος. Ἐχει δὲ διονοθήρας τὸ μὲν φύλλον ὅμοιον ἀμυγδάλη, κ. τ. λ. Sic etiam Diosc. IV. 118. Ὄνάγρα, οἱ δὲ ὄνοθήραν, οἱ δὲ ὄνοντα, κ. τ. λ. Nobis adhuc ignota.

dice, et, cum siccata est, vinum olente. Haec in potu data feras quoque mitigat.

**Cruditates**,<sup>m</sup> quæ nauseam faciunt, digerit Vettonica. Eadem pota<sup>n</sup> a coena concoctionem facit, in oxymelitis cyathis tribus drachmæ pondere: et crapulam discutit. Item agaricum<sup>o</sup> post cibum<sup>p</sup> in aqua calida potum. Paralysin Vettonica sanare dicitur: item iberis, ut dictum est.<sup>r</sup> Eadem<sup>s</sup> et torpentibus membris prodest: item argemonia, omnia quæ<sup>t</sup> periclitentur secari, discutiendo.

LXX. Comitiales sanant<sup>s</sup> panacis, quam Heraclion<sup>t</sup> diximus,<sup>u</sup> radices potæ cum coagulo<sup>v</sup> vituli marini, ita ut sint panacis tres partes: plantago pota:<sup>w</sup> Vettonicæ<sup>x</sup> in oxy-  
melite drachma, vel agaricum<sup>y</sup> obolis tribus: folia quin-  
quefolii<sup>z</sup> ex aqua. Sanat et archezostis,<sup>z</sup> sed anno pota.  
Sanat et baccharis radix arida in pulverem contrita, cyathis  
tribus cum coriandri uno in aqua<sup>3</sup> calida. Et centunculus

vulgg.—5 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *cibos* Gronov. et vulgg.

CAP. LXX. 1 Ita ex codd. Harduin et recentt. *heracleam* Dalec. *hera-  
cliam* Gronov. et vulgg.—2 *Vettonica* Dalec. Mox, *oxymeliti*, dr. vel *agarico*  
Chiff.—3 Ita ex codd. Harduin et recentt. *cum coriandro in aqua* Gronov.

#### NOTÆ

<sup>m</sup> *Cruditates*] Id vero jam superius indicavit, c. 25.

<sup>n</sup> *Eadem pota*] Diosc. IV. 1.

<sup>o</sup> *Item agaricum*] Dioscor. III. 1.

<sup>p</sup> *Item iberis, ut dictum est*] Lib. XXV. c. 49.

<sup>q</sup> *Eadem*] Ob vim calefaciendi, quæ ipsius propria dos ac peculiaris est: quapropter et ischiadicis illini utiliter monet Dioscor. I. 188.

<sup>r</sup> *Omnia quæ*] Mala tam gravia, et propter suppurationem ad amputationem membra aut partis alicujus descendere necesse sit. Inflammationes compesci ea scribit Dioscor. II. 208. Apuleius cap. 31. tit. 9. ‘Ad ea quæ secunda sunt:’ ‘Herba argemonia contrita et imposita aperit et persanat.’

<sup>s</sup> *Comitiales sanant*] Ex Theophr. Hist. IX. 12.

<sup>t</sup> *Heraclion diximus*] Lib. XXV. c. 13.

<sup>u</sup> *Cum coagulo*] Quod et per se potum comitialibus prodest, auctore Diosc. II. 85.

<sup>v</sup> *Plantago pota*] Diosc. II. 153. et Scribonius Largus Compos. 12.

<sup>w</sup> *Vettonica*] Vel ex aqua potum mederi iis scribit Diosc. IV. 1.

<sup>x</sup> *Vel agaricum*] Ex aceto mulso ternis obolis. Diosc. III. 1.

<sup>y</sup> *Folia quinquefolii*] Diebus tricensim pota. Diosc. IV. 42.

<sup>z</sup> *Sanat et archezostis*] Seu vitis alba, de qua XXIII. 16. Vide Notas et Emend. num. 20.

trita in aceto, aut melle, aut in aqua calida: verbenaca ex vino pota: hyssopi baccæ<sup>a</sup> ternæ contritæ et in aqua potæ diebus sedecim: <sup>+</sup> peucedanum<sup>b</sup> cum coagulo vituli marini æquis portionibus potum: quinquefolii contrita folia ex vino pota diebus XXXI.<sup>c</sup> Vettonicæ farina pondere x. III.<sup>d</sup> cum aceti scillitici<sup>e</sup> cyatho, mellis Attici uncia: scammonium obolis duobus cum castorei drachmis quatuor.

LXXI. Febres frigidas<sup>e</sup> leviores facit agaricum potum in calida aqua: tertianas sideritis cum oleo: item ladanum, quod in segetibus nascitur, contusum: plantago<sup>f</sup> ex aqua mulsa, duabus horis ante accessionem<sup>g</sup> pota binis drachmis: vel succus radicis madefactæ vel tusæ: vel ipsa radix trita in aqua ferro calfacta. Quidam ternas<sup>g</sup> radices in tribus cyathis aquæ dedere. Idem<sup>h</sup> in quartanis et quaternas fecerunt. Buglosso inarescente, si quis medullam e caule eximat, dicatque ad quem liberandum febri id faciat, et alliget ei septem folia ante accessionem, aiunt febri liberari.<sup>i</sup> Item Vettonicæ<sup>j</sup> drachmam, in aquæ mul-



et vulgg.—4 Vet. Dalec. diebus IV.—5 Chiffl. aceto scilliti.

CAP. LXXI. 1 Chiffl. accessione.—2 Cod. Dalec. Idemque; Chiffl. Eadem in quartanis quartana, &c. Vet. Dalec. Idem in q. et q. dederunt.—3 ‘Ita codd. Regg. 1. 2. Sic et supra, liberandum febri in codd. Regg. et Editione principe.’ Brotier. a febre liberari edd. vett. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et re-

#### NOTE

<sup>a</sup> *Hyssopi baccæ*] Vide quæ de hysopo diximus anteriore lib. c. 87.

<sup>b</sup> *Peucedanum*] Diosc. III. 92. ex aceto, rosaceoque illitum.

<sup>c</sup> *Quinquefolii . . . diebus XXXI.*] Ita libri omnes. Diosc. IV. 42. diebus tricens tantum. Ἀρῆγει δὲ καὶ ἐπιληψίας πινόμενα ἔφ' ἡμέρας λ'.

<sup>d</sup> *Vettonicæ . . . X. III.*] Hoc est, denarinum ternum.

<sup>e</sup> *Febres frigidas*] Diosc. III. 1. de agarico: Λύει δὲ καὶ βήγος πρὸ τῆς ἐπισημασίας διδόμενον. Solevit rigorem horroremve, si detur ante febrilium acces-

sionum initia.

<sup>f</sup> *Plantago*] Apuleius cap. 1. tit. 12. et 14.

<sup>g</sup> *Quidam ternas*] Diosc. II. 153.

<sup>h</sup> *Idem*] In MSS. forte rectius, Eadem in quartanis quaterna fecerunt: eadem sententia: quod existimarent iii ternas radices cum vini ternis cyathis et aquæ pari modo tertianis febribus, itemque quartanas quaternis auxiliari. Sic Diosc. loc. cit.

<sup>i</sup> *Item Vettonicæ*] Plinius Valer. III. 4.

sæ cyathis tribus: vel agaricum,<sup>4</sup> maxime in his febribus, quæ cum horrore veniant.<sup>5</sup> Quinquefolii<sup>k</sup> folia quidam terna tertianis dedere, quaterna quartanis, plura<sup>6</sup> ceteris: alii omnibus<sup>1</sup> tres obolos<sup>7</sup> cum pipere ex aqua mulsa. Verbenaca quidem<sup>m</sup> et jumentorum febribus in vino medetur: sed in tertianis a tertio geniculo incisa, quartanis a quarto. Bibitur et semen<sup>n</sup> hyperici utriusque in quartanis, et horroribus. Vettonicae farina,<sup>o</sup> quæ omnes horrores coercet. Item panaces,<sup>p</sup> adeo excalactoria natura, ut per nivem ituris bibere id perungique eo præcipiant.<sup>8</sup> Et aristolochia<sup>q</sup> perfrictionibus resistit.

LXXII. Phreneticos<sup>a</sup> somnus sanat, qui contingit peucedano ex aceto capiti infuso, anagallidum<sup>i</sup> succo. E diverso<sup>b</sup> lethargicos excitare labor est: hoc præstante (ut

centt.—4 Vet. Dalec. *drachma* .... vel agarico.—5 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *veniunt* Gronov. et vulgg.—6 Cod. Dalec. seu *plura*.—7 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *obolis tribus* Gronov. et vulgg.—8 Ita codd. Harduini et Chiffl. enm edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *id, ac perungi eo præcipiant* edd. vett. et Gronov.

CAP. LXXII. 1 Dalec. et *anagallidum*.—2 Chiffl. *excitare labor est, hoc*

#### NOTÆ

<sup>j</sup> *Vel agaricum*] Diosc. III. 1.

<sup>k</sup> *Quinquefolii*] Diosc. IV. 42. totidem verbis.

<sup>l</sup> *Alii omnibus*] Omni febri. Diosc. loc. cit.

<sup>m</sup> *Verbenaca quidem*] Totidem verbis Dioscor. IV. 61.

<sup>n</sup> *Bibitur et semen*] Sic Diosc. III. 171. et 174.

<sup>o</sup> *Vettonicae farina*] Hoc est, herbæ aridæ tenuis pulvisculus. Plinius Valer. III. 4.

<sup>p</sup> *Item panaces*] Diosc. III. 55. Δύναμις δὲ αὐτοῦ ἔστι θερμαντικὴ . . . . θερμὸς δέ τοι πρὸς περιόδους καὶ βίγη, κ. τ. λ.

<sup>q</sup> *Et aristolochia*] Apuleius cap. 19. de aristolochia, tit. 4. ‘Frigore extutis:’ ‘Herba aristolochia ex oleo cocta, calefactoriam vim habet cum

axungia porcina.’ Ita ille quidem; sed Plinii mentem, quam saepè transcribit, præpostere interpretatus videtur: cum is de frigoribus accessiōnum, horroribusque febrium locutus sit, quas Græci βίγη, ut Diosc. III. 6. de aristolochia, Latini perfrictiones vocant.

<sup>a</sup> *Phreneticos*] Plinius Valer. III. 9. Apuleius c. 94. tit. 2. ‘Ad phreneticos:’ ‘Herba peucedanum cum acetato capiti infusa, summe facit.’ Sic et Diosc. III. 92. Φρενῖτιν. Celsus III. ‘insaniam’ appellat, ‘quæ et acuta et in febre est.’ Ejus plura genera vide ibi luculenter expressa.

<sup>b</sup> *E diverso*] Hæc totidem verbis Plinius Valer. III. 7. et Diosc. III. 92.

perhibent) ex aceto<sup>2</sup> naribus tactis peucedani succo. Contra insanias<sup>c</sup> Vettonica<sup>3</sup> bibitur. Carbunculos<sup>d</sup> rum-pit panaces. Sanat Vettonicæ farina ex aqua, aut brassica<sup>e</sup> cum thure, frequenti potu calidæ: vel e carbone in conspectu restinco,<sup>f</sup> favilla, digito sublata et illita: vel plantago tusa.<sup>g</sup>

LXXXIII. Tithymalus<sup>g</sup> characias hydropicos sanat: plantago<sup>h</sup> in cibo, cum prius panem siccum ederint sine potu: Vettonica<sup>i</sup> drachmis duabus in duobus cyathis vini aut mulsi: vel agaricum, vel semen lonchitidis<sup>j</sup> duabus linguis<sup>z</sup> ex aqua potum: psyllion<sup>k</sup> ex vino: anagallidum<sup>l</sup> succus: cotyledonis<sup>l</sup> radix e mulso: ebuli<sup>m</sup> recentis radix, excussa tantum,<sup>n</sup> nec colluta, quod<sup>o</sup> duo digiti com-

præstant euphorbeum ex aceto; Gronov. excitari, &c.—3 Betonica Chiff.—4 Ita codd. Regg. 1. 2. et Editio princeps. Brotier. in conspectu extincto Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.

CAP. LXXXIII. 1 Ita ex codd. Harduinus et recentt. characites .... panaces, plantago Gronov. et al. vett. ante Harduin. Mox in iisdem vett. succum ederint; cod. Dalec. siccum comedenterint.—2 Ita edd. vett. Gronov. Harduin. 1. Miller. et Bipont. duabus linguis Harduin. 2. 3. et Franz. duabus ligulis Dalec.—3 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. psyllium Gronov. et vulgg.—4 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Har-

## NOTÆ

<sup>c</sup> *Contra insanias]* Diosc. IV. 1. Θεραπεύει μαινομένους μεθ' ὕδατος πινομένη.

<sup>d</sup> *Carbunculos]* Diosc. III. 55. Περιβρήττει δὲ καὶ ἄνθρακας.

<sup>e</sup> *Aut brassica]* Cum sale, inquit Diosc. II. 146. Μεθ' ἀλῶν δὲ ἄνθρακας περιβρήττει.

<sup>f</sup> *Vel plantago tusa]* Plinius Valer. III. 30. ‘Carbunculo medendo: suppurationes dirumpit plantago sine lannagine, cum sale contusa.’ Theod. Priscianus I. 18. ‘de carbunculis: specialiter locis superimponendum est cataplasma de arnoglossa cum pane mundo, et lenticula cocta.’ Plantago Græcis, ut diximus, ἀπόγλωσσον est.

<sup>g</sup> *Tithymalus]* Drachmæ pondere radice tusa, cum hydromelite. Diosc.

IV. 165.

<sup>h</sup> *Plantago]* Totidem verbis Diosc. II. 153.

<sup>i</sup> *Vettonica]* Diosc. IV. 1. ex aqua mulsa, si quidem febricitent: sin alter, e mulso.

<sup>j</sup> *Lonchitidis]* Certe urinam ea ciere dicitur a Diosc. III. 61.

<sup>k</sup> *Anagallidum]* Diosc. II. 208.

<sup>l</sup> *Cotyledonis]* Diosc. ad verbum, IV. 29.

<sup>m</sup> *Ebuli]* Diosc. IV. 175. Ἡ βίχα δὲ αὐτῆς ἐψηθεῖσα σὺν οἴνῳ καὶ διδομένη παρὰ τὴν δίαιταν, ὑδρωπικὸν ὥφελεῖ. Radix in vino decocta, et in cibis data hydropicos adjuvat.

<sup>n</sup> *Excussa tantum]* Excusso tantum terreo pulvere, qui radici adhaerescit: ipsa non colluta aqua.

prehendant, ex vini veteris calidi hemina: trifolii radix <sup>o</sup>  
drachmis duabus ex vino: tithymalum,<sup>p</sup> platyphyllon cognome: semen hyperici, quod coris <sup>q</sup> appellatur.

Acte, quam quidam <sup>s</sup> esse ebulum putant, radice con-  
trita in vini cyathis tribus, si febris absit, vel semine ex vino  
nigro. Item verbenaca, fasciculo manus plenæ decocta in  
aqua ad dimidias.

Præcipue tamen chamæactes <sup>6</sup> succus aptissimus creditur. Eruptiones pituitæ emendant plantago, cyclamini radix <sup>s</sup> e melle: ebuli folia <sup>t</sup> trita,<sup>7</sup> et e vetere vino imposita etiam boam sanant, id est, rubentes papulas. Pruriginem <sup>u</sup>  
succus strychni illitus.

LXXIV. Igni sacro <sup>a</sup> medetur aizoum: folia trita cicu-  
tæ: <sup>b</sup> mandragoræ <sup>c</sup> radix. Secatur in asses <sup>i</sup> ut cucu-

duin. 1. 2. 3. et recentt. quantum Gronov. et al. vett. Mox, Chiffl. *ex vini v. caldi . . . in vino . . . caros appellatur.*—5 *Chamæacte*, quam quidam Vet. Dalec.—6 Gronov. et al. ante Harduin. *chamæactæ.*—7 Ita codd. Harduin et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *cum melle: . . . contrita* Gronov. et vulgg.

CAP. LXXIV. 1 *Siccatur in asses* codd. Regg. 1. 2. et Editio princeps; *Siccatur in are* Gronov. et vulgg. *in arses* Chiffl. *in has res* cod. Dalec. *in hanc rem et cucumis* Vet. Dalec. *in ære, ut et cucumis* alii vett. ap. Dalec. *in asses ut cucumis* alii vett. item Harduin. 1. 2. 3. et recentt. Mox, *primumque*

#### NOTÆ

<sup>o</sup> *Trifolii radix*] Diosc. III. 123.

<sup>p</sup> *Tithymalum*] Hujus radix, succus, folia, aquas per inferna trahunt: 'H βίζα, καὶ ὁ ὄπες, καὶ τὰ φύλλα, ἄγει ὑδατῶδη κατὰ κοιλάν.' Dioscor. IV. 165.

<sup>q</sup> *Quod coris*] MSS. Reg. et Colb. item Parm. editio *caros* iterum hoc loco, ut supra cap. 54. Hochyperici genus urinas ciere docet Dioscor. III. 174.

<sup>r</sup> *Acte, quam quidam*] Acte sylvestris scilicet, ἀκτὴ ἄγρια, quam Ρωμαῖοι ἔβοντον vocant, ut ait Dioscor. in Nothis, pag. 474. Chamæactes eadem eblique nominibus insignior. Apuleius cap. 91. 'de chamaæacte, quam Itali ebulum vocant,' tit. 3. 'Ad hydropicos:' 'Herbæ ebuli radices conteres, et ejus succum ex-

pressum cyathis quatnor ex vini sextario semis potui semel in die dato, hydropicis validissime proderit: per anum enim humor omnis detrahetur.'

<sup>s</sup> *Cyclamini radix*] Diosc. II. 194. 'H βίζα καὶ ἔξανθηματα στέλλεται. Post Theophr. Hist. IX. 10.

<sup>t</sup> *Ebuli folia*] Hæc recentia, molliaque, illita ex polenta, inflammaciones mitigare, auctor est Diosc. IV. 175.

<sup>u</sup> *Pruriginem*] Ipsum quoque ignem sacram, de quo statim agitur, Theod. Prisciano I. 20. 'de igne sacro.'

<sup>v</sup> *Igni sacro*] Ad erysipelata valere aizoum scribit Diosc. IV. 89.

<sup>w</sup> *Folia . . . cicutæ*] Dioscor. IV. 79. 'Ἐρυσιπέλατα καταπλασθὲν σβέννυται. Est autem ἐρυσιπέλας Hippocrati πῦρ

mis: primoque super mustum suspenditur, mox in sumo: dein tunditur in vino aut aceto. Prodest et vino myrteo<sup>2</sup> fovere: mentæ<sup>e</sup> sextans, vivi sulfuris uncia, ex aceto simul trita: fuligo ex aceto.<sup>f</sup> Ignis sacri<sup>g</sup> plura sunt genera, inter quæ medium hominem ambiens, qui zoster appellatur, et enecat,<sup>3</sup> si cinixerit. Medetur<sup>h</sup> plantago cum creta Cimolia, et peristereos<sup>i</sup> per se: radix persolatae. Aliis quæ serpunt, cotyledonis<sup>j</sup> radix cum mulso, aizoum,<sup>k</sup> succus linozostis<sup>4</sup> ex aceto.

LXXV. (xii.) Radix polypodii<sup>1</sup> illita luxatis medetur. Doloremque<sup>m</sup> et tumores tollunt semen psyllii, folia plantaginis tusa, sale modico addito:<sup>n</sup> verbasci<sup>p</sup> semen ex vino decoctum et contritum: cicuta cum axungia. Folia ephemeri<sup>o</sup> tuberibus tumoribusque<sup>z</sup> illinuntur, quæ etiamdum<sup>r</sup> discuti possunt.

*super . . . e vino, aut aceto Chiffi.—2 Idem codex, myrtico.—3 Idem codex, vocatur, et necat; cod. Dalec. vocatur, et enecat.—4 Chiffi. succus c linozosti.*

CAP. LXXV. 1 Chiffi. trita sale modice addito.—2 Cod. Dalec. uberum tu-

#### NOTÆ

*ἄγριον, tumor ex fervente tenuique sanguine conflatus: sive ex flava bile et sanguine, calidioribus justa temperatione, mixta fluxio. Latini sacrum ignem appellant, et vulnus ignarum, le Feu Saint Antoine. Sunt tamen qui ignem sacrum ab erysipe late dirimant.*

*c Mandragoræ] Theophr. Hist. ix. 10. Τὴν δὲ ρίζαν πρὸς τὸ ἐρυσιπέλας, ἔνσθεῖσαν καὶ ὅξει δευθεῖσαν. Diosc. iv. 76.*

*d Secatur in asses] Vide Notas et Emend. num. 21. Asses vocat partes oblongas, in quas solemus cucumeres dividere, hoc est, pepones melonesve.*

*e Mentæ] Scribonius Compos. 245.*

*f Fuligo ex aceto] Hoc est, cum aceto.*

*g Ignis sacri] Hæc totidem verbis Plinius Valer. iii. 34. Qui porro zoster Plinio, Largo Scribonio zona appellatur, cap. 98. ‘Ad zonam,’ Com-*

pos. 247. ‘Ad zonam quam Græci ἔρητα dienunt, faciunt . . . præcipue cicuta viridis bene trita et imposita.’

*h Medetur] Plinius Valer. loc. cit. Scribonius Largus Compos. 245. ‘Ad ignem sacrum;’ et Diosc. ii. 153. totidem verbis.*

*i Et peristereos] Sive peristeron, de qua Diosc. iv. 60. Στέλλει δὲ καὶ ἐρυσιπέλατα σὺν ὅξει καταπλασθεῖσα.*

*j Cotyledonis] Diosc. iv. 92. Φλεγμονάς τε καὶ ἐρυσιπέλατα . . . καταπλαττομένη ὡφελεῖ.*

*k Aizoum] Diosc. iv. 89. Δύναμιν δὲ ἔχει ψυκτικὴν, ποιῶσαν πρὸς ἐρυσιπέλατα, ἔρητας, κ. τ. λ.*

*l Radix polypodii] Diosc. iv. 188. de ea radice: ποιεῖ καὶ πρὸς στρέμματα ἡ βίξα λεία καταπλασομένη.*

*m Doloremque] Diosc. iv. 70. luxatis tumoribusque psyllium mederi, impositum ex rosaceo, vel aqua, prodit.*

*n Verbasci] Folia tumoribus impo nit Diosc. iv. 104.*

LXXVI. Morbum regium in oculis præcipue mirari est, tenuitatem illam<sup>1</sup> densitatemque tunicarum felle subeunte. Hippocrates a septimo die<sup>2</sup> in febre mortiferum signum esse docuit.<sup>3</sup> Nos scimus vixisse aliquos etiam ab hac desperatione. Fit vero et citra febres, impugnaturque centaurio majore<sup>3</sup> (ut diximus)<sup>b</sup> poto, Vettonica,<sup>c</sup> agarici obolis<sup>d</sup> tribus ex vini veteris cyatho: item verbenacæ<sup>e</sup> folio, obolis tribus ex vini calidi hemina quatriduo. Sed celerime<sup>f</sup> quinquefolii succus medetur tribus cyathis potus cum sale et melle.<sup>4</sup> Cyclamini<sup>g</sup> radix drachmis tribus bibitur

moribus; Gronov. al. ante Harduin. et Franzius, tuberibus atque tumoribus. Mox, Chiffi. illinuntur, quæ et tantum discuti possunt.

CAP. LXXVI. 1 Chiffi. in oculis mirari est, t. etiam, omisso præcipue.—2 Idem codex, febri . . . dicit.—3 Idem codex, circa et febres expugnatusque centaurio majori.—4 Potus cum sale et melle] Paulo aliter, et melius Diosc. IV.

#### NOTÆ

<sup>a</sup> Folia ephemerij] Vide Notas et Emend. num. 22.

<sup>b</sup> Quæ etiamdum] Quæ quidem humili nihil purisve contraxerit, inquit Diosc. IV. 85. et Galenus de Fac. Simp. Med. lib. VI. pag. 175.

<sup>a</sup> Hippocrates a septimo die] Diebus iis qui septimum consequuntur. Sic libri omnes etiam MSS. non, ut quidam reponunt, ante septimum diem. Locus Hippocratis, qui nunc spectatur a Plinio, extat in eo libro quem is inscripsit, de internis affectionibus, περὶ τῶν ἐκτὸς παθῶν, text. 39. p. 244. ubi morbi regii genus alterum ait esse letale, nisi primis diebus diligenter adhibita curatio sit. Si ad octavum nonumve diem protrahatur morbus, subsequi deinde graviorem alterum, ac denique, ut plurimum, mortem ipsam: Ἡν δὲ ἡ νοῦσος ἀπομηκνῆται καὶ γένηται ὅγδοος ή ἔννατος, ξυμπίπτει ἐς νοῦσον . . . καὶ οἱ πολλοὶ ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ παραχρῆμα φθείρονται. Tamen idem ipse Aphor. IV. 62. Ὁκόσοισιν ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν ἐπιγίγνονται ἵκτεροι πρὸ τῶν ἐπτὰ ἡμέρῶν, κακόν. Quibus in

febribus morbus regius intervenit ante septimum diem, malum. Aliter in totum Diocles censuit, apud Celsum, III. 24.

<sup>b</sup> Ut diximus] Hoc est, radice pota duabus drachmis, si febris sit, in aqua trita, alias in vino, ut dictum est superiore lib. cap. 30. Minoris centaureæ hanc vim ascribit Apuleius c. 35. tit. 3.

<sup>c</sup> Vettonica] Anton. Musa tit. 33. <sup>d</sup> Ad ictericos, id est, morbo regio laborantes, qui sunt auruginosi, Vettonicam ex vini cyathis tribus frequenter sumtam proficere experti sumus.' Sic Dioscor. IV. 1. ἱκτεριῶντάς τε καθίστησι.

<sup>e</sup> Agarici obolis] Diosc. III. 1.

<sup>f</sup> Item verbenacæ] Apuleius c. 3. de verbenaca tit. 12. alio temperamento. Sed Diosc. lib. LXI. totidem verbis ac Plinius.

<sup>g</sup> Sed celerime] Vide Notas et Emend. num. 23.

<sup>g</sup> Cyclamini] Diosc. totidem verbis, II. 194.

in loco calido, et a perfectionibus tuto: sudores enim felleos<sup>b</sup> movet. Folia tussilaginis ex aqua: semen linozostis utriusque inspersum potionis, vel cum absinthio aut cicere decoctum: hyssopi baccae cum aqua potae:<sup>5</sup> lichen herba, si, cum sumitur, cetero olere abstineatur: polythrix<sup>i</sup> in vino data, struthion in mulso.

LXXVII. Passim et in quacumque parte maxima incommoda<sup>1</sup> nascuntur, qui furunculi vocantur, mortiferum aliquando malum confectis<sup>2</sup> corporibus. Remedio<sup>k</sup> sunt pycnocomi folia trita cum polenta, si nondum<sup>1</sup> caput fecerint. Discutiunt et folia ephedri<sup>m</sup> illita.

LXXVIII. Fistulæ quoque in omni parte serpunt, medicorum vitio male sectis corporibus. Auxilio est centaurium minus, collyriis cum melle decocto additis:<sup>1</sup> plantaginis succus<sup>n</sup> infusus: quinquefolium<sup>o</sup> cum sale et melle: ladanum cum castoreo: cotyledon cum medulla cervina calefacta et imposita:<sup>2</sup> verbasci radicis medulla collyrii tenuitate in fistulam additur:<sup>3</sup> vel aristolochiae<sup>p</sup> radix, vel succus tithymali.<sup>q</sup>

---

42. <sup>c</sup> Celeriter quoque regio morbo medetur (quinquefolii, *la Quinte feuille*) foliorum succus tribus cyathis aliquot diebus potus. Eadem cum sale et melle imposita tam vulneribus, quam fistulis medentur.' Brotier.—5 Margo edd. Dalec. et Gronov. *hyssopus cum ficis in aqua pota*, e Dioco.

CAP. LXXVII. 1 Ita codd. Harduinii et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. ac maximo incommodo Gronov. et vulgg.—2 Chiffl. *confectis*.

CAP. LXXVIII. 1 Vet. Dalec. *inditis*.—2 Ita codd. Harduinii et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *calefacta, imposita* Gronov. et vulgg.—3 Vet. Dalec. *inditur*.

#### NOTÆ

<sup>b</sup> *Sudores . . . felleos*] Colore fellis, χολάδεις τῷ χροῖ, Dioco. Bilem sudore sic expelli docet Galenus de Fac. Simp. Med. I. vii. p. 199.

<sup>1</sup> *Polythrix*] Dioco. IV. 136.

<sup>i</sup> *Confectis*] Senilibus.

<sup>k</sup> *Remedio*] Dioco. IV. 176. de pycnocomo: Καὶ τὰ φύλλα δὲ καταπλαττόμενα φύματα καὶ δοθῆντα διαφορέι, tuberculæ furunculosque discutiunt. Sic etiam Galenus de Fac. Simp. Med. I. viii. p. 223.

<sup>l</sup> *Si nondum*] Si nondum in caput

intumuerint, aut in acuminatum verticem extuberaverint.

<sup>m</sup> *Discutiunt . . . ephedri*] Sive ephedræ, de qua dictum est c. 20.

<sup>n</sup> *Plantaginis succus*] Dioco. II. 153. Σύριγγάς τε ἐγκλυδόμενος ὥφελει.

<sup>o</sup> *Quinquefolium*] Dioco. IV. 42.

<sup>p</sup> *Vel aristolochiae*] Apuleius c. 19. de aristolochia, tit. 3. 'Ad fistulas:' 'Herbae aristolochiae radix fistulis inserata,' &c.

<sup>q</sup> *Vel succus tithymali*] Dioco. IV. 165.

LXXIX. Collectiones<sup>r</sup> inflammationesque sanant argemoniae<sup>t</sup> folia illita. Duritias<sup>s</sup> et collectiones omnes verbenaca, vel quinquefolium<sup>t</sup> decoctum in aceto: verbasci folia vel radix, hyssopum e vino<sup>u</sup> impositum: acori radix, decocto ejus herbæ foventibus: aizoum. Item quæ contusa sint, duritiasque et sinus corporis, illecebra. Omnia infixa<sup>z</sup> corpori extrahunt, folia tussilaginis, daucum, semen leontopodii tritum in aqua cum polenta. Suppurationibus<sup>v</sup> imponuntur pycnocomi folia trita cum polenta, vel semen, item orchis. Vitia,<sup>w</sup> quæ sint in ossibus, satyrii radice imposta, efficacissime sanari dicuntur. Nomæ et collectiones omnes fuco maris,<sup>x</sup> priusquam inarescat. Et alceæ<sup>y</sup> radix collectiones discutit.

LXXX. Ambusta<sup>a</sup> sanantur plantagine, arctio,<sup>i b</sup> ita ut cicatrix<sup>c</sup> fallat. Folia ejus<sup>d</sup> in aqua decocta et contrita illinuntur: radices cyclamini cum aizoo: herba ipsa<sup>e</sup> hyperici, quod corion<sup>z f</sup> appellavimus.

LXXXI. Nervis et articulis<sup>g</sup> convenit plantago trita cum

\*\*\*\*\*

CAP. LXXIX. 1 Dalec. argemones.—2 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. corporis et tela omnia infixa Vet. Dalec. corporis. Illecebræ omnia infixa Gronov. et vulgg.—3 Et alcima Chiffl.

CAP. LXXX. 1 Gronov. arcio.—2 Chiffl. choryssum.

#### NOTÆ

<sup>r</sup> Collectiones] Diosc. II. 208. Φλεγμονὰς παρηγορεῖ τὰ φύλλα καταπλασσόμενα.

<sup>s</sup> Duritias] Tumores certe, inflammacionesque mitigare, tonsillas abrumpere verbenacam scribit et Diosc. IV. 61.

<sup>t</sup> Quinquefolium] Διαφορές σκληρίας, οἰδήματα, κ. τ. λ. Diosc. IV. 42. et ex aceto quidem, ut ex superioribus intelligitur.

<sup>u</sup> Hyssopum e vino] Sic eo mitigari inflammaciones scribit Diosc. III. 30.

<sup>v</sup> Suppurationibus] Prohibet pycnocomon ne suppurent vulnera ex aculeis spiculisve nata. Spicula et adacatos corpori aculeos pycnocomo' extracti docet Diosc. IV. 176.

<sup>w</sup> Vitia] Ut caries, de qua Celsus VIII. 2.

<sup>x</sup> Fuco maris] Egimus de eo c. 66.

<sup>y</sup> Et alceæ] Quæ et alisma, et damasonium vocatur: de qua xxv. 77.

<sup>z</sup> Ambusta] Dioscor. II. 153.

<sup>b</sup> Arctio] Vide Notas et Emend. num. 24.

<sup>c</sup> Ita ut cicatrix] Ut vix cicatrix ulla reliqua ex ambustione appareat.

<sup>d</sup> Folia ejus] Dioscor. IV. 106.

<sup>e</sup> Herba ipsa] Dioscor. III. 171. Καὶ τὰ φύλλα σὸν τῷ σπέρματι καταπλατθόμενα κατακάματα īāται. Foliis cum semine impositis ambusta sanantur.

<sup>f</sup> Quod corion] In MSS. iterum corison.

<sup>g</sup> Nervis et articulis] Apuleius c. I.

sale: argemonia<sup>1</sup> tusa ex melle. Peucedani<sup>b</sup> succo perunguntur spastici, tetanici. Nervorum duritiae<sup>i</sup> ægilops<sup>2</sup> succo, doloribus erigeron<sup>j</sup> ex aceto illinitur. Epithymo spasticis, et opisthotonicis<sup>3</sup> perungui: semine hyperici,<sup>k</sup> quod coris<sup>l</sup> vocatur, idemque<sup>4</sup> bibere prodest. Phrynon dicitur etiam abscisos sanare nervos, si confestim imponatur trita vel mansa. Spasticis, tremulis, opisthotonicis, alceæ radix bibitur ex aqua mulsa. Sic et rigores excalfacit.

LXXXII. Sanguinis profluvium<sup>1 m</sup> sistit herbæ pæoniæ semen rubrum. Eadem et in radice vis. Clymenos<sup>2</sup> vero,<sup>n</sup> si ore sanguis rejiciatur, sive e naribus, sive alvo fluat, sive fœminarum utero. Item Lysimachia<sup>o</sup> pota vel illita, vel naribus indita: item plantaginis<sup>p</sup> semen: quinquefolium<sup>q</sup>

CAP. LXXXI. 1 Dalec. *argemone*.—2 Gronov. *ægilops*.—3 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiff. *spasticis opisthotonicis* Gronov. et al. ante Harduin. Mox, *ac semine* Vet. Dalec.—4 Chiff. *carus* *vocatur*, *itemque*.

CAP. LXXXII. 1 *Sanguinis profluvia* Chiff.—2 *Cyclaminos* Gronov. et al.

#### NOTÆ

de plantagine, tit. 13. ‘Ad podogram, et omnem nervorum dolorem et tumorem:’ ‘Herbæ plantaginis folia contusa vel pisata cum modico sale, et imposita, optime facere certum est.’

<sup>h</sup> *Peucedani*] Dioscor. III. 92.

<sup>i</sup> *Nervorum duritiae*] Diosc. IV. 139.  
Αἰγίλωψ . . . σκληρὰς διαφορεῖ.

<sup>j</sup> *Doloribus erigeron*] Sive senecio. Ita Dioscor. IV. 97.

<sup>k</sup> *Semine hyperici*] Dioscor. III. 174.  
Κέρις, οἱ δὲ καὶ τοῦτο ὑπερικὸν . . . ἐπὶ δὲ ὄπισθοτονικῶν καὶ σύγχρισμά ἔστι σὺν ἔλαιῳ ἀριβδιον. Et supra: ‘Ο καρπὸς πινόμενος . . . βαղθεῖ ὄπισθοτονικοῖς.

<sup>l</sup> *Quod coris*] Rursum hic MSS. omnes, *quod caros*, ut monuimus c. 54.

<sup>m</sup> *Sanguinis profluvium*] De fluore muliebri Dioscor. III. 157. Τοῦ δὲ καρποῦ οὐδὲ τοῦ κόκκοι πυρφόλ ποθέντες ἐν οἴνῳ μέλανι αὐστηρῷ ροῦν ἐρυθρὸν ιστᾶσι. *Seminis granula* decem duodecimve ru-

bentia in vino nigro et austero pota sanguinolentum fluorem muliebrem sistunt. Galenus de Facult. Simp. Med. lib. VI. p. 167.

<sup>n</sup> *Clymenos vero*] Vide Notas et Emend. num. 25.

<sup>o</sup> *Item Lysimachia*] Marcellus Empir. totidem fere verbis c. 10. p. 83. Scribonius Largus Compos. 46. Ubeirus vero Diosc. IV. 3. et post eum Galenus de Fac. Simp. Med. lib. VII. p. 204.

<sup>p</sup> *Item plantaginis*] Apuleius c. 1. tit. 5. ‘Ad eum qui purulenta exscreat cum sanguine:’ ‘Herbæ plantaginis succum dabis bibere.’ Theod. Priscianus II. 2. 9. ‘Cum ex meninges partibus sanguis eruperit . . . fortis ex oleo roseo infrigidato adhibendus est, aut de succis herbarum, et specialiter stypticarum, ut est arnoglossa.’

<sup>q</sup> *Quinquefolium*] Sic Dioscor. IV. 42.

potum et illitum : cicutæ semen in nares, si inde fluat, tritum ex aqua inditum : aizoum,<sup>r</sup> astragali<sup>s</sup> radix : sistit et ischæmon,<sup>t</sup> et Achillea.<sup>u</sup>

LXXXIII. (XIII.) Equisetum<sup>a</sup> hippuris a Græcis dicta, et in pratis<sup>b</sup> vituperata nobis,<sup>b</sup> (est autem pilus<sup>c</sup> terræ, equinæ setæ similis,) lienes cursorum extinguit<sup>d</sup> decocta sictili novo ad tertias, quantum vas capiat, et per triduum heminis pota : unctis<sup>e</sup> esculentis ante diem unum interdicitur. Græcorum varia circa hanc opinio. Alii pinus<sup>z</sup> foliis<sup>f</sup> similem, nigricantem, eodem nomine appellant, vim ejus admirabilem tradentes, sanguinis profluvia vel tacto tantum ea homine sisti.<sup>g</sup> Alii hippurin,<sup>g</sup> alii ephedron, alii anabasin vocant. Traduntque<sup>h</sup> juxta arbores nasci, et

ante Harduin.—3 Achillia Chiffl.

CAP. LXXXIII. 1 Ita codd. Harduini, Chiffl. et Vet. Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. et pratis Gronov. et vulgg. Mox, similis, dolorem lienis cursorum Vet. Dalec. lienem Gronov. et al. ante Harduin. lienes codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—2 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. pini cod. Dalec. pini Gronov. et vulgg. junci margo edd. Dalec. et Gronov. e Diosc.—3 Ita ex codd. Harduin et recentt. tradentes, quod etiam sanguinis profluvia vel tacto ea homine

#### NOTÆ

<sup>r</sup> Aizoum] Ποῦν γυναικεῖον ἐν πρόσθετῷ τῷ ἵστητι, in pessu fluorem muliebrem sistit.

<sup>s</sup> Astragali] Diosc. iv. 62. Alia. Υσχει. Sic et Galenus de Fac. Simp. Med. lib. vi. p. 160.

<sup>t</sup> Ischæmon] Et inde nomen, ut diximus xxv. 45.

<sup>u</sup> Et Achillea] Erumpentem e vulnera sanguinem inhibet.

<sup>a</sup> Equisetum] Apuleius c. 39. A Græcis dicitur hippuris, Itali Equisetum vocant.<sup>b</sup> Retinet apud nos ho dieque nomen, ut diximus c. 20.

<sup>b</sup> Vituperata nobis] In tractatione pratorum XVIII. 67.

<sup>c</sup> Est autem pilus] Est, inquit, veluti pilus terræ, cum pilos habere profolis videatur: ἔχονσα τὰ φύλλα ταῖς θριξὶν δημιοῦ, inquit auctor Gepon. ii. 5. p. 41.

<sup>d</sup> Lienes . . . extinguit] Consumit. Lienem impedimento esse cursoribus vidimus xi. 80. Quibus extinguuntur modis, a Cælio Aureliano disce, Chron. III. 4. passim. Lienosis hippurim succurrere cum vino austero, vel oxymelite, auctor est Marcellus Empir. c. 23. p. 166.

<sup>e</sup> Unctis] Adipe vel oleo maceratis perunctive cibo interdicitur.

<sup>f</sup> Alii pinus foliis] Hæc prior hippuris Dioscoridea est, iv. 46.

<sup>g</sup> Alii hippurin] Sunt hæc diversæ appellations hippuridos supradictæ: quas et nos ante retulimus c. 20. non alterius diversæ: quanquam aliter Dodonæo aliisque visum.

<sup>h</sup> Traduntque] Hæc totidem verbis Diosc. loc. cit. et post eum Oribasius, lib. xi. fol. 199. et auctor Gepon. loc. cit.

scadentem cas dependere comis junceis multis nigris, ut est equorum cauda, geniculatis<sup>4</sup> ramulis, folia habere pauca, tenuia, exigua. Semen rotundum,<sup>i</sup> simile coriandro, radice lignosā: nasci in arbustis<sup>j</sup> maxime. Vis ejus spissare<sup>k</sup> corpora.<sup>5</sup> Succus sanguinem<sup>l</sup> e naribus fluentem inclusus<sup>6</sup> sistit: item alvum. Medetur<sup>m</sup> dysentericis in vino dulci, potus cyathis tribus. Urinam ciet: tussim, orthopnœam sanat: item rupta, et qua serpunt. Intestinis et vesicæ folia bibuntur. Enterocelem cohibet. Faciunt et aliam<sup>n</sup> hippurin, brevioribus et mollioribus comis, candidioribusque, per quam utilem ischiadicis, et vulneribus ex aceto impositam, propter sanguinem sistendum.

Et nymphaea<sup>o</sup> trita plagis imponitur. Peucedanum cum semine cupressi bibitur, si sanguis per os redditus est, fluxitve<sup>7</sup> ab infernis. Sideritis<sup>p</sup> tantam vim habet, ut quamvis recenti gladiatoris vulneri illigata<sup>8</sup> sanguinem claudat: quod facit et ferulæ<sup>q</sup> cinis, vel carbo: fungus vere etiam efficacius, qui secundum radicem ejus nascitur.



sistat Gronov. et vulgg.—4 Chiffl. *geniculis*.—5 Chiffl. *corporea*.—6 Vet. Dalec. *infusus*.—7 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *fluxitque* Vet. Dalec. *fluxitque* Gronov. et vulgg.—8 Chiffl. *illitu*; Vet. Dalec. *illita s. cludat*.

#### NOTÆ

<sup>i</sup> *Semen rotundum*] In caulinorum istud cacumine eminet, asparagi similium. Iconem vide apud Dodon. p. 73.

<sup>j</sup> *Nasci in arbustis*] Apuleius cap. 39. ex Ms. ‘in sylvis et arundinitis.’

<sup>k</sup> *Vis ejus spissare*] Astringere. Στυπτικὴ δὲ ἡ πόδα. Dioscor. loc. cit.

<sup>l</sup> *Succus sanguinem*] Dioscor. loc. cit. et Galenus de Fac. Simp. Med. lib. vi. p. 179.

<sup>m</sup> *Medetur*] Dioscor. loc. cit. non id modo remedium, sed et cetera quæ subsequuntur totidem verbis refert. An ex vino tamen dulci, an ex austero id sumi sit satius, non dicit. Apuleius in libris editis, c. 39. tit. I.

‘ex vino dulci:’ at in MSS. ‘ex vino austero.’

<sup>n</sup> *Faciunt et aliam*] Altera hæc Dioscoridis hippuris est, iv. 47. totidem ab illo delineata verbis, iisdemque dotibus. Equisetum id est arvense, longioribus setis, quod in horto Regio vidimus, quale pictum a Lobellio est, in Observ. p. 416. hippuridis fontalis nomine: a Dodonæo loc. cit. hippuridis minoris.

<sup>o</sup> *Et nymphaea*] Theophr. Hist. ix. 13. Εἶναι δέ φασιν ἐσχαμον, ἐὰν τρύφαστις ἐπὶ τὴν πληγὴν ἐπιθῆ. Trita et plagæ imposita sanguinem sistere truditur.

<sup>p</sup> *Sideritis*] De qua diximus xxv. 15.

LXXXIV. Per nares autem fluenti et cicutæ semen tritum ex aqua, inditumque,<sup>1</sup> efficax habetur: item stephanomelis<sup>r</sup> ex aqua. Vettonicae farina e lacte caprino pota sistit ex ubere<sup>2</sup> fluentem: <sup>s</sup> plantagoque contusa. Ejusdem succus<sup>t</sup> vomentibus sanguinem datur. Ad erraticum<sup>u</sup> autem radix persolatae<sup>3</sup> cum axungia vetere illita probatur.

LXXXV. Ruptis,<sup>a</sup> convulsisque, ex alto<sup>i</sup> dejectis, centaurium majus, Gentianæ<sup>b</sup> radix trita vel decocta, vel succus Vettonicae,<sup>c</sup> et hoc amplius<sup>d</sup> a vocis aut lateris contentionibus: panaces,<sup>e</sup> scordion,<sup>f</sup> aristolochia,<sup>g</sup> pota: agaricum item<sup>z</sup> contusis et eversis<sup>h</sup> potum duobus obolis in

CAP. LXXXIV. 1 Chiffl. additumque.—2 Vet. Dalec. utero.—3 Chiffl. radix herbae persolatae. Mox, illita. Potatur a ruptis, &c. cod. Dalec.

CAP. LXXXV. 1 Vet. et ex alto.—2 Ita Dalec. Harduin. 1. 2. 3. et re-

#### NOTÆ

<sup>a</sup> Quod facit et ferulæ] Hinc<sup>r</sup> est etiam quod sanguinem exscreantibus ferulæ viridis medulla est utilis, ut docet Dioscor. III. 91.

<sup>r</sup> Item stephanomelis] Hæc ita nudo indicata nomine, nec effigie ulla expressa, incognita herbariorum toti scholæ est, eritque etiam consequente ævo.

<sup>s</sup> Ex ubere fluentem] Forte, ex utero: ut supra cap. 82. plantaginis succum succurrere dixit, ‘ si ore sanguinis rejiciatur, sive enaribus, sive alvo fluat, sive e fœminarum utero.’

<sup>t</sup> Ejusdem succus] Diosc. II. 53.

<sup>u</sup> Ad erraticum]. Sanguinem erraticum Dalecampins interpretatur eum qui in erysipelatis hic illuc decurrit. Nunc ei idcirco assentimur, quod Plinius c. 74. ‘ igni sacro mederi radicem persolatae dixit.’ Arcion, hoc est, persolatam, αἰμοπτοῖκοις et ἔμπυκοις prodesse auctor est Dioscor. IV. 107. sed pondere unius drachmæ potam, non illitam.

<sup>x</sup> Ruptis] Dioscor. III. 8. de ma-

jore centauro: ‘Αρμόζει δὲ ἡ βίξα ρήγμασι, σπάσμασι, κ. τ. λ.

<sup>b</sup> Gentianæ] Dioscor. III. 3. succi e radice extracti drachmam unam ad laterum dolores, ad casus e sublimi, ad rupta et convulsa prodesse scribit: Τοῦ δὲ χυλίσματος ὕστον < α', καὶ πρὸς δύνας πλευρῶν, καὶ πτώματα, ρήγματα δὲ καὶ σπάσματα.

<sup>c</sup> Vel succus Vettonicae] Diosc. IV. 1. folia drachmæ pondere ruptis convulsisque præbet.

<sup>d</sup> Et hoc amplius] Et praeterea iis morbis qui ex contentione vocis ac laterum oriuntur, ut tussi, pleuritidi, &c.

<sup>e</sup> Panaces] Dioscor. III. 55. ‘Αρμόζει πρὸς σπάσματα, ρήγματα, πλέυρᾶς ἀλγήματα, βῆχας, κ. τ. λ.

<sup>f</sup> Scordion] Dioscor. III. 125. Ποιεῖ καὶ πρὸς παλαιὰν βῆχα, καὶ ρήγματα, καὶ σπάσματα, κ. τ. λ.

<sup>g</sup> Aristolochia] Diosc. III. 3. Βοηθεῖ ρήγμασι, σπάσμασι, ἀλγήμασι πλευρᾶς, ποθεῖσα μεθ' ὕδατος.

<sup>h</sup> Agaricum item . . . eversis] Hoc

mulsi cyathis tribus: aut, si febris sit, in aqua mulsa: verbasum,<sup>i</sup> cuius flos similis auro est: acori radix,<sup>j</sup> aizoum omne, sed majoris succus<sup>k</sup> efficacissime: item symphyti<sup>k</sup> radicis decoctum: daucum crudum. Erysithales<sup>l</sup> est flore luteo, foliis acanthi: bibitur e vino:<sup>m</sup> item chamærops:<sup>n</sup> et in sorbitione irio, vel plantago omnibus modis.

LXXXVI. Item phthiriasi (qua Sylla<sup>o</sup> dictator consumtus est, nascunturque<sup>p</sup> in sanguine<sup>q</sup> ipso hominis animalia exesura corpus,) resistitur uvæ taminiæ<sup>q</sup> succo, aut veratri, cum oleo perunctis corporibus. Taminia quidem in aceto decocta etiam vestes eo tædio liberat.

LXXXVII. (xiv.) Ulcera multorum sunt generum, ac

.....

centt. pota: agaricum. Item Gronov. et al. vett.—3 Gronov. sed majori succus. Mox, Vet. Dalec. item foliorum symphyti, vel radices, vel decoctum.—4 Erisithales Gronov. et al. vett.

CAP. LXXXVI. 1 Vet. Dalec. nascuntur enim in sanguine.

#### NOTÆ

est, præcipitatis ex alto. Dioscor. III.  
1. πρὸς ρήγματα καὶ πτώματα ὀβολῶν δὲ δυοῖν πλῆθος διδύμενον μετ' οἰνομέλιτος, ἀπρέτοις πυρέσσουσι δὲ ἐν μελικράτῳ.

<sup>1</sup> *Verbascum*] Decoctum radicis rupitis, convulsis, contusisque mire auxiliari, prodit etiam Dioscor. IV. 104.

<sup>2</sup> *Acori radix*] Dioscor. I. 2. πρὸς ρήγματα, σπάσματα.

<sup>3</sup> *Item symphyti*] Dioscor. III. 9. Σὺν δὲ υμέλιτι δὲ πρὸς σπάσματα καὶ ρήγματα.

<sup>4</sup> *Erysithales*] Ignota herbariis et officinis.

<sup>5</sup> *Bibitur e vino*] Contusis videlicet, et eversis.

<sup>6</sup> *Item chamærops*] Sive trixago. Diosc. III. 112. Δύναμιν δὲ ἔχει χλωρὰ ἀφεψητεῖσα σὺν ὕδατι, καὶ ποτιζομένη, βοηθεῖν σπάσμασι, βηχλ., κ. τ. λ.

<sup>7</sup> *Qua Sylla*] Vide quæ diximus XI. 39. de Sylla: de phthiriasi, XX. 3.

<sup>8</sup> *Nascunturque*] Pediculi scilicet, uti ex sequentibus liquido perspi-

cum est: namque hæc animalia et perunctis corporibus abigi, et infestare vestes mox adjicit. De vermis qui nascantur in venis perperam accepit Schenckius Observ. Medic. lib. III. pag. 457. E sanguine ipso hominis fieri pediculos prodidit ante Plinius Theophr. de Causis Plant. II. 2. Antigonus Carystius cap. 95. sub pulsulis delitescere intra cutem pediculos ait, quæ si perforentur, exituri sint ii, vel sic homine personato: eo morbi genere Pherecydem et alias interiisse.

<sup>9</sup> *Uvæ taminiæ*] Hanc σταφίδος ἄγρας dotem esse Archigenes Medicus putat apud Galen. κατὰ τόπους, I. 7. p. 347. ut is forte cum Celso censuerit staphidem agriam ab uva taminia nihil differre: quemadmodum diximus XXII. 16. Sic igitur ille: Βοηθήματα φθειράστεως . . . ἢ Ἑλλέβορον λευκὸν, ἢ σταφίδα ἄγραν, καὶ γίτρον, ἵσα μετ' ἔλαιον ἐν βαλανείῳ χρῶ.

multis modis curantur Panacis<sup>a</sup> omnium generum radix e vino calido illimitur manantibus. Siccat privatim, quain Chironiam diximus.<sup>b</sup> Cum melle trita tubera<sup>c</sup> aperit: ulceribusque, quae serpunt, deploratis auxilio est, cum aeris flore vino temperato, omnibus modis, vel flore, vel semine, vel radice. Eadem<sup>d</sup> cum polenta vetustis vulneribus prodest. Heraclion<sup>d</sup> quoque siderion, Apollinaris,<sup>e</sup> psyllium,<sup>f</sup> tragacantha,<sup>g</sup> scordotis<sup>g</sup> cum melle purgat. Farina ejus<sup>h</sup> carnes excrescentes per se insparsa<sup>i</sup> consumit. Polemonia ulcera, quae cacoëthe vocant, sanat: centaureum majus<sup>j</sup> insparsum vel illitum, item minoris<sup>j</sup> coma decocta vel trita, vetera quoque ulcera purgat et persanat. Folliculi<sup>k</sup> clymeni recentibus plagis imponuntur. Illinitur<sup>l</sup> autem Gentiana ulceribus, quae serpunt, radice tusa vel decocta in aqua ad mellis crassitudinem, vel succo: vulneribus, ex ea factum Lycium.<sup>m</sup> Lysimachia<sup>n</sup> recentibus plagis mede-

CAP. LXXXVII. 1 Margo edd. Dalec. et Gronov. *tubercula*.—2 Chiffl. *traganthos*.—3 Idem codex, *inspersum*.—4 Coliculi Vet. Dalec.—5 Vox fa-

## NOTÆ

<sup>a</sup> *Panacis*] Dioscor. III. 55. Sunt autem manantia ulcera, Græcis ἄχωρες, in ipsa capitum cute, tenuissimis foraminibus cutem perforantia, ex quibus glutinosa fluit sanies. Notum id mali genus, et pueris inprimis, mendiculisque familiare. *La tigne, ou la teigne*. Describitur a Galeno prolixè, κατὰ τρόπους, I. 8. p. 347.

<sup>b</sup> *Chironiam diximus*] Lib. xxv. 13. Ita Galenus de Facult. Simp. Med. lib. vii. p. 217.

<sup>c</sup> *Eadem*] Galenus ita fere loco citato.

<sup>d</sup> *Heraclion*] De quo xxv. 15.

<sup>e</sup> *Apollinaris*] Sive *hyoscyamus*. Diosc. iv. 69.

<sup>f</sup> *Psyllium*] Diosc. iv. 70. Κοπεῖσα δὲ μετὰ στέατος τὰ ρυπαρὰ καὶ κακοήθη τῶν ἔλκῶν ἀνακαθάλπει. *Tusa cum adipe sordida malignaque ulcera repurgat*.

<sup>g</sup> *Scordotis*] Sic etiam Dioscor. III. 125.

*Delph. et Var. Clas.*

<sup>h</sup> *Farina ejus*] Dioscor. loc. cit. Ξηρὰ δὲ ὑπερσαρκώματα στέλλεται. *Sicca carnis excrescentias cohabet*.

<sup>i</sup> *Centaureum majus*] Apuleius cap. 34. tit. 3. ‘Ad ulcera’ . . . . ‘Herba centauria major,’ &c.

<sup>j</sup> *Item minoris*] Ad verbum Diosc. III. 9.

<sup>k</sup> *Folliculi*] Dioscor. IV. 13. Τὰ δὲ φύλλα λεῖα, ή τὰ θυλάκια, τοῖς νεοτράποις ἐπιτιθέμενα μέχρι τῆς ἐπουλώσεως ἐνεργεῖ. *Folia trita, aut folliculi, si vulneribus recentibus imponantur, ea ita efficaciter sanant, ut etiam ad cicatricem perducant*. Folliculi sunt siliquæ, quibus semina continentur.

<sup>l</sup> *Illinitur*] Dioscor. III. 3.

<sup>m</sup> *Ex ea factum Lycium*] Hoc est, ex ea factum medicamentum ejusdem virtutis, ac fortassis ejusdem etiam nominis cum Lycio, de quo xxiv. 77. Lycium non unius singulæris medicamenti nomenclatio fuit:

*Plinius.*

11 E

tur. *Plantago*<sup>o</sup> omnium generum ulceribus, peculiariter foeminarum,<sup>5</sup> senum, et infantium. *Igni emollita melior*, et cum cerato,<sup>6</sup> crassa ulcerum labra purgat, nomas sistit. *Tritam suis foliis integere oportet*. Suppurationes, collectiones, sinus ulcerum, chelidonia quoque siccantur: vulnera adeo, ut etiam pro spodio utantur. *Eadem jam desperatis cum axungia imponitur*. *Dictamnum*<sup>7</sup> *pota*<sup>v</sup> sagittas pellit, et alia tela<sup>q</sup> extrahit illita. *Bibitur ex aquæ cyatho foliorum obolo*. *Proxime*<sup>r</sup> pseudodictamnum. Utraque etiam suppurationes discutit. *Aristolochia*<sup>s</sup> quoque putria ulcera exest: sordida expurgat cum melle, vermesque extrahit: item clavos<sup>t</sup> in ulcere<sup>8</sup> natos, et infixar<sup>u</sup> corpori omnia, præcipue sagittas, et ossa fracta cum resina. *Cava vero*<sup>v</sup> ulcera explet per se. Et cum iride recentia vulnera

\*\*\*\*\*

*minarum deest in Vet. Dalec.*—6 Ita codd. Regg. Brot. *Igni emollita m.* et cum ceroto codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Igne mollita . . . ceroto* Gronov. et vulgg. *Igne mollita . . . cerato*. *Crassa*, &c. cod. Dalec.—7 *Dictamnos* Dalec. Mox, *foliorum obolus* Vet. Dalec.—8 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1.

#### NOTÆ

ad varia quæ e radicibus decoctis siebant ea pertinuit. Vide Notas et Emend. num. 26.

<sup>n</sup> *Lysimachia*] Dioscor. IV. 3.

<sup>o</sup> *Plantago*] Plinius Valer. III. 22. et fuse Galenus de Fac. Simp. Med. lib. vi. p. 159.

<sup>p</sup> *Dictamnum pota*] A cervis caprisque depastam ad ejicienda spicula certo remedio esse, dictum est superius, XXV. 53.

<sup>q</sup> *Et alia tela*] Dioscor. III. 37. Καταπλασσομένη δὲ ἡ βοτάνη τὸν ὑπόκατω τῶν πόδων ἢ τὸν λοιπὸν σώματος θεραπεύει σκόλοπας. *Imposita vero herba plantæ pedum reliquæ corpori infixos impactos aculeos extrahit*. Theod. Priscianus 1. 23. de latentibus spiculis: ‘Sic etiam de dictanni foliis, vel radicibus contusis, velocius fieri consuevit, secundum veterum testimonia.’

<sup>r</sup> *Proxime*] Diosc. III. 38.

<sup>s</sup> *Aristolochia*] Diosc. III. 6. et Apuleius cap. 19. Tela quoque aristolochiæ pulvere vulneri apposito statim extrahi prodidit Theod. Priscianus I. 23.

<sup>t</sup> *Item clavos*] Callosam duritiem, instar clavi. Clavos ex ulcere quæ possint evellere, multa congerit Theod. Priscianus I. 18.

<sup>u</sup> *Et infixar*] Marcellus Empir. cap. 34. p. 233. pro resina mel asciscit. Dioscor. loc. cit. aristolochiam id perse præstare innuit: Ἀνάγει δὲ καὶ σκόλοπας, ἄκλδας, λεπίδας ὅστιῶν καταπλασσομένη ἀφίστησι. *Extrahit et imposita aculeos, ac spicula, ossiumque squamas removet*. Plinius cum vermes extrahi dixit, an non σκάληκας legisse is videtur, pro σκόλοπας.

<sup>v</sup> *Cava vero*] Καὶ τὰ καῦλα πληροῖ σὺν ἥριδι καὶ μέλιτι. Diosc. loc. cit.

ex aceto. Vetera ulcera<sup>w</sup> verbenaca, quinquesfolium cum sale et melle. Radices persolatae vulneribus ferro illatis recentibus imponuntur: folia veteribus.<sup>y</sup> Cum axungia utrumque: et suo<sup>z</sup> folio operitur. Damasonium, ut in struma:<sup>t</sup> folia verbasci<sup>x</sup> ex aceto aut vino. Peristereos<sup>b</sup> ad omnia genera vel callosorum putrescentiumque ulcerum facit. Manantia nymphæae heracliae radix sanat. Item cyclamini<sup>c</sup> radix vel per se, vel ex aceto, vel cum melle.<sup>11</sup> Eadem et contra steatomata<sup>d</sup> efficax, sicut ad ulcera<sup>t2</sup> manantia hyssopum: item peucedanum, cui ad recentia vulnera vis tanta est, ut squamam<sup>e</sup> ossibus<sup>f</sup> extrahat. Praestant hoc<sup>g</sup> et anagallides, cohibentque<sup>h</sup> quas vocant nomas, et rheumatismos. Utiles et recentibus plagis, sed præcipue serum corpori. Cum cerato<sup>i</sup> apostemata et ulcera tetra, folia mandragoræ recentia: radix vulnera<sup>j</sup> cum melle aut oleo: cicuta<sup>k</sup> cum silagine mixta mero: aizoum<sup>l</sup> herpetas quoque et nomas, ac putrescentia, sicut

---

2. 3. et recentt. in ulceribus edd. vett. et Gronov.—9 Cod. Dalec. veteribus cum axungia. Utrumque et suo, &c.—10 Damasonium autem et in struma Vet. Dalec.—11 Vet. Dalec. et cum melle.—12 Chiffl. sic et ad ulcera. Mox, manantia asyrum Vet. Dalec.—13 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. ut sanicem ossibus Gronov. et al. vett.—14 Ita codd. Regg. et Dalec. ceroto vulgg. ante Brotier.—15 Ita ex codd.

## NOTÆ

<sup>w</sup> Vetera ulcera] Dioscor. iv. 61.

Kαὶ ῥυπαρὰ ἔλκη καθαίρει. Et sordida purgat ulcera.

<sup>x</sup> Quinquesfolium] Dioscor. iv. 42.

<sup>y</sup> Folia veteribus] Dioscor. iv. 107.

<sup>z</sup> Damasonium, ut in struma] Ut in strumæ remediis dictum est, e. 12.

<sup>a</sup> Folia verbasci] Dioscor. iv. 104.

<sup>b</sup> Peristereos] Sic et Dioscor. iv. 60.

<sup>c</sup> Item cyclamini] Dioscor. ii. 194.

<sup>d</sup> Eadem et contra steatomata] Στεάτωμα adipis effusio sub cute: adipis contra naturam collectum aliquo loco incrementum. Pollux: Στεάτωμα, πτυλῆς παραβόὴ ὑπὸ τῷ δέμασι.

<sup>e</sup> Ut squamam] Vide Notas et Emend. num. 27. Squamæ hæc detrac-  
tio a recentioribus Chirurgis ' Ex-

foliatio' dicitur.

<sup>f</sup> Praestant hoc] Similis est ea dos illarum, qua adactos corpori aculeos extrahunt, teste Dioscor. ii. 209. et Galeno de Facult. Simp. Med. lib. vi. pag. 156.

<sup>g</sup> Cohibentque] Dioscor. ii. 209. νο-  
μῶν ἐφεκτικαῖ.

<sup>h</sup> Cum cerato] Dioscor. iv. 76. cum polenta.

<sup>i</sup> Radix vulnera] Ictus serpentium, πρὸς ἐρπετῶν πληγὰς, σὺν μέλιτι ἢ ἔλαιῳ. Dioscor. loc. cit.

<sup>j</sup> Cicuta] Herpetas illitu restinguit,  
ἐρπητὰς καταπλασθὲν σβέννυσιν, inquit  
Dioscor. iv. 79.

<sup>k</sup> Aizoum] Dioscor. iv. 89.

erigeron verminosa: recentia autem<sup>1</sup> vulnera astragali radix: et vetera quoque ulcera purgat hypocisthis utraque. Leontopodii<sup>m</sup> semen tritum in aqua, et cum polenta illatum, spicula sagittarum extrahit: item pycnocomi<sup>n</sup> semen. Tithymalus<sup>o</sup> characias succo gangrænas, phagedænas, putria, vel decocto ramorum cum polenta et oleo: orchis radices<sup>p</sup> hoc amplius,<sup>q</sup> et cacoëthe ex aceto cum melle, siccæ et recentes: per se onothera efferantia<sup>r</sup> sese ulcera sanat. Scythæ<sup>s</sup> vulnera scythice curant.<sup>15</sup> Ad carcinomata, argemonia<sup>16</sup> ex melle efficacissima est. Vulneribus præsanatis<sup>17</sup> asphodeli radix decocta, ut diximus,<sup>u</sup> trita cum polenta et illita: quibuscumque vero Apollinaris. Astragali<sup>v</sup> radix in pulverem trita humidis ulceribus prodest: item callithrix<sup>w</sup> decocta in aqua. Privatim vero iis, quæ calceamento facta sint, verbenaca, nec non et Lysimachia contrita, ac nymphæa arida infriata.<sup>18</sup> Polythrix inveteratis iisdem utilior.<sup>19</sup>

#### LXXXVIII. Polycnemon<sup>a</sup> cunilæ bubulæ similis est, sc-



Harduinus et recentt. *anothera efferentia* .... *Scythica vulnera curant* edd. vett. et Grouov. sanat. *Scythæ vulnera Scythica* cod. Dalec.—16 Vet. Dalec. *argemone*.—17 *Ulceribus persanatis* Chiffl.—18 Vet. Dalec. *infriata*.—19 Chiffl. *utilior est*.

#### NOTÆ

<sup>1</sup> *Recentia autem*] Et vetera quoque, Diosc. auctore, iv. 62.

<sup>m</sup> *Leontopodii*] Quod Dioscoridi, ut diximus, *λεοντοπέταλον* appellatur, iii. 110. Indicatum id jam antea c. 79.

<sup>n</sup> *Item pycnocomi*] Diosc. iv. 176. Καὶ ἀκίδας καὶ σκόλοπας ἔξαγει, spicula et adactos corpori aculeos extrahit.

<sup>o</sup> *Tithymalus*] Dioscor. iv. 165.

<sup>p</sup> *Orchis radices*] Totidem fere verbis Diosc. iii. 142.

<sup>q</sup> *Hoc amplius*] Hoc amplius, inquit, præstant orchis radices, quod siccæ atque atque recentes ulcera cacoëthe sanant.

<sup>r</sup> *Efferantia*] Acerbiora ulcera, ob inflammationem. Vide Notas et E-mend. num. 28.

<sup>s</sup> *Scythæ*] Theophr. Hist. ix. 13.

<sup>t</sup> *Vulneribus præsanatis*] Celerius quam par est, sanatis, clausisque: quibus metuenda intus nova suppuration est.

<sup>u</sup> *Ut diximus*] Lib. xxii. c. 32.

<sup>v</sup> *Astragali*] Diosc. iv. 62. et Galenus de Fac. Simp. Med. l. vi. pag. 160.

<sup>w</sup> *Item callithrix*] Diosc. iv. 137.

<sup>a</sup> *Polycnemon*] Sic Dioscor. iii. 108. Πολύκνημον . . . ἔχων φύλλα ὄργανφ ἐμφερῆ τὸν δὲ καυλὸν πολυγόνατον ὥσπερ γλήχωνος· οὐκ ἔχει μέντοι τὸ σκιδῖον, μικρὰ δ' ἐπ' ἄκρῳ κορύμβια, μετ' εὐωδίας τινὶς δριμεῖς. *Foliis origuni, caule geniculis multis intercepto*, uti pulegii. *Neque vero umbellam habet, sed parvos*

mine pulegii, surculosa,<sup>1</sup> multis geniculis, corymbo odo-  
rato, acri et dulci odore: ferro<sup>2</sup> factis<sup>b</sup> vulneribus com-  
manducata<sup>c</sup> imponitur, quinto die solvitur. Symphyton<sup>d</sup>  
ad cicatricem celerrime perducit: item sideritis.<sup>d</sup> Haec im-  
ponitur ex melle. Verbasci<sup>e</sup> semine ac foliis ex vino de-  
coctis ac tritis omnia corpori infixa extrahuntur: item  
mandragorae foliis cum polenta: cyclamini radicibus cum  
melle. Trixaginis<sup>f</sup> folia in oleo contrita iis maxime ad-  
hibentur ulceribus, quae serpunt: et alga in melle trita.  
Vettonica<sup>g</sup> ad carcinomata, et melanias<sup>h</sup> veteres,<sup>i</sup> addito  
sale.

LXXXIX. Verrucas tollit argemonia<sup>j</sup> ex aceto, vel ba-  
trachii<sup>i</sup> radix, quæ et unguis scabros aufert. Linozostidis  
utriusque folia, vel succus illitus. Tithymali<sup>j</sup> omnes ge-  
nera verrucarum omnium: item omnia pterygia, varosque  
tollunt.<sup>k</sup> Cicatrices<sup>k</sup> cum elegantia ad colorem reducit  
ladanum. Artemisiam<sup>l</sup> et elelisphacum alligatas qui ha-  
beat viator, negatur lassitudinem sentire.



CAP. LXXXVIII. 1 Margo edd. Dalec. et Gronov. *caule pul. surculoso*, c  
Diose.—2 Ita ex codd. Harduin et recentt. *quæ ferro* Gronov. et vulgg.—  
3 Margo edd. Dalec. et Gronov. *cum aqua*, e Diose. Mox, et quinto die Vet.  
Dalec.—1 Gronov. Trissuginis.—5 Codd. Regg. Brot. et Editio princeps,  
*malandrias veteres*.

CAP. LXXXIX. 1 Margo edd. Dalec. et Gronov. *argemone*.—2<sup>l</sup> Ita cod.  
Reg. 2. et Editio princeps.<sup>m</sup> Brotier. Ita quoque Gronov. et al. vett. *verru-*

#### NOTÆ

*in cacumine corymbos cum acri quadam  
odoris jucunditate.* Nomen habet a  
crebris geniculis: quasi multibiam,  
multiceruriamve dixeris. Belgæ phar-  
macopœi Calamintham aquaticam vo-  
cant, teste Lobelio in *Advers.* p. 217.

<sup>b</sup> *Ferrofactis*] Haec totidem verbis  
Diose. loc. cit.

<sup>c</sup> *Symphyton*] Ad verbum Plinius  
Valer. III. 22.

<sup>d</sup> *Item sideritis*] Diosc. IV. 33. 34.  
35. 36.

<sup>e</sup> *Verbasci*] Hanc ursæ vulneri re-  
centi herbam applicant, et indunt:  
eaque vulnus obturant, teste Basilio

in Hexaëm. Homil. IX.

<sup>f</sup> *Trixaginis*] Dioscor. III. 112.

<sup>g</sup> *Vettonica*] Marcellus Empir. cap.  
4. p. 43.

<sup>h</sup> *Melanias*] Μαλανία Græce nigri-  
tudinem corporis sonat, nigrasque ma-  
culas.

<sup>i</sup> *Vel batrachii*] Diosc. II. 206. Ὁνυ-  
χας λεπρὸν καὶ ψώρας ἀφίστησι . . . καὶ  
μυρμηκίας, καὶ ἀκροχορδόνας, κ. τ. λ.

<sup>j</sup> *Tithymali*] Haec totidem verbis  
Dioscor. IV. 165. et Galenus de Fa-  
cult. Simp. Med. lib. VIII. pag. 236.  
Apuleius item c. 108. tit. 2.

<sup>k</sup> *Cicatrices*] Dioscor. I. 128.

xc. (xv.) Muliebribus<sup>a</sup> morbis medetur maxime in universum paeoniæ herbæ<sup>i</sup> semen nigrum ex aqua mulsa. Eadem<sup>b</sup> et in radice vis menses ciet: panacis semen<sup>c</sup> cum absinthio menses et sudores: scordotis<sup>d</sup> potu et illitu. Vettonica<sup>e</sup> drachma in vini cyathis tribus bibitur contra omnia vulvarum vitia, aut quæ a partu<sup>f</sup> fiunt. Menses nimios<sup>g</sup> sistit Achillea imposita, et decoctum ejus insidentibus. Mammis<sup>h</sup> imponitur hyoscyami semen ex vino: locis<sup>i</sup> radix e cataplasmate: et mammis etiam<sup>j</sup> chelidonia. Secundas morantes, vel partus<sup>j</sup> emortuos, radices panacis appositæ extrahunt. Ipsum panaces in vino potum vulvas purgat,<sup>k</sup> appositumque cum melle. Polemonia pota ex vino secundas pellit: nidore corrigit vulvas.<sup>l</sup> Centaurei minoris<sup>m</sup> succus potu, fotuque menses ciet. Item majoris<sup>n</sup>

carum omnia: item, &c. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. omnia: item pterygia, varos tollunt Chiff.

CAP. xc. 1 Vox herbae deest in Vet. Dalec.—2 Chiff. in cat. et m. et.—3 Idem codex, e vino p. v. corrigit.—4 Ita ex codd. Harduinus et recentt. nidore purgat vulvas Gronov. et vulgg. nidoreque purgat vulvas Vet. Dalec.—

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *Artemisiam*] Vide quæ diximus ex Apuleio, xxv. 81. Diosc. in Nottis, p. 476. Ἀρτεμισίαν τὴν βοτάνην εἶτι ἔχει ἐν δόφῳ, λύει τὸν κάματον.

<sup>b</sup> *Muliebribus*] Diosc. III. 157.

<sup>c</sup> *Eadem*] Dioscor. loco citato. Κινέ δὲ καὶ τὰ καταμῆνια ἀμυγδάλου μέγεθος πινομένη. Ciet menses amygdalæ magnitudine pota.

<sup>d</sup> *Panacis semen*] Diosc. III. 55.

<sup>e</sup> *Scordotis*] Hæc subdita menses movet, inquit Diosc. III. 125. Προστέθεῖσα δὲ ἔμμηνα κινεῖ.

<sup>f</sup> *Vettonica*] Totidem verbis Diosc. IV. 1.

<sup>g</sup> *Aut quæ a partu*] Anton. Musa tit. 26. ‘Ad mulieres, quæ a partu laborant et febricitant:’ ‘Vettonicæ drachmas duas, aquæ calidae cyathos quatuor, si cum febre fuerit, sin vero sine febre, mulsi cyathos duos, et aquæ calidæ duos da bibere.’

<sup>h</sup> *Menses nimios*] Totidem verbis id Diosc. pariter, IV. 36.

<sup>i</sup> *Mammis*] Diosc. IV. 69. Ἄρμόζει καὶ πρὸς μαστοὺς ἐν τοκετῷ ἐπαρονύμους λεῖον μετ' οἴνον καταπλαστόμενον. Subvenit et mammis a partu tumentibus, si tritum ex vino imponatur.

<sup>j</sup> *Locis*] Locis muliebribus apposita. Cataplasmatis omnibus, quæ doloris levamentum præstant, utiliter admisceri docet Diosc. loc. cit. Anton. Musa tit. 29. Vettonicam commendat, ‘Ad mulieres, quibus loci præ frigore moriuntur.’

<sup>k</sup> *Secundas, . . . vel partus*] Dioscor. IV. 55.

<sup>l</sup> *Ipsum . . . vulvas purgat*] Succo diluto vulvæ inflationes duritiasque discuti, ait Diosc. loc. cit.

<sup>m</sup> *Corrigit vulvas*] Conversas restituit, et a strangulatione seu suffocatione eximit.

radix in vulvæ doloribus iisdem modis prodest. Derasa vero<sup>o</sup> et apposita extrahit partus emortuos. Plantago<sup>p</sup> apponitur in lana in dolore vulvæ: in strangulatu bibitur. Sed præcipua dictamno vis est. Menses ciet,<sup>q</sup> partus emortuos vel transversos ejicit: bibitur ex aqua foliorum obolo,<sup>s</sup> adeo ad hæc efficax, ut ne in cubiculum quidem prægnantium inferatur. Nec potu<sup>r</sup> tantum, sed et illitu, et suslitu valet. Proxime<sup>s</sup> pseudodictamnum. Sed<sup>t</sup> menses ciet cum mero decoctum pondere denarii. Pluribus tamen modis<sup>8</sup> aristolochia prodest: nam et menses<sup>t</sup> et secundas ciet, et emortuos partus extrahit, myrrha et piper additis, pota, vel subdita. Vulvas quoque procidentes inhibet fotu, vel suslitu, vel subjectu, maxime tenuis.<sup>u</sup> Strangulatum ab his,<sup>v</sup> mensiumque difficultatem, agaricum tribus obolis in vini veteris cyatho potum emendat: peristereos<sup>w</sup> apposita in adipe suillo recenti: anthirrinon cum rosaceo et melle. Item apposita nymphææ Thessalæ<sup>x</sup> radix dolori medetur. In vino nigro<sup>y</sup> pota profluvia inhibet. E diverso<sup>z</sup> ciet cyclamini radix pota et apposita. Et

---

<sup>5</sup> Vet. Dalec. obolus.—<sup>6</sup> Chiff. pota—<sup>7</sup> Sed deest in Vet. Dalec. Sed tardius menses Dalec.—<sup>8</sup> Pluribus locis codd. Dalec. et Vet. ejusdem.—<sup>9</sup> Ita

## NOTÆ

<sup>m</sup> *Centaurei minoris*] Diosc. III. 9.

<sup>III.</sup> 38. οὐχ δμοίως ἐνεργοῦν.

<sup>n</sup> *Item majoris*] Diosc. III. 8.

<sup>t</sup> *Nam et menses*] Hæc totidem verbis Dioscor. III. 6.

<sup>o</sup> *Derasa vero*] Dioscor. III. 8.

<sup>u</sup> *Maxime tenuis*] Tertium aristolochiæ genus, longissimæ tenuitatis, de quo sup. lib. cap. 54.

<sup>p</sup> *Plantago*] Diosc. II. 153. Πίνεται δὲ καὶ πρὸς φθίσιν, καὶ πρὸς ὑστερικὰς πνήγας προστίθεται ἐν ἔρᾳ καὶ ὑστέρᾳ φευκατιξομένη, hoc est, si vulva fluxione laboret, plantago subditur in vellere. Locum ita interpunctione distinctum legisse Plinius videtur: non ut libri editi præ se ferunt.

<sup>v</sup> *Strangulatum ab his*] A vulvis. Diosc. III. 1. Ὁβολῶν δὲ δυοῖν πλῆθος διδόμενον μετ' οἰνομέλιτος... ὑστερικᾶς πνιξὶ, κ. τ. λ.

<sup>q</sup> *Menses ciet*] Hæc pariter Diosc. III. 37. Apuleius cap. 62, tit. 1. Ad mulierem, si in utero mortuum fætum habuerit: ‘Herbae dictamni,’ &c.

<sup>w</sup> *Peristereos*] Dioscor. IV. 60. <sup>x</sup> *Item... Nymphææ Thessalæ*] Ejus videlicet, quæ in Thessalia oritur, de qua XXV. 37.

<sup>r</sup> *Nec potu*] Dioscor. loc. cit.

<sup>y</sup> *In vino nigro*] Ad verbum Diosc. III. 149.

<sup>s</sup> *Proxime*] Et imbecillius. Diosc.

<sup>z</sup> *E diverso*] Dioscor. II. 191. ad verbum.

vesicæ<sup>a</sup> insidentium decocto medetur. Secundas pota cissanthemos<sup>b</sup> pellit, vulvam sanat. E xiphio<sup>c</sup> radix superior menses ciet, drachma ex aceto pota. Peucedanum<sup>d</sup> strangulatus vulvæ nidore ustum recreat: menses albos<sup>e</sup> præcipue psyllium drachma in cyathis tribus aquæ mulsæ ciet: semen mandragoræ<sup>f</sup> potum vulvam purgat. Menses ciet<sup>g</sup> succus appositus, et emortuos<sup>h</sup> partus. Nimia rursus profluvia sistit semen cum vivo sulfure:<sup>h</sup> contra facit<sup>i</sup> batrachion<sup>j</sup> potu vel cibo, ardens alias (ut diximus)<sup>j</sup> cruda. Sed cocta commendatur sale,<sup>k</sup> et oleo, et cumino. Daicum<sup>k</sup> et menses et secundas potu facillime pellit. Ladanum suffitu corrigit vulvas:<sup>l</sup> dolori earum exulceratisque imponitur. Emortua<sup>m</sup> scammonium pellit, potum vel appositum. Menses<sup>n</sup> ciet hypericum utrumque, appositum. Ante alia vero (ut Hippocrati<sup>o</sup> videtur) crethmos e vino, semine vel radice:<sup>p</sup>

---

codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Et xiphii Gronov. et vulgg.*—10 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *menses alrosque Gronov. et vulgg.* Mox, *psyllium sistit* Vet. Dalec.—11 Cod. Dalec. *mortuos.*—12 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *cum vino et sulphure.* *Atrei profluvia sistit et contrahit batrachion* Gronov. et vulgg.—13 Vet. Dalec. *cum sale.*—14 Vet. Dalec. *vel radicis cortice;* Chiffi. *vel*

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *Et vesicæ]* Et decocta radice medetur vesicæ mulierum in eo decocto insidentium.

<sup>b</sup> *Secundus . . . cissanthemos]* Hoc st cyclamino cissanthemos appellata: de qua pariter Dioscor. II. 195. *Kai τὰς ἐις τοκετῶν καθάρσει ποθεῖσα.*

<sup>c</sup> *E xiphio]* Dioscor. IV. 20. subdi ob eam rem in pessu jubet.

<sup>d</sup> *Peucedanum]* Dioscor. ad verbum, III. 92.

<sup>e</sup> *Menses albos]* *Ῥοῦν λευκὸν* Græci vocant. Fœminarum enim fluxiones addita coloris diversitate medici discriminant: sunt enim nigræ, rubentes, albæ, pallentes, et aquosæ. Vide Notas et Emend. num. 29.

<sup>f</sup> *Semen mandragoræ]* Ad verbum Dioscor. IV. 76.

<sup>g</sup> *Menses ciet]* Dioscor. loca citato.

<sup>h</sup> *Nimia . . . cum vivo sulfure]* Vivum

sulfur quid sit, dicemus XXXV. 50. Vide Notas et Emend. num. 30.

<sup>i</sup> *Contra facit]* Ciet menses. Vide Notas et Emend. num. 31.

<sup>j</sup> *Ut diximus]* Lib. XXV. cap. 109.

<sup>k</sup> *Omnibus* batrachii seu ranunculi generibus vis caustica, si cruda folia imponantur: pusulasque, ut ignis, faciunt.

<sup>l</sup> *Daucum]* Dioscor. III. 83. de dauci semine: Πινόμενον, ἔμφηνων, ἔμβρύων, καὶ οὔρων ἀγωγόν.

<sup>m</sup> *Ladanum . . . vulvas]* Conversas, vel ascendentes.

<sup>n</sup> *Emortua]* Mortuos partus. Dioscor. IV. 171. *Ο δὲ ὅπος προστιθέμενος ἐν ἐρίῳ ἔμβρυα φθείρει.*

<sup>o</sup> *Menses]* Dioscor. III. 171. et 174.

<sup>p</sup> *Ut Hippocrati]* De Morb. Mul. I. 10. p. 422.

<sup>q</sup> *Semine vel radice]* Dioscor. II. 157.

cortice <sup>14</sup> trahit et secundas : succurrit et strangulationibus ex aqua pota : item radix e geranio peculiariter secundis, inflationibusque <sup>15</sup> vulvarum conveniens : purgat hippuris pota et apposita vulvas. *Polygonus*<sup>r</sup> pota menses ciet,<sup>16</sup> et alceæ <sup>17</sup> radix. Folia plantaginis pellunt, item agaricum <sup>s</sup> ex aqua mulsa. *Artemisia*<sup>t</sup> vulvæ medetur trita, ex oleo irino, aut fico,<sup>18</sup> aut cum myrrha apposita. Ejusdem radix pota in tantum purgat, ut partus enectos extrahat. Menses <sup>v</sup> et secundas ciet ramorum decoctum insidentibus : item folia pota drachma. Ad eadem omnia <sup>w</sup> prosunt vel imposita ventri, immo cum <sup>19</sup> farina hordeacea. *Acoron* quoque <sup>x</sup> utile est interioribus foeminarum morbis, et conyzæ <sup>y</sup> utraque, et crethmos. Et anthyllides <sup>z</sup> duæ vulvis utilissimæ, torminibusque, secundarum <sup>20</sup> moræ, in vino potæ. *Callithrix*<sup>a</sup> fotu locis medetur, albugines in capite <sup>b</sup> tollit, capillos inficit oleo trita. Geranion in vino albo <sup>21</sup>

radice corticis trahit, et secundis succurrit, &c. Cod. Dalec. succurrit strangulationibus ea ex aqua.—15 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. inflammationibus Gronov. et vulgg.—16 ‘Astringentis naturæ est polygonus, ut Dioscorides omnesque norunt. Errone ergo librariorum in Plinio civili scriptum pro sistit. De Polygono vide infra xxvii. 91.’ Brotier. Margo edd. Dalec. et Gronov. etiam sistit, e Diose.—17 ‘Male recentiores editiones, altheæ. De alcea jam dictum supra cap. 12. et inter herbas quæ alvo medentur recensetur cap. 28.’ Brotier. altheæ Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—18 Dalec. aut cum fico.—19 Cod. Dalec. una cum.—20 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. torminibusque et secundarum Gronov. et al. vett.—21 Ita edd. vett. Gronov. Harduin. 1. et Miller. albo deest in edd. Harduin. 2. 3. Bipont.

## NOTÆ

<sup>t</sup> *Inflationibusque*] Vide Notas et Emend. num. 32.

<sup>r</sup> *Polygonus*] Vide Notas et Emend. num. 33.

<sup>s</sup> *Item agaricum*] Diose. III. 1. ‘Ἄγει δὲ καὶ ἔμπηνα.

<sup>t</sup> *Artemisia*] Dioscor. III. 127. totidem verbis : et Galenus de Fac. Simp. Med. lib. VI. p. 160.

<sup>v</sup> *Menses*] Diose. loc. cit. ad verbum.

<sup>w</sup> *Ad eadem omnia*] Diose. loc. cit.

<sup>x</sup> *Acoron quoque*] Insessu præser-tim. Diose. I. 2.

<sup>y</sup> *Et conyzæ*] Et hæc insidentibus quoque in ejus decocto prodest :

Diose. III. 136. Καὶ τὸ ἀφέψημα δὲ αὐτῶν ἐν καθίσματι τὰ ἐν μήτρᾳ θεραπεύει, καὶ ἔμπηνα ἀποκαθαίρει.

<sup>z</sup> *Et anthyllides*] Diose. III. 153. ambas cum rosaceo et lacte subditas uteri inflammations emollire tradit.

<sup>a</sup> *Callithrix*] Menses eo cieri, et quæ a puerperio purgamenta relinquuntur, scribit Dioscor. IV. 137. de trichomane.

<sup>b</sup> *Albugines in capite*] Furfures, credo, intelligit, porriginemque. Nam Dioscor. loc. cit. ‘Αποσμᾶ πίτυρα, fur-fures deterget.

potum, hypocisthis<sup>c</sup> in rubro, profluviū sistunt. Hysopum suffocationes laxat. Radix verbenacē pota ex aqua ad omnia in partu aut ex partu mala praestantissima est. Peucedano quidam miscent in vino nigro semen cypri pressi contritum. Nam semen psylli defervescit in aqua, cum intepuit, epiphoras omnes uteri<sup>d</sup> lenit. Symphyton tritum in vino nigro evocat<sup>22</sup> menses.<sup>e</sup> Partus accelerat scordotis pota, drachma succi in aqua mulsa<sup>23</sup> cyathis quatuor: dictamni folia praeclare dantur ex aqua. Constat unius oboli pondere, vel si mortui sint in utero infantes, protinus reddi sine vexatione puerperæ. Similiter prodest pseudodictamnum, sed tardius: <sup>f</sup> cyclaminos<sup>g</sup> adaligata: cissanthesmos<sup>h</sup> pota: item vettonicæ farina<sup>24</sup> ex aqua mulsa.

XCI. Arsenogonon<sup>i</sup> et thelygonon herbæ sunt habentes uvas<sup>j</sup> floribus oleæ similes, pallidiores<sup>k</sup> tamen, semen album papaveris modo. Thelygoni<sup>k</sup> potu fœminam concipi

et Franz.—22 Dalec. *revocat*.—23 Vet. Dalec. et Chiff. *aguæ mulsa*.—24 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recent. *potu vettonicæ farina* Gronov. et vulgg.

CAP. XCI. 1 Cod. Dalec. *similibus, pallidioribus*.

#### NOTÆ

<sup>c</sup> *Hypocisthis*] Dioscor. I. 127.

<sup>d</sup> *Epiphoras . . . uteri*] Vulvæ inflammations. Vis est ei sane summe refrigerans, ψύχει γὰρ ἰκανῶς, inquit Diosc. IV. 70.

<sup>e</sup> *Symphyton . . . evocat menses*] Hoc est, revocat, retinet, sistit. Diosc. IV. 9. de symphyto: Σὺν οὖν δὲ ἐψηθὲν πίνεται πρὸς δυσεγείαν, καὶ ροῦν γυναικεῖον ἐρυθρόν.

<sup>f</sup> *Similiter . . . sed tardius*] Diosc. III. 38.

<sup>g</sup> *Cyclaminos*] Diosc. II. 194. Ἔστι δὲ καὶ ὄκνητόκιον περισπομένη.

<sup>h</sup> *Cissanthesmos*] Cyclaminos cissanthesmos, qua pota Diosc. II. 194. reliquias a partu purgari docet.

<sup>i</sup> *Arsenogonon*] Hæc sunt ad verbum exscripta e Theophr. Hist. IX.

19. Ἀρρενόγονον καὶ θηλύγονον. Nec multum ab ludit Diosc. III. 140. Utrumque pingitur a Lobelio in Advers. p. 261. Arrhenogonon phyllo mariscum Theophrasti, Dioscoreidis fœministicum Clusius recte nuncupat, Hist. Rar. Plant. lib. IV. p. 48. Thelygonon contra mas est Dioscoreidis, Theophrasto fœministicum. Utrumque in horto Regio vidimus.

<sup>j</sup> *Habentes uvas*] Semen racemosum, ei quodammodo simile quod, postquam defloruit olea, primulum emergit, atque conspicitur. Dioscor. loc. cit.

<sup>k</sup> *Thelygoni*] Narrat id quidem Cratevas apud Diosc. III. 140. Fabulae affine existimat Theophrastus, loc. cit. Fecere interim a maribus

narrant. Arsenogonon<sup>1</sup> ab ea semine oleæ, nec alio distat. Hujus potu<sup>m</sup> mares generari perhibentur, si credimus. Alii utramque<sup>n</sup> ocimo similem tradunt. Arsenogoni autem semen geminum esse testibus<sup>o</sup> simile.

**XCI.** Mammarum vitiis aizoum, quod digitellum appellavimus,<sup>a</sup> unice medetur. Erigeron ex passo mammae uberiore facit: sonchum in farre coctum. Quæ vero mastos<sup>b</sup> vocatur, illita,<sup>c</sup> pilos mammarum<sup>d</sup> e partu nascentium aufert:<sup>e</sup> testas<sup>f</sup> in facie, aliaque<sup>g</sup> cutis vitia emendat. Gentiana,<sup>h</sup> nymphæa<sup>i</sup> Heraclia illita, cyclamini<sup>j</sup> radix, maculas omnes. Cacaliae<sup>k</sup> grana mixta ceræ liquidæ exten-

**CAP. XCII.** 1 Vet. Dalec. *sonchus cum farre coctus*. *Quæ uva bumastos vocatur, illita, pilos mammarum a partu nascentes aufert*. Alii vett. ap. Dalec. *Quæ vero Mados*. Gronov. et al. vett. *indita pro illita*.—2 ‘Ita codd. Regg. 1. 2.’ Brotier. *aufert, et testas in facie: aliaque Harduin. 1. 2. 3. et recent. aufert, et tineas in facie: aliaque Gronov. et vulgg. testas Chiffl.*—3 *Cacalia*

#### NOTÆ

fœminisve gignendis utrique herbæ nomen.

<sup>1</sup> *Arsenogonon*] Arsenogono ait esse semen quale oleæ, fœminæ nullum esse. Sic Theophr. Contra Dioscorides fœminæ seu thelygono semen adjudicat: adimit mari.

<sup>m</sup> *Hujus potu*] Et hoc a Crateva confictum.

<sup>n</sup> *Alii utramque*] Ex horum est numero Theophr. loc. cit.

<sup>o</sup> *Arsenogoni . . . testibus*] Quamobrem Phyllon testiculatum recentiores herbarii nominant.

<sup>a</sup> *Digitellum appellavimus*] Lib. xxv. cap. 102. Est id aizoum majus.

<sup>b</sup> *Quæ vero mastos*] Nomen a mamma factum, quæ Græcis μαστὸς et μασθὸς scribitur: facies incognita.

<sup>c</sup> *Illita*] Sic Reg. codex 2. recte, non *indita*. Quis enim approbet mammis herbam indi?

<sup>d</sup> *Pilos mammarum*] Casu nimirum aliquo nascentium in extima mammarum cute. Hos enim, ut in palpebris, sic in mammis pariter, psilothri vice, herba hæc, dum illinitur,

exterit. Cave enim aut de pilo intelligas, qui forte sit potu haustus, exitumque per mammae guerat, quod fieri non posse puto, etsi ita Philosophus tradit Hist. Anim. lib. iv. aut de vermiculo qui sit capilli specie, quem Rondeletius confinxit, xviii. 25. Nam de vitiis summæ cutis agi, et de psilothris, Plinius ipse monet, cum subjicit, ‘aliaque cutis vitia emendat.’ Et mox: ‘Psilothrum nos quidem in muliebribus medicamentis tractamus.’ Vide Schenckium Observ. Médic. lib. ii. tit. de morbo pilari, p. 332.

<sup>e</sup> *Testas*] Maculas quæ testam colore referant. Ita MSS. omnes, Reg. Colb. Chiffl. non *tineas*.

<sup>f</sup> *Gentiana*] Diosc. iii. 3.

<sup>g</sup> *Nymphæa*] Ἀλφοὺς σμήχει σὺν ὕδατι, vitiligines ex aqua tollit. Diosc. iii. 148.

<sup>h</sup> *Cyclamini*] Diosc. iii. 194. ‘Ρύπτει δὲ καὶ χρῶτα ἡ βίζα, κ. τ. λ.

<sup>i</sup> *Cacaliae*] Diosc. totidem verbis, iv. 123.

dunt cutem in facie, erugantque: vitia omnia<sup>4</sup> acori radix emendat.

XCIII. Capillum Lysimachia<sup>1</sup> flavum facit: denigrat hypericon, quod et corion<sup>2</sup> vocatur.

Item ophrys<sup>k</sup> herba denticulato oleri<sup>1</sup> similis: <sup>3</sup> foliis duobus. Nigritiam dat et Polemonia, in oleo decocta. Psilotrum<sup>m</sup> nos quidem in muliebribus medicamentis tractamus: verum jam et viris<sup>4</sup> est in usu. Efficacissimum autem habetur archezostis: item tithymali<sup>o</sup> succo, vel in Sole cum oleo illito<sup>5</sup> crebro, vel evulsis pilis. Quadrupedum scabiem sanat hyssopum<sup>6</sup> ex oleo, suum anginas peculiariter sideritis. Verum et reliqua genera herbarum reddamus.

\*\*\*\*\*

Chiffl.—4 Dalec. *vitia cutis omnia*.

CAP. XCIII. 1 Chiffl. et lysimache.—2 ‘Alii, et quæ coris. Nihil muto.’ Dalec.—3 Dalec. *herba plantagini folio similis*, ex ingenio et conjectura.—4 Cod. Dalec. *etiam viris*.—5 Vet. Dalec. *succus*, &c. *illitus*.—6 Vet. Dalec. *asypum*.

#### NOTÆ

<sup>j</sup> *Quod et corion*] MSS. *corison* et *pilo*.  
*coristum*.

<sup>k</sup> *Item ophrys*] In Reg. 1. *ophros*.  
Reg. 2. *ophros*. Index, et libri editi,  
*ophrys*. Quidam tamen in Indice MSS.  
*orbris*. Nomine ac facie perinde ignota.

<sup>l</sup> *Denticulato oleri*] Brassicæ similis, cuius folia sint incisuris distincta.

<sup>m</sup> *Psilotrum*] Ψίλωθρον, medicamentum depilatorium, a ψίλῳ, de-

<sup>n</sup> *Jam et viris*] Postquam mores degenerare cœperunt.

<sup>o</sup> *Item tithymali*] Totidem verbis Diose. IV. 165.

<sup>p</sup> *Hyssopum*] Importune nobis nescio qui *asypum* hic obtrudunt, pro *hyssopo*; quod et semel superius factitarunt: cum medicinæ omnes hoc libro comprehensæ, non ex animalibus, sed ex herbis, omnino pendentur.

## NOTÆ ET EMENDATIONES

### AD LIBRUM XXVI.

### NATURALIS HISTORIÆ

### C. PLINII SECUNDI.

---

---

1. CAP. V. *Ad postremum vero nigriscente]* Sunt qui *increscente* malint, quoniam ita Marcellus Empir. scriptit cap. 19. pag. 130. Sed error is librariorum est, tum ex Plinii nostri optimis codicibus, tum ex Plinio altero Valeriano corrigendus, qui II. 57. ‘postremo nigrescente’ scripsit: tum vero maxime ex Corn. Celso, ita morbum eum describente, III. 25. ‘Summa pars corporis crebras maculas, crebrosque tumores habet. Rubor harum paulatim in atrum colorem convertitur,’ &c.

2. CAP. VI. *Ante omnes celebratam rationem eam . . . defendente]* Ita restitimus ope codicis Reg. I. cum prius implicata admodum sententia, spretisque artis ipsius praeceptis, non sine insigni orationis vitio, descendente legeretur.

3. CAP. VIII. *In urbe nimbosa, immo vero tota Italia imperatrice]* Prius in urbe umbrosa legebatur, perperam, refragantibus codicibus vetustis, Reg.

1. 2. Colb. &c. quos secuti sunus. Neque vero umbrosa esse tota Italia potest: nimbis obnoxia esse tota potest. Plinius ipse II. 51. *ωστατηνη*

*bosam esse in Italia prodidit: idcirco ibi semper quodammodo aërem vernare, vel autunnare.*

4. CAP. X. *Hibisci radix cum glutino et aceto acri decocta]* Ita libri omnes, etiam MSS. Sed scrupulum movet Marcellus Empiricus, qui cum operi suo Plinii sententias plurimis in locis asperserit, pro glutino lupinum asciscit, cap. 19. pag. 129. ‘Mentagræ medetur,’ inquit, ‘hibisci radix cum lupino et aceto, ad tertias cocta et apposita.’ Plinius Valer. adhuc importunior, II. 56. ‘Licheni arcendo:’ ‘Ficulnei caules,’ inquit, ‘in aceto cocti et triti illinuntur. Hibisci radix cum glutino lupino in aceto decocta ad quartas similiter adhibetur.’ An glutinum is lupinum intelligit, quod ex lupi genitalibus fiat, ut ex vitulorum genitalibus vitulinum Noster commendat, et ad lichenas quidem, XXVIII. 50. An potius glutinum e lupini farina, que lepras emendare aliaque cutis vicia dicitur, XXII. 74.

5. Ibid. *Morbum quoque regium cum melle sanat ore illito, et lingua]* Diosc. IV. 53. de lichene herba, seu museo: ‘Ωφελεῖ δὲ καὶ ἱκτερικοὺς μετὰ μέλιτος

*διαχριθμένον στόματος δὲ καὶ τῆς γλώττης ψευματισμὸς παραιτέται.* *Juvat et arquatos cum melle illitus: ceterum defluxionibus oris ac linguæ succurrit.* Ita etiam, ut ne quid dissimulem, scripsisse mili Graecus auctor videtur, unde Pliniana haec manarunt. Legisse tamen aliter Plinium haud obscure intelligas: ita nimirum: μετὰ μέλιτος διαχριθμένου στόματος τε καὶ τῆς γλώττης. ‘Ψευματισμὸς παραιτέται’.

6. CAP. XI. *Hyssopum cum vino decoctum*] Emendant ex Chiff. cod. cum fico. Sic etiam Reg. 2. At Reg. 1. Colb. et vulgati omnes, *cum vino*. Favet alter Plinius Valer. I. 52. cui titulum fecit, ‘Anginae medendo:’ ‘*Hyssopum quoque*,’ inquit, ‘*cum vino decoctum gargarizetur*.’ Dioscorides tamen priorem lectionem adjuvat, Chiff. codicis, et Regii 2. Is enim III. 30. Συνάγχοις δὲ ἀναγαργάρισμα μετὰ σύκων ἀφεύγματος ἔριστον.

7. CAP. XV. *Hyssopi quinque rami cum duabus rutaë, et ficiis tribus decocti thoracem purgant*] Pintianus ex suo codice legit, *et fici tribus*: ut sententia sit, quemadmodum hyssopi quinque, et rutaë duos, sic et fici ramos ternos requiri, quod falsum est. Ficus ipsa hic opus esse, nec solitandum Plinii contextum Marcellus Empiricus admonet, cap. 16. p. 118. ‘Ficus siccæ tres,’ inquit, ‘*cum hyssopi modo*, et parvo rutaë fasciculo, et quartario fæni Graeci purgati, *cum aquæ nitidæ sextario ad medianas decoquuntur*, et colantur: inde tres potiones per triduum tussi nimia laborantibus dantur: mirum remedium est.’

8. CAP. XXI. *Peculiariter autem pulmonibus, et quos ab his phthisis tentat, radix herba consiliginis, quam nuper inventam diximus. Suum quidem et pecoris omnis remedium præsens est pulmonum ritio, &c.*] Prius vitiosa interpunctione sic legebatur: *Peculiariter autem ... phthisis tentat.* Ut ad verbenam de qua proxime ante sermo erat, pertinere ista viderentur. Mox

nova instituta periodo, *Radix herbæ ... inventam diximus, suum quidem, &c.* At priora illa, de phthisicis, ad consiliginem spectare, Plinius ipse libro superiore admonuit, cap. 48. ubi de consilagine, ‘Prodest,’ inquit, ‘ut demonstrabimus suo loco, deploratis in phthisi:’ hunc nimirum, quem nunc versamus, prospiciens locum.

9. CAP. XXXI. *Pota tribus obolis sanguinis exscretiones, cum amylo. Dysenterius, pota, et infusa]* Prius legebatur, vitiosa interpunctione, *sanguinis exscretiones. Cum amylo dysenterias, &c.* At licet alvum sistat amyllum, ut dictum est XXII. 67. tamen ad sanguinis exscretiones sèpius datur. Unde loco eit. Plinius: ‘Datur cum ovo his qui sanguinem rejeicerint.’ Et XXIII. 75. de amygdalis: ‘Sanguinem sistunt cum amylo,’ ubi simile interpunctionis mendum, Dioscoridis admonitu, aliorumque, sustulimus.

10. CAP. XXXV. *Differentia, quod hic herbaceus est, alterius thymi albus]* Ita libri omnes, etiam conditivi, manusque exarati, Reg. Colb. ceterique. Nec Salmarium moror, qui p. 1288. in Solin. *helvaceus* rescribit, interpretaturque ex purpureo albicantem, nullo codice, nullo scriptore suffragante. Geminum epithymum, viride, albidumque, agnoscit auctor libri de Simp. Med. ad Paternianum, tomo XIII. operum Galeni, p. 990. ‘Epithymum,’ inquit, ‘est flos herbæ assimilis setæ, (lego *satureiæ*,) subviridis ... Nam verus epithymi flos exalbidus est, et asper, et plurimum in Pamphylia invenitur.’

11. Ibid. *Quidam hippopheon vocant]* Sic libri omnes, sic Index ipse. Rectius tamen videtur *hypopheon*, quod sub stœbe fortassis, quæ φέως quoque appellatur, XXII. 13. innasci solet. Aëtius III. 29. p. 103. Παραπλησίως δὲ τῷ ἐπιθύμῳ καὶ τῷ ἐπὶ τῆς στολῆς φύσμον, κ. τ. λ. *Similis vis ei quoque est*, qui stœbe annascitur: item qui thym-

*brā, ideo epīthymbron diktum, &c.*

12. CAP. XXXVI. *Et panos discutit]* In libris editis, *Et capnos strumam discutit*. Quasi vero e proposito sit commemorare modo ex iis herbam aliquam, quae nihil ad alvum medendum juvat, quo nunc in argumēto uno habitare se professus est apertissime jami a c. 28. In MSS. Reg. 1. *Et carostrum*: hoc tantum. In Reg. 2. *Et capnostruma*. Cur vero *et panos discutit* amplexi sumus, ubi tam obscura vestigia sese offerunt sinceræ lectio- nis, in causa Dioscorides fuit: enjus hæc plane gemina de pycnocomo sen- tientia, IV. 176. Καὶ τὰ φύλλα δὲ κατα- πλαττόμενα, φύματα καὶ δοθήνας δια- φορεῖ.

13. CAP. XXXVII. *Florem et semen non fert]* Ita recte vetus codex Dalecampii. Prius legebatur, *Floret et semen non fert*, quod falsum. In Reg. 1. *Floret semen non infert*. Reg. 2. *Floret semen non fert*. Alii aliter. Theophr. Hist. IX. 22. hoc tantum: Τὸ δὲ πολυπόδιον μετὰ τὰ θύματα αἰεὶ βάλλει, σπέρμα δὲ οὐ φύει. *Filicula semper post imbræ erumpit: semen autem non fert.*

14. CAP. XXXVIII. *Radix circa or- tum Canis excavatur, ut in ipsam con- fluat succus]* Ita emendavimus ex fide codicum Reg. Colb. Chiffi. cum prius in ipsa alii minus apposite scriben- dum censerent. Rem dilucide Dios- corides explicat, IV. 171. *Succus, in- quirit, legitur hunc in modum: capite exerto radix ita cultro excavatur, ut excavatio sensim a latiore orbe in acu- tum desinat: proindeque in id cavum confluit succus, qui conchis demum excipi- tur.* Συλλέγεται δὲ ὁ ὀπός· κεφαλῆς ἀπὸ τῆς βίξης ἀφαιρουμένης, καὶ θαλοει- δῶς τεμνομένης εἰς κοιλότητα· συρρέει γὰρ εἰς αὐτὴν ὁ ὀπός, καὶ οὕτως ἀναλαμβάνε- ται εἰς μύακας.

15. Ibid. *Tithymalus enim linguam excaſſacit. Usus bimo: nec ante, nec posteſ utili]* Prins legebatur, *linguam excaſſacit bulbi more, nec ante, nec post-*

*ea utile.* Dalecampius emendabat, *nec ante cibos, nec posteſ utile.* In Reg. 1. *Excaſſacit. Vusbimoneectante, nec posteſ, &c.* At in Reg. 2. nitide ac perspicue, *usus bimo: nec ante, nec posteſ, &c.* quod et Pintianus in suo vidit. Sic ipse Plinius xxvii. 55. ‘*Usus radicis in trimatu tantum, ne- que ante, neque posteſ.*’

16. Ibid. *Rubris, succosis]* E nostra id emendatione, admonitu codicis Re- gii 2. in quo diserte sic scribitur: etsi in Reg. 1. librisque editis, rugosis legi- tur. Astipulatur emendationi Diosc. IV. 165. *Tithymali characia caules, in- quirit, supra cubiti altitudinem attollun- tur, rubri, acri lucteoque succo referti.* Τοῦ δὲ χαρακίου καλουμένον κανλὸν μὲν ὑπὲρ πῆχυν, ἐνερευθεῖς, ὅποῦ δριμέος καὶ λευκοῦ μεστοῖ. Et Apuleius, c. 108. ‘*Characias ... thyrsis ultra longitū- dinem cubitalem rubris, succi acrio- ris, &c.*’

17. Ibid. *A radice foliis pæne oleæ]* Prius legebatur, *foliis pendulis:* quod vel ipsa tithymali effigies coarguit. In Reg. 1. cod. *folis pænale.* In Reg. 2. *penelee.* In Parm. ceterisque oin- nibus usque ad Frobenium, *pendet.* Is *pendulis* maluit. Sed indubitatum esse nostram emendationem non ves- tigia modo haud obscura veteris scrip- turæ, sed et Dioscorides ipse admone- net, in descriptione tithymali chara- ciae: *Folia, inquit, sunt circa ramulos oleaginis similia, sed longiora et angus- tiora: Φύλλα δὲ περὶ τὰς ράβδους ὄμοια ἔλατη, μακρότερα δὲ, καὶ στενότερα.* Theophrasto etiam præeunte, Hist. IX. 12. Τὸ μὲν φύλλον ἔλατῶδες ἔχει. Apuleius similiter c. 108. ‘*Foliis oli- væ similibus, paulo angustioribus, et longioribus.*’ Neque hi scriptores modo, sed et res ipsa, plantæque for- ma, quam saepè sumus contemplati, favet.

18. CAP. LXIV. *Succus hyoscyami cum farina, vel semen]* Sribit Dalecampius in ora editionis suæ, ex co- dicis vetusti nescio cuius auctoritate,

*cum farina sesamæ.* Ex interpolatoris id cuiuspiam officina est. Vulgatæ lectioni MSS. codices, Plinio ipsi Dioscorides suffragatur, IV. 69. de succo hyoscyami: Σὺν ἀλεύρῳ δὲ ἡ ἀλφίτοις . . . πρὸς τε ὄφθαλμῶν φλεγγοῦντας, καὶ τὰς ὄλλας· τὸ δὲ σπέρμα τὰ αὐτὰ παρέχει.

19. CAP. LXVI. *Vettonica nervis, . . . pota, ut in jocinere]* Ita libri editi, et Reg. 2. recte. In quibusdam aliis, *posita*, perperam. Etsi ex iis Dalecampius fortassis *imposita* scribi satius esse conjiciat. Cum vero eundem Vettonicæ sumendæ modum in hisce morborum generibus præfiniat, quem in jocinere sanando adhibuit c. 19. ibique cyathis tribus bibendum admoneat, quin et *pota* quoque hic legi oporteat, dubium esse nemini potest.

20. CAP. LXXX. *Sanat et archezostis, sed anno pota]* In libris vulgatis, sed cum ammineo *pota*. Interpolatoris id manu insertum, non ipsius auctoris. In Reg. 2. *sed anno*. Favet Diosc. IV. 184. de vite alba: Πίνεται δὲ καὶ πρὸς ἐπιληψίας δλκὴ αἱ καθ' ἡμέραν, πρὸς ἐνιαυτόν. *Bibitur ad morbum comitialem drachmæ pondere quotidie anno toto.* Vedit e suo codice hoc mendum etiam Pintianus.

21. CAP. LXXIV. *Secatur in asses, ut cucumis]* Prius legebatur, *Siccatur in aëre, ut cucumis.* In Reg. 1. *Siccatur in hasres.* Reg. 2. *Siccatur in asses.* Chiffl. in *arses*. Nostram emendationem non ipsa modo loci sententia, resque ipsa constabilit, sed et Theophrastus, a quo hæc manarunt, Hist. IX. 10. Τέμνουσι δὲ τροχίσκους, inquit, ὃσπερ ῥαφανίδος· ἐνειλήσαντες δὲ ἐν γλύκει ἑκρέμασαν ὑπὲρ καπνοῦ. *Secant mandragoræ orbiculos, sicuti raphani, et involutos musto in sumo suspendunt.*

22. CAP. LXXV. *Folia ephemeri tuberibus tumoribusque illinuntur]* Ita libri omnes vulgati, conditivique, quos quidem vidi. Dalecampius ex nescio quo vetere exemplari legit,

*uberum tumoribus. Frustra, non libris modo refragantibus, et ipso Dioscoride, apud quem hæc verbis totidem omnino extant, IV. 85. Τὰ δὲ φύλλα ἐν οἴνῳ ἐψηθέντα καὶ καταπλασθέντα, οἰδήματα καὶ φύματα διαφορεῖ, μήπω ὑγρὸν ἔχοντα.*

23. CAP. LXXVI. *Sed celerrime quinquefolii succus medetur tribus cyathis potus cum sale et melle]* Postrema hæc verba, *cum sale et melle*, negat Pintianus in suo exemplari legi: nec sane leguntur in Reg. 2. At Regius 1. multo vetustior ea plane exhibet, ut adeo expungere ea religio fuerit. Dioscoridem IV. 42. scripsisse scio in hunc modum: Τγιάζει δὲ καὶ ἕκτερον ταχέως δ χυλὸς τῶν φύλλων ποθεῖς ἐπὶ τινας ἡμέρας τριῶν κυαθῶν πλῆθος. Τραύματά τε καὶ σύργγας μεθ' ἄλλων καὶ μέλιτος καταπλαττόμενα ἕται. Celeriter quoque regio morbo medetur foliorum succus, tribus cyathis aliquot diebus epotus. *Eudem cum sale et melle imposita tam vulneribus quam fistulis remedio sunt.* An igitur apud scriptorem Græcum, ex quo uteqrne hausit, cum hasce conjunctas cerneret medicinas, temere Plinius ex subsequente ad superiore sal melque transvexerit, an ad ipsam ea reapse pertineant, aliis aestimandum relinquo. Translata temere ab eo esse vix adducor ut credam: cum ea ipsa rursum adhibeat cap. seq. ad sanandas fistulas: rursumque cap. 87. ad ulcera vetera: quos in usus et a Dioscoride hic asciuntur.

24. CAP. LXXX. *Ambusta sanantur plantagine, arctio]* Sic sane restitnendus hic locus fuit, ex MSS. Reg. Colb. aliorumque fide, Parmensisque, ac ceterarum editionum. ante Frohenium, quo auctore *arctio* legimus in libris deinceps vulgatis. At aliud arcion, aliud arction est. Neque *arctio* sive persolata hanc vim ambusta sanandi Dioscorides attribuit: *arctio* plane adjudicat, IV. 106. Καὶ πυρικάνστων καὶ χιμέτλης ἔστι κατάντλημα.

*Ambusta pernionesque eo soventur. Geminat errorem Apuleius cap. 36. tit. 7. cum ne ad persolatam quidem, sed ad personaciam, quæ alia est, hoc medicamentum refert.*

25. CAP. LXXXII. *Clymenos vero, si ore sanguis, &c.]* Hanc emendationem debemus Regio 2. codici, in quo diserte *Clymenus* legitur: cum in libris hactenus editis legatur, *cyclaminos*. In Reg. 1. *cyclemenus*. De cyclamino sane ea qua hic commemorantur affirmari vere nequeunt: de clymeno Dioscorides affirmavit, iv. 13. Ποιεῖ δὲ ὁ χυλὸς πρὸς ἀματος ἀναγωγὴν πνόμενος· καὶ κοιλιακὸν, καὶ ροῦν ἐρυθρὸν, κ. τ. λ. Ad sanguinis rejectionem clymeni succus in potu est efficax, itemque ad cæliacorum profluvia, rubentemque fluorem muliebrem, &c.

26. CAP. LXXXVII. *Vulneribus, ex ea factum Lycium]* Ita libri omnes constantissime. Nugantur, qui vel collyrium hoc loco, ut Gasp. Hofmannus Var. Lect. iv. 27. vel, quod haud paulo insulsius est, *licinium* substituunt, exemplaribus omnibus invitis, ipsoque adeo scriptore Plinio: cuius sententia verbis Græci auctoris egregie constabilitur. Dioscoridem dico, lib. III. c. 3. de Gentiana: "Εστι δὲ τραυματικὴ, ἐπιτεθεμένη ὡς τὸ Λύκιον, ὑποβωμὸν τε ἐλκῶν λάμα, κ. τ. λ. Imporsita, ut *Lycium*, vulneraria est, et cuniculatim depascentibus ulceribus medetur.

27. Ibid. *Ut squamam ossibus extrahat]* Prius saniem legebatur. Squamam restituimus ex codd. Reg. Colb. et Chiffl. atque adeo ex ipso Diosc. III. 92. de peucedani radice: Καθάρει δὲ λεία ξηρὰ τὰ ρυπαρὰ ἐλκη, καὶ λεπίδας ἀπὸ δοτέων ἀφίστησι, καὶ ἐπονλοὶ τὰ παλαιά. Arida trita sordida purgat ulcera, ossium squamas extrahit, veteraque ulcera cicatrice obducit. Vedit hoc et in suo codice ante nos Pintianus.

28. Ibid. *Efferantia sese ulcera]* Haec hactenus efferentia libri omnes exhibent. Sed efferantia satius visum est:

*Delph., et Var. Clas.*

tum quod hac voce et alibi Plinius usus, VIII. 77. de snibus, 'Verum efferantur:' Græci dicerent, θηριοῦνται. Est enim θηριώσις, efferatio: tum quod exprimi ea felicissimis arbitrati sumus id quod Græci θηριώδες ἔλκος appellant. Dioscor. IV. 118. de hac ipsa onothera agens, in hunc modum: Καταπλαστιστὰ δὲ πρᾶντες τὰ θηριώδη ἔλκη.

29. CAP. XC. *Menses albos]* Ita rescripsimus admonitu codicis Reg. 2. maxime vero ex re ipsa. In Reg. 1. *menses alvos*. In editis hactenus libris insulse, *menses alvosque*. Quid sint menses alibi diximus abunde in Notis prioribus.

30. Ibid. *Nimia rursus profluvia sistit semen cum vivo sulfure]* Ita plane Reg. 2. et Colb. Interpolatorum manus id confictum, quod libri vulgati præ se ferunt, *cum vino et sulfure*. Vinum abdicat Diosc. IV. 76. de mandragora, vivum sulfur asciscit. Τὸ δὲ σπέρμα τῶν μήλων . . . προστεθὲν μετ' ἀπύρου θείου ροῦν ἵστησιν ἐρυθρὸν. Occupavit et hoc Pintianus e suo codice.

31. Ibid. *Contra facit batrachion . . . ardens alias]* Prius legebatur, *Alvi profluvia sistit et contrahit batrachion*. Emendationem debemus Regio 2. codici, et Pintiani pariter exemplari. Et sane ita loci sententia postulat: mirum enim id esse Plinius innuit, tam diversas tamque dissimiles in herba una eademque dotes reperiri, ut cruda quidem causticam vim, atque adeo spissantem, seu astringentem obtineat: cocta contra, vel in cibo ac potu præbita, contrariam, hoc est, mollientem, μαλακτικήν.

32. Ibid. *Item radix e geranio . . . inflationibusque vulvarum]* Non codicum modo primitiorum fidem, Reg. Colb. Chiffl. sed et Dioscoridis auctoritatem amplexi, *inflationibus* scripsimus, pro *inflammationibus*. Sic enim ille, III. 131. de geranio: Ποθεῖσα ἐν οὖν ϕάρῃ < πλῆθος ὑστέρας ἐμπνευματώσεις λνει. *Drachmæ pondere*

*Plinius.*

11 F

*in vino pota vulvæ inflationes discutit.*

33. Ibid. *Polygonus pota menses ciet, et althææ radix*] Ita profecto libri omnes, tum vulgati, tum conditivi. Et de althæa quidem, cieri ea menstrua, tum usus edocet quotidianus, tum etiam Dioscor. III. 163. At vero polygonon astringentis esse facultatis,

mensesque ea sisti, clamant omnes, post Diosc. IV. 4. et 5. Quamobrem considerandum amplius num ita legi hic oporteat: *Polygonus pota menses sistit: ciet althææ radix: quod incuria amanuensium excidisse vox ea sistit* videtur.

# C. PLINII SECUNDI

## NATURALIS HISTORIÆ

### LIBER XXVII.

---

*Reliqua herbarum genera, et medicinæ.*

i. (1.) CRESCEBAT proecto apud me certe tractatu<sup>1</sup> ipso admiratio antiquitatis: quantoque major copia herbarum dicenda restat, tanto magis adorare priscorum in inveniendo curam, in tradendo benignitatem subit. Nec dubie superata hoc modo posset videri etiam rerum naturæ ipsius munificentia, si humani operis esset inventio. Nunc vero Deorum fuisse eam apparet, aut certe divinam,<sup>2</sup> etiam cum homo inveniret: candemque omnium parentem et genuisse haec, et ostendisse, nullo vitæ miraculo majore, si verum fateri volumus. Scythicam herbam a Mæotis<sup>3</sup> paludibus, et euphorbiam e monte Atlante ultraque Herculis columnas: et ipso<sup>4</sup> rerum naturæ defectu, parte alia Britannicam ex Oceani insulis extra terras positis, itemque Æthiopidem ab exusto sideribus axe: alias præterea aliunde ultro ci-

---

CAP. I. 1 Chiff. tractu.—2 Ita edd. vett. Gronov. Harduin. 1. et Bipont. dirinum Harduin. 2. 3. Miller. et Franz.—3 Ita codd. Harduni et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. Mæotidis Gronov. et vulgg. Mox, et ip-

### NOTÆ

<sup>3</sup> Et ipso] Et ubi ipsa rerum natura deficit.

troque humanæ saluti in toto orbe<sup>4</sup> portari, immensa Romanæ pacis majestate, non homines modo diversis<sup>5</sup> inter se terris gentibusque, verum etiam montes et excedentia in nubes juga, partusque eorum et herbas quoque invicem ostentante. Æternum quæso Deorum sit munus istud. Adeo Romanos, velut alteram lucem, dedisse rebus humannis videntur.

II. (II.) Sed antiquorum curam diligentiamque quis possit satis venerari, cum constet<sup>1</sup> omnium venenorum ocyssimum esse aconitum, et tactis quoque<sup>b</sup> genitalibus fœminini sexus animalium eodem die inferre mortem? Hoc fuit venenum, quo interemtas dormientes<sup>2</sup> a Calpurnio Bestia<sup>d</sup> uxores M. Cæcilius<sup>e</sup> accusator objecit. Hinc illa atrox peroratio ejus in digitum.<sup>f</sup> Ortum fabulæ<sup>g</sup> narrare<sup>3</sup> e spumis Cerberi canis, extrahente ab inferis Hercule, ideoque apud Heracleam Ponticam, ubi monstratur is ad Inferos aditus,<sup>h</sup> gigni. Hoc quoque tamen in usus hu-

\*\*\*\*\*

*sum rer. nat. defectum Vet. Dalec. ab ipso aliis ap. eundem.—4 Vet. Dalec. in totum orbem.—5 Idem Vet. diversos. Mox, montis excedentia Chiffi. in nubibus juga, partusque pecorum cod. Dalec.*

*Cap. II. 1 Chiffi. venerari. Constat.—2 Vox dormientes deest in Chiffi.—3 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recent. peroratio, ejus in digito mortuas. Fabulæ narrare Gronov. et vulgg. peroratio ejus. In digito eas mortuas f. natum tradidere Vet. Dalec. in digitum Chiffi. Mox, e spumis in eodem cod. quod re-*

#### NOTÆ

<sup>b</sup> *Et tactis quoque]* Hoc ante jam attigit, xxv. 75. Appellationis θηλυφόρον causa hæc est, ut mox dicetur. Accepit hoc Plinius a Theophr. Hist. IX. 19.

<sup>c</sup> *Dormientes]* Habent hanc vocem codices Reg. 1. 2. A ceteris plerisque abest.

<sup>d</sup> *Calpurnio Bestia]* Socius hic fuit conjurationis Catilinanae. Meminit ejus Sallustius.

<sup>e</sup> *M. Cæcilius]* Ejus Q. Cæcilius, ut appareat, frater, adversus quem Divinationem Tullius recitavit.—<sup>f</sup> *M. Cæcilius Rufus orator, a Plinio jam memoratus, VII. 50.* Ed. sec.

<sup>g</sup> *In digitum]* In eum Calpurnii di-

gitum quo uxorum suarum τὰ αἰδοῖα tetigerat, et sic interemerat. Vide Notas et Emend. num. 1.

<sup>h</sup> *Ortum fabulæ]* Nempe venenum. Hanc fabulam et Dionysius Perieg. refert, in Descript. Orbis, vs. 788. et Nicander in Alexiph. statim initio.

<sup>i</sup> *Ad Inferos aditus]* Plinius VI. 1.

<sup>j</sup> *Portus Acone, veneno aconito dirus: specus Acherusia.*—<sup>k</sup> *Fodinae metallicæ os, opinor: cum Cerberus non alius fuisse videatur, quam subterraneus locus, ubi triplex metallum, ex quo pecunia conficitur: uti ex Homeri Odyssea conjicimus.* Ed. sec.

manæ salutis vertere: scorpionum ictibus adversari experiendo datum in vino calido. Ea est natura ut hominem occidat, nisi invenerit quod in homine perimat. Cum eo solo collectatur, velut pari intus invento. Sola hæc pugna est, cum venenum in visceribus reperit:<sup>4</sup> mirumque, existalia per se ambo cum sint, duo venena in homine commoriuntur, ut homo supersit. Immo vero etiam ferarum remedia antiqui prodiderunt, demonstrando quomodo venenata quoque ipsa sanarentur. Torpescunt<sup>i</sup> scorpiones aconiti<sup>s</sup> tactu, stupentque pallentes, et vinci se confitentur. Auxiliatur his<sup>e</sup> helleborum album, tactu resolvente: ceditque aconitum duobus malis,<sup>7</sup> suo et omnium. Quæ si quis ullo forte<sup>8</sup> ab homine excogitari potuisse credit, ingrate Deorum munera intelligit. Tangunt<sup>9</sup> carnes<sup>1</sup> aconito, ne cantque gustatu earum pantheras: nisi hoc fieret, repleturas illos situs.<sup>10</sup> Ob id quidam<sup>n</sup> pardalianches appellavere. At illas<sup>o</sup> statim liberari morte excrementorum hominis gustu, demonstratum. Quod certe casu repertum quis dubitet?<sup>11</sup> et quoties fiat etiam nunc ut novum nasci? quoniam feris<sup>p</sup> ratio et usus inter se tradi non possit.

~~~~~

cepere Harduinns et recentt. *a spumis* Gronov. et vulgg.—4 Vet. Dalec. *reperit*.—5 Chiffi. *aconi*.—6 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *eis* edd. vett. et Gronov.—7 Dalec. *duobus modis*.—8 Ita ex codd. Harduinns et recentt. *Quod si quis illa forte* Gronov. et vulgg. *si quis illa certe cod.* Dalec.—9 *Tingunt* Vet. Dalec. Mox, negantque vivere gustatu

## NOTÆ

<sup>i</sup> *Torpescunt*] Et hoc superius indicatum xxv. 75. Annotavit etiam Dioscor. iv. 77.

<sup>j</sup> *Auxiliatur his*] Plinius xxv. 75.

<sup>k</sup> *Duobus malis*] Helleboro et scorpioni: est enim helleborum aconiti peculiare malum: scorpio, commune omnium.

<sup>l</sup> *Tangunt carnes*] Transcripsit hæc Solinus a Plinio, c. 17. p. 37. et 38. Refert quoque Dioscor. iv. 77.

<sup>m</sup> *Illos situs*] Illas regiones.

<sup>n</sup> *Ob id quidam*] Solinus, loc. cit. Nicander in Alexiph. p. 131. iisdem

ferme verbis. Παρδαλιαγχὲς igitur, ἀπὸ τοῦ παρδάλεις ἄγχειν, quod pantheras enecet, aconitum appellavere.

<sup>o</sup> *At illas*] Solinus, loc. cit. Vide quæ in eam rem diximus viii. 41.

<sup>p</sup> *Quoniam feris*] Quoniam feræ rationem et usum earum rerum quas agunt tradere invicem aliae aliis non possunt.—‘Hic homini illi vehementer succenseo, qui capiti tertio, quod sequitur, hunc titulum velut argumentum præfixerat: ‘Quod omnium rerum conditor sit Deus:’ cum Plinius hoc loco, ut passim, ἀθεῖσων, nou

(III.) Hic ergo casus, hic est ille, qui plurima in vita invenit Deus. Hoc habet nomen,<sup>11</sup> per quem intelligitur eadem et parens rerum omnium et magistra natura, utraque conjectura pari, sive ista quotidie feras invenire, sive semper scire judicemus. Pudendumque rursus, omnia animalia, quæ sint salutaria ipsis, nosse, praeter hominem. Sed majores oculorum<sup>q</sup> quoque medicamentis aconitum misceri saluberrime promulgavere, aperta professione malum quidem nullum esse sine aliquo bono. Fas ergo nobis erit, qui nulla diximus venena, monstrare quale sit aconitum, vel deprehendendi gratia. Folia habet<sup>r</sup> cyclamini aut cucumeris,<sup>12</sup> non plura quatuor, ab radice leniter hirsuta.<sup>s</sup> Radicem modicam cammaro<sup>t</sup> similem marino. Quare quidam<sup>u</sup> cammaron<sup>13</sup> appellavere, alii thelyphonon, ex qua diximus causa.<sup>v</sup> Radix<sup>w</sup> incurvatur paulum<sup>14</sup> scorpio-



cod. Dalec.—10 Chiffi. dubitat.—11 Vet. Dalec. *casus, qui plurima in vita invenit, Dei nomen habet.* Mox, per quod cod. Dalec.—12 Margo edd. Dalec. et Gronov. *cichori,* e Theophr.—13 Ibid. e Diosc. *cammonon.*—14 Ibid. ex

#### NOTÆ

alium agnoscat Deum, praeter Naturam rerum.<sup>y</sup> Ed. sec.

<sup>q</sup> *Oculorum]* Diosc. iv. 77. de aconito: Μίγνυται δὲ καὶ ὄφθαλμικας ἀνωδύνοις δυνάμεστι. *Miscetur et oculorum medicamentis doloris levandi vi prædictis.*

<sup>r</sup> *Folia habet]* Totidem notis ac verbis delineatur a Dioscor. loc. cit. et ab auctore libri de Simp. Med. ad Patern. tom. XIII. operum Galeni, p. 985. Pingitur a Dodonæo p. 434. Gallis, *Aconit.* Genera amplius secundum ab eodem pista vidimus in horto Regio.

<sup>s</sup> *Leniter hirsuta]* Tenui lanugine pubescentia: quod et nos tractando novimus.

<sup>t</sup> *Radicem . . . cammaro]* Scorpionis caudæ, βίξα ὄμοια σκορπίου οὐρᾶ, dixit Dioscor. loc. cit. Plinius magis cœnante, a re potius nota, cammaro scilicet,

sive cancro, potius quam a scorpione ignota, similitudinem traxit.

<sup>u</sup> *Quare quidam]* Galenus unus occurrat, et Erotianus, qui κάμμαρον vocarint: ceteri κάμμαρον dieunt. Dioscor. iv. c. 77. Ἀκόνιτον, οἱ δὲ παρδαλιαγχές, οἱ δὲ κάμμαρον, οἱ δὲ θηλυφόνον, οἱ δὲ μυοκτόνον, οἱ δὲ θηριοφόνον. Nicander in Alexiph. p. 131. Πολλάκι θηλυφόνον καὶ κάμμαρον. Κάμμαρον quasi κατάμαρον, Mortiferum: vel, ut ait Schol. Nicandri, pag. 53. κακῷ μόρῳ ἀναιροῦν. At Galenus in Explic. vocum Hippocr. p. 92. tom. II. Κάμμαρον, τό, τε τῇ σμικρᾷ καρίδι ζουκὸς ξῶν, καὶ ἀπὸ τῆς πρὸς τοῦτο τῶν βιξῶν δμοιότητος τὸ ἀκόνιτον. Erotianus, in Onomast. vocum Hippocr. tom. II. operum Galeni, p. 122. Διοσκορίδης . . . φησὶ τὸ ἀκόνιτον εἰρῆσθαι ὑπὸ τινῶν κάμμαρον, ὡς θηλυφόνον.

<sup>v</sup> *Ex qua diximus causa]* Paulo ante,

num modo, quare et scorpion aliqui appellavere. Nec defuere,<sup>x</sup> qui myoctonon appellare mallent, quoniam procul et e longinquo odore mures necat. Nascitur in<sup>y</sup> nudis cautibus, quas aconas nominant. Et ideo aconitum aliqui dixerunt, nullo juxta, ne pulvere quidem nutrientem. Hanc aliqui rationem nominis attulere. Alii quoniam vis eadem in morte esset, quæ cotibus ad ferri aciem deterendam,<sup>z</sup> statimque admota velocitas sentiretur.

III. (IV.) *Æthiopis*<sup>a</sup> folia habet phlomo similia, magna et multa, et hirsuta ab radice.<sup>b</sup> Caulem quadrangulum, scabrum, similem arctio,<sup>c</sup> multis concavum alis: semen erno simile, candidum, geminum: <sup>d</sup> radices numerosas, longas, plenas, molles, glutinosas gustu. Siccæ nigrescunt, duranturque,<sup>e</sup> ut cornua videri possint. Præter *Æthiopiam*<sup>f</sup> nascuntur et in Ida monte Troadis, et in Mes-

eodem, caudæ. Mox, aliqui vocavere Chiffi.—15 Idem codex, in ferri acie deterrenda.

CAP. III. 1 Margo edd. Dalec. et Gronov. magna, hirsuta, et multa ab radice, e Diosc.—2 Ita codd. Harduini et Chiffi. ita quoque Diosc. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. arcio Gronov. et al. vett.—3 Chiffi. indures-

#### NOTÆ

<sup>x</sup> quod tactis genitalibus fœminini sexus animalium eodem die inferat mortem.<sup>t</sup>

<sup>w</sup> Radix] Diosc. et Galenus proxime citati.

<sup>x</sup> Nec defuere] Diosc. et Nicander locis citatis.

<sup>y</sup> Nascitur in] Nicander in Alexiph. p. 131. 'Εν δ' ἀκονάλοις Θηλείην ἀκόνιτον ἀνεβλάστησεν ὄρθγκοις. Hoc est, Gorraeo interprete, Duris in cautibus altos Per montes nascuntur, et hinc aconita vocamus. Nicandrum sequitur Ovid. Met. vii. 419. Aconitum illi dici voluere, quod in locis nasceretur, quæ ne pulverem quidem nutriendæ plantæ suppeditarent. Ἀκόνιτον Græci dicunt, quod sine pulvere est. Hesychius: Ἀκόνιτλ . . . χωρὶς κόνεως. Alii ἀπὸ τῶν ἀκονῶν deducunt, quæ vox cantantes sonat. Alii, ut Theopompos Chius, lib. xxxviii. Historiæ suæ,

apud Athen. l. iii. p. 85. ab Aconis, qui locus est Heracleæ Ponticæ proximus, ἐν τῷπῳ Ἀκόναις καλομένῳ, σὺντι περὶ τὴν Ἡράκλειαν. Diximus de eo in Geographicis.

<sup>a</sup> *Æthiopis*] Totidem verbis ea a Diosc. describitur, iv. 105. Αἴθιοπλς καὶ αὐτὴ παραπλῆσια φλόμῳ ἔχει τὰ φύλλα, δασέα δὲ λιαν, καὶ πυκνὰ, κύκλῳ περὶ τὸν πυθμένα τῆς βίξης, κ. τ. λ. *Æthiopis* folia etiam habet verbasco similia, perquam hirsuta, densaque, circa imam radicem orbem efficientia, &c. Vindimus in horto Regio, qualis a Dodoneo pingitur, p. 148.

<sup>b</sup> Caulem . . . similem arctio] Vide Notas et Emend. num. 2.

<sup>c</sup> Semen . . . geminum] In singulis conceptaculis sunt bina semina, inquit, Dioscor. loc. cit. Καρπὸν δὲ περὶ μέγεθος ὄρθον σὺν δύο ἐν ἐν ἀγγείῳ.

<sup>d</sup> Præter *Æthiopiam*] In *Æthiopia*

senia. Colliguntur autumno, siccantur in Sole aliquot diebus,<sup>4</sup> ne situm sentiant. Medentur<sup>e</sup> vulvis potæ in vino albo, ischiadicis, pleuriticis, faucibus scabris, decoctæ potu dantur. Sed quæ ex Æthiopia venit eximia<sup>5</sup> est, atque illico prodest.

IV. Ageraton<sup>f</sup> ferulacea est, duorum palmorum<sup>g</sup> altitudine, origano similis, flore<sup>i</sup><sup>h</sup> bullis aureis. Hujus ustæ<sup>i</sup> nidor urinam ciet, vulvasque<sup>2</sup> purgat, tanto magis<sup>j</sup> insidentibus. Causa nominis,<sup>k</sup> quoniam<sup>3</sup> diutissime non marescit.

V. Aloë<sup>l</sup> scillæ similitudinem habet, major,<sup>l</sup> et pinguo-



cunctæ.—4 Idem codex, aliquibus diebus.—5 Vet. Dalec. veniunt eximie, atque illico prosent; et sic Corner.

CAP. IV. 1 Vet. Dalec. floris.—2 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. vulvamque Gronov. et vulgg.—3 Ita ex codd. Harduin. et recentt. Causa nominis non hac, sed quoniam Gronov. et al. vett.

CAP. V. 1 Vet. Dalec. majoribus.—2 Chiffi. antherici.—3 Vet. Dalec.

#### NOTÆ

nasci Æthiopidem ex Democrito superius indicavit, xxiv. 102. sed dotis illam singularis, et faciei forte diversæ: ejusdemque solum nominis.

<sup>e</sup> Medentur] Diosc. loc. cit. Ταῦτης ἡ βίσια ἐψομένη καὶ πινομένη βοηθεῖ ἰσχιάδι, πλευρτίδι, αἷματος πτύσει, καὶ ἀρτηρίας τραχύτητι, κ. τ. λ.

<sup>f</sup> Ageraton] Diosc. iv. 59. Ἀγήρατον, κ. τ. λ. iisdem enim designatur notis, ut et ab Oribasio lib. xi. fol. 186. Nunc in officinis Eupatorium Mesnes, et Herba Julia appellatur. Pingitur a Joan. Bauhino tom. III. l. xxvi. p. 146. et a Matthiolo p. 1050. qualem vidimus in horto Regio.

<sup>g</sup> Duorum palmorum] Sic Oribasius, ex quo Diosc. corrigas, qui σπιθαμάδη tantum dicit.

<sup>h</sup> Flore] Diosc. Σκιάδιον ἔχων, ἐφ' οὗ ἄνθος πομφολυγώδες, χρυσοειδές. Umbellam gerit, in qua flos quasi auricis bullis emicat.

<sup>i</sup> Hujus ustæ] Diosc. loc. cit.

<sup>j</sup> Tanto magis] Multo magis, si fœminæ in ejus decocto insideant.

<sup>k</sup> Causa nominis] Ἀγήρατον, quasi non senescens. Diocor. Ωνύμασται δὲ ἀγήρατον, διὰ τὸ ἐπιπολὸν τὸ ἄνθος δροσεῖδες φυλαρρέσθαι, quoniam flos diutissime in sua coloris specie conservatur.

<sup>l</sup> Aloë] Diosc. iii. 25. Ἀλόη φύλλον ἔχει σκίλλη παραπλήσιον, κ. τ. λ. Sunt enim reliqua similia. Officinis, Aloë vulgaris: Aloë in Socotra insula, part. II. Ind. Orient. cap. 6. Gallis, Aloës, et Perroquet, quod folia habet psittaci pennis similia. Floruit in horto Regio, anno 1663. et 1664. Pingitur a Joan. Bauhino tom. III. p. 696. qualem vidimus. Item a Lobelio in Observ. p. 202. In Stechadibus insulis luxuriose prodire, et a vulgo semperivan Marinam vocari, tritamque imponi omnigenis ulceribus, vulneribusque, prodidit Petr. Quiqueranus de Laud. Prov. lib. II. fol. 59.

ribus foliis, ex obliquo<sup>m</sup> striata. Caulis ejus<sup>n</sup> tener est, rubens medius, non dissimilis antherico: <sup>2</sup> radice<sup>3</sup> una, seu palo, in terram demissa: gravi odore, gustu amara. Laudatissima<sup>o</sup> ex India affertur, sed nascitur et in Asia: non tamen ea utuntur, nisi ad vulnera recentibus foliis: mirifice enim conglutinat, vel succo.<sup>p</sup> Ob id in turbinibus<sup>q</sup> cadorum eam serunt, ut aizoum majus. Quidam et caulem ante maturitatem seminis incidunt succi gratia, aliqui et folia. Invenitur et per se lacryma adhærens. Ergo pavementandum, ubi sata sit, censem, ut lacryma non absorbeatur. Fuere,<sup>r</sup> qui traderent in Iudea super Hierosolyma<sup>s</sup> metallicam ejus naturam: sed nulla magis improba est, neque alia nigrior est, aut humidior. Erit ergo<sup>t</sup> optima pinguis ac nitida, rufi coloris, friabilis, ac jocineris modo coacta, facile liquescens. Improbanda nigra et dura, arenosa quoque, quæ et gustu intelligitur. Gummi<sup>s</sup> adulteratur, et acacia. Natura ejus spissare,<sup>t</sup> densare, et leniter<sup>6</sup> calfacere: usus in multis, sed principalis<sup>u</sup> alvum



*radix. Mox, seu palo Gronov. Paulo post, gravis odore Chiffi.—4 Hierosolymam Gronov.—5 Vet. Dalec. quoque. Quod et gustu intelligitur, gummi.—6 Gronov. et al. vett. leviter. Mox, Cod. Dalec. usus, multus.—7 Purgatio-*

#### NOTÆ

<sup>m</sup> *Ex obliquo]* Foliorum lateribus ex obliquo laucinatis, ac veluti stria-tis.

<sup>n</sup> *Caulis ejus]* Ad verbum, Diosc. loc. cit. et Oribas. lib. ix. fol. 188.

<sup>o</sup> *Laudatissima]* Totidem verbis Diosc. et Oribas. locis cit.

<sup>p</sup> *Vel succo]* Si vel expresso e foliis tritis succo illinatur, λεια καταπλασ-σομένη, inquit Diosc. loc. cit.

<sup>q</sup> *Ob id in turbinibus]* In cadis seu vasculis in turbinem ima parte desi-nentibus.

<sup>r</sup> *Fuere]* Fossilem in Iudea aloën reperiri a Sextio Nigro proditum auctor est Diosc. in præfat. p. 2. Auctor libri Simp. Med. tom. XIII. operum Galepi, p. 984. ‘Aliqui dicunt,’ in-

quit, ‘de petris eam collectam in Ju-dæa, et Asia, atque in India.’

<sup>s</sup> *Erit ergo]* Quæ reliqua deinceps sectione de aloë memorantur, ea tot-idem fere verbis habet Dioscor. loco citato.

<sup>t</sup> *Natura ejus spissare]* Hoc est, as-tringere. *Diosc.* Δύναμιν δὲ ἔχει συντικήν, ξηραντικήν, πυκνωτικήν τῶν σωμάτων, κοιλίας τε λυτικήν, καὶ στομάχου ἀποκαθαρτικήν, κ. τ. λ.

<sup>u</sup> *Sed principalis]* Celsus II. 18. ‘Dejectionem antiqui variis medicamen-tis, crebraque alvi ductione, in omnibus fere morbis moliebantur . . . Sed medicamenta stomachum fere lœdunt: ideoque omnibus catharticis aloë miscenda est.’ Scribonius Lat-

solvore, cum pæne sola medicamentorum, quæ id præstant, confirmet etiam stomachum, adeo non infestet ulla vi contraria. Bibitur drachma: ad stomachi<sup>v</sup> vero dissolutio nem, in duobus cyathis aquæ tepidæ vel frigidæ, cochlearis mensura, bis terve in die ex intervallis, ut res exigit. Purgationis etiam<sup>7</sup> causa plurimum tribus drachmis. Efficacior si pota ea sumatur cibus. Capillum<sup>w</sup> fluentem continet cum vino austero, capite in Sole contra capillum peruncto.<sup>8</sup> Dolorem<sup>x</sup> capitum sedat temporibus et fronti imposita ex aceto et rosaceo, dilutiorque infusa.<sup>y</sup> Oculorum<sup>z</sup> vitia omnia sanari ea convenit: privatim prurigines et scabiem genarum: item insignita<sup>a</sup> ac livida, illita cum melle, maxime Pontico. Tonsillas,<sup>b</sup> gingivas, et omnia oris ulcera. Sanguinis<sup>c</sup> exscretiones, si modicæ sint, drachma ex aqua:<sup>9</sup> si minus, ex aceto pota. Vulnerum<sup>d</sup> quoque sanguinem, et undecumque fluentem sistit per se,

-----  
*nis autem Chiffl.—8 Chiffl. capitum contra solem capillo peruncto.—9 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. drachmæ pondere*

## NOTÆ

gus Compos. 137. ‘Bene purgat et hæc compositio. Aloës, victoriati pondus: Colophoniæ, (hoc est, scammoniæ,) victoriati pondus: una teruntur: adjicitur mellis quod satis est ad colligenda ea. Datur ex aquæ calidæ vel frigidæ cyathis quatuor. Hoc medicamentum stomachum non corrumpit.’

<sup>v</sup> *Ad stomachi]* Hoc est, ad subversionem stomachi, quam Diosc. ἀνατροπὴν στομάχου vocat, cum scilicet in vomitiones effunditur. Sic intellexit scilicet Marcellus Empir. de Medicam. c. 17. p. 125. ‘His,’ inquit, ‘qui cibum non continent, aloës minimum, cum frigida aqua potni datum, plurimum prodest.’ Celsus IV. 5. ‘Vulgatissimum vero, pessimumque stomachi vitium est resolutio: id est, cum cibi non tenax est: solet-

que desinere ali corpus, ac sic tabe consumi,’ &c.

<sup>w</sup> *Capillum]* Dioscor. loc. cit.

<sup>x</sup> *Dolorem]* Dioscor. loc. cit.

<sup>y</sup> *Dilutiorque infusa]* Ex alto instilata.

<sup>z</sup> *Oculorum]* Dioscor. loco citato, Ψωροφθαλμίας τε καὶ κανθῶν κυνησμὸν παρηγορεῖ. *Scabras lippitudines, seu scabritiem palpebrarum, angulorumque in oculis pruriginem mitigat.*

<sup>a</sup> *Item insignita]* Hoc est, sugillata, partes percussionibus contusas insigniter, lividasque. Dioscor. Τὰ πελιώματα καὶ ὑπώπια σὺν μέλιτι. Eodem sensu ‘insignitas injurias’ Gellius vocat, x. 3. ‘plagas, verbera, vibices, aliasque carnificinas.’

<sup>b</sup> *Tonsillas]* Dioscor. loc. cit.

<sup>c</sup> *Sanguinis]* Dioscor. loc. cit.

<sup>d</sup> *Vulnerum]* Dioscor. loc. cit.

vel ex aceto. Alias etiam<sup>i</sup> est vulneribus<sup>10</sup> utilissima, ad cicatricem perducens. Eadem inspergitur<sup>j</sup> exulceratis genitalibus virorum, condylomatis, rimisque sedis alias ex vino, alias ex passo, alias sicca per se, ut exigit mitiganda curatio, aut coercenda. Hæmorrhoidum<sup>k</sup> quoque abundantiam leniter sistit. Dysenteriae infunditur. Et si difficultius concoquuntur cibi, bibitur a cena modico intervallo. Et in regio morbo tribus obolis ex aqua. Devorantur et pilulae cum melle decocto,<sup>11 h</sup> aut resina terebinthina, ad purganda interiora. Digitorum pterygia<sup>12</sup> tollit. Oculorum medicamentis lavatur, ut quod sit arenosissimum subsidat. Aut torretur in testa, penaque subinde versatur, ut possit æqualiter torri.

vi. Alcea<sup>i</sup> folia habet similia verbenacæ, quæ aristeron<sup>l</sup> cognominatur, caules tres aut quatuor, foliorum plenos, florem rosæ, radices albas, cum plurimum sex, cubitales, obliquas.<sup>2 k</sup> Nascitur in pingui solo, nec sicco. Usus

-----

*ex aqua* Gronov. et vulgg.—10 Margo edd. Dalec. et Gronov. *ulceribus*, e Diose.—11 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *mellis decocto* Gronov. et vulgg.—12 Chiffl. *pterida*.

CAP. VI. 1 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *quaæ aristeron* Chiffl. *qui et peristeron* Gronov. et al. vett. Mox, *caules quinque aut sex margo* edd. Dalec. et Gronov. e Diose.—2 Diose. *πλατεῖας, latus.* Plinius legit *πλαγίας*.

#### NOTÆ

<sup>e</sup> *Alias etiam]* Dioscor. loc. cit. et Galenus de Fac. Simp. Med. vi. p. 153.

<sup>f</sup> *Eadem inspergitur]* Dioscor. loc. cit. Marcellus Empir. cap. 33. pag. 230.

<sup>g</sup> *Hæmorrhoidum]* Dioscor. loco citato, non istud modo, sed et cetera medicamenta totidem verbis definit.

<sup>h</sup> *Cum melle decocto]* Ita MSS. Reg. et Colb. non *cum mellis decocto*. Diose. loc. cit. μετὰ μέλιτος ἐφθοῦ, *cum melle decocto*.

<sup>i</sup> *Alcea]* Diose. iii. 164. totidem plane verbis: Ἀλκέα· καὶ αὕτη εἶδος ἔστιν ἄγριας μαλάχης, ἔχουσα φύλλα ἐπεσχιμένα πρὸς τὰ τῆς ἵερᾶς βοτάνης, κ. τ. λ. Vulgaris alcea pingitur a Lo-

belio in Observ. p. 374. Vidimus in horto Regio. In Italia, Dalmatique, passim reperiri ait Angnillara, par. xii. p. 223. carere autem vulgari nomine.

<sup>j</sup> *Quæ aristeron]* Sic MSS. omnes, Reg. Colb. Chiffl. Etsi in editis, *peristereon*. Nam et ἀριστερέων dictam esse verbenacam, ex Pausania monet Eustathius, in Odyss. X. sub finem, p. 1935. vs. 5. neque modo hoc loco Plini codices, sed et xxv. 59. *aristeron* præ se ferunt. Quod et Apuleius secutus e. 3. ‘Graeci,’ inquit, ‘hieran botanen, . . . alii aristeron.’

<sup>k</sup> *Obliquas]* Sic recte Plinius *πλαγίας* ex scriptore aliquo transtulit:

radicis<sup>1</sup> ex vino vel ex aqua dysentericis, alvo citæ, et rup-  
tis convulsis.

VII. Alypon<sup>m</sup> caulinus est molli capite, non dissimilis  
betæ, acre gustatu<sup>i</sup> ac lentum, mordensque vehementer et  
accendens. Alvum solvit in aqua mulsa, addito sale modico.  
Minima potio duarum drachmarum, media quatuor,  
maxima sex: ea purgatione<sup>n</sup> quibus datur e gallinaceo  
jure.

VIII. Alsine,<sup>o</sup> quam quidam myosoton<sup>i</sup> appellant, nascitur  
in lucis, unde et alsine<sup>p</sup> dicta est. Incipit a media  
hyeme, arescit æstate media: cum proreperit, muscularum  
aures imitatur foliis. Sed aliam<sup>q</sup> docebimus esse, quæ  
justius myosotis vocetur. Hæc eadem<sup>r</sup> erat quæ helxine,  
nisi minor minusque<sup>z</sup> hirsuta esset. Nascitur in hortis, et  
maxime in parietibus. Cum teritur,<sup>s</sup> odorem cucumeris  
reddit. Usus ejus<sup>t</sup> ad collectiones inflammationesque: et



CAP. VII. 1 Chiffi. dissimile b. a. gustu.

CAP. VIII. 1 Vet. Dalec. myosotin; margo edd. Dalec. et Gronov. myos-  
ota, e Diosc. muris aures ibid.—2 Ibid. ex eodem Diosc. nihilque.—3 Cod.

#### NOTÆ

etsi πλατεῖς scripsit Dioscorides.  
Verius multo Plinius, uti vel ipsa  
plantæ effigies comprobant.

<sup>1</sup> Usus radicis] Sic Diosc. loc. cit. et  
cum secutus Ægineta.

<sup>m</sup> Alypon] Non ita adumbratur a  
Diosc. iv. 180. Ἀλυπόν, nec quic-  
quam fere præter cognationem no-  
minis, vimque alvum solvendi, com-  
mune inter se habent. Nullam vero  
plantam nostra adhuc novit ætas,  
quæ cum alterutro, sive Plinii, sive  
Dioscoridis alypo congruat.

<sup>n</sup> Ea purgatione] Commodins ita  
legi Pintianus censembat: Ea purgatio  
est quibusdam e gallinaceo jure: eadem  
sententia.

<sup>o</sup> Alsine] Diosc. iv. 87. Ἀλσίνη, οἱ  
δὲ μυὸς ἀτα, ἀπὸ τοῦ ἔχειν φύλλα ὅμοια  
μυὸς ὄτοιος ἀλσίνη δὲ διὰ τὸ σκιερὸν

καὶ ἀλσάδεις φίλεῖν τόπους. Est alsine  
minima Dodonæi p. 30. plebi dicta  
morsus gallinæ, quod ea sit gallinis  
et aviculis pabulo grata, Gallis, du  
Mouron. In horto Regio. Italis, Cen-  
tocchi, Pavarino, Galinella, apud An-  
guillaram par. XIV. p. 275.

<sup>p</sup> Unde et alsine] Ἀλσός Græcis,  
nemus, lucus, saltus, hortus.

<sup>q</sup> Sed aliam] Infra c. 80.

<sup>r</sup> Hæc eadem] Diosc. loc. cit. Πόλι  
ἐστιν δύοια ἐλξίνη, ταπεινοτέρα δὲ καὶ οὐ  
δασεῖα. Sic et Oribas. lib. XI. p. 188.  
et Galenus de Facult. Simp. Med.  
I. vi. pag. 154.

<sup>s</sup> Cum teritur] Dioscor. et Oribas.  
locis cit.

<sup>t</sup> Usus ejus] Totidem hæc verbis  
Diosc. loc. cit.

in eadem omnia<sup>3</sup> quae helxine, sed infirmius. Epiphoris<sup>4</sup> peculiariter imponitur: item verendis, ulceribusque cum farina hordeacea. Succus ejus<sup>5</sup> auribus infunditur.

IX. Androsaces<sup>a</sup> herba est alba,<sup>1</sup> amara, sine foliis, folliculos in cirris<sup>2</sup><sup>b</sup> habens, et in his semen: nascitur in maritimis Syriæ maxime. Datur<sup>c</sup> hydropicis drachmis duabus tusa aut decocta in aqua, vel aceto, vel vino. Vehementer enim urinas ciet. Datur et podagricis illiniturque. Idem effectus et seminis.<sup>3</sup>

X. Androsæmon,<sup>d</sup> sive (ut alii appellavere) ascyon, non absimile est hyperico, de qua diximus,<sup>e</sup> cauliculis majoribus, densioribusque, et magis rubentibus. Folia alba<sup>f</sup> rutæ figura: semen papaveris nigri. Comæ<sup>g</sup> tritæ sanguineo succo manant.<sup>1</sup> Odor eis<sup>h</sup> resinosus. Gignitur in

Dalec. quin ad eadem omnia; Vet. Dalec. quin emendat omnia.

CAP. IX. 1 Diosc. λεπτόκαρφος, tenuibus juncis. Plinius legit, λευκόκαρφος. —2 Cod. Dalec. incurvus; margo edd. Dalec. et Gronov. in capite, e Diosc. Mox Istriae maxime cod. Dalec. Histriae maxime Cliff. —3 Ita codd. Harduini et Cliff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. effectus est et semini Gronov. et vulgg.

CAP. X. 1 Folia trita vinoso succo manant margo edd. Dalec. et Gronov. e

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *Epiphoris*] Hoc est, oculorum inflammationibus. Dioscor. Ἀριδέει πρὸς φλεγμονὰς ὁφθαλμῶν, μετὰ ἀλφί των καταπλασσομένη, κ. τ. λ.

<sup>b</sup> *Succus ejus*] Dioscor. loc. cit.

<sup>c</sup> *Androsaces*] Totidem verbis Diosc. III. 150. Ἀνδρόσακες γίνεται μὲν ἐν Συρίᾳ ἐν παραθαλασσοῖς τόποις, κ. τ. λ. Sunt enim reliqua similia. *'Androsaces Cotyledon marinum herba foliosum'* a Lobelio appellatur in Advers. p. 165. a quo delineatur, quale in horto Regio vidimus.

<sup>d</sup> *Folliculos in cirris*] In cacumine ac summitate tenuium cirrorum, sive caulinorum, folliculum gerit, quo semen continetur. Diosc. loc. cit. Δεπτόκαρφος, ἄφυλλος, θυλάκιον ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἔχοντα περιεκτικὸν σπέρματος.

<sup>e</sup> *Datur*] Dioscor. loc. cit. hæc omnia pariter medicamenta refert.

<sup>f</sup> *Androsæmon*] Diosc. III. 173. Ἀνδρόσαμον, οἱ δὲ Διονυσιάδα, οἱ δὲ κατ τοῦτο ἄσκυρον καλοῦσι, κ. τ. λ. Addit esse diversum ab altero ascyro, de quo dicemus et nos c. 20. et ab hyperico: quod nec Plinius ipse diffittetur, cum haud penitus esse ei absimile pronuntiat. Vidimus in horto Regio, quale a Dodonæo adumbratur, pag. 79.

<sup>g</sup> *De qua diximus*] Lib. superiore, cap. 53.

<sup>h</sup> *Folia alba*] Eadem habet Diosc. loc. cit.

<sup>i</sup> *Comæ*] Coma in herbis dicitur, quicquid hilari venustate crinim modo summa ramorum vel caulinorum exornat, ut frondes, cum foliatum est cacumen: sæpe et corymbi, et flores sua venere comant.

<sup>h</sup> *Odor eis*] Diosc. loc. cit. Ἀνατριφ-

vineis. Fere medio<sup>2</sup> autumno effoditur, suspenditurque. Usus ad purgandam alvum tusæ cum semine, potæque matutino, vel a cœna, duabus drachmis in aqua mulsa, vel vi-  
no, vel aqua pura, totius potionis sextario. Trahit bilem: prodest ischiadi<sup>3</sup> maxime. Sed postera die capparis ra-  
dicem resinæ permixtam devorare oportet drachmæ pondere, iterumque quatridui intervallo eadem facere: a pur-  
gatione<sup>4</sup> autem ipsa robustiores vinum bibere, infirmiores aquam. Imponitur et podagrīs, et ambustis,<sup>1</sup> et vulneribus, cohibens sanguinem.<sup>4</sup>

XI. Ambrosia<sup>m</sup> vagi nominis est, et circa alias herbas fluctuati: unam habet certam,<sup>n</sup> densam, ramosam, tenuem, trium fere palmorum, tertia parte<sup>o</sup> radice breviore, foliis rutæ circa imum caulem. In ramulis semen est<sup>1</sup> uvis dependentibus, odore vinoso: qua de causa<sup>p</sup> botrys a qui-

Diosc.—2 Cod. Dalec. in vineis fere. Medio. Mox, autumno effunditur Chiffl. —3 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. I. 2. 3. et recentt. ischiadicis Gronov. et al. vett.—4 Vet. Dalec. cohibet sanguinem.

CAP. XI. 1 Ita Harduin. I. 2. 3. et recentt. fluctuanti: fruticem unum habet densum, ramosum . . . radice breviorem, foliis rule. Circa imum caulem in ramulis semen est Gronov. et vulgg. fluctuantis: fruticem unam habet densum, ramosum, . . . radicem breviorem, &c. Vet. Dalec. Margo edd. Dalec. et Gro-

#### NOTÆ

Θεῖσα δὲ ἡ κόμη, βητινώδη δομὴν ἀποδί-  
δωσι.

<sup>i</sup> Trahit bilem] Dioscor. loc. cit.

<sup>j</sup> Prodest ischiadi] Dioscor. loc. cit.

<sup>k</sup> A purgatione] Aquæ tantum Di-  
oscor. meminit loc. cit.

<sup>l</sup> Et ambustis] Diosc. loc. cit. Καὶ  
πυρίκανστα δὲ ἡ πόνα καταπλασθέστα λά-  
ται· καὶ αἷμα ἐπέχει. Sic etiam Galen-  
nus de Fac. Simp. Med. lib. vi. pag.  
156.

<sup>m</sup> Ambrosia] Per multa herbarum genera vagari id nomen ait, neque esse unius singularis proprium ac peculiare. Sane et botrys, de qua dicetur c. 31. ambrosia appellatur: et lilium ipsum a Corinthiis, teste Nicandro in Glossis, apud Athen. I. xv. p. 681. Hæc quam modo Plinius

tractandam suscepit, κατ' ἔξοχὴν am-  
brosia nuncupatur.

<sup>n</sup> Unum habet certam] Hæc Dios-  
coridis ambrosia est, III. 129. Ἀμ-  
βροσία, οἱ δὲ βότρυς, οἱ δὲ βότρυς ὄπτε-  
μοια, κ. τ. λ. Sunt enim reliqua paria.  
Ambrosia altera Matthioli p. 852.  
Ambrosia tenuifolia Lobelii in Ob-  
serv. abrotонum campestre dictum.  
Vidimus in horto Regio. Vide Notas  
et Emend. num. 3.

<sup>o</sup> Tertia parte] Radix igitur duum  
palmorum est, nam caulis ternum.  
Et vero Diosc. ἡ δὲ βίζα, δισπλάμος,  
qui prius caulem τρισπλάμον dixit.

<sup>p</sup> Qua de causa] Βότρυς uvam apud  
Græcos sonat. Et in Ambrosia sunt  
racemosi fructus qui cohærent, con-  
volvunturque in uvarum modum.

busdam vocatur, ab aliis artemisia. Coronantur <sup>a</sup> illa Capadoces. Usus <sup>r</sup> ejus ad ea quæ discuti <sup>z</sup> opus sit.

XII. Anonin <sup>s</sup> quidam ononida malunt vocare, ramosam, similem fœno Græco, nisi fruticosior hirsutiorque esset, odore jucunda,<sup>t</sup> post ver <sup>r</sup> spinosa. Estur <sup>u</sup> etiam muria condita. Recens <sup>v</sup> vero margines ulcerum erudit. Radix decoquitur in posca dolori dentium. Eadem cum melle <sup>z</sup> pota calculos pellit. Comitialibus datur in oxymelite decocta ad dimidias.

XIII. Anagyros, <sup>a</sup> quam aliqui acopon <sup>r</sup> vocant, fruticosa est, gravis odore, flore oleris : <sup>b</sup> semen in corniculis <sup>c</sup> non



nov. ruta circa imum caulem. In ramulis, e Diosc.—2 Ibid. ex codem, reprimi.

CAP. XII. 1 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. jucundo Gronov. et vulgg.—2 Margo edd. Dalec. et Gronov. cum vino, e Diosc.

CAP. XIII. 1 Cod. Dalec. acorion,—2 Margo edd. Dalec. et Gronov. uva

#### NOTE

<sup>a</sup> Coronantur] Diosc. loc. cit. Κατα-  
πλέκεται δὲ ἐν Καππαδοκίᾳ τοῖς στεφά-  
νοις, neclitur in coronas apud Cappado-  
ces.

<sup>r</sup> Usus] Vis ejus reprimere, repellere, illituque astringere humores qui in aliquam partem incumbunt: Δύ-  
ναμιν δὲ ἔχει σταλτικὴν τῶν ἐπιφερομέ-  
γων, καὶ ἀποκρουστικὴν, καταπλασσομένην  
στύφουσα.

<sup>s</sup> Anonin] Diosc. III. 21. Ἀνωνίς, οἱ  
δὲ ὄνωνίδα καλοῦσιν, κ. τ. λ. Egimus de  
ea XXI. 58.

<sup>t</sup> Post ver] Igitur æstate: id quod experientia ipsa docet. Spinas æ-  
state, autumno semen perfectum gerit. Est et alia non spinosa, pariter  
fruticosa, in Delphinatu, ac superiore  
Provincia frequens. Describitur a  
Dodarto, p. 57.

<sup>u</sup> Estur] Condiri muria, dum adhuc  
tenella est, antequam spinas proferat,  
atque ita esse in cibis jucundam, au-  
tor est Diosc. loc. cit. ‘Αλμενέται δὲ  
πρὸ τοῦ ἀκανθοφυῆσαι, καὶ ἔστιν ἡδίστη.  
Sic et Oribasius.

<sup>v</sup> Recens] Diosc. loc. cit. et istud,  
et reliqua quæ subsequuntur medi-  
camenta totidem ferme verbis tradit.

<sup>z</sup> Anagyros] Dioscor. III. 167. Ἀνά-  
γυριν, οἱ δὲ ἀνάγυρον, οἱ δὲ ὑκοπον κα-  
λοῦστι. Iisdem deinde notis, quibus a  
Plinio, describitur. Pingitur a Lobe-  
lio in Observ. p. 505. qualem in horto  
Regio vidimus. Gallis, Bois Puant.  
Italis, Fava lupina, teste Anguillara,  
par. IV. p. 81. Ex ea odoris gravitate  
petita parœmia, Ἀνάγυρον κινέν, apud  
Zenobium, Cent. II. num. 55. cui ista  
affinis, ‘Camarinam movere.’ Ab vi-  
co Atticæ Anagyro, ubi planta ea  
plurima nascebatur, nomen accepis-  
se, idem auctor affirmat.

<sup>b</sup> Flore oleris] Hoc est, flore simili  
brassicæ. Sic enim κατ' ἔξοχὴν bras-  
sica olus vocatur. Sic Varro de Re  
Rust. I. 18. ‘Quod usque eo est con-  
trarium naturæ, ut arbores non solum  
minus ferant, sed etiam fugiant, ut  
introrsum in fundum se reclinent, ut  
vitis assita ad olns facere solet,’ &c.  
De vitis inimicitia cum brassica, alibi

brevibus gignit, simile renibus, quod durescit per messes.<sup>2</sup> <sup>3</sup>  
**Folia collectionibus** <sup>e</sup> imponuntur, difficulterque <sup>f</sup> parientibus adalligantur, ita ut a partu statim auferantur. Quod si emortuus<sup>g</sup> haereat, et secundæ<sup>3</sup> mensesque morentur, drachma<sup>h</sup> bibuntur<sup>i</sup> in passo folia. Sic<sup>j</sup> et suspiriosis dantur: et in vino vetere ad phalangiorum<sup>j</sup> morsus. Radix<sup>k</sup> discutiendis concoquendisque adhibetur. Semen<sup>l</sup> commanducatum<sup>s</sup> vomitiones facit.

**XIV.** Anonymos non inveniendo nomen invenit. Afferatur e Scythia,<sup>m</sup> celebrata Hicesio, non parvæ auctoritatis medico: item Aristogitoni: in vulneribus præclara, ex aqua tusa et imposita: pota vero, mammis præcordiisque percussis: item sanguinem exscreantibus. Putavere<sup>n</sup> et bibrerunt vulneratis. Fabulosa arbitror, quæ adjiciuntur: recente ea, si uratur, ferrum aut æs ferruminari.

**XV. (v.)** Aparinen<sup>m</sup> aliqui omphacocarpon,<sup>o</sup> alii philan-



maturescente, e Diosc.—3 Quod si fœtus mortuus haereat, aut secundæ Vet. Dalec.—4 Gronov. et al. ante Harduin. drachmæ pondere bibuntur.—5 Chiff. manducatum. Mox, vomitiones vehementes facit margo edd. Dalec. et Gronov. e Diosc.

**CAP. XIV.** 1 Chiff. et scytice. Mox, in eodem, item Aristogiton.—2 Putaverunt Edd. vett.

**CAP. XV.** 1 Vet. Dalec. omphalocarpon; et sic Diosc.—2 Cod. Dalec. et

#### NOTÆ

diximus. Diosc. loc. cit. de anagyri: ἄνθος κράμβη ἔουκός. Et Oribasii interpres, ‘flores brassicæ similes.’ Plinius ipse xxix. 25. ‘cum olere mari- no’ dixit, pro marina brassica.

<sup>c</sup> Semen in corniculis] Ἐν κεφαλίοις μακροῖς. Diosc.

<sup>d</sup> Per messes] Diosc. Περὶ τὸν τῆς σταφυλῆς πεπασμὸν, maturescente uva, parvo discrimine. Parum enim interest, utrum per messes, an matu- rescente uva id contingere quis asse- veret.

<sup>e</sup> Folia collectionibus] Tumores, οἱ δῆματα, his impositis reprimi scribit Diosc. loc. cit.

<sup>f</sup> Difficulterque] Haec totidem ver- bis Diosc. loc. cit.

<sup>g</sup> Quod si emortuus] Subintellige partus, hoc est, fœtus, ex antecedentibus. Haec rursum ad verbum quoque Diosc. loc. cit.

<sup>h</sup> Drachma] Sic MSS. omnes. Fa- miliaris Plinio scriptoribusque vetus- tis locutio, pro drachmæ pondere.

<sup>i</sup> Sic] Diosc. loc. cit. suspiriosis drachmæ pondere in passo præbet.

<sup>j</sup> Ad phalangiorum] Vide Notas et Emend. num. 4.

<sup>k</sup> Radix] Ad verbum Diosc. loc. cit.

<sup>l</sup> Semen] Quæ eo nomine censenda herba sit, adhuc inter herbarios lis est. Nos inter peregrinas ducimus.

<sup>m</sup> Aparinen] Eadem asperugo di- citur et φιλάνθρωπος, qua de egimus

thropōn vocant, ramosam, hirsutam, quinis senisve in orbem circa ramos foliis per intervalla.<sup>2</sup> Semen<sup>a</sup> rotundum, durum, concavum, subdulce. Nascitur in frumentario agro, aut hortis pratisve, asperitate<sup>c</sup> etiam vestium tenaci. Efficax<sup>b</sup> contra serpentes, semine poto ex vino drachma: et contra phalangia. Sanguinis abundantiam ex vulneribus reprimunt folia imposita: succus auribus<sup>d</sup> infunditur.

XVI. Arction<sup>a</sup> aliqui arcturum<sup>c</sup> vocant: similis est verbasco foliis, nisi quod hirsutiora sunt: caule longo, molli, semine cumini. Nascitur in petrosis, radice tenera, alba, dulcique. Decoquitur in vino ad dentium dolorem,<sup>2</sup> ita ut contineatur ore decoctum. Bibitur propter<sup>3</sup> ischiada et stranguriam: e vino ambustis imponitur, et pernionibus. Foventur eadem cum radice semine trito in vino.

XVII. Asplenon<sup>a</sup><sup>b</sup> sunt qui hemionion vocant, foliis tridentalibus<sup>c</sup> multis, radice limosa, cavernosa, sicut filicis,

Vet. ejusdem, *ex intervallis.*

CAP. XVI. 1 Chiff. *potius arcturum.*—2 Idem codex, *dolores.*—3 Vet. Dalec. *decoctum quod bibitur et propter.* Mox, *et vino Chiff.*

CAP. XVII. 1 <sup>c</sup> Ita codd. Regg. et Editio princeps' Brotier. *Asplenum*

#### NOTÆ

XXIV. 116. Dioscor. III. 104. <sup>a</sup>Απαρίνη, οἱ δὲ ὄμπελόκαρπον, οἱ δὲ ὄμφακόκαρπον, οἱ δὲ φιλάνθρωπον καλοῦσιν, κ. τ. λ. Galenus quoque de Fac. Simp. Med. p. 158. <sup>a</sup>Απαρίνη. . . . οἱ δὲ ὄμφακόκαρπον. Sic etiam *Egineta* vi. 3.

<sup>a</sup> *Semen]* Diosc. loc. cit.

<sup>c</sup> *Asperitate]* Folia asperiora vestibus adhærescunt: Προσέρχεται δὲ καὶ ιατροῖς ἡ πόδα, inquit Diosc. loc. cit. Inde nomen asperugo.

<sup>b</sup> *Efficax]* Diosc. loc. cit.

<sup>d</sup> *Succus auribus]* Diosc. loc. cit.

<sup>a</sup> *Arction]* Quæ de arctii facie ac dotibus tota hac sectione narrantur, ea totidem verbis habet Diosc. IV. 106. <sup>a</sup>Αρκτιον, οἱ δὲ ἀρκτοῦρον, κ. τ. λ. Galenus item de Fac. Simp. Medic. I. VI. p. 159. Pingitur a Dodonæo pag. 149. ex codice Cæsareo: sed plantam ipsam usurpare oculis, quæ hanc

referret effigiem, adhuc non licuit: sibi perinde ignotam fatetur Anguillara par. XIV. p. 281.

<sup>b</sup> *Asplenon[asplenum]* Diosc. III. 151. <sup>a</sup>Ασπληνον, οἱ δὲ σκολοπένδροιν, οἱ δὲ σπλήνιον, οἱ δὲ ἡμιόνιον, κ. τ. λ. Sunt enim reliqua quæ de illius facie ac viribus a Plinio referuntur, paria ferme cum iis, quæ Diosc. habet, loc. cit. In officinis *Ceterach* nominatur, et *Citrach*, teste Anguillara, par. XIII. p. 237. Pingitur a Dodonæo pag. 465. quale in horto Regio vidimus. Hemionion dici, quod mulæ, ἡμίονοι, ea maxime delectentur, ait Theophr. Hist. IX. 19. <sup>c</sup> *Calcifragam,* quod calculosis prosit, Scribonius Largus Compos. 150.

<sup>c</sup> *Foliis tridentalibus]* Quæ tertiam pedis partem, seu pollices quatuor, longitudine adæquent.

candida, hirsuta: nec caulem,<sup>d</sup> nec florem, nec semen habet. Nascitur<sup>e</sup> in petris, parietibusque opacis,<sup>f</sup> humidis: laudatissima in Creta. Hujus foliorum<sup>g</sup> in aceto<sup>h</sup> decocto per dies XXX.<sup>i</sup> poto lienem absumi aiunt: et illinuntur<sup>j</sup> autem: eadem sedante singultus. Non danda<sup>k</sup> foeminis, quoniam sterilitatem facit.

XVIII. Asclepias<sup>j</sup> folia hederæ habet, ramos longos, radices numerosas, tenues, odoratas: floris virus grave, semen securidacæ.<sup>l</sup> Nascitur in montibus. Radices torminibus medentur, et contra serpentium ictus, non solum potu, sed etiam illitu.<sup>m</sup>

XIX. Aster<sup>k</sup> ab aliquibus bubonion appellatur, quoniam inguinum<sup>l</sup> præsentaneum remedium est. Cauliculus<sup>m</sup> fo-

al. ante Brotier.—2 Nascitur in parietibus opacis cod. Dalec.—3 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. foliorum jure in aceto Gronov. et vulgg. Mox, decocte Vet. Dalec. decoctorum al. vett. ap. Dalec.—4 Ita codd. Regg. Brot. Chiff. Dalec. et Editio princeps. E Diosc. III. 151. emendatum, dies XL. in edd. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. Mox, illinuntur eadem, sedantque singultus Vet. Dalec. et illinuntur eadem, sedant et singultus al. vett. ap. Dalec. et linuntur Chiff.

CAP. XVIII. 1 Chiff. securiarum.—2 Chiff. illitum.

#### NOTÆ

<sup>d</sup> Nec caulem] Diosc. loc. cit.

<sup>e</sup> Nascitur] Diosc. loc. cit. et Theophr. loc. cit.

<sup>f</sup> Hujus foliorum] Totidem verbis Diosc. loc. cit. Et idecirco κασπληνον nuncupatur.

<sup>g</sup> Per dies XXX. [XL.] Sic libri editi omnes. At MSS. per dies XXX. Dioscorides libris vulgatis favet.

<sup>h</sup> Et illinuntur] Vide Notas et Emend. num. 5.

<sup>i</sup> Non danda] Diosc. loc. cit. post Theophr. IX. 19.

<sup>j</sup> Asclepias] De hujus forma ac viribus totidem verba ac placita leges apud Dioscor. III. 106. Ἀσκληπιάς, κ. τ. λ. Ab hederæ folio nomen habet κλεστόν et κισσόφυλλον in Nothis Diosc. p. 456. Vincetoxicum a Matthiolo appellatur, a quo et scite effigiatur,

pag. 809. qualem in horto Regio vidimus: item a Dodonæo pag. 402.

<sup>k</sup> Aster] Apuleius cap. 60. <sup>l</sup> Γρæcorum aliqui asterion, alii asteriscon, alii astera Atticon, quidam bubonion, alii hyophthalmon vocarunt, Latini inguinalem.<sup>m</sup> Nempe βουβῶν inguinem, et tumorem inguinis sonat. Dioscor. IV. 120. Ἀστήρ Αττικός. In Nothis, p. 470. οἱ δὲ ἀστέρισκος, οἱ ἀστέριον, οἱ δὲ βουβῶνιον, οἱ δὲ ὑδθαλμον, Ρωμαῖοι ἐγγίναλις. Genera amplius vicina vidimus in horto Regio: præcipua delineantur a Clusio Hist. Rar. Plant. lib. IV. p. 13. et seqq.

<sup>l</sup> Quoniam inguinum] Florem recentem, atque adeo humidum, inguinum inflammationi utiliter adhiberi docet Diosc. loc. cit.

<sup>m</sup> Cauliculus] Sic fere Diosc. loc. cit.

lliis oblongis duobus aut tribus: in cacumine capitula stellæ modo radiata. Bibitur<sup>a</sup> et adversus serpentes. Sed ad inguinum<sup>b</sup> medicinam, sinistra manu decerpi jubent, et juxta cinctus alligari.<sup>c</sup> Prodest et coxendicis dolori adal-ligata.

**xx.** Ascyron<sup>d</sup> et ascyroides similia sunt inter se, et hyperico: sed majores<sup>e</sup> habet ramos, quod ascyroides vocatur, ferulaceos,<sup>f</sup> omnino rubentes: capitulis parvis, luteis. Semen<sup>g</sup> in calyculis pusillum, nigrum, resinosum. Comæ tritæ<sup>h</sup> velut cruentant. Qua de causa quidam hanc androsæmon vocavere. Usus seminis<sup>i</sup> ad ischiadicos, poti duabus drachmis in hydromelitis sextario. Alvum<sup>j</sup> solvit, bilem detrahit. Illinitur<sup>k</sup> et ambustis.

**xxi.** Aphaca<sup>l</sup> tenuia admodum folia habet: pusillo altior lenticula est. Siliquas<sup>m</sup> majores fert, in quibus terma aut quaterna semina sunt nigriora, madidiora, et minora



**CAP. XIX.** 1 Chiffi, adalligari.

**CAP. XX.** 1 Margo edd. Dalec. et Gronov. sive ascyr. hyperici genus est, majores, &c. e Diosc. et hyperico: majores Gronov. et al. ante Harduin. sed majores Chilli.—2 Margo edd. Dalec. et Gronov. surculosos, e Diosc.

**CAP. XXI.** 1 Ita codd. Harduini et Chilli. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. Aphace Gronov. et vulgg. Mox, cod. Dalec. habet, pusilla: altior.—

NOTÆ

<sup>a</sup> *Bibitur*] Suffiri ad fugandos serpentes Cratevas ait in Dioscoridis Nothis p. 470.

bas. lib. xi. fol. 191.

<sup>b</sup> *Sed ad inguinum*] Diosc. loc. cit.

<sup>r</sup> *Comæ tritæ*] Veluti cruentum redundunt. Fructus attritu, inquit Dioscor. loc. cit. digitii cruentantur: Καρπὸν δὲ . . . καὶ ἐν τῷ παρατριβῆναι οἷον· εἰ αἱμάσσοντα τοὺς δακτύλους, ὡς διὰ τοῦτο ἀνδρόσαιμον καλεῖσθαι.

<sup>c</sup> *Ascyron*] Ascyron, inquit, de quo cap. 10. dictum, et ascyroides, de quo nunc instituitur oratio, similia sunt inter se, et hyperici, de quo

<sup>s</sup> *Usus seminis*] Diosc. καρποῦ.

<sup>d</sup> **xxvi.** 53. Ascyroides a Dioscor. iii.

<sup>t</sup> *Alvum*] Dioscor. loc. cit.

<sup>e</sup> **172.** iisdem adumbratur notis, quibus

<sup>u</sup> *Illinitur*] Diosc. loc. cit.

nunc a Plinio: "Ασκυρον, οἱ δὲ ἀσκυροει-

<sup>v</sup> *Aphaca*] Sic MSS. omnes hoc loco,

δὲς, οἱ δὲ ἀνδρόσαιμον, καὶ τοῦτο εἴδος

etsi in Indice varient, ut monuum.

ἐστιν ὑπερικοῦ, μεγέθει διαφέρον, κλωστὸν

αἱμίσσον; κ. τ. λ. A Matthiolo pingitur

in Diosc. lib. iii. p. 637. In horto

Regio vidimus. Vide Anguillaram

par. xiii. p. 243.

a Dodonwo p. 535. Nondum occurrit nobis.

<sup>g</sup> *Semen*] Dioscor. loc. cit. et Ori-

<sup>w</sup> *Siliquas*] Diosc. loc. cit.

*lenticula.*<sup>2</sup> Nascitur in arvis. Natura ei<sup>3</sup> ad spissandum<sup>2</sup> efficacior, quam lenti: reliquo usu eosdem effectus habet.<sup>4</sup> Stomachi<sup>y</sup> alvique fluxiones sistit semen decoctum.

**XXII.** Alcibion<sup>z</sup> qualis esset herba,<sup>1</sup> apud auctores non reperi. Sed radicem ejus et folia trita ad serpentis mortuum imponi et bibi:<sup>2</sup> folia, quantum manus capiat, trita cum vini meri cyathis tribus, aut radicem drachmarum trium pondere cum vini eadem mensura.

**XXIII.** Alectorolophos,<sup>a</sup> quæ apud nos crista dicitur,<sup>1</sup> folia habet similia gallinacei cristæ, plura, caulem tenuem, semen nigrum in siliquis. Utilis tussientibus cocta cum faba fresa, melle addito: et caligini ecclorum. Solidum semen conjicitur<sup>z</sup> in oculum, nec turbat, sed in se caliginem contrahit. Mutat colorem, sed ex nigro albicare incipit, et intumescit, ac per se exit.

**XXIV. (VI.)** Alum nos<sup>b</sup> vocamus, Græci symphyton petraeum, simile cunilæ bubulæ, foliis parvis, ramis tribus



<sup>2</sup> Gronov. et vulgg. et madidiora, et minora lenticula. Hæc, et minora, desunt in cod. Dalec. omisitque Harduinns et recentt.—<sup>3</sup> Vox ei deest in cod. Dalec.—<sup>4</sup> Chiff. reliquos usus eosdem habet.

CAP. XXII. 1 Hæc, qualis esset herba desunt in cod. Dalec.—2 Ita ex codd. Harduinns et recentt. et bibi jubent Gronov. et vulgg.

CAP. XXIII. 1 Vet. Dalec. crista galli dicitur.—2 Cod. Dalec. injicitur.

#### NOTÆ

<sup>x</sup> *Natura ei ad spissandum]* Ad astringendum. Diosc. loc. cit. Δύναμιν δὲ ἔχει τὰ σπερμάτια στυπτικὴν, κ. τ. λ.

<sup>y</sup> *Stomachi]* Diosc. loc. cit. totidem verbis.

<sup>z</sup> *Alcibion]* Aliud esse hoc alcibion ab eo quo de egimus XXII. 24. et ab echo, de quo XXV. 58. Nicander admonet, qui cum in Theriac. p. 39. de utroque isto posteriore egisset, idem mox p. 47. Plinianum illud, nomine tantum appellato, facie non declarata, diversum esse pronuntiat: 'Αλλῆν δ' 'Αλκιβίσιο φερόνυμον αἴρεο πωπην. Ubi Scholiastes p. 31. 'Αλλῆν δ' 'Αλκιβίσιο, τουτέστιν ἄλλην βοτάνην,

ἄλλο εἶδος, ἄλλο ἀλκιβίον.

<sup>a</sup> *Alectorolophos]* Αλεκτορόλοφος, hoc est, crista galli. Pingitur a Dodonæo p. 546. Ubique notissima: Cresta di Gallo Italii quoque, teste Anguillara par. XII. p. 219.

<sup>b</sup> *Alum nos]* Nos, inquit, Itali, qui et Circumpadani Galli, ubi Verona est, Plinii patria. Diximus de herba ea XXVI. 26: 'Halos,' inquit ipse, 'quam Galli sic vocant, . . . similis est cunilæ bubulæ,' &c. Iisdem plane verbis a Diosc. describitur, IV. 9.—'Nos,' inquit, 'Romani; Græci aliter. Nos autem id nomen a Gallis accepimus.' Ed. sec.

aut quatuor a radice, cacuminibus thymi, surculosum,<sup>c</sup> odoratum, gustu dulce, salivam ciens, radice longa rutila. Nascitur<sup>d</sup> in petris, ideo petraeum cognominatum: utilissimum lateribus, renibus,<sup>e</sup> torminibus, pectori, pulmonibus,<sup>f</sup> sanguinem, rejicientibus, faucibus<sup>g</sup> asperis. Bibitur radix trita, et in vino decocta, et aliquando superlinitur. Quin<sup>h</sup> et commanducata sitim sedat, præcipueque pulmonem refrigerat. Luxatis quoque imponitur, et contusis: lenit interanea.<sup>i</sup> Alvum<sup>j</sup> sistit cocta in cinere, detractisque folliculis trita cum piperis novem granis, et ex aqua pota. Vulneribus<sup>k</sup> sanandis tanta præstantia est, ut carnes quoque, dum coquuntur, conglutinet addita: unde et Græci<sup>l</sup> nomen imposuere. Ossibus quoque fractis<sup>m</sup> medetur.

#### XXV. (VII.) Alga rufa,<sup>1</sup> et scorpionum ictibus.

---

CAP. XXIV. 1 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. lateribus, lienibus, renibus, &c. Gronov. et vulgg. Mox torminibus, pectoribus Chiffi.—2 Ita ex codd. Harduinus et recentt. et convulsis, lieni, interaneis Gronov. et vulgg.—3 ‘Aliter distinguunt codd. Regg. 2. et Editio princeps; ac forte melius: Ossibus quoque fractis medetur alga rufa, et scorpionum ictibus.’ Brotier.

CAP. XXV. 1 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. rubra Gronov. et vulgg.

#### NOTÆ

<sup>c</sup> *Surculosum*] Hoc est, *lignosum*, ξυλῶδες. Diosc. loc. cit.

crementa repurgare.

<sup>d</sup> *Nascitur*] Totidem verbis Diosc. loc. cit.

<sup>e</sup> *Renibus*] Diosc. loc. cit. Galenus de Fac. Simp. Med. lib. VIII. p. 233. et Marcellus Empir. cap. 26. pag. 176.

<sup>f</sup> *Pulmonibus*] Scribonius Largus Compos. 83. ‘Ad sanguinis eruptiōnem, sive ex arteriis, sive a pulmone, vel pectore, ea fuerit, bene facit symphyti radix, quam quidam inulam rusticam vocant, quidam autem Alum Gallicum dicunt,’ &c. Sic et Marcellus Empir. c. 17. p. 124. Dioscor. IV. 9. decoctum ait in aqua mulsa, et potum, quæ pulmoni hærent, ex-

<sup>g</sup> *Faucibus*] Galenus, loc. cit.

<sup>h</sup> *Quin*] Diosc. loc. cit.

<sup>i</sup> *Alvum*] Diosc. loc. cit.

<sup>j</sup> *Vulneribus*] Plinius Valer. III. 22. Apuleius c. 59. tit. 4. Diosc. Κολλάρι καὶ νεύτρωτα . . . καὶ τὰ κρέα δὲ συμπήτητει ἐψόμενον σὺν αὐτοῖς. Galenus, denique, loc. cit.

<sup>k</sup> *Unde et Græci*] Σύμφυτον, quia consolidat: unde et consolida appellata. Eadem conferva, a conferruminando: hoc est, conglutinando. Ferruminare enim est metalla conjungere et conglutinare.

<sup>l</sup> *Alga rufa*] Φῦκος φουλστον, de quo XXVI. 66.

**XXVI.** Actaea<sup>m</sup> gravi foliorum odore, caulis asperis<sup>s</sup> geniculatis, semine nigro, ut hederæ, baccis mollibus, nascitur in opacis et asperis, aquosisque. Datur acetabulo pleno interioribus foeminarum morbis.

**XXVII.** Ampelos agria vocatur herba, foliis duris cineracei coloris, qualem in satis<sup>t</sup> diximus,<sup>n</sup> viticulis longis, callosis, rubentibus, qualiter flos, quem Jovis flammam<sup>z</sup> appellavimus in violis : fert semen simile Punici mali acinis. Radix ejus<sup>p</sup> decocta in aquæ cyathis ternis, additis vini Coi cyathis duobus, alvum solvit leniter, ideoque hydropticis datur. Vulvae vitia et cutis in facie mulierum emendat.<sup>3</sup> Ischiadicos quoque uti<sup>4</sup> hac herba prodest, tusa cum foliis, et illita cum succo suo.

**XXVIII.** Absinthii<sup>a</sup> genera plura sunt: Santonicum<sup>b</sup> appellatur a Galliae civitate:<sup>i</sup> Ponticum<sup>c</sup> a Ponto, ubi

-----  
**CAP. XXVI.** 1 Vet. Dalec. angulosis.

**CAP. XXVII.** 1 Vet. Dalec. de qua nos satis.—2 Vet. Dalec. rubentibus. Flos qualis ejus quem Jovis flamman; Chiffi. quam Joris fl. appellamus.—3 Margo edd. Dalec. et Gronov. uæ vitia cutis, &c. emendant, e Diosc. varos et cutis ritia in facie, &c. Vet. Dalec.—4 Ms. heuri; fortassis, exuri, Dalec. uri Vet. Dalec. et Chiffi.

**CAP. XXVIII.** 1 Margo edd. Dalec. et Gronov. regione, e Diosc.—2 Ita

#### NOTE

<sup>m</sup> *Actaea*] Videtur esse ea, quam Christophorianam appellat Lobelius, a quo scite delineatur in Observ. p. 389. Alii aconitum racemosum vocant. Vidimus in horto Regio.

<sup>n</sup> *Ampelos agria . . . qualem in satis diximus*] In volumine de medicinis rebus iis quæ seruntur: nempe XXIII. 14.

<sup>o</sup> *Appellavimus in violis*] Lib. XXI. c. 38.

<sup>p</sup> *Radix ejus*] Hæc ipse totidem verbis, XXIII. 14. ceteraque fere medicamenta, quæ nunc iterum hand valde magno operæ pretio revocat.

<sup>q</sup> *Absinthii*] Vulgo cognitum ἄψινθον, de l'absinthe. Absinthium Ponticum, seu Romanum officinarum, Dodonæo latifolium dicitur, pag. 23. Vulgare Lobelio in Observ. pag.

433.

<sup>b</sup> *Santonicum*] Diosc. III. 28. "Εστι δὲ καὶ τρίτον εἶδος ἀψινθίου, γεννάμενον ἐν τῷ κατὰ τὰς Ἀλπεις Γαλατίᾳ πλεῖστον δὲ ἐπιχωρίως Σαντόνιον καλοῦσιν, ἐπωνύμως τῇ γεννάσῃ αὐτὸν Σαντονίδι χώρᾳ. Galenus de Simp. Med. Fac. lib. vi. 1. p. 147. Τὸ μὲν Σαντονικὸν, ἀπὸ Σαντονελας χώρας ἐν ᾧ φύεται. Marcellus Empir. c. 28. p. 198. 'Santonica herba, quæ absinthium dicitur.' 'Santonica herba' Scribonio c. 141. 'Santonica virga' Martiali ix. 95. 'Santonica medicata dedit mihi pocula virga,' &c. Describitur a Lobelio in Observ. p. 436. quale vidimus in horto Regio.

<sup>c</sup> *Ponticum*] De eo multa Dioscor. III. 26.

pecora pinguescunt illo, et ob id sine felle<sup>d</sup> reperiuntur: neque aliud<sup>e</sup> præstantius: multoque Italicum amarius,<sup>2</sup> sed medulla Pontici dulcis. De usu ejus convenit dicere, herbæ facillimæ, atque inter paucas utilissimæ, præterea sacris populi Romani celebratæ peculiariter. Siquidem Latinarum<sup>f</sup> feriis quadrigæ certant in Capitolio, victorque absinthium bibit: credo, sanitatem<sup>g</sup> præmio<sup>h</sup> dari honorifice arbitratis majoribus. Stomachum corroborat, et ob hoc sapor ejus in vina<sup>i</sup> transfertur, ut diximus. Bibitur et decoctum aqua, ac postea nocte et die refrigeratum sub dio, decoctis sex drachmis foliorum cum ramis suis in cœlestis aquæ sextariis tribus: oportet et salem addi. Vetustissime in usu est.<sup>j</sup> Bibitur et madefacti dilutum: <sup>i</sup> ita enim appelletur<sup>k</sup> hoc genus. Diluti ratio, ut (quisquis fuerit modus aquæ) tegatur per triduum. Tritum raro in usu est, sicut et succus expressi.<sup>l</sup> Exprimitur autem, cum primum semen turgescit, madefactum aqua triduo recens, aut siccum septem diebus. Deinde coctum in æneo vase ad tertias, x. heminis in aquæ sextariis xlv. iterumque percolatum lente<sup>m</sup> coquitur ad crassitudinem mellis, qua-

---

ex codd. Harduin et recentt. *multumque, &c.* cod. Dalec. *multoque Italico amarius* Gronov. et vulgg.—3 Chiffi. *in præmio.*—4 Idem codex, *Vetus sine usu est.*—5 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *appellatur* Gronov. et vulgg.—6 Chiffi. *expressus.*—7 Ita codd. Harduini et

#### NOTÆ

<sup>d</sup> *Et ob id sine felle]* Vide quæ diximus xi. 75.

<sup>e</sup> *Neque aliud]* Diosc. loc. cit. Gratum esse stomacho ait Galenus loc. cit. Santonicum, ob amarorem, eidem infensum.

<sup>f</sup> *Latinarum]* Subintellige, supplcationum, aut religionum. Livius lib. v. pag. 93. ‘Jam iudi Latinæque instaurata erant.’ Libro xxii. p. 208. ‘Latinis feriis actis, sacrificio in monte perfecto, votis rite in Capitolio nuncupatis.’ Peragi consuevere eæ Aprili mense. Aliquando et Iunii Kalendis, teste Livio l. xlvi. p.

540. Et a. d. tertium Nonas Maii, eodem auctore, lib. xli. p. 526. Vid. xxxiv. 18.

<sup>g</sup> *Credo, sanitatem]* Corporis bonam valetudinem præstare vinum absinthites, veteres crediderunt, inquit Diosc. iii. 26. Προπίνουσιν ἐξ αὐτοῦ... ἔγειας ποιητικὸν εἶναι νομίζοντες.

<sup>h</sup> *Sapor ejus in vina]* Facto ex eo vino, quod absinthites vocatur, ut diximus xiv. 10.

<sup>i</sup> *Bibitur... dilutum]* Τὸ ἀπέβρεγμα ἀψιθίου, Dioscoridi iii. 26. Dilutum in quo absinthium maduit.

liter ex minore centaureo quæritur succus. Sed hic absinthii<sup>8</sup> inutilis stomacho capitique est, cum sit ille decocti<sup>9</sup> saluberrimus. Namque astringit<sup>k</sup> stomachum billemque detrahit, urinam<sup>l</sup> ciet, alvum emollit, et in dolore sanat: ventris animalia<sup>m</sup> pellit, malaciam stomachi et inflationes<sup>n</sup> discutit cum sili et nardo Gallico, aceto exiguo addito. Fastidia<sup>o</sup> absterget:<sup>11</sup> concoctiones adjuvat. Cruditates detrahit cum ruta, et pipere, et sale. Antiqui purgationis causa dabant,<sup>12</sup> cum marinæ aquæ veteris sextario, seminis sex drachmis, cum tribus salis, et mellis cyatho. Efficacius purgat duplicato sale. Diligenter autem teri debet, propter difficultatem. Quidam et in polenta dedere supra dictum pondus, addito pulegio: alii pueris<sup>p</sup> in fico sicca, ut amaritudinem<sup>13</sup> fallerent. Thoracem purgat cum iride sumtum. In regio morbo crudum bibitur cum apio,<sup>14</sup> aut adianto. Adversus inflationes, calidum<sup>15</sup>

---

Vet. Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. percolatum herba lente Gronov. et al. vett.—8 ‘Vox absinthii supervacua est.’ Dalec.—9 Cod. Dalec. decoctus.—10 Chiffl. inflammations. Mox, cum sale et nardo cod. Dalec. Deinde, acetii exiguo Chiffl.—11 Alii ap. Dalec. abstergit.—12 Chiffl. databant. Mox, veteris deest in cod. Dalec.—13 Ita ex codd. Harduinus et recentt. alii contra paralysin: alii pueris foliis in f. sic ut amaritudinem Gronov. et vulgg. Hæc clausula, alii contra paralysin, deest in Chiffl. ut sic amaritudinem Vet. Dalec.—14 Ita codd. Harduni, Chiffl. et Vet. Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. opio Gronov. et vulgg.—15 Chiffl. inflammations, calidum.—

#### NOTÆ

<sup>j</sup> *Sed hic absinthii]* Sed hic absinthii expressi succus inutilis stomacho capitique est: cum sit ille antea explicatus decocti absinthii saluberrimus. Vide Notas et Emend. num. 6.

<sup>k</sup> *Namque astringit]* Diosc. III. 26. Galenus de Fac. Simp. Med. lib. vi. p. 161. Marcellus Empir. cap. 30. p. 214.

<sup>l</sup> *Urinam]* Diosc. loc. cit.

<sup>m</sup> *Ventris animalia]* Marcellus Empir. c. 28. p. 198.

<sup>n</sup> *Et inflationes]* Dioscor. loc. cit. Καὶ πρὸς ἐμπνευματώσεις δὲ ἀρρόσει, καὶ ποιδίας καὶ στομάχου ἀλγήματα, πινδ-

μένον μετὰ σεσέλεως νάρδου Κελτικῆς.

<sup>o</sup> *Fastidia]* Diosc. loc. cit.

<sup>p</sup> *Alii pueris]* Fici siccae mentio alibi frequens. Notum illud Lucretii: ‘Sed veluti pueris absinthia tetra medentes Cum dare conantur, prius oras pocula circum Contingunt mellis dulci flavoque liquore.’

<sup>q</sup> *In regio . . . cum apio]* Sic Reg. 2. et Chiffl. cum Colb. In Reg. 1. cum adipe. In editis, cum opio. Utrumque perperam. Arquatis simpliciter prodesse scribit Diosc. loc. cit.

paulatim sorbetur ex aqua : jocineris<sup>r</sup> causa cum Gallico nardo : lienis,<sup>s</sup> cum aceto, aut pulte, aut fico sumitur. Adversatur<sup>t</sup> fungis ex aceto : item visco :<sup>u</sup> cicutæ<sup>v</sup> ex vino, et muris aranei morsibus, draconi marino, scorpionibus. Oculorum claritati multum confert. Epiphoris<sup>w</sup> cum passo imponitur, sugillatis<sup>x</sup> cum melle. Aures<sup>y</sup> decoctum ejus vaporis<sup>z</sup> suffitu sanat : aut si manent<sup>z</sup> sanie, cum melle tritum. Urinam ac menses cinct tres quatuorve rami, cum Gallici nardi radice una, cyathis aquæ vi. Menses privatim cum melle sumtum, et in vellere appositum. Anginis<sup>16</sup> subvenit cum melle et nitro. Epinyctidas<sup>a</sup> ex aqua sanat : vulnera recentia, prius quam aqua tangantur, impositum : præterea capititis ulcera. Peculiariter<sup>b</sup> ilibus imponitur, cum Cypria cera,<sup>19</sup> aut cum fico. Sanat et

<sup>16</sup> Chiffi. decoctæ ejus vapor. — <sup>17</sup> Ita ex codd. Harduin et recentt. manat Gronov. et vulg. — <sup>18</sup> Anginae Chiffi. — <sup>19</sup> Margo edd. Dalec. et Gronov.

## NOTÆ

<sup>r</sup> *Jocineris*] Celsus iv. 8. de jocineris morbo : ‘Neque alienum est, absinthium contritum ex melle et piper, ejusque catapotum quotidie devorare.’

<sup>s</sup> *Lienis*] Dioscor. loc. cit.

<sup>t</sup> *Adversatur*] Apuleius c. 100. tit. 1. ‘Ad periculum fungorum :’ ‘Herbae absinthii succum ex aceto bibat. Hoc serotinus vir centenarius evasit, cum esset a fungis tentatus.’ Sic et Dioscor. loc. cit.

<sup>u</sup> *Item visco*] Dioscor. πρὸς ιξαν. Hoc est, adversus chamaeleonis succum, quem ixiam appellant, tracto nomine a visco, quoniam ad ejus radices viscum alicubi reperitur. Seribonius Largus Compos. 191. ‘Ixia, quam quidam chamaeleonta vocant.. Pota mentem abalienat... Adjuvantur autem læsi ab ea absinthio poto cum vino.’

<sup>v</sup> *Cicutæ*] Dioscor. loc. cit.

<sup>w</sup> *Epiphoris*] Decoctum una cum passo dolentibus oculis adhiberi ait

Diosc. loc. cit.

<sup>x</sup> *Sugillatis*] ‘Ad livores tollendos,’ inquit Apuleius c. 100. tit. 2. ‘Herbam absinthium in aqua et aceto decoctam, et inductam panno, impone : si corpus tenerum fuerit, ex melle imponito.’ Diosc. item loc. cit. Πρὸς δὲ ὑπώπτια σὺν μέλιτι.

<sup>y</sup> *Aures*] Dioscor. loc. cit. Καὶ δὲ ὑπατμισμὸς διὰ αὐτοῦ τοῦ ἀφεψήματος, πρὸς ὄταλγίαν. Quin et aurium dolores decoctum vaporis suffitu compescit. Fumus e decocto ejus exceptus. In Chiffi. cod. decoctæ ejus vapor.

<sup>z</sup> *Anginis*] Diosc. loco cit.

<sup>a</sup> *Epinyctidas*] Diosc. loc. cit.

<sup>b</sup> *Peculiariter*] Dioscor. loc. cit. Καταπλάσσεται δὲ καὶ πρὸς ὑποχόνδρια, καὶ ἡπαρ, καὶ στόμαχον ἐπαλγῆ, καὶ χρονίας πάσχοντα, συνεκλεανόμενον κηρωτὴν κυπρίνη.

<sup>c</sup> *Cypria cera*] Hoc est, cerato Cyprio : nam ceram pro cerato Medici omnes antiqui dicunt.

pruritus. Non est dandum in febri. Nauseam maris<sup>20 d</sup> arcet in navigationibus potum: inguinum tumorem<sup>e</sup> in ventrali habitum. Somnos allicit olfactum, aut insecio sub capite positum. Vestibus insertum<sup>21 f</sup> tineas arcet. Culices<sup>g</sup> ex oleo perunctis<sup>22</sup> abigit: et sumo, si uratur. Atramentum<sup>h</sup> librarium ex diluto ejus temperatum literas a musculis<sup>23</sup> tuetur. Capillum denigrat absinthii cinis, unguento rosaceoque permixtus.

**XXIX.** Est et absinthium<sup>i</sup> marinum, quod quidam Scriphium vocant, probatissimum in Taposiri<sup>j</sup> Ægypti. Hujus ramum Isiaci<sup>k</sup> præferre solenne habent. Angustius<sup>l</sup>

---

*cerato Cyprino*, e Diosc.—20 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recenti. *nauseus maris* Gronov. et vulgg.—21 Margo edd. Dalec. et Gronov. *inspersum*, e Diosc.—22 Chiffi. *ex aceto perunctus*.—23 Chiffi. *a muscis*. Mox, *rosaceo permixtus* Vet. Dalec.

#### NOTÆ

<sup>d</sup> *Nauseam maris*] Schola Salernitana, ‘de absinthio:’ ‘Nausea non poterit quenquam vexare marina, Antea commixtam vino qui sumiserit istam.’

<sup>e</sup> *Inguinum tumorem*] Vide quæ diximus XXVI. 59. Quid ventrale sit, diximus VIII. 73.

<sup>f</sup> *Vestibus insertum*] Sic Dioscor. loc. cit. cuius sententiam cum non satis percepint Saracenus et Dalecampius, *inspersum* hoc loco emendant, ad absinthites vinum, non ad ipsum absinthium, rati id pertinere.

<sup>g</sup> *Culices*] Diosc. loc. cit. . . . Et Schola Salernitana: ‘Serpentes nido fugat.’ Serpentes de insectis dici, de culicibus, pediculis, similiibusque, monuimus VII. 52.

<sup>h</sup> *Atramentum*] Dioscor. loc. cit. Τὸ δὲ μέλαν, φῶ γράφομεν, τῷ ἀποθρέγματι αὐτοῦ βραχὲν, ἔβρωτα μυστὴ τηρεῖ τὰ γράμματα.

<sup>i</sup> *Est et absinthium*] Hæc totidem sere verbis Diosc. v. 27. ‘Αψίνθιον θαλάσσιον, τινὲς δὲ καὶ Σερφίον καλοῦσθ, κ. τ. λ. Adde his quæ dicenda sunt

de eo XXXII. 31.

<sup>j</sup> *In Taposiri*] Dioscor. loc. cit. ‘Ἐν Ταφονήρει τῆς Αἰγύπτου. Alia tamen est Stephano Ταπόσειρις, πόλις Αἰγύπτου, πλησίον Ἀλεξανδρείας. Alia Ταφόσειρις, πόλις Αἰγύπτου, ἐν ᾧ λέγεται “Οστηρις τεθάφθαι. Utraque Straboni Ταπόσειρις scribitur lib. XVII.

<sup>k</sup> *Isiaci*] Ἰσιακὸν, Isidis sacris initiati. Id pro ramo oleæ præferre solenne habent, inquit Diosc. loc. cit.

<sup>l</sup> Est ex ære minimo nummus per rarus, olim apud D. Foucault, nunc in Cimelio Seren. Ducis Parmensis, cum hac superscriptione: D. N. IVLIANVS. NOB. CAES. ‘Dominus Noster Julianus Nobilissimus Cæsar:’ capite nudo.) ( ISISFARIA. Cave hic Isin cogites; nulla hic est: sed Solis caput iuvenile. Neque Pharus hic Alexandrina est: nam cur ab ea, quæ tenuis fuit colonia Cæsaris Dictatoris, nomen haberet numen Ægyptium, potius quam ab aliquo nobili oppido? Legendum omnino est: ‘Invictæ Sol, Julianum Sospitem Fac, Avitæ Religions Invictum Assertorem.’ Pre-

priorc, minusque amarum, stomacho inimicum, alvum molit, pellitque animalia interaneorum. Bibitur cum oleo et sale, aut in farinæ<sup>m</sup> trimestris sorbitione dilutum. Conquitur, quantum manus capiat, in aquæ sextario ad dimidiás.

XXX. (VIII.) Balloten<sup>n</sup> alio nomine porrum nigrum<sup>o</sup> Græci vocant, herbam fruticosam, angulosis<sup>o</sup> caulibus nigris, hirsutis foliis vestientibus, majoribus quam porri,<sup>z</sup> et nigrioribus, graveolentibus. Vis ejus<sup>q</sup> efficax adversus canis morsus, ex sale foliis tritis impositæ: item ad condylomata, coctis cinere, in folio oleris. Purgat et sordida ulcera cum melle.

XXXI. Botrys<sup>r</sup> fruticosa herba est, luteis ramulis. Se-



CAP. XXX. — 1 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *melamprasiūm* Gronov. et al. vett. ‘Male Plinius πράσον, porrum, accepit pro πράσιον, marrubium.’ Brotier.—2 Margo edd. Dalec. et Gronov. *marrubii*, πρασιον, non πράσον. ‘Eodem errore Plinius, quam porri, pro quam marrubii, scripsit.’ Brotier.—3 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *imposita* Gronov. et al. vett.

#### NOTÆ

catio hæc Ethnicorum fuit, pro salute Juliani Cæsaris. Confer nummum Aureliani Augusti, cuius est epigraphe, SOL DOMINVS IMPERI ROMANI: aliasque complures inscriptos, SOLI INVICTO. ISISFARIA alibi nusquam in nummis antiquis occurrit, nisi sub Juliano. Sed in his quos exhibet V. Cl. Du-Cangius, in Familii Byzantini, pro Juliani vultu, varia effigies Religionis, vanæ scilicet superstitutionis, est, cum ea superscriptione, ISIS FARIA. In parte aversa, VOTA PVBLICA. Hinc falsi arguas inscriptionem quæ apud Gruterum est, EICIDI ΦΑΠΙΑ, fictam utique ex nummis istis prave intellectis.<sup>s</sup> Ed. sec.

<sup>t</sup> Angustius] Dioscor. loco citato.

<sup>m</sup> In farinæ] In oryza, sive ptisana, alicave ex farina seminis trimestris. Quid his nominibus intelligendum sit, suis locis docuimus.

<sup>n</sup> Balloten] Hoc illud marrubium

nigrum est, de quo diximus xx. 89. Vide Notas et Emend. num. 7.

<sup>o</sup> Angulosis] Hoc est, quadrangularis. Καυλὸν ἀνήστι τετραγώνον, Diosc. loc. cit.

<sup>p</sup> Quam porri] Rectius diceret, quam marrubii, uti demonstrat ipsa herbæ facies, nosque amplius declaraturi sumus in Notis et Emend. num. cit. Diosc. certe loc. cit. Φύλλα δὲ πρασίφυλλα, μείζονα δὲ, κ. τ. λ. Sic etiam Oribasius lib. xi. p. 192.

<sup>q</sup> Vis ejus] Usus omnino illius eosdem refert Dioscor. loc. cit.

<sup>r</sup> Botrys] Totidem verbis Diosc. III. 130. Βότρυς πόδα ἔστιν δλη μηλίνη, Tota lutca, &c. Pingitur a Lobelio in Observ. p. 113. et a Dodonæo p. 34. Gallis, Piment. Vidimus in horto Regio. Totidem, ut dixi, verbis a Diosc. tum ejus facies, tum vires describuntur.

men<sup>s</sup> circa totos<sup>1</sup> nascitur: folia cichorio similia. Invenit  
natur in torrentium ripis. Medetur orthopnoicis. Hoc<sup>2</sup>  
Cappadoces<sup>t</sup> ambrosiam vocant, alii artemisiam.

XXXII. Brabyla spissandi<sup>u</sup> vim habet<sup>1</sup> cotonei mali  
modo: nec amplius de ea tradunt auctores.

XXXIII. Bryon marinum<sup>v</sup> herba<sup>1</sup> sine dubitatione est,  
lactucæ foliis similis, rugosa veluti contracta, sine caule,  
ab una radice<sup>2 w</sup> excentibus foliis. Nascitur in scopolis  
maxime, testisque terra comprehensis. Præcipua siccandi  
ei spissandique<sup>x</sup> vis, et collectiones omnes inflammationes-  
que cohibendi, præcipue podagræ, et quicquid refrigerare  
opus sit.<sup>3</sup>

XXXIV. Bupleuri<sup>y</sup> semen ad ictus serpentium dari re-  
perio, foverique plagas decocta ea herba, adjectis foliis  
mori aut origani.



CAP. XXXI. 1 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et  
recentt. circa totam Gronov. et vulgg.—2 Hanc Vet. Dalec.

CAP. XXXII. 1 Alii ap. Dalec. habent. Mox, nonnulli ap. eund. de iis  
tradunt.

CAP. XXXIII. 1 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiff. cum edd. Harduin.  
1. 2. 3. et recentt. Bryon, marina herba Gronov. et vulgg.—2 Ita bene codd.  
Regg. 1. 2. nec aliter Theophr. Hist. Plant. iv. 7. ἀπὸ μᾶς ἀρχῆς. Male edi-  
tio princeps aliaeque, ab ima radice.<sup>3</sup> Brotier. Ceteræ omnes edd. ante Bro-  
tier. ab ima radice.—3 Chiff. inhibendi, p. p. et q. r. possit.

#### NOTÆ

<sup>s</sup> Semen] Diosc. Τὸ δὲ σπέρμα ὅλοις τοῖς κλωνίοις περιπέφυκε, circa totos ra-  
mulus nascitur.

<sup>t</sup> Hoc Cappadoces] Diosc. loc. cit.  
Καὶ ταῦτην ἀμβροσίαν Καππαδόκαι κα-  
λοῦσσι, τινὲς δὲ ἀρτεμισίαν.

<sup>u</sup> Brabyla spissandi] Hoc est, astrin-  
gendi. Sed βράβυλα apud Graecos ve-  
teres alind nihil esse invenio, quam  
κοκκύμηλα et Δαμασκηνὰ, pruna vide-  
licet, et, ut quidam volunt, sylvestria.  
Vidit hoc Robertus Constantinus in  
Lexico: videre et alii: quorum e fonti-  
bus areolas suas irrigat Salmasius  
in præfat. ad Plin. Tamen Hesy-  
chius βράβυλον est κακοῦ φυτοῦ εἶδος.  
Sed quale illud sit, non indicat.

<sup>v</sup> Bryon marinum] Hæc descriptio

ad verbum a Theophrasto Hist. iv. 7.  
nec multum abludit Dioscoridea de-  
lineatio, iv. 99. Βρόν θαλάσσιον φύ-  
ται ἐπὶ λίθων καὶ ὁστράκων, κ. τ. λ. Mus-  
cus marinus in saxis testisque nascitur,  
ἔτε. De eo rursum inferius XXXII.  
36.

<sup>w</sup> Ab una [ima] radice] Hoc est, ab  
uno initio, ἀπὸ μᾶς ἀρχῆς, inquit Theo-  
phrastus magis accurate: neque enim  
proprie radix ei musco inest.

<sup>x</sup> Præcipua ... spissandique] Astrin-  
gendi. Στυπτικὸν Dioscor. loc. cit.  
qui easdem ei deinde vires ac facul-  
tates, quas Plinius, adjudicat, tot-  
idem verbis. Galenus de Fac. Simp.  
Med. lib. vii. p. 166. vim quoque ei  
refrigerandi adjicit, ἐμψύχει.

**XXXV.** Catanancen<sup>a</sup> Thessalam herbam, qualis sit, a nobis describi supervacuum est, cum sit usus ejus ad amatoria tantum. Illud non ab re est dixisse ad detegendas magicas vanitates, electam ad hunc usum conjectura, quoniam arescens<sup>b</sup> contraheret se ad speciem unguium milvi examinati. Eadem ex causa<sup>c</sup> et cemos silebitur a nobis.

**XXXVI.** Calsa<sup>d</sup> duorum generum est. Una similis<sup>e</sup> aro. Nascitur in arationibus. Colligitur antequam inarescat, ususque cosdem habet, quos arum.<sup>f</sup> Bibitur quoque radix hujus ad exinanierias alvos, mensesque mulierum: item caulis cum foliis in leguminibus decoctus sanat tenesmon.

**XXXVII.** Alterum genus<sup>g</sup> ejus quidam anchusam vocant, alii rhinochisiam.<sup>i</sup> Folia<sup>i</sup> lactucæ longiora, plumosa,<sup>j</sup>



**CAP. XXXV.** 1 Eadem ex causa ecomos silebitur nobis Chiffl.

**CAP. XXXVI.** 1 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin, 1. 2. 3. et recentt. *Calla* edd. vett. et Gronov.—2 In codd. Regg. et Editione principe, *quos arsa*. Unde forte emendandum, *quos arisam*; de quo dictum supra xxiv. 94. Brotier. Cod. Chiffl. etiam, *quos arsa*.—3 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin, 1. 2. 3. et recentt. *caules...sanant* Gronov. et vulgg.

**CAP. XXXVII.** 1 ‘Fortassis, ut apud Dioscoridem, ἀνόκλειαν.’ Dalec.

#### NOTÆ

<sup>y</sup> *Bupleuri*] Diximus de eo xxii. 35. Vide Nicandrum in Theriac. p. 43.

<sup>a</sup> *Catanancen*] *Κατανάγκη* Dioscoridi IV. 134.

<sup>b</sup> *Quoniam arescens*] Dioscor. totidem verbis: *Κάμπτεται δὲ ξηραινόμενος ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ ικτίνον ὄντες δύοισι οὐται τεκροῦ*. Sunt qui ob hanc causam coronopum seu pedem milvinum hanc esse existimant, de qua nos egimus xxii. 59. Ignoram sibi esse Anguilala confitetur, par. xiv. p. 289.

<sup>c</sup> *Eadem ex causa*] Quoniam ad amatoria tantum utilis existimatur: quod et Dioscorides prodidit. Cemos enim Pliniana videtur esse Dioscoridis Leontopodium: cum in Nothis occurrat id nomen inter ceteras ejus herbae ap-

pellationes, p. 471. *Λεοντοπόδιον*, *οἱ δὲ ζωόνυχοι*, *οἱ δὲ ἀετώνυχοι*, *οἱ δὲ κῆμος*, *κ. τ. λ.* Nempe Pilosella minor, *Piloselle*, a Dodonæo delineata p. 68.

<sup>d</sup> *Calsa*] Sic MSS. omnes, tum hoc loco, tum in Indice: non *Calla*, ut vulgo editi.

<sup>e</sup> *Una similis*] Nec similem modo, sed et geminam prorsus et eandem puto. De aro diximus xxiv. 92.

<sup>f</sup> *Quos arum*] MSS. omnes, *quos arsa*. Forte, *quos aris*, vel *quos arisarum*, de quo xxiv. 94.

<sup>g</sup> *Alterum genus*] Anchusa hæc prior Dioscoridis est iv. 23. qua de jam antea egimus xxii. 23.

<sup>h</sup> *Alii rhinochisiam*] Sic Index. At Reg. 1. hoc loco, *rhinoclinosiam*. Reg. 2. *rinodiam*. Forte *ono cleam* rectius

radice rubra, quæ ignes<sup>k</sup> sacros cum flore polentæ sanat imposita: jocineris autem vitia, in vino albo pota.

XXXVIII. Circæa<sup>1</sup> strychno<sup>i</sup> sativo similis est, flore nigro, pusillo, parvo semine, ut milii, nascente in quibusdam corniculis,<sup>2</sup> radice semipedali, triplici ferme,<sup>3</sup> aut quadruplici, alba, odorata, gustus calidi. Nascitur<sup>m</sup> in apricis saxis. Diluitur<sup>n</sup> in vino, bibiturque ad dolorem vulvæ et vitia. Macerari oportet in sextariis tribus quadrantem radicis tusæ, noctem et diem.<sup>4</sup> Trahit eadem potio et secundas:<sup>5</sup> semine lac<sup>o</sup> minuitur,<sup>6</sup> in vino aut mulsa aqua poto.

XXXIX. Cirsion<sup>p</sup> caulinus est duum cubitorum, triangulo similis, foliis spinosis<sup>q</sup> circumdatus. Spinæ molles sunt. Folia bovis linguae<sup>r</sup> similia, minora, subcandida, et in cacumine capitula purpurea,<sup>2</sup> quæ solvuntur in lanugi-



CAP. XXXVIII. 1 Chiff. trychno.—2 Diosc. veluti corniculis.—3 Chiff. triplici fere.—4 Idem codex, nocte et die.—5 Vet. Dalec. potionē secundas.—6 Vet. Dalec. lac movet.

CAP. XXXIX. 1 Diosc. foliis in extremo spinosis.—2 Diosc. longiora, mo-

#### NOTÆ

legas ex Dioscoride, loc. cit. Ἀγχούσια, ἦν ἔνιοι κάλυκα, οἱ δὲ ὄνοκλείαν καλοῦσι, κ. τ. λ.

<sup>i</sup> Folia] Totidem verbis Diosc. loc. cit.

<sup>j</sup> Plumosa] Hirsuta, δασέα. Diosc.

<sup>k</sup> Quæ ignes] Diosc. loc. cit. Ἐρυτιέλατα δὲ σὺν ἀλφίτῳ καταπλασθεῖσα θεραπεύει.

<sup>l</sup> Circæa] Dioscor. III. 134. Κίρκαια, οἱ δὲ διρκαίαν καλοῦσι, τὰ μὲν φύλλα ἔχει στρόχυνφ ψυμοια κηπαῖφ, κ. τ. λ. Sunt enim reliqua pæne paria: quæ transcripsit et Oribasius lib. XI. p. 201. Circæam Lutetianam appellat Lobellius in Observ. p. 137. ab eoque ibi delineatur, qualem Lutetiæ in horto Regio vidimus.

<sup>m</sup> Nascitur] Diosc. loc. cit.

<sup>n</sup> Diluitur] Diosc. loc. cit.

<sup>o</sup> Semine lac] Verba Græci scriptoris representasse nobis Dioscorides videtur loc. cit. in hunc modum: Ο δὲ καρπὸς γάλα κατασπᾷ ἐν βοφήμασι λαμβανόμενος. Galenus de Fac. Simp. Med. lib. VII. p. 190. hanc vocem κατασπᾶ sic interpretatur, ut lae attrahere, seu lactis ubertatem praestare, id semen dicat. Plinius contra, quod verius puto, attrahi, vorari, absumi, minui, intellexit.

<sup>p</sup> Cirsion] Diosc. IV. 119. totidem verbis: Κίρσιον κανδός ἐστιν ἄπαλδς, κ. τ. λ. Est Cirsium Anglicum Lobelii in Observ. p. 314. Vidimus in horto Regio.

<sup>q</sup> Folia bovis linguae] Diosc. τὰ δὲ φύλλα βονγλώσσῳ ἐμφερῆ, buglosso similia, quæ herba nomen habet a similitudine foliorum cum bovis lingua.

nes. Hanc herbam<sup>r</sup> radicemve ejus adalligatam dolores varicum sanare<sup>3</sup> tradunt.

XL. Crataeogonon<sup>a</sup> spicæ<sup>1</sup> tritici simile est, multis calamis ex una radice emicantibus: multorumque geniculorum. Nascitur<sup>b</sup> in opacis, semine milii, vehementer aspero gustu: quod si bibant<sup>c</sup> ex vino ante cœnam tribus obolis in cyathis aquæ totidem, mulier ac vir, ante conceptum diebus XL.<sup>2</sup> virilis sexus partum futurum aiunt. Est et alia<sup>d</sup> crataeogonos,<sup>3</sup> quæ thelygonos vocatur. Differentia intellicitur lenitate gustus. Sunt qui florem crataeogoni bibentes mulieres intra XL. diem concipere tradant. Eadem sanant ulcera vetera nigra cum melle: explet<sup>+</sup> sinus ulcerum, et atropha carnosiora faciunt: purulenta expurgant: panos discutiunt: podagras collectionesque omnes leniunt, peculiariter mammarum. Theophrastus<sup>e</sup> arboris genus intelligi voluit cratægon,<sup>5</sup> sive cratægona, quam Itali aquifoliam<sup>1</sup> vocant.

\*\*\*\*\*

*dice hirsuta, in summo purpurea.—3 ‘Ita et Diosc. ex Andrea; et inde herbæ nomen, a κιρσὸς, varix.’* Brotier.

CAP. XL. 1 Vet. Dalec. *melampyro*; et sic Diosc.—2 Idem, *ante conceptum et coitum ter in die*.—3 Chiff. *cratægnos*.—4 Chiff. et explet.—5 Vet. Dalec. et voluit *cratagum*. Hæc ultima omnia, *cratægon*, s. c. q. I. a. vocant, desunt in cod. Dalec. *cratægonon* sive *cratægona*, quam, &c. Grouov. et al. ante Harduin.

#### NOTÆ

<sup>r</sup> *Hanc herbam*] Hoc Andreas Medicus tradidit apud Apuleium cap. 68. et apud Diosc. loc. cit. Ταῦτης τὴν βίξαν Ἀνδρέας ἀναγράφει ὑπὲρ τὸν ἀλγοῦντα τόπον ἀναδομένην παίειν κιρσῶν πόνους. Græcis κιρσὸς varices sunt: inde herbæ nomen.

<sup>a</sup> *Crataeogonon*] Diosc. III. 139. *Κραταιγόνον*, κ. τ. λ. In MSS. *cratægono-* *n*: et Hesychius: *Κραταιγόνον*, βοτάνη. Ita creditur appellari, quod genitalem vim moveat, ἀπὸ τοῦ κρατεῖν ἐν τῇ γονῇ. Pingitur a Lobelio in Observ. p. 22. Alii *Melampyrum luteum latifolium* vocant. Vidimus in horto Regio.

<sup>b</sup> *Nascitur*] Diosc. loc. cit.

<sup>c</sup> *Quod si bibant*] Totidem verbis Dioscor. loc. cit.

<sup>d</sup> *Est et alia*] Θηλυγόνος dicta, quod θηλυτοκεῖν faciat, hoc est, fœminei sexus partum facere existimetur.

<sup>e</sup> *Theophrastus*] Lib. Hist. III. 15. Vide Notas et Emend. num. 8.

<sup>f</sup> *Itali aquifoliam*] Sic ii aquifoliam appellantur, (si tamen appellantur,) ut cum aquifolia altera, de qua diximus lib. XVI. cui armata aculeis folia tribuuntur, nihil commune haberet; præter nomen. Est enim hæc sorbus terminalis Plinii, de qua xv. 23. Deceptum corrupto Theophrasti codice Plinium arbitramur, in quo sic hodie legitur, loc. cit. Διόπερ οὖν ἀγρά δέξει-

**XLI.** Crocodilion<sup>g</sup> chamæleonis<sup>1</sup> herbæ nigræ figuram habet, radice longa, æqualiter crassa, odoris asperi. Nascitur in sabuletis. Pota sanguinem per nares pellit copiosum crassumque, atque ita lienem consumere dicitur.

**XLII.** Cynosorchin<sup>h</sup> aliqui orchin vocant, foliis oleæ, mollibus, ternis per semipedem longitudinis in terra stratis, radice bulbosa, oblonga, dupli ordine,<sup>i</sup> superiore quæ durior est, et inferiore quæ mollior. Eduntur ut bulbi cocti, in vineis fere inventæ.<sup>j</sup> Ex his radicibus<sup>j</sup> si majorem edant viri, mares generari dicunt: si minorem foeminæ, alterum sexum. In Thessalia<sup>k</sup> molliorem<sup>z</sup> in lacte caprino viri bibunt ad stimulandos coitus, duriorem<sup>3</sup> vero ad inhibendos. Adversantur<sup>l</sup> alter alteri.<sup>4</sup>

**XLIII.** Chrysolachanum<sup>m</sup> in pineto,<sup>n</sup> lactucæ simile, nas-



**CAP. XLI.** 1 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *chamæleontis* Gronov. et vulgg.

**CAP. XLII.** 1 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *inrenti* Gronov. et vulgg. ut bulbi, coctæ, &c. Diosc. ut bulbi coctæ in v. fere inventæ Chiff. forte inventi cod. Dalec.—2 Theophr. *duriorem*.—3 Theophr. *molliorem*.—4 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. I. 2. 3. et recentt. *Adversatur alter alteri* Gronov. et vulgg. *Adversatur altera alteri* Vet. Dalec.

#### NOTÆ

εν τὸν εἶναι. Quare aquifolia videri possit. Est enim ἄγρια, aquifolia, ut diximus XVI. 12. Verum ἄγρια ibi pro sylvestri mespilo accipiedam esse, vel ipsam vocem μεσπίλη substituendam esse, monet Athenæus lib. II. p. 50. Διόπερ, inquit ex Theophr. ἄγρια μεσπίλη δόξει μᾶλλον εἶναι. Quod de eratægo sive terminali sorbo est sane verissimum. At ea cum ἄργιλο, seu aquifolia, affinitatem habet omnino nullam.

<sup>g</sup> *Crocodilion*] Totidem de ea verba facit Dioscor. III. 12. Κροκοδελιον, κ. τ. λ. Pingitur a Lobelio in Observ. p. 481. Ruellius p. 482. Carlinam esse putat, quam nos Leucacantham esse diximus suo loco.

<sup>h</sup> *Cynosorchin*] Dioscoridi III. 141. ὄρχις, idem et κυνόσωρχις. Latinis sa-

tyrion, de quo disserimus XXVI. 62. Totidem plane verbis a Diosc. describitur.

<sup>i</sup> *Duplici ordine*] Supra XXVI. 62. ‘Radice gemina ad formam hominis testium.’ Dioscor. totidem verbis ac Plinius: ‘Ρίζαν βολβοειδῆ, ἐπιμήκη, διπλῆν, στενὴν ὡς ἔλατας· τὴν μὲν ἄνω, τὴν δὲ κατωτέρω καὶ τὴν μὲν σκληρὰν, τὴν δὲ μαλακὴν, κ. τ. λ.

<sup>j</sup> *Ex his radicibus*] Diosc. loc. cit. post Theophr. Hist. IX. 19.

<sup>k</sup> *In Thessalia*] Totidem verbis Diosc. loco citato.

<sup>l</sup> *Adversantur*] Unius potu alterius vires franguntur, ἀναλύεσθαι τε τὴν ἔτερον ὑπὸ τοῦ ἐτέρου πινόμενον. Diosc. loc. cit.

<sup>m</sup> *Chrysolachanum*] Χρυσολάχανον, quasi aureum olus. Nusquam non

citur. Sanat nervos incisos, si confestim imponatur. Et aliud genus<sup>o</sup> chrysolachani traditur, flore aureo, foliis oleris.<sup>p</sup> Coctum<sup>q</sup> estur, ut olus molle.<sup>r</sup> Herba hac<sup>r</sup> adalligata morbum regium habentibus, ita ut spectari ab his possit, sanari<sup>s</sup> id malum traditur. De chrysolachano nec satis dici scio, nec plura reperio. Namque et hoc vitio laboravere proximi utique herbarii nostri, quod ipsi notas velut vulgares, strictim, et nominibus tantum, indicavere: tanquam coagulo terræ<sup>t</sup> alvum sisti, stranguriam dissolvi, si bibatur ex vino aut aqua:

XLIV. Cuculi<sup>u</sup> folia<sup>t</sup> trita cum aceto serpentium ictibus et scorponum mederi. Quidam hanc alio nomine strumum appellant, alii Græce strychnon: acinos habet nigros. Ex his cyathus succi, cum mulsi duobus, medetur lumbis: item capitisi<sup>u</sup> dolori<sup>z</sup> cum rosaceo infusus. Ipsa strumis<sup>v</sup> illita.

CAP. XLIII. 1 Vet. Dalec. *pinetis*.—2 Diosc. *ut olus alvum mollit*.—3 Vet. *hac adalligata . . . sanare*.

CAP. XLIV. 1 *Culiculi Chiffl. Cucubali* Gronov. et al. vett.—2 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *doloribus* Gronov. et vulgg.

#### NOTÆ

in cultis et hortis sponte naturæ olus id adolescit, inquit Ruellins lib. II. p. 446. quod frequentissime pauperum mensas implet, corumque iuribus innat, non fastidiendam habens gratiam. Nostrum vulgus partim ‘Chrysolanum,’ perinde quasi extrita syllaba chrysolachanum dicas, partim inversis literis ‘chrysalinam’ appellant: officinæ ‘Crassulam minorem.’ Lactucam tota facie æmularunt.

<sup>n</sup> *In pineto*] Pinetum locus est pinis consitus. Nasoni Metam. xv. ‘succincta pineta.’ Sic ‘arboretum’ Seneca, Varro ‘ficietum,’ ‘cupressetum’ Tullius, Celsus ‘myrtetum,’ aliisque alia similiter dixere.

<sup>o</sup> *Et aliud genus*] Atriplex illud est, de quo diximus xx. 83. Vide Lobel.

*Delph. et Var. Clas.*

lium in Advers. p. 96.

<sup>p</sup> *Foliis oleris*] Brassicæ.

<sup>q</sup> *Coctum*] Diosc. II. 145. de atriplice, Δαχανεύται δὲ ἐφθόν.

<sup>r</sup> *Herba hac*] Semen ex aqua mulsa potum arquatis mederi Plinius et Dioscorides locis citatis aint.

<sup>s</sup> *Coagulo terræ*] Quid illud sit, obscurum est: cum strictim ac solo nomine designetur, facie non indicata. Hariolantur, qui Lobelii abortivam orchin esse statuunt.

<sup>t</sup> *Cuculi folia*] Genus istud alsines est, bacciferum, solani instar, major alsine repens a Clusio appellata, Hist. Rar. Plant. lib. VI. p. 183. visa a nobis in horto Regio. Sic et Lobelius in Advers. pag. 104. Vide Notas et Emend. num. 9.

<sup>u</sup> *Item capitisi*] Marcellus Empir.

*Plinius.*

II H

**XLV.** Peculiaris est Alpinis maxime fluminibus conserva,<sup>w</sup> appellata a conferruminando,<sup>1</sup> <sup>x</sup> spongia aquarum dulcium verius, quam muscus aut herba, villosæ densitatis atque fistulosæ. Curatum ea scio, omnibus fere ossibus confractis, prolapsum ex arbore alta putatorem, circumdata universo corpori, aquam suam aspergentibus,<sup>2</sup> quoties inaresceret, raroque, nec nisi deficientem herbam <sup>y</sup> mutationis causa resolventibus, convaluisse vix credibili celeritate.

**XLVI. (ix.)** Cocco Cnidio <sup>a</sup> color cocci, magnitudo grano piperis major, vis ardens. Itaque in pane <sup>b</sup> devoratur, ne adurat cum gulam transit.<sup>i</sup> Huic vis præsentanea contra cicutam.

**XLVII.** Sistit alvum <sup>i</sup> dipsacos: <sup>c</sup> folia habet <sup>d</sup> lactucæ, bullasque <sup>e</sup> spinosas in dorsi medio, caulem duum cubi-

**CAP. XLV.** 1 Cod. Dalec. *conferruminando*.—2 ‘Ita codd. Regg. et Editio princeps.’ Brotier. Ita quoque Chiff. *inspergentibus* Gronov. al. vett. Harduin. et recent.

**CAP. XLVI.** 1 Chiff. *gula transitu*.

**CAP. XLVII.** 1 *Ciet alvum* Vet. Dalec. Mox, *Dipsaron* Chiff. *Sistit alvum. Dipsacos folia, &c.* Gronov. et vulgg.—2 Diosc. et *veluti bullas*.—

#### NOTÆ

cap. 1. p. 35. ‘Herba strumus contrita, et cum oleo permixta, imposita que temporibus . . . . capit is dolorem tollit,’ &c.

<sup>v</sup> *Ipsa strumis*] Unde strumi nomen.

<sup>w</sup> *Peculiaris . . . conferra*] Pingitur ea a Lobelio in Observ. pag. 654. In lacu majore Mediolanensis agri reperi ritur dicitur.

<sup>x</sup> *A conferruminando*] Hoc est, glutinando.

<sup>y</sup> *Deficientem herbam*] Aspergine crebra dissolutam, dissipatam.

<sup>a</sup> *Cocco Cnidio*] Eginus de eo XIII. 35.

<sup>b</sup> *Itaque in pane*] Diosc. IV. e. 173. Κατει δὲ τὴν φάρυγγα διδ μετὰ ἀλεύρου ἢ ἀλφίτον δοτέον, ἢ ἐν βαγὶ σταφυλῆς, ἢ μέλιτι ἐφθῷ περιελημμένον καταπιεῖν. *Fauces adurit*: atque ideo cum furina,

*polentave, aut in uvæ acino dari debet, aut cocto melle obductu devorari.* Theophr. Hist. IX. 22. ἐν ἔρτῳ.

<sup>c</sup> *Sistit alvum dipsacos*] Vide Notas et Emend. num. 10.

<sup>d</sup> *Folia habet*] Totidem verbis a Dioscoride adumbratur, III. 13. *Labrum Veneris* Medici vocant. Diosc. in Nothis, p. 452. Διψακος, . . . . οἱ δὲ Ἀφροδίτης λαυτρὸν, Ρωμαῖοι λάβρονι Βένερις. Pingitur a Matthiolo, pag. 661. Gallis fullonius cardus appellatur, vulgoque ‘pectorius cardo,’ quod lanificia uncinatis verticibus aculeorum pectantur: *Chardon à carder, ou de foulon.* Herbarii nostri Virgam pastoris nuncupant. Vidimus in horto Regio.

<sup>e</sup> *Bullasque*] Tubercula intus et extra spinosa.

torum, iisdem spinis horridum, genicula ejus binis foliis amplectentibus, concavo alarum simu, in quo substitit<sup>3</sup> ros salsus. In cacumine capitula sunt echinata spinis.<sup>4</sup> Nascitur in aquosis. Sanat<sup>1</sup> rimas sedis. Item fistulas decocta in vino radice, usque dum sit crassitudo ceræ, ut possit in fistulas collyrium mitti.<sup>5</sup> Item verrucas omnium generum. Quidam et alarum, quas supra diximus, succum illinunt his.

**XLVIII.** Dryopteris<sup>2</sup> filici similis, in arboribus nascitur, tenui foliorum subdulcium incisura, radice hirsuta. Vis ei caustica est. Ideo psilotrum est radix tusa:<sup>1</sup> illinitur enim, usque dum sudores evocet:<sup>2</sup> iterumque, et tertio,<sup>3</sup> ita ne sudor abluatur.

**XLIX.** Dryophonon similis<sup>4</sup> herba est, caulinis tenuibus, cubitalibus, circumdatis utrimque foliis pollicari amplitudine, qualia oxymyrsines, sed candidioribus mollieribusque, flore candido sambuci. Edunt caulinulos decoctos. Semine vero<sup>5</sup> ejus pro pipere utuntur.



<sup>3</sup> Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *subsistit* Gronov. et vulgg.—<sup>4</sup> Vox *spinis* deest in cod. Dalec.—<sup>5</sup> Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. et recentt. *fistula collyrium immitti* Vet. Dalec. *fistula collyrium mitti* Gronov. et vulgg.

CAP. XLVIII. 1 Diose. *cum radice tusa*.—2 Vet. Dalec. *evocentur*.—3 Chiff. *iterumque et tertium*.

#### NOTÆ

<sup>1</sup> *Sanat*] Medicinas easdem e dip-saco petit etiam Dioscor. loc. cit.

<sup>2</sup> *Dryopteris*] Habet eadem Dioscor. IV. 189. Δρυοπτερίς, κ. τ. λ. In quercuum museo nascitur, ἐν δρυὶ, filici similis, τῇ πτερόῃ. Inde nomen. Vulgus ‘Osmundam’ voeat. Pingitur a Lobelio in Observ. pag. 474. In horto Regio vidimus.

<sup>3</sup> *Dryophonon similis*] Neinpe filici, atque dryopteri. Officinae nostrates, inquit Ruellius I. II. p. 449. nemoram sylvestre myrtum appellant, quod foliis sylvestre myrtum, ut alterno situ fliculam, imitetur: fructu est acri, quo

rura subinde vescuntur. ‘Cusinos’ vocant, quasi culinarios, baccas eas: quod jam venerint in ganeam, gratissimo ori mandentium cibo, præsertim si edomita saechari dulcedine acrimonia præsententur. Gaudet dryophonon cædus sylvæ et quercetis: eo nostra scatent nemora, unde nomen duxit, quasi sylvæ cædem dixeris. A Diosc. II. 187. Δρόβη appellatur. Iconem exhibit ex horto Bononiensi Jac. Zanoni, Hist. Botan. c. 26. p. 55.

<sup>4</sup> *Semine vero*] Hodieque piperis loco rusticorum cibos condit.

L. Elatine<sup>j</sup> folia habet helxinæ,<sup>1</sup> pusilla, pilosa, rotunda, semipedalibus ramulis quinis senisve<sup>2</sup> a radice statim foliosis. Nascitur<sup>k</sup> in segetibus, acerba gustu, et ideo oculorum fluxionibus efficax, foliis cum polenta tritis et impo- sitis, subdito linteolo. Eadem cum lini semine cocta sor- bitionis usu dysenteria<sup>3</sup> liberat.

LI. Empetros,<sup>1</sup> quam nostri calcifragam vocant, nascitur in montibus maritimis, sere in saxo: quo propius mari fuerit, minus<sup>2</sup> salsa est,<sup>m</sup> potaque bilem trahit, ac pituitas: quo longius magisque terrena, amarior sentitur. Trahit aquam.<sup>3</sup><sup>n</sup> Sumitur autem in jure aliquo, aut in hydromelite.<sup>4</sup> Vetusitate vires perdit. Recens urinas ciet decoc- tum in aqua vel tritum, calculosque frangit. Qui fidem<sup>o</sup> promisso huic querunt, affirmant lapillos, qui suffervescant una, rumpi.

LII. Epipactis<sup>p</sup> ab aliis helleborine vocatur, parva her-

CAP. L. 1 'Ita Diosc. iv. 40. In codd. Regg. 1. 2. folia habet casiae.' Brotier. *casiae* etiam Chiff. *helxines* Vet. Dalec.—2 Chiff. *senisque*.—3 Alij ap. Dalec. *usa a dysenteria*.

CAP. LI. 1 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Empetron* Gronov. et vulg.—2 Vet. Dalec. *magis*; et sic Diosc.—3 *Trahit et aquam* al. ap. Dalec. *Trahit bilem et pituitam* Dalec.—4 Chiff. *ut hydromelite*.

#### NOTÆ

<sup>j</sup> *Elatine*] Totidem verbis Diosc. iv. 40. Ἐλατίνη τὰ μὲν φύλλα ἔχει ὄμοια τῆς ἐλξίνης, κ. τ. λ. Est Veronica fe- mina Fuchsii, delineata a Dodonæo, p. 42. visa a nobis in horto Regio.

<sup>k</sup> *Nascitur*] Diose. loc. cit. eadem plane tradit, tum de natali solo, tum de viribus elatines.

<sup>l</sup> *Empetros*] Totidem verbis Diose. iv. 181. Ἐμπέτρον, κ. τ. λ. Fænicium hodie marinum vocant: Dodonæus p. 693. crethmi marini nomine delineat: Gallis, *Bacille*, *Fenouil marin*, *Perce pierre*, quasi perforipetram, quod mediis erumpat saxis. Multi marinam cristam, quod montium ju- ga, et scopulorum crepidines ea ves- titæ cristentur. Aceto ad sesquian-

num usque cadi servatur, ad acetariorum usus.

<sup>m</sup> *Minus salsa est*] Et quo terræ propius, magis salsa, sive amara. Τὸ δὲ προστειτέρον πικρότερον. Quem locum Saracenus et Dalecampins cum hand satis animadverterint, Plinio temere litem moverunt.

<sup>n</sup> *Trahit aquam*] Aquosos humores per alvum deducit. Diose. loc. cit. Διδύμενον δὲ ἐν ζώμῳ ἡ ὑδρομέλιτι καθάλει φλέγμα, καὶ χολὴν, καὶ ὕδατάδη. Quæ verbis totidem Plinius reddidit.

<sup>o</sup> *Qui fidem*] Qui facultati ei, qua promittitur fractum iri calculos ejus herbae decocto, fidem volunt astruere, illud quoque adjiciunt, &c.

<sup>p</sup> *Epipactis*] Diximus de ea, XIII.

ba, exiguis foliis, jocineris vitiis utilissima, et contra venena pota.

LIII. Epimedion<sup>1</sup> caulis est non magnus, hederæ foliis denis atque duodenis, nunquam florens, radice tenui, nigra, gravi odore. Nascitur<sup>r</sup> in humidis, et huic spissandi refrigerandique<sup>s</sup> natura, foeminitas cavenda.<sup>t</sup> Folia in vino trita virginum mammas cohibent.<sup>u</sup>

LIV. Enneaphylon<sup>v</sup> longa folia novena habet, causticæ naturæ. Imponitur lana circumdatum, ne urat latus:<sup>i</sup> continuo enim pusulas excitat, lumborum doloribus, et coxendicuum utilissimum.

LV. Filicis<sup>a</sup> duo genera, nec florem habent, nec semen. Pterin<sup>b</sup> Graeci vocant, alii blechnon,<sup>i</sup> cuius ex una radice complures excunt filices,<sup>c</sup> bina etiam cubita excedentes longitudine, non graves odore. Hanc marem existimant.

---

CAP. LIII. 1 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin, 1. 2. 3. et recentt. *Epimedium* cod. Dalec. ‘Legebatur et antea, *Epimedium*; atque ita reponendum e Diosc.’ Dalec. *Epimenidion* Gronov. et al. vett. Mox, aut duodenis Vet. Dalec.

CAP. LIV. 1 Chiffi. *latius*. Mox, Gronov. et al. vett. *pustulas excitat*.

CAP. LV. 1 Alii ap. Dalec. *blachnon*; et sic Diosc. et cod. Chiffi. Mox,

#### NOTÆ

35. In Italia *Centograna* et *Millegrana* vocatur: ab aliis *Herniaria*, sive *Herniosa*. *Anguillara* par. xiv. p. 282.

<sup>a</sup> *Epimedion*] Sic MSS. omnes, et Diosc. iv. 19. Ἐπιμήδιον κανδός ἔστιν, ceteraque, quæ Plinius totidem verbis. Pingitur a Dodonæo p. 589. quale in horto Regio vidimus.

<sup>r</sup> *Nascitur*] Diosc. loc. cit.

<sup>s</sup> *Refrigerandique*] Galenus de Fac. Simp. Med. I. vi. 174.

<sup>t</sup> *Fœminis cavenda*] Quoniam, ut Diosc. ait loc. cit. ἀτόκιος ἡ βίζα, radix spem partus adimit, et folia pariter trita. Sic et Galenus loc. cit.

<sup>u</sup> *Folia . . . cohibent*] Ne videlicet angescant. Diosc. loc. cit. Ταύτης τὰ φύλλα λεῖα μερ' ἐλάσου κατάπλασμα μαστῶν εἰς τὸ μὴ αὔξεσθαι.

<sup>v</sup> *Enneaphylon*] Suo se illa nomine repræsentat, quod foliis novem longis constitutur. Vix putem esse dentarium enneaphylon, pictam a Lobelio in Observ. p. 392. visam in horto Regio: neque enim folia ei novena sunt, sed idem novenis distinctum insuris.

<sup>a</sup> *Filicis*] *Filix Gallis Fougere*. Marem, fœminamque Dodonæus delineat pag. 459. Vidimus in horto Regio.

<sup>b</sup> *Pterin*] Diosc. iv. 180. Πτέρις, οἱ δὲ βλῆχνον, οἱ δὲ πολύβριζον. Index, et Reg. 2. cum Chiffi. *blachnon*. Sic etiam Nicandri schol.

<sup>c</sup> *Plures excunt filices*] Plures filicis propagimes, ἐκφύσεις ἔχουσα πυλάς. Diosc. loc. cit.

Alterum<sup>d</sup> genus thelypteris Græci vocant, alii nymphæam pterin.<sup>e</sup> Est autem singularis,<sup>f</sup> atque non fruticosa,<sup>g</sup> brevior, molliorque, et densior, foliis ad radicem canaliculata. Utriusque radice sues pinguescunt. Folia utriusque<sup>f</sup> lateribus pinnata, unde nomen Græci imposuere. Radices utriusque longæ<sup>+</sup> in obliquum, nigrae, præcipue cum inarure. Sicci autem eas Sole oportet. Nascentur ubique, sed maxime frigido solo. Effodi debent Vergiliis<sup>g</sup> occidentibus. Usus radicis in trimatu tantum, neque antea, neque postea. Pellunt<sup>h</sup> interancorum animalia: ex his tænias cum melle: cetera ex vino dulci triduo potæ. Utraque stomacho inutilissima. Alvum solvit:<sup>i</sup> primo bilem trahens, mox aquam: melius tænias<sup>j</sup> cum scammonii pari pondere. Radix ejus duum obolorum pondere ex aqua post unius diei abstinentiam bibitur, melle prægustato contra rheumatismos. Neutra danda<sup>k</sup> mulieribus, quoniam gravidis abortum, ceteris sterilitatem facit. Farina carum<sup>l</sup> ulceribus tetris inspergitur: jumentorum<sup>m</sup> quoque cervici-

\*\*\*\*\*

*longitudine, subgraves* Diosc. *subgravi* alii ap. Dalec.—2 ‘In codd. Regg. et Editione principe, *nymphæapterin*. Alterum autem illud genus est filix fœmina.’ Bratier.—3 Dalec. *non singularis, sed fruticosa*.—4 Chiff. *utriusque*

## NOTÆ

<sup>d</sup> *Alterum*] Nempe filicem fœminam. Diosc. iv. 187. Θηλυπτερίς, οἱ δὲ νυμφαῖαι πτέριν ὄνομάζουσι.

<sup>e</sup> *Est autem singularis*] Non multas a radice fundit propagines, ut maxifilia. Dissidere a Dioscoride Plinium hoc loco Dalecampius falso existimat, ut sæpe alias.

<sup>f</sup> *Folia utriusque*] Pinnas avium repræsentant, unde πτέριν Græci dixer: Columella ‘Aviam,’ vi. 14.

<sup>g</sup> *Vergiliis*] De Vergiliarum occasu XVIII. 59.

<sup>h</sup> *Pellunt*] Diosc. locis citatis, post Theophr. Hist. ix. 20. Sic etiam Galenus de Fac. Simp. Med. lib. VIII. p. 22.

<sup>i</sup> *Alvum solvit*] Recentia folia ole-

rum vice edi ad emolliendam alvum, scribit Diosc. iv. 187. Scribonius Largus c. 34. ‘Alvum mollientia,’ Compos. 136. ‘Biles purgat et filicis radix lota et rasa, atque in minimas particulas concisa,’ &c.

<sup>j</sup> *Melius tænias*] Totidem verbis Diosc. iv. 186.

<sup>k</sup> *Neutra danda*] De fœmina quidem astipulatur et Diosc. iv. 178. et Theophr. loc. cit. In causa est, ut ait Galenus de Fac. Simp. Med. lib. VIII. pag. 22. quod vivos partus eneat.

<sup>l</sup> *Farina carum*] Totidem verbis Diosc. loco proxime citato.

<sup>m</sup> *Jumentorum*] Diosc. loc. cit. Λόφους τε ὑποσύγλως ἴωται.

bus.<sup>5</sup> Folia cimicem necant: serpentem non recipiunt. Ideo substerni utile est in locis<sup>6</sup> suspectis: ustæ etiam fugant nidore. Fecere medici hujus quoque herbæ discrimen. Optima Macedonica<sup>7</sup> est, secunda Cassiopica.

LVI. Femur bubulum<sup>8</sup> appellatur herba, nervis et ipsa utilis, recens in aceto ac sale trita.

LVII. Galeopsis,<sup>9</sup> aut, ut alii, galeobdolon, vel galion,<sup>10</sup> caulem et folia habet urticæ læviora, et quæ gravem odorem trita reddant: flore purpureo. Nascitur circa sepes ac semitas ubique. Folia caulesque duritias et carcinomata sanant, ex aceto, trita et imposita: item strumas. Panos et parotidas discutunt. Ex usu est et decoctæ<sup>1</sup> succo fovere. Putrescentia quoque et gangraenas sanat cum sale.

LVIII. Glaux<sup>9</sup> antiquitus eugalacton vocabatur, cytiso et lenticulæ foliis similis: aversa<sup>1</sup> candidiora. Rami<sup>12</sup> in terram serpunt quini senive, admodum tenues ab radice.



*longæ. Mox, obliquum actæ, nigrae margo edd. Dalec. e Diosc.—5 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. in cervicibus Gronov. et vulgg.—6 Vet. Dalec. *utiles in locis.*—7 Macedonia Chiff. Cap. LVII. 1 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *decocto* Gronov. et vulgg. omissa conjunctione; et *decoctæ* et *succo* Vet. Dalec.*

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *Femur bubulum*] Cum nemo scriptorum veterum herbæ hujuscæ faciem formamne delineet, quæ nunc eo nomine censenda sit, velle proferre, hariolari est.

<sup>b</sup> *Galeopsis*] Dioscor. iv. 95. Γαλεόψις, οἱ δὲ γαλεόβδολον, ceteraque, quæ Plinius, tum de forma, tum de viribus ejus herbæ, plane totidem syllabis. Lamium illud est, quo de egimus xxii. 16. etsi aliam affert herbam Anguillara, par. xiv. p. 278. in Græcia, ut ait, frequentem.

<sup>c</sup> *Vel galion*] In Indice ex MSS. omnibus, *sive gallio*. Sed galion scribi multo satius videtur. Aliud enim gallion est, quod a Diosc. describitur,

iv. 96.

<sup>d</sup> *Glaux*] Diosc. iv. 141. Γλαῦξ κυτίζω ἢ φακῷ τὰ φύλλα ἔσικεν, κ. τ. λ. Sunt enim Plinianis omnino similia. Est ea Glaux exigua maritima, pieta a Lobelio in Observ. pag. 227. quallem in horto Regio vidimus. Frequens in Abrutio Italiae et Pisano agro, in ora maritima, ut recte An-guillara par. xiv. pag. 290.

<sup>e</sup> *Aversa*] Dioscor. loc. cit. Τῶ φύλλων τὰ κάτωθεν λευκότερα, ἄνωθεν δὲ χλωρά. Quæ superne, virent; quæ aversa, candidiora spectantur.

<sup>f</sup> *Rami*] Diosc. totidem verbis loc. cit.

Flosculi<sup>t</sup> purpurei exeunt. Invenitur<sup>u</sup> juxta mare. Coquitur<sup>v</sup> in sorbitione similaginis, ad excitandam ubertatem lactis. Eam qui<sup>r</sup> hauserint, balineis uti convenit.

LIX. (x.) Glaucion<sup>a</sup> in Syria et Parthia nascitur, humilis herba, densis foliis, fere papaveris, minoribus tamen sordidioribusque,<sup>b</sup> odoris tetri, gustus amari cum astrictione. Granum<sup>c</sup> habet crocei coloris. Hoc in olla<sup>c</sup> fictili luto circumlitum in clibanis calefaciunt: deinde exemo succum<sup>z</sup> exprimunt ejusdem nominis: usus est et succi et foliorum, si terantur, adversus epiphoras,<sup>d</sup> quae universæ uno impetu cadunt.<sup>3</sup> Hinc temperatur collyrium, quod medici diaglaucion<sup>+e</sup> vocant. Lactis quoque ubertas intermissa restituitur. Sumitur ejus rei<sup>f</sup> causa ex aqua.

LX. Glycyside,<sup>f</sup> quam aliqui pæoniam, aut pentorobon vocant, caulem habet duum cubitorum,<sup>i</sup> comitantibus duobus



CAP. LVIII. 1 Vet. Dalec. que<sup>e</sup>.

CAP. LIX. 1 Diosc. Succum.—2 Folia in olla, &c. in clibanis semifrigidis calefaciunt quoad fluecent: deinde contusis succum margo edd. Dalec. et Gronov. e Diosc.—3 Chiffl. cadant.—4 Dia Glaucion Dalec. diaglaucia Chiffl.—5 Chiffl. hujus rei.

CAP. LX. 1 Chiffl. palmorum.—2 Diosc. juglans; Vet. Dalec. nucis.—

NOTÆ

<sup>t</sup> *Flosculi*] Diosc. loc. cit.

<sup>u</sup> *Invenitur*] Diosc. loc. cit.

<sup>v</sup> *Coquitur*] Diosc. loc. cit. et Galenus de Fac. Simp. Med. lib. vi. p. 166.

<sup>a</sup> *Glaucion*] Sic fere Dioscor. iv. 100. Γλαύκιον χυλός ἐστι βοτάνης κατὰ ιεράπολιν τῆς Συρίας γεννωμένης, κ. τ. λ. Syriacæ plagæ, non nostri soli cœlive planta. Humilem herbam esse, quod Dalecampium latuit, etiam docet auctor libri de Simp. Medic. ad Patern. tom. xiii. operum Galeni, p. 991.

<sup>b</sup> *Sordidioribusque*] Dioscor. loc. cit. λιπαρώτερα, pinguiora. Plinius *sordidiora*, quasi ρυπαρώτερα: quod et alias usurpatum ab eo vidimus. Et sane pinguitudo foliorum sordium qurandam instar est.

<sup>c</sup> *Hoc in olla*] Diosc. et auctor libri ad Patern. locis cit.

<sup>d</sup> *Adversus epiphoras*] Hoc est, oculorum inflammationes, aliosque affectus. Dioscor. loc. cit. Ἔστι δὲ ἡ χρῆσις αὐτοῦ πρὸς τὰ ὀφθαλμικὰ ἐν ἀρχῇ, in initii.

<sup>e</sup> *Diaglaucion*] Διαγλαυκίον, vel potius διὰ γλαυκίων. Hujus conficiendi modum edoceat Scribonius Largus Compos. 21. ‘Item compositorum collyriorum hoc maxime probò ad recentes epiphoras.’ Et mox: ‘Qnod nomine etiam quidem Diaglaucium dicitur, probò in initii . . . Glaucii succi,’ &c.

<sup>f</sup> *Glycyside*] Ipsa pæonia est, de qua xxv. 10. Totidem pæne verbis a Dioscor. describitur, iii. 167.

aut tribus,<sup>3</sup> subrutilum, cute lauri : folia qualia isatis,<sup>2</sup> pinguiora, rotundioraque et minora : semen in siliquis, aliud granum rubente, aliud nigro. Duo autem<sup>3</sup> genera sunt. Fœmina existimatur,<sup>4</sup> cujus radicibus ceu balani longiores circiter octo aut sex adhærent. Mas plures<sup>1</sup> habet, quoniam non una<sup>4</sup> radice nixus est, palmi altitudine, candidaque : gustu astringit.<sup>5</sup> Fœminæ folia<sup>j</sup> myrrham redolent, et densiora sunt. Nascuntur in sylvis. Tradunt noctu<sup>6 k</sup> effodiendas, quoniam pico Martio impetum in oculos faciente, interdiu periculum sit. Radix vero<sup>l</sup> cum effodiatur, periculum esse nec sedes procidat. Magna id vanitate ad ostentationem rei fictum arbitror. Usus in his diversus. Rubra enim grana rubentes<sup>7</sup> menses<sup>m</sup> sistunt, xv. fere pota in vino nigro. Nigra<sup>n</sup> grana vulvis<sup>8</sup> medentur, ex passo aut vino totidem pota. Radix<sup>o</sup> omnes ventris dolores sedat in vino, alvumque purgat :

<sup>3</sup> *Duo enim Chiffl.* — <sup>4</sup> ‘*Mas plures habet, quoniam non una*] Hæc forte libriiorum errore corrupta, et legendum: *mas non plures habet, quoniam una*. Pæonia mas unam habet radicem, ut recte scribit Dioscorides, III. 157. <sup>5</sup> *Brotier.* — <sup>6</sup> ‘*Ita codd. Regg. et Editio princeps.*’ *Brotier.* Ea gustu astringit edd. vett. Gronov. Harduin I. 2. 3. et recentit. — <sup>7</sup> *Chiffl. nocte.* — <sup>8</sup> *Gronov.* et al. ante Harduin. *rubentis.* — <sup>9</sup> ‘*Chiffl. vulcis:* forte, *vulsis.*’ Dalec. —

## NOTÆ

<sup>3</sup> *Duobus aut tribus]* Ramulis vide-  
licet, sive caulinis. *Diosc.* Παραφυά-  
δας ἔχων πολλάς.

<sup>4</sup> *Fœmina existimatur]* *Diosc.* loc.  
cit. ‘Ἐπὶ δὲ τῆς θηλεῖας παραφυάδας  
ῶσπερ βαλάνους ἔχουσα ζῆτη, ὡσπερ  
ἀσφόδελος. Fœminæ radicibus ceu glan-  
des septem octo adhærent, quales as-  
phodeli radicibus agnascuntur. Vide  
iconem a Matthiolo delineatam pag.  
915.

<sup>1</sup> *Mas plures]* Paulo aliter de mare  
*Dioscor.* loc. cit. Plures habet in ca-  
eumine balanos, quasi nuces Græcas,  
ut dictum est xxv. 10. quoniam in  
radice habet pauciores, immo nullas :  
est enim radice singulari, digitali  
crassitudine, altitudine palmi, gustu  
astrigens, candida. Ρίζα δὲ τῆς μὲν

ἄρρενος περὶ δακτύλου πάχος, μῆκος δὲ  
σπιθαμῆς, γενομένῳ στύφουσα, λευκή.

<sup>j</sup> *Fœminæ folia]* Smyrnii instar,  
quæ herba nomen a myrrhæ odore  
cepit, folia hujus incisuris divisa  
esse Dioscorides prodidit: hoc tan-  
tum.

<sup>k</sup> *Tradunt noctu]* Hoc ipsum ante  
indicavit xxv. 10.

<sup>l</sup> *Radix vero]* Theophr. Hist. ix. 9.

<sup>m</sup> *Rubra . . . rubentes menses]* Hoc  
est, sanguinolentum fluorem mulie-  
brem. *Diosc.* III. 157. Τοῦ δὲ καρποῦ  
τοῦ ιβ' κέκκοι πυρρῷ ποθέντες ἐν οἴνῳ μέ-  
λανι αὐστηρῷ φοῦν ἐρυθρὸν ιστῶσι.

<sup>n</sup> *Nigra]* *Diosc.* loc. cit. totidem  
fere verbis.

<sup>o</sup> *Radix]* *Dioscor.* loc. cit. ad ver-  
bum.

sanat<sup>a</sup> opisthotonum,<sup>9</sup> morbum regium, renes, vesicam: arteriam autem<sup>10</sup> et stomachum decocta in vino: alvumque<sup>a</sup> sistit: estur etiam contra malum mentis:<sup>11</sup> sed in medendo quatuor<sup>s</sup> drachmæ satis sunt. Grana nigra<sup>t</sup> auxiliantur et suppressionibus<sup>12</sup> nocturnis, in vino pota, quo dictum est numero. Stomachi<sup>u</sup> vero erosionibus,<sup>13</sup> et esse ea, et illinire prodest. Suppurationes quoque discutiuntur: recentes nigro semine, veteres rubro. Utrunque auxiliatur a serpente percussis: et pueris contra calculos, incipiente stranguria.

LXI. Gnaphalion<sup>a</sup> alii chamaezelon vocant, cuius foliis albis mollibusque pro tomento<sup>i b</sup> utuntur: sane et similia sunt.<sup>c</sup> Datur<sup>d</sup> in vino austero ad dysenteriam: ventris

<sup>9</sup> Radix sanat opisthotonum Vet. Dalec. interjecta desiderantur.—10 Ita ex codd. Harduinus et recentt. matricem autem Gronov. et vulgg.—11 Pintian. e Vet. estur etiam a jumentis; Corner. e Vet. estur etiam cum alimentis; Chiff. habet alimentis.—12 Vet. Dalec. et oppressionibus.—13 Stomacho vero et rosionibus Vet. Dalec. Stomaticis vero et rosionibus Chiff. Mox, cod. Dalec. et esse etiam ea.

CAP. LXI. 1 Gronov. et al. ante Harduin. tormento. Mox, sanc ei similia sunt Vet. Dalec.

#### NOTÆ

<sup>a</sup> Sanat] Diosc. loc. cit.

<sup>a</sup> Aleumque] Decocta in vino potaque alvum sisti ea ait Diosc. loc. cit.

<sup>r</sup> Contra malum mentis] Contra insaniam. Huc pertinet quod habet Apuleius cap. 61. tit. 1. ‘Ad lunaticos’: ‘Herba paeonia si lunatico jacenti ligetur in collo, statim se levat sanus. Et si eam secum portaverit, nunquam ei hoc malum accidet.’

<sup>s</sup> Sed in medendo quatuor] Nam si quis hunc modum exceedat, liberalius assumta paeonia mentis alienationem facit. Quare Seleucus in Glossis apud Athen. lib. III. p. 76. foeminas ait eo cibo abstinere, quod fatuitatem affert, φυλάττεσθαι τὰς γυναικας ἐσθλειν, διὰ τὸ ποιεῖν ματαισμούς.

<sup>t</sup> Grana nigra] Diosc. loc. cit. Oi

δὲ μέλανες καὶ πρὸς τοὺς ἵππος ἐφιαλτῶν πνιγμούς. Καὶ τέρα nigra sunt grana, auxiliantur suppressionibus nocturnis, quas ephialtas vocant, seu Faunorum ludibria, Auctor libri qui Kirani Kiranidum inscribitur, pag. 19. de paeonia: ‘Radix autem ejus suffumigata, vel bibita, dæmones expellit, et phantasma cuncta: gestata autem idem facit’

<sup>u</sup> Stomachi] Ventriculi Diosc. loc. cit. Στομαχικοῦς τε δακνομένοις ἐσθίουμενοι βοηθοῦσι.

<sup>a</sup> Gnaphalion] Dioscor. III. 122. Γναφάλιον, ceteraque quæ Plinius, totidem verbis. Egimus de eo XXIV. 88.

<sup>b</sup> Pro tomento] Dioscor. Τούτου τοῦ φύλλοις ἀντὶ γναφαλίου χρῶνται. Inde nomen.

<sup>c</sup> Sane et similia sunt] Tomento sci-

solutiones mensesque mulierum sistit. Infunditur autem tenesmo. Illinitur et putrescentibus ulcerum.

LXII. *Gallidragam*<sup>1</sup> vocat Xenocrates leucantho similem, palustrem et spinosam, caule ferulaceo, alto, cui summo capite inhæret simile ovo. In hoc<sup>1</sup> crescente aestate<sup>2</sup> vermiculos nasci tradunt, quos pyxide conditos ad alligari cum pane<sup>3</sup> brachio ad eam partem, qua dens doleat, mire que illico dolorem tolli. Valere non diutius anno, et ita si terram non attigerit.<sup>4</sup>

LXIII. *Holcus*<sup>5</sup> in saxis nascitur siccis. Aristas habet in cacumine, tenui culmo:<sup>1</sup> quale hordeum restibile.<sup>6</sup> Haec circa caput alligata, vel circa lacertum, educit e corpore aristas. Quidam<sup>2</sup> ob id aristidam vocant.

LXIV. *Hyoseris*<sup>1</sup> intubo similis, sed minor, et tactu asperior; vulneribus contusa præclare medetur.



CAP. LXII. 1 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Galedragon* Gronov. et vulgg. Mox, *leucanthæ similem* Vet. Dalec.—2 ‘Crescente aestate] Bene Ms. Reg. 1. In Ms. Reg. 2. et Editione principe, *aresente aestate*. Pessime emendatum in recentioribus editionibus, *crescente atate*. Vermiculi illi a medio ferme mense Angusto ad medium Septembrem in capitibus dipsaci reperiuntur. Multis autem experimentis certa eorum vis adversus dentium dolores.<sup>7</sup> Brotier.—3 Vet. Dalec. *panno*.—4 ‘Ita bene codd. Regg. et Editio princeps.’ Brotier. *attigerint al. ante Brotier.*

CAP. LXIII. 1 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *tenuis culmo* Gronov. et vulgg.—2 *Hanc quidam Dalec.*

CAP. LXIV. 1 ‘Ita cod. Reg. 1. Est carduus Creticus, spinosus, rapi folio. Tournefort.’ Brotier. *Hyosiris* al. ante Brotier.

#### NOTE

Ilicet, quia sunt alba et mollia, λευκοῖς οὖσι καὶ μαλακοῖς. Diosc. loc. cit.

<sup>d</sup> *Datur*] Diosc. loc. cit.

<sup>e</sup> *Gallidragam*] Forte tertia dipsacos Dodonæi, seu Virga Pastoris, picta ab eo pag. 723. visa a nobis in horto Regio.

<sup>f</sup> *In hoc*] Et id quidem de labro Venereo antea indicatum xxv. 108. Dissectis sane dipsaci scapis in medulla vermiculos inventos a se scribit Ruellius lib. III. pag. 483.

<sup>g</sup> *Holcus*] *Hordeum* est spontaneum spurium, pictum a Lobelio in Ob-

serv. pag. 18. Astipulatorem habemus *Aloysium Anguillara* par. XII. pag. 210. Ab ἔλκω, *traho*, quoniam educit aristas e corpore. Gramen hordeaceum alii vocant. Vidimus in horto Regio.

<sup>h</sup> *Hordeum restibile*] *Hordeum sylvestre*, quod et anno sequente regerminat.

<sup>i</sup> *Hyoseris*[*hyosiris*] Sic libri editi, sic Index. Rectius *hyoseris*, ὄστερις. Nam σόπις *intubum* est, non σόπις. Nisi forte δὸς τὸς quispiam interpretetur, quod vereor ut probari queat. In Reg. 1.

LXV. Holosteon<sup>j</sup> sine duritia est, herba ex adverso appellata a Græcis sicut fel dulce,<sup>k</sup> tenuis usque in capillamenti speciem, longitudine quatuor digitorum, ceu gramen; foliis angustis, astringens gustu. Nascitur in collibus terrenis. Usus ejus<sup>l</sup> ad convulsa, rupta, in vino pota. Vulnera<sup>m</sup> quoque conglutinat. Nam et carnes coguntur<sup>n</sup> addita.

LXVI. Hippophæston<sup>o</sup> nascitur in spinis, ex quibus fiunt æneæ<sup>1</sup> fulloniæ,<sup>o</sup> sine cauliculo, sine flore, capitulis tantum inanibus, et foliis parvis, multis, herbacei coloris, radiculas habens albas, molles. Succus earum<sup>p</sup> exprimitur

CAP. LXV. 1 'Ita cod. Reg. I. et Editio princeps.' Brotier. Ita quoque Gronov. et al. vett. potæ. Vulnera Vet. Dalec. pota. Et vulnera e Chiffl. aliusque codd. Harduinus et recenti.—2 'Ms. dum coquuntur; Chiffl. cum cocontur: lego, cum coquuntur. Sic et Corn. e Vet.' Dalec. In codd. Regg. Brot. coquuntur; vel concoquuntur.

CAP. LXVI. 1 Vet. Dalec. aænæ.—2 Diosc. eorum.—3 Dalec. hydropicis,

### NOTÆ

*hyoseris*. Ex intuborum sive eichorio-  
rum genere. Graphice pinxit Jac.  
Zanoni ex horto Bononiensi, cap. 55.  
p.105. Jœcamque Creticam spinosam  
vocabit.

<sup>j</sup> *Holosteon*] Όλόστεον ex adverso,  
hoc est, per ἀντίφρασιν, ut vocant,  
quasi ὄλον ὄστον, totum osseum, quo-  
niā tenuis est, ac sine duritia, quæ  
vulgo inest ossibus. Iisdem fere ver-  
bis describitur a Diosc. iv. 11. Ser-  
pentina omnium minima a Lobelio  
appellatur in Observ. pag. 240. a quo  
et ibi delineatur, qualem in horto Re-  
gio vidimus.

<sup>k</sup> *Fel dulce*] Cælius Aurel. lib. III.  
Chron. initio capit. 1. 'Multæ,' in-  
quit, 'contrariæ interpretationis vo-  
cabulum sumserunt, ut fella, quæ  
Græci γλυκέα vocant, velut dulcia,  
cum sint amarissima.' Et nos vulgo  
sic diximus, *Le fiel, ou le doux*.

<sup>l</sup> *Usus ejus*] Dioscor. loc. cit.

<sup>m</sup> *Vulnera*] Dioscor. loc. cit. Car-

nes et hæc herba cogit atque conglutinat,  
dum coquuntur addita, et ad rupta in  
vino propinatur. Δύναται δὲ καὶ αὐτὴ  
κρέα συνάγειν συνεφομένη, καὶ πρὸς δῆμο-  
πα σὺν οὖν ποτίζεται. Sic et Gal-  
lenus de Fac. Simp. Med. lib. VIII.  
pag. 214.

<sup>n</sup> *Hippophæston*] Crescere hoc ait  
inter spinas, sive esse de spinarum  
genere, quibus implentur æneæ cor-  
tinae fulloniæ, ad lavandas polien-  
dasque vestes: ut diximus XXIV. 68.  
Diosc. iv. 163. 'Ιππόφαιστον, οἱ δὲ καὶ  
τοῦτο Ιπποφαὲς καλοῦσι . . . καὶ αὐτὸς  
γναφικῆς ἀκάνθης εἶδος ὑπάρχον. E Nar-  
bonensi Gallia ad se delatum, quale a  
Dioscoride Plinioque describitur, Ru-  
ellius testatur pag. 455. Nobis adhuc  
videre non licuit.'

<sup>o</sup> *Æneæ fulloniæ*] Sic libri omnes,  
etiam MSS.

<sup>p</sup> *Succus carum*] Radicum videlicet.  
Dioscor. loc. cit.

estate, ad solvendam alvum, tribus obolis, maxime in co-mitialibus morbis, et tremulis, hydropticis. Contra <sup>3</sup> verti-gines, orthopnœas, paralyses <sup>4</sup> incipientes.

LXVII. (xi.) Hypoglossa <sup>1</sup> folia habet figura sylves-tris myrti, concava, spinosa, et in his ceu linguas, folio par-vo exeunte de foliis.<sup>2</sup> Capitis dolorem <sup>1</sup> corona ex his <sup>3</sup> im-imposita minuit.

LXVIII. Hypocoon <sup>3</sup> in segetibus nascitur, foliis rutaë. Natura ejus eadem quæ papaveris succo.

LXIX. Idææ herbæ <sup>1</sup> folia sunt, quæ oxymyrsines; adhæ-rent his velut pampini, in quibus flos. Ipsa alvum,<sup>2</sup> men-sesque, et omnem abundantiam sanguinis sistit. Spissan-di <sup>3</sup> cohibendique naturam habet.

LXX. Isopyron <sup>4</sup> aliqui phasiolon <sup>1</sup> vocant, quoniam fo-

*et contra.—4 Gronov. paralyseis.*

CAP. LXVII. 1 Hypoglosson Vet. Dalec. et sic Diosc. Mox, margo edd. Dalec. et Gronov. tenuis, in summo non spinosa, et juxta hæc seu ligulas, e Diosc. Gronov. seu linguas.—2 Hæc male Plin. nusquam Dioscorides. Lauro taxat folium parvum exit de foliis: quod in alio nullo genere lauri videtur. Dalec.—3 Diosc. comis.

CAP. LXIX. 1 Diosc. rudici.—2 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduini. 1. 2. 3. et recentt. flos. Alvum Gronov. et vulgg. flos ipse cod. Dalec.

CAP. LXX. 1 Ita ex codd. Harduinus et recentt. sic et Diosc. et Gal. phasiolum Dalec. phasiolon Gronov. et vulgg. Mox, simile in passeoli pampinos.

#### NOTÆ

<sup>a</sup> Hypoglossa] Diosc. iv. 132. Τπόγλωσσον, κ. τ. λ. sic enim legendum, non ιππόγλωσσον. Vide Dalecamp. Hist. Plant. lib. II. pag. 206. et 207. ubi ea delineatur, qualis et a Plinio describitur. Galeno de Fac. Simp. Med. lib. VIII. p. 238. ιπόγλωσσον.

<sup>r</sup> Capitis dolorem] Dioscor. loc. cit.

<sup>s</sup> Hypocoon] Totidem verbis Diosc. IV. 68. Τπήκοον, κ. τ. λ. Pingitur a Dodoneo pag. 446. quale in horto Regio vidimus.

<sup>t</sup> Idææ herbæ] Diosc. IV. 44. Ιδαία βίσια δένυμερσίη τὰ φύλλα ἔσικε παρ' αὐτὰ δὲ ὡς ἔλικες μικρά πεφύκασιν, ἐξ ὧν καὶ τὸ ἄνθος. Idææ radicis folia oxy-myrsinen referunt: juxta ipsa vero exigui

sunt velut pampini, seu capreoli, ex quibus etiam flos crumpit. Frequentem esse in Italia, sed vulgari carere appellatione, scribit Anguillara par. XIV. p. 259.

<sup>u</sup> Ipsa alvum] Diosc. loc. cit.

<sup>v</sup> Spissandi] Astringendi. Ἐπὶ στύψεως. Diosc.

<sup>z</sup> Isopyron] Diosc. IV. 121. Ισόπυρον, οἱ δὲ φασιόλον καλοῦσιν, ἀπὸ τοῦ ἔσικεναι φασιόλῳ, τῷ κατ' ἄκρον τὸ πέταλον ἔλικα φέρειν. Isopyron aliqui phasiolon vocant, quoniam ad phasioli similitudinem in summo folio pampinum, hoc est, clavi-culam, gerat, phaseolorum similem. Interpres Oribasii lib. XI. 260. <sup>c</sup> Fo-lium more phaseolorum in clavieulas

lum, quod est aneso<sup>b</sup> simile, in pampinos<sup>c</sup> torquetur. Capitula sunt in summo caule tenuia, plena seminis melanthii.<sup>d</sup> Contra tussim,<sup>e</sup> et cetera pectoris vitia, ex melle<sup>z</sup> aut aqua mulsa; item jocineri<sup>f</sup> utilissima.

LXXI. Lathyris<sup>g</sup> folia habet multa lactucæ similia, tenuiora germina multa, in quibus semen tuniculis continetur,<sup>h</sup> ut capparis: quæ cum inaruere, eximuntur grana pipericis magnitudine, candida, dulcia, facilia purgatu.<sup>i</sup> Hæc vicina in aqua pura aut mulsa pota hydropicos sanant. Trahunt<sup>j</sup> et bilem. Qui vehementius purgari volunt, cum folliculis ipsis<sup>k</sup> sumunt ea: nam stomachum lædunt. Itaque<sup>j</sup> inventum est, ut cum pisce aut jure gallinacei sumerentur.

LXXII. Leontopetalon,<sup>h</sup> alii rhapeion<sup>l</sup> vocant, folio brasiceæ, caule semipedali: alæ multæ, semen in cacumine, in

Chiffi.—2 Chiffi. *cum melle.*

CAP. LXXI. 1 Hæc, *tenuiora germina multa, in quibus semen tuniculis continetur*, desunt in edd. Harduin. 2. 3. et Franz.—2 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *ipsi* edd. vett. et Gronov.

CAP. LXXII. 1 Cod. Dalec. *raphodion*.—2 Chiffi. *napo similis*.—3 Vet.

#### NOTÆ

torquetur.<sup>j</sup> Herbariis perinde, officinique incognita. Anguillara par. XIV. p. 286.

<sup>b</sup> *Quod est aneso*] Diosc. loc. cit.

<sup>c</sup> *In pampinos*] "Ελικας, claviculas, capreolos.

<sup>d</sup> *Melanthii*] Quæ melanthii saporem imitantur, παραπλήσια μελανθίφ τὴν γεῦσιν. Diosc. loc. cit.

<sup>e</sup> *Contra tussim*] Diosc. loc. cit.

<sup>f</sup> *Item jocineri*] Diosc. loc. cit.

<sup>g</sup> *Lathyris*] Totidem sere verbis Diosc. IV. 167. Λαθυρὶς, κ. τ. λ. Hæc Cataputia vulgaris est, picta in horto Eystettensi Ord. XII. fol. 2. et apud Dodon. pag. 371. qualem in horto Regio vidimus. Nostris, épurge. Subscribit etiam Anguillara par. XIV. p. 295.

<sup>h</sup> *Fucilia purgatu*] Quæ sunt decor-

ticatu facilia. Sic decorticata laudat Dioscor. loc. cit. Δεπισθέρτα δὲ λευκὰ καὶ γλυκέα ἐν τῷ γεύσει. Sic XV. 25. castaneas laudat purgabiles maxime et sponte prosilientes. Nam quantumvis purgari facile corpora lathyridis granis scribat Galenus de Fac. Simp. Med. lib. VII. p. 201. animum tamen ægre induxerim, ut eam esse hoc loco Plinii mentem putem.

<sup>i</sup> *Trahunt*] Ἀγει δὲ φλέγμα, καὶ χολὴν, καὶ υδωρ. Diosc. loc. cit.

<sup>j</sup> *Itaque*] Diosc. loc. cit.

<sup>k</sup> *Leontopetalon*] Diosc. III. 110. totidem sere verbis, Λεοντοπέταλον, κ. τ. λ. Et in Nothis, pag. 457. οἱ δὲ λεοντοπέδιον, οἱ δὲ λευκόρον . . . οἱ δὲ ραπτῆον, κ. τ. λ. Ipsum est leontopodium, de quo diximus anteriore lib. cap. 34.

siliquis, ciceris modo: radix rapo<sup>1</sup> similis,<sup>2</sup> grandis, nigra. Nascitur in arvis. Radix adversatur<sup>m</sup> omnium serpentium generibus ex vino<sup>3</sup> pota: nec alia res celerius proficit. Datur<sup>n</sup> et ischiadicis.

LXXIII. Lycapsos<sup>1°</sup> longioribus, quam lactuca, est foliis, crassioribusque.<sup>1</sup> Caule longo, hirsuto, annatis multis cubitalibus, flore parvo, purpureo. Nascitur in campestribus. Illinitur cum farina hordeacea igni sacro. Sudores<sup>2</sup> in febribus movet, succo aquæ calidæ admixto.

LXXIV. Inter omnes herbas lithospermo<sup>p</sup> nihil est mirabilius. Aliqui agonychon<sup>1°</sup> vocant, alii Diospyron, alii Heracleos.<sup>2</sup> Herba quincuncialis<sup>3°</sup> fere, foliis duplo ma-

\*\*\*\*\*

Dalec. serpentium ictibus ex vino.

CAP. LXXIII. 1 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Lycopsis* Gronov. et vulgg.—2 Ita codd. Harduni et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. Sudorem edd. vett. et Gronov. Mox, aquæ calidæ Chiffl.

CAP. LXXIV. 1 *Aegineta, atonychon*; cod. Dalec. *exonticon*; Chiffl. *dulplum*.—2 *Aegineta, Heracleon*; et sic Vet. Dalec.—3 Cod. Dalec. *quinque*

#### NOTÆ

<sup>1</sup> *Radix rapo*] Sic etiam Reg. 1. Sic et Diose. loc. cit. <sup>2</sup> Πίγα μέλισσα στεπ γογγύλη.

<sup>3</sup> *Radix adversatur*] Diose. loc. cit. Ερπετοδήκτος βοηθεῖ.

<sup>4</sup> *Datur*] Diose. loc. cit.

<sup>5</sup> *Lycapsos*] Totidem verbis et formam et vires Lycopseos describit Diose. iv. 26. Videlicet in horto Regio, qualem delineat Lobelius in Observ. pag. 312. Non est Buglossa nostra, ut censuit Anguillara par. xiv. pag. 254. caret enim rubro colore radix. Vide Notas et Observ. num. 11.

<sup>6</sup> *Inter omnes . . . lithospermo*] Dioscor. III. 158. Διθόσπερμον, οἱ δὲ ἔξων χον, οἱ δὲ αἰγάνωνχον, οἱ δὲ ὑπάκλειαν, διὰ τὴν περὶ τὸ σπέρμα ἰσχὺν, θεον καὶ λιθόσπερμον ἀνθεῖσται. *Alii Heracleam* vocant, propter seminis duritiam, a qua et lithospermi nomen accepit, quod semina scilicet tanquam calculos ferat, candore et rotunditate mar-

garitarum, duritia vero lapidea. Sunt qui Lithospermum istud Plinii ac Dioscoridis arundinaceum milii generi ascribant: Lacrymam Jobi recentiores vocant, *Larme de Job*: cuius seminibus nostri pro sphaerulis prelatoriis, corollas texentes, utuntur. Pingitur a Dodonæo pag. 497. Videlicet in horto Regio. Nos illud esse potius arbitramur, quod lithospermi minoris nomine idem Dodonæus exhibit pag. 83. In officinis Millium Solis, in Gallia *Gremil* appellatur, ou l'herbe aux perles. Huic enim folia sunt rutaæ oleæeve, isti arundinacea: ramulos istud surculosos habet: illud plane nullos. Et hoc in horto Regio vidi. Astipulatur huic sententiae Anguillara par. XIII. pag. 210.

<sup>7</sup> *Aegonychon*] Quasi caprinus unguis. Διόσπυρον, quasi *Jovis triticum*. Dioscor. in Nothis pag. 460. οἱ δὲ Διόσπορον, quasi a Jove satum.

juribus, quam rutæ,<sup>4</sup> ramulis surculosis,<sup>5</sup> crassitudine junci: gerit juxta folia singulas veluti barbulas, et earum in cacuminibus lapillos candore et rotunditate margaritarum, magnitudine ciceris, duritia vero lapidea. Ipsi, qua pediculis adhaerent,<sup>5</sup> cavernulas habent, et intus semen. Nascitur et in Italia, sed laudatissimum in Creta. Nec quicquam inter herbas majore quidem<sup>6</sup> miraculo aspexi. Tantus est decor, velut aurisicum<sup>7</sup> u arte alternis inter folia candicantibus margaritis: tam exquisita difficultas lapidis ex herba nascientis. Jacere atque humi serpere auctores tradunt.<sup>8</sup> Ego vulsam, non haerentem vidi. Iis lapillis<sup>w</sup> drachmæ pondere potis in vino albo calculos frangi pellique constat, et stranguriam discuti. Neque in alia herbarum fides est visu statim, ad quam medicinam<sup>8</sup> nata sit; ut ejus species etiam<sup>9</sup> sine auctore visu statim nosci possit.

LXXV. Lapis vulgaris juxta flumina fert muscum siccum, canum. Hic fricatur altero lapide, addita hominis saliva: illo lapide tangitur impetigo. Qui tangit, dicit,

*Φεύγετε, κανθαρίδες, λύκος ἄγριος ύμμες διώκει.*<sup>t</sup>



caulibus.—4 *Diosc. oleæ.*—5 *Dalec. adhaerent.*—6 *Vet. Dalec. equidem.*—7 *Cod. Dalec. aurum emicans;* unde ille conj. *auro emicante, et alternis.*—8 *Cod. Dalec. usus statim, ad quaecumque medicinam.*—9 ‘Ita bene cod. Reg. 2. et Editio princeps.’ *Brotier. sit. Est autem ejus species, ut etiam Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recent. Est enim ejusmodi, &c. Vet. Dalec.*

CAP. LXXV. 1 *Chiffl. hemadioci;* *Vet. Dalec. hæmadioci;* unde *Dalecampius conj. αἷμα διώκει.*

#### NOTÆ

<sup>r</sup> *Herba quincuncialis*] Hoc est, altitudine fere semipedali: nam unciae duodenæ pedem efficiunt. In nostris regionibus altius paulo assurgit. In quibusdam libris *quinquecaulis* legitur, forte commodius: tot enim fere mittit e radice surculos.

<sup>s</sup> *Quam rutæ*] *Diosc. quam oleæ,* quod eodem recedit.

<sup>t</sup> *Ramulis surculosis*] *Lignosis.* Κλωνὶα δὲ . . . πάχος ὀξυσχόλον, ξυλώδη, inquit *Dioscor.* loc. cit. *Ramuli . . . junci crassitudine . . . lignosi.*

<sup>u</sup> *Aurisicum*] *Aurifex, aurarius faber, un orfèvre.*

<sup>v</sup> *Jacere . . . tradunt*] Falso. Nisi folia intelligas, quae in imo a terra exiliunt, humi jacere: quod *Dioscorides* dixit: τὰ περὶ τὸν πυθμένα ἐπὶ γῆς κείμενα.

<sup>w</sup> *Iis lapillis*] *Dioscor. loc. cit.*

<sup>x</sup> *Φεύγετε*] Hoc est, *Cantharides, fugite hinc: vobis lupus improbus instat.* Impetiginem cantharidis nomine appellat, quod ut frumenta cantharis, sic illa corporis membra erodit.











University Of California, Los Angeles



L 007 625 735 1

UC SOUTHERN REGIONAL LIBRARY FACILITY



AA 000 404 911 0

SOUTHERN  
UNIVERSITY OF  
LIBRARY  
LOS ANGELES, CALIF.

